c reſpectu pœnæ. c ſ. vidiſti quid ſenſit Ioã. An. & qd Bart. ſed ampliando materiã colligendo dicta Doc. hic & in d. l. Titia. dic q ant appoſitur pœna inter ipſos contrahentes & indiſtincte nõ valet ſecundum opinionem communiorem. Aut inter parẽtes ipſorum contrahẽtium & idem vt hic, ſecundum vnum intellectum, vt in d. l. Titia. Aut inter alios, & tunc aut iſti ſunt ita conĩcti cum ꝫhẽtib, q veriſimiliter iſti inducer enẽ ad ꝫctũ, ne ꝫ iſti vel amici ſoluant pœnam, & idem quod ſ. ar. in l. hæres meus. in fi. ff. de condit. & demonſtrat aut non ſunt ita coniuncti, & *communiter* tenetur, quòd inter eos valet oppoſitio pœnæ, quòd
d procedit etiã ſi extraneus promiſerit de ſe nomine mulieris ſub certa pœna, licet Hoſt. hoc caſu teneat contrarium, ſed *communiter* indiſtinctè tenetur primum. Ad vnum tamẽ ſingulariter advertę quòd ſi extraneus promittit ſub pœna quòd Titia mulier contrahat matrimonium cum Sempronio, ſi facit quantũ ĩ eo
e eſt non incurrit pœnam e, quia difficultas ex quo factum in obligatione impedit commiſſionem pœnæ, vt eſt tex. no. in l. ſi vehẽda. in fi. ff. ad legem Rhodi. de iac. in l. 2. ff. ſi quis cau. & hãc opinionem in terminis noſtris tenuit Ioã. Paglia. de Senis. vt refert
f Fede. in loco prælegato pro hoc quia ſicut promittẽs ſper iuramentum euitat periurium ſi faci quãtum in eo eſt. vt no. gl. in c. ex literis el 2. & c. ſicut. ſ. eodem. ergo eodem modo debet eũitare pœnæ commiſſionem. pro quo facit capit. ſignificante. de pignorib. & hanc etiam opinionem tenuit hic An. & ad hoc etiam adduco authoritatem Bar. in ſimilib. terminis. in l. continuus. ſ. illud. ff. de verb. obl. Et no. hoc. nam communiter accidit q quis promittit pro filio, vxo ſeu amico, q ratificabit certum contractum ſub pœna, q ſi iſte promiſſor facit quantum in eo eſt euitat pœnam. hæc procedunt vbi pœna conſiſtit in perdendo ſeu in diminuendo patrimonium ſuum, ſed quando cõſiſtit in lucro perdendo, puta dono, vel lego tibi. c. ſi ꝫxeris matrimonium cum Sẽpronio, nunquid valeat? eſt dicendu quòd inter extraneos valeat, ſeu alios à ꝫhentib. vt per Bar. in l. Titio. ſ. Titio. & l. 2. ff. de cond. & demon. & l. Titio. in prin. ff. de verbo. ob. Sed inter ipſos ꝫhentes non valet. vnde ſi dico promitto tibi centũ ſi mecum ꝫxeris, non valebit matrimonium, vt probatur in l. ſi ita ſtipulatus. in ſ. ſi tibi nupſero. & ibi per Bar. ff. de ver. ob. ratio quia intuitu libidinis videtur illam inducere ad matrimonium, quæ ratio ceſſat inter alios à contrahentib. hoc tamen dictum limita ſingulariter niſi is cui facta eſſet promiſſio foret nobilior, quia tunc videtur donare potius animo compenſandi rõne nobilitatis pro hoc quod no. Bar. in l. j. C. de dona. ante nupt. & in l. ſi voluntate. C. de do. promiſſ. in l. ſi diuortio facto ff. de ver. obl.
10 ¶†Venio ad tertium nunquid pignus poſſit interuenire pro ſecuritate matrimonij contrahendi, & in hoc variæ reperiuntur opi. Inno. hic tenuit quòd ſic, quia loco arrharum poteſt pignus tradi, allegat. l. j. C. de remiſ. pign. quę nihil facit, ſed forte errore ſcriptoris l. iſta fuit allegata. ſed bene facit. l. j. C. ſi rector prouinciæ, quam forte allegar. Inn. & eam adducit Spe. e. ti. ſ. j. vbi ſequitur illam opinionem. mouetur quia per pignus quis ſe nõ obligat ſicut per pœnam. non traditur ſicut arrha, & conſulitur parti per retentionem nec eſt ne eſſe mouere actionem, & quanquam Io. And. dicat Hoſt. tenuiſſe contrarium, tamẽ in ſumma eo. tit. ſ. j. tenet hanc opi. vt perdatur pignus, ſi matrimonium poterat ſequi de iure, & deficit per tradentem. ſecus ſi nõ poterat ſequi. arg. in c. ſi neceſſe. de dote poſtdiuor. reſtit. Io. And. dicit diſtinguendum ſecundum qualitatẽ perſonarum & quantitatem pignorum, prout ſ. dixi in arrhis ſecundum eum, & quòd poſſit interuenire pignus, ſequitur Fed. conſ. 149. gl. in l. Titia. prælleg. diſtinguit vtrum pignus detur pro pœna & non teneat, an pro arrhis, & tenent alij aliter. Bar. ibi dicit q poteſt interuenire dummodo pignus conſiſtat in quantitate. & realiter traditur, q opinio non placet hic Ant. qui videtur in effectu cõcludere, quòd niſi pro intereſſe præſtando nõ poteſt pignus interuenire, quia cum ſimus extra caſum l. fi. C. e. non valet promiſſio alicuius pœnæ, nam illa l. ſolum permittit arrhas. Item pignus nõ poſſet duplicari ex alia parte, & ſic contractus nõ eſſet æqualis ex vtraq; parte, prout illa l. fi. requirit, & hęc opinio ſatis mihi placet in fauorem libertatis matrimonij, nec ob. l. j. C. ſi rector prouin. quia ibi contractus arrharum appellatur pignus, nõ autem diſponit vtrũ pignus poſſit interuenire, pro hoc facit quod no. gl. ĩ l. ſi ſtipuler. ff. de ver. oblig quæ dicit quòd omnis ſtipulatio in talibus
11 eſt reprobata. †Nunc deſcendendum eſt ad vltimum, nũquid poſſit ſaltem peti intereſſe ſi ſponſalia fuerunt contracta per ſtipulationem, & quo ad ius Canonicum non refert vtrum interuenerit ſtipulatio vel nudum pactum. vt in ca. j. de pactis. in quo etiam Doct. ſunt varij. nã gl. in d. l. Titia dicit quòd ſic, aliud ſentit in d. l. ſi ſtipuler & ibi Dynus tenuit quòd intereſſe conſiſtẽs in damno emergẽti poteſt peti, ſecus reſpectu lucri ceſſantis, primum non p dicit pœna nec ſpecies pœnæ nec etiam lucrum, ſed
g reſartio damni. glaco. de Are. & Cy. & *cõiter* doc. in l. j. C. de ſponſa. & ĩd l. Titia. ex hoc tenẽt indiſtinctè q nõ poſſit peti niſi doloſe pars ſe habuerit. nã tũc altera pars poterit petere intereſſe actione de dolo, nõ aũt principaliter propter ſtipulationem, qa ex conc

ADDITIONES.

a Seu pœnæ. vide ad hoc Soc. in conſi. 3. per tot. & Ange. in l. 1. ff. de in ius voc. Ro. in l. nolle. ff. de acquir. hære. & Imo. in l. hæres meus. ſ. fi. ff. de cond. & dem. Bal. in l. fi. C. de ſponſali. latè Mod. in l. Titia. ff. de verb. obl.
b ¶Recepiſſe. Adde Ant. de But. conſi. 71.
c ¶Pœnæ. Adde eundem conſi. 48. 1. lib.
d ¶Si extraneus promiſerit. Vide Bal. ĩ l. fi. C. e. tit. vbi hoc limitat.
e ¶Pœnam. Vide gl. in c. ſignificantibus de offi. dele. Ant. Barb. ¶Adde plenè qđ notaui in apoſtil. ad illum in c. ex literis. nu. 6. in ver. in nullo obliger. eo. Zach.
f ¶Sicut promittens. Vide Are. in conſ. 143. inci. ex facto proponitur Bar. in conſ. 226. inci. Martinus promiſit ſe facturum. Aret. in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. ſ. poſſum. ff. de verb. obl. vbi tenet contra Canoniſtas. Seb. Sap.
g ¶Reſartio damni. An quod debetur pro intereſſe, dicatur pœna. vide Soc. & Are. in l. 43. Cato. ff. de verb. obl. in notabilib. & Sap.

ex conceſſione iuris poteſt pars recedere à ſpõſalib. vt l. j. C. eo. Item ne aliquo modo intimidetur matrimonium propter ſolutionem intereſſe, hęc opinio ſatis placet, ſum in fauorem matrimonij, tũ quia ſumus extra caſum illius legis fina. & vide Hoſt. in ſumma. eo. ti. ſ. j. vbi ſequitur præmiſſam opinionem. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Carnalis copula ſuperueniens facit transire ſponſalia de futuro in matrimonium, ſed non niſus carnalis copulæ.*
2 *Præſumptio iuris & de iure tantũ operatur quãtũ veritas in foro iudiciali.*
3 *Præſumptum matrimonium tenet, licet ſecundum verum matrimonium ſuperueniet.*
4 *Probatio non admittitur contra præſumptionem iuris. 5.*
5 *Secundum matrimonium contractum poſt primum præſumptum eſt de iure nullum, & hoc an ſit verum in foro pœnitentiali.*
6 *Præſumptionis quot ſunt ſpecies & probatio cõtra eas quomodo admittit.*
Fictio iuris eſt quando ius certũ de aliquo facto fingit ſtatuendo oppoſitum.
Præſumptio quid ſit.
Præſumendi facultas datur iudici à iure, ita quòd ſecundum illam præſumptionem ſi eſt violenta poteſt ferre ſententiam, & quomodo.

CAP. *xxx.*

1 IS QVI. †Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per carnalem copulam ſubſecutam, ſed non per niſum carnalis copulæ tãtum, hoc dicit cum c. fi. ĩ. eo. primò ponit thema ex quo tacitè elicitur quæſtio. ſecundò illam ſoluit & rationem ſubmittit ibi, ad primam. Caſus literalis. Quidam iuuenis dedit fidem mulieri quòd eam duceret in vxorem, & eam poſtmodum carnaliter cognouit, poſteà in facie eccleſię cũ alia matrimonium contraxit. Quæritur quam iſtarum debeat habere. dicitur quòd ad primam redire tenetur, licet præſumptũ primum matrimonium videatur, tamen contra talem præſumptionem probatio in cõtrarium non eſt admiſſa. vnde ſequitur quod matrimoniũ poſtea de facto contractum nullum fuit. ß. No. primò q præſumptio iuris & de iure operatur tantum quantum veritas in foro iudiciali. nam vides hic q concurren ibus matrimonio vero, & præſumpto ſtatur priori, licet illud ſit præſumptum, & ſecundũ ſit verum, quod ergo diſponitur in caſu vero habet locum in facto præſumpto, per id quod not. in l. ſi poſſeſſor. ff. de reli. & ſum.
3 fu. †Secundò no. q quandoque ꝫ præſumptionem iuris non admittitur probatio in contrarium, quod quando ſit, ſ. dicam cũ
4 gl. †Sed qa hic dicitur q ſm matrimonium contractum poſt primum præſumptum eſt de iure nullum, nunquid hoc ſit verum ẽt reſpectu fori pœnitentialis. Circa qđ conſidera q aut vir cognouit ſponſam de futuro effectu maritali ita q eam tanq̃ vxorem cognouit, & tunc non eſt dubium quòd ſecundum ſit nullum primum in veritate teneat ex conſenſu tacitè præſtito in copula. Aut cognouit ſponſam non affectu vxoris nec habens animũ conſentiendi in eam tanquam vxorem, & tũc quo ad forum iudiciale ſecundũ iudicatur nullũ. & primum erit validum. vnde tunc filij erunt legitimi, & pro hoc iſte text. quo ad Deum verò tenet. Vin. dicit q ſecundũ teneat & non primum. vnde potiùs debeat pati excõicationem q adhęrere primę ſponſæ, cum ſponſalia illa ſint ſoluta per ſequẽs matrimoniũ. & idem tenuit Hoſt. primò, ſed poſtea videtur mutaſſe opinionem dicens q in vtroque foro parendũ eſt Papæ qui potuit ſtatuere quicquid voluit in matrimonio non conſummato. vt not. in c. ex publico. de conuer. coniug. ſed præcedentẽ opinionẽ approbat Anto. & illa videtur mihi veriſſima. nam Papa non poteſt ſupplere cõſenſum quo matrimonium ꝫhitur. facit l. literas. in fi. de reſtit. ſpol. Item tex. hic nõ annullat ſecũdum matrimoniũ diſpoſitiue, ſed loquitur illatiuè. ſ. ſi primum eſt præſumptum de iure ergo ſequitur q ſecundum eſt nullum, ita q illatio nullitatis eſt fundata ſuper præſumptione, ſed ſi præſumptio eſt falſa. ergo quicquid ſe-
5 quitur corruit. vt in regula. acceſſorium de reg. iur. li. 6. † Secundò quæritur nunquid aliqua probatio poſſet admitti ꝫ illam p-
a ſumptionem, videtur primò q ſic, per illud quod no. Cy. & cõiter legiſtæ. aut. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nupt. vbi ponitur dictum notabile q ꝫ præſumptionem iuris, & de iure admittit
b probatio in ꝫrium per confeſſionem partis. & idem vult glo.
c ord. in corpore vnde ſumitur, illa aut. videlicet in auth. de æquando. in §. j. ſentit Inn. in c. quia plerique. de immu. eccle. vbi ponit dicta ſingularum dicens q licet ſententia tranſiuerit in rem iudicatam, tamen ſi pars pro qua lata eſt ſententia fatetur eam in-
d iuſtam debet illa ſentẽtia retractari quod ſingulariter notabis. ¶Sed aduerte, nã illud commune dictum procedit quando ius præſumit in fauorem alterius; tunc enim ille confitendo ꝫrium tollit præſumptionem iuris, ſed in caſu noſtro non agitur de fauore contrahentium ſed matrimonij. vnde coniuges cõfitendo non poſſunt præiudicare matrimonio. vt in c. ſuper eo. de eo q cog ꝑ ng. vxo. ſuæ. & ſic in caſu illius. c. non ſtaretur ſoli confeſſioni vtriuſq; ẽt ſi dicerent q cognouerunt ſed non affectu maritali, ſecus ſi vellent ꝓbare indirectè non ꝫ præſumptionem iuris, vt puta ꝓbando q per prius renuntiauerunt ſponſalibus, vel quia mulier non poterat eſſe vxor, quia conſanguinea, vel quid ſimile, nam ꝫ præſumptionẽ iuris & de iure, admittitur probatio in ꝫrium indirectè. vt eſt gl. no. in verb. feciſſe narramus. in clem. de prob. qđ no. In g ſcda ibi. præſumit. ſcilicet mulierẽ dotem ſtipulantẽ. aduerte, quia iſta gl. ꝓſequitur quatuor ſpẽs præſumptionis & confundit fictionem cũ præſumptione. nam duo exempla priora poſita in gl. loquuntur de fictione, ſed non rectè ponit ꝑſumptionem hoĩs, ſed proſequitur, non quatenus homo præſumit, ſed quatenus de hoĩe preſumitur. & ſic ẽt dicendum eſt in preſumptione facti, nã facti non preſumitur, ſed ex facto ꝑſumitur. & idẽ in præſumptione naturę, & forte ob hoc gl. no. in c. ferrũ. l. diſt. paruipendit diſtinctionem huius glo. vnde ego concluderẽ, q quædã eſt fictio, quędam eſt preſumptio. Fictio eſt quãdo ius certum de aliquo facto fingit ſtatuendo i oppoſitũ, exemplum, cũ fingit vxorem ſtipulatã dotem reddi ſibi. licet ſit certũ, qđ nõ fuerit ſtipulata, ſed in fauorem mulieris hoc fingit. Præſumptio verò eſt ſup dubio & veriſimili, vt in caſu huius c. q hoc qđ no. gl. in l. vnica. ſ. accedit. C. de rei vxo, actio. vbi gl. ita diſtinguit. & bene. Præſumptio vero ſubdiuiditur, nã quędã eſt præſumptio iuris, quędam hominis. præſumptio iuris eſt duplex. quædã ſimplex. vt cũ ius in aliquo facto dubio preſumit ſed non figit in tantum pedes q ſtatuat ſup facto ꝑſumpto, ſicut ſuper vero, ꝫ talem præſumptionem admittitur, ꝓbatio in ꝫrium. & de hoc eſt tex. hic & in cle. literis. de ꝓbatio. & illã appellamus ꝑſumptionẽ iuris, & de iure. vnde ſcias q iſta ſunt vltima vocabula magiſtralia & nõ iuris. vnde ꝫ omnẽ præſumptionẽ iuris admittitur ꝓbatio in ꝫrium, niſi ſtatuat ſuper illa ꝑſumptione. vt dicit gl. no. in d. c. ferrũ & appellatur præſumptio iuris, qa à iure originem habuit. appellatur de iure, qa ius in tãtum figit pedes q ſtatuit ſuper ea, & non admittit probantem ꝫrium, ſed habet illud ac ſi eſſet de mero iure. Præſumptio hominis eſt cum iudex preſumit in caſibus ſpecificè non præſumptis à iure. nã ius dat facultatẽ iudici præſumendi intantũ q ex ſola
e ꝑſumptione ſi eſt violenta poteſt ferre ſententiã. vt in c. affert. de præſum. in l. indicia. C. de rei vendi. & in l. ſciãt cuncti. C. ĕ proba. canonizata 2. q. 8. ſciant cuncti. neque ſuper his dari pot certa regula, nam ſm quod indicia ſtringunt præſumptio facit gradum probationis. facit quod no. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. & vide quod plenè dixi, de præſumptio in ca. ĝto, hęc verò preſumptio iuris, & hominis cauſatur quandoque ex facto quã gl. appellauit præſumptionẽ facti, quãdoque ex natura, id enim ex cauſa naturali, quam gl. appellauit præſumptionem naturæ quandoque ex geſtis & conſuetudine hominis, quam gl. appellauit præſumptionem hominis, ſed certè illa habent ſe tãquam materia ad præſumptionem hominis & iudicis. Abbas.

ADDITIONES.

a ¶Præſumptionem. Fallit quando vellet probare ſe debere reſtituit ex clauſula, q̃ ſi mihi iuſta cauſa videbitur. Cy. in l. j. C. de ꝑd. inde. Sp de execu. ſententiæ. ſ. fi. Ant. inca ſuborta. ſ. de re iudic. Alex. in l. inter ſtipulantem. ſ. ſi Stichum. ff. de verb. ob.
b ¶Præſumptionem. Vide Alex. vbi ponit regulam cum tribus limitationibus. in l. à Diuo Pio. ſ. fi pignora. ff. de re iud. & Fel. in c. quanto. ſ. de præſump. Vide etiam Caſ. in l. ſi prius ff. de oper. no. nun. & Bar. Vero. cau. xxii. & Lanfran. de Ori. in c. quoniam ꝫ. in prin. ſ. de prob. Fel. in c. cũ Ioãnes. ver ſecũdus caſus. ſ. de fid. inſt.
b ¶Admittitur probatio. Facit gl. in l. j. C. de dolo. vbi Sal. Bar. in l. abſentem. ff. de pœnis.
c ¶Idem vult. Adde Lud. Roma conſi. cccc. And Barb.
d ¶Retractari. ſequitur Ro. in l. admonendi. ff. de iureiur. ſequitur hic Ant. de But. reputans hoc dictũ ſingulare. & in c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. ſequitur Abb. in c. quanto. ſ. de præſump. & in quæſtione per eum diſputata, incipiente, ſtante ſtatuto q, Bal. in auth. ad hæc. de vſu. Bar. Cæpol. cautę. xxiij. Caſ. latè in d. l. admonendi.
e ¶Sententiam. Tamen non poteſt ferri condemnatoria. d. c. afferre. ſecundum Old. conſi. xciij.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium etiam carnali copula conſummatum.*
2 *Sponſalia de futuro ẽt iurata ſoluũtur per ſpõſalia ſubſequẽtia de præſenti.*
Sponſalia dupliciter contrahuntur.
Sponſa etiã dicitur vxor de præſenti ante conſummationem matrimonij. Vtor an veniat appellatione ſponſæ & econtra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 *Loqui quis prius debeat & interrogari in contractu matrimonij masculus vel fœmina.*
4 *Verba non sunt statuta certa pro contrahendo matrimonio, sed sufficit quòd per verba exprimatur consensus de præsenti.*
Iuramentum & carnalis copula nihil addunt ad substantiam matrimonij.
5 *Sponsalia de futuro ēt iurata nō impediunt matrimoniū cū alia contractum.*
6 *Verba etiam in loqui valente nō sunt necessaria ad matrimoniū, dumodo signa appareant, vt puta si mulier annuit capite, vel manum porrexit, & possit esse se subarrhari per immissionem annuli.*
9 *Verba placet, & consentio an sufficiant ad matrimoniū.*

CAP. XXXI.

1 SI INTER VIRVM. † Spōsalia de præsenti non soluuntur per consequens matrimonium etiam carnali copula cōsummatum, sed sponsalia de futuro etiam iurato soluuntur per sequentia de præsenti. duo sunt dicta, ſm ibi, verum. ¶ Casus literalis. Si inter virum & mulierem consensus de præsenti interuenerit sub hac forma verborū, Ego accipio te in meū, & ego accipio te in meā. vel per alia verba consensum exprimentia de præsenti, siue iuramentum interuenerit, siue non, licet alteri postea ad alia vota transire, quod si fecerint, etiā si carnalis copula fuerit subsecuta possunt separari, & primū matrimonium in sua firmitate remanet. Sed si inter eos verba interuenerint de futuro vtroque dicente alteri ego accipiā te in meam, & ego accipiam te in meū vel similia verba, si alter cū alia postmodum per verba ⁊xerit de præsenti non debēt separari, ēt si inter ipsum & primā iuſm interuenerit, sed de fide mentita, ei est pœnitētia iniungenda. B. ¶ † No. primò q̄ sponsalia ⁊huntur dupliciter; quandoque scilicet per verba de futuro, id est, per verba exprimentia cōsensum, non de præsenti, sed de futuro. & ista rectè & propriè possunt dici sponsalia, quia quis spondet aut promittit se futurum maritum vel vxorem, quædam dicuntur spōsalia de præsenti, id b est sponsalia ⁊cta per verba exprimentia consensum de præsenti, & ista impropriè appellātur sponsalia respectu vinculi matrimonialis, sed possunt appellari spōsalia respectu executiōis matrimonij, quia vterque spōdet ī futurū respectu executionis, sed respectu vinculi ꝓmittit de præsenti. & sic no. q̄ ante carnalem copulam & traductionem ad domū potest vxor appellari sponsa, & ita in multis locis appellatur, & hoc facit ad statuta odiosa faciēntia mentionem de vxore, vt nō cōprehendant istam sponsam de præsenti maximè ꝓp cōem vsum loquendi. de quo vide quod dixi ſ. eo. super rubric. † Secundò no. arg. ſm Io. An. q̄ in ⁊ctu matrimonij ꝺbet masculus primò loqui seu interrogari. ad idem c. licet. de spon. duo. fatetur tamen, q̄ alibi seruatur ⁊rium vt Paduæ, sed non est vis, quia hoc nō est de substantia matrimonij, & forte ob bonā causam in aliquib. locis seruatur vt mulier primò interrogetur, quia cum sit variabilis cautius est prius perscrutari consensum suū nevir primò cōsentiens remaneat cum 4 dedecore ea postmodum nolente consentire. ¶ † No. tertio ibi, vel alia verba. &c. q̄ in ⁊ctu matrimonij nō est statuta certa forma verborum, sed satis est q̄ per verba exprimatur consensus ꝺ præsenti. Item no. q̄ iurm non addit ad substantiā vinculi matri5 monialis nec etiam copula carnalis. † Vltimò no. q̄ sponsalia de futuro etiam iurata nō impediunt matrimoniū cum alia ⁊ctum, 6 de quo in c. sicut. ſ. e. ¶ † In gl. j. in fi. no. singulariter istā gl. q̄ apetit intelle&ū c. tuæ. ſ. eo. magis q̄ ibi fecerit, vult em̄ q̄ etiā in loqui valente sufficiant signa, præsertim si masculo expresse consentiente mulier annuit capite, vel porrexit manum, & passa est 7 se subarrhari per immissionem annuli. † Et per hoc dico decisam esse quæstionem Doct. quærētium hic, quid si masculus dicat, ego accipio te in meam, & fœmina dicit, placet vel cōsentio, nunquid sit matrimonium. & videbatur q̄ non, quia tex. videbatur exigere vt mulier proferat cōsimilia verba. sed in ⁊rium fuit hic iudicatum, vt refert Abb. nam non refert per quæ verba exprimatur ⁊sensus de p̄senti, vt patet in tex. ibi vel alia verb. Abb.

ADDITIO

8 ¶ Annuit. Hoc verum in his, quæ non requiruntur verba pro substantia. l. j. §. si quis ita. & ibi gl. ff. de verb. obli. in verbo, annuisset. l. si stipuler. ff. eo. gl. in l. item quia ff. de pac. in quibus locis gl. voluit, q̄ stringendo quis humeros dicitur consentire. Imo. in d. §. si qs. ita reprehendit illam gl. quia vt experientia docet, quę est rerum magistra, stringendo quis humeros dicitur dubitare.

SVMMARIVM.

1 *Nisus ad copulam non facit sponsalia de futuro transire in matrimonium.*
2 *Ius quando aliquid inducit ex præsumptione certa seu ex aliquo facto nō satisfit iuri nisi factum sit perfectum & non sufficit inchoasse.*
Pœnam imponi non a iure vel statuto propter aliquod delictum non incurrit ille qui delictum tantum inchoauit nisi perficiat.
3 *Inceptum delictum habetur pro consummato, & an hoc sit indistinctè verum in foro iudiciali, & in foro poli. 2.*
Sponsus si defloruit sponsam ex quo tamen non fuit subsecuta seminis cō mixtio non est iudicandum pro matrimonio.
4 *Receptio munerum, iocalium, & amplexus an faciat transire sponsalia de futuro in matrimonium.*

CAP. XXXII.

1 ADOLESCENS. † Nisus ad copulam nō facit sponsalia de futuro transire in matrimoniū. ponit dictum casum inferens ibi cū qua. ¶ Casus literalis. Adolescens quidā ⁊hit cū quadam per verba de futuro. Et nisus fuit iæpe illā cognoscere sed nō potuit, postmodū p verba de p̄ti cū alia ⁊xit. quæritur q̄ debeat habere, dicitur, q̄ primā hr̄e nō, potest, cū illud nō fuit verum matrimonium ex forma ⁊ius, nec præsumptū, qa cona 2 tus non habuit effectum, & ita secundam habebit vxorē. † No. primò & tenementi, q̄ vbi ius aliquid inducit ex præsumptione certa, seu ex aliquo facto non est satisfactum iuri, nisi illud factū sit perfectum, vnde non sufficit factum inchoasse sicut dicimus in simili, quādo pœna est apposita ipso iure ex aliquo maleficio ad incurrendum pœnam, non sufficit maleficium inchoatū nisi a etiam plenè sit cōsummatum, avt in ca. perpetuæ. de elec. iuncto c. cum in cunctis. co. ti. firmat Io. An. in regula, odia. de regu. iur. lib. vj. in Mercu. facit ad materiam l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. tetigi in c. j. de eo qui mit. in pos. & ratio eorum p̄t esse, qa hæc odiosa & deuiātia à regulis iuris dēt restrin3 gi, vt in c. pœnæ. de pœni. dist. j. ¶ † Contra istum tex. oppo. de c. iuuenis. ſ. e. vbi nisus ad copulā habuit effectum. Item delictum hr̄ p̄ summato saltē quo ad Deū ex inchoatione. vñ scribitur, qui viderit mulierē ad ⁊cupiscēdū eā, iā mœchatus est in corde suo. xxiij. q. v. nec solo. & c qui viderit. & de pœni. di. j. ſ. cui. & c. si ꝓpterea. Sol. ꝓp hæc ⁊ria Gaſ. de Cal. restringit istū text. vt intelligatur qñ spōsa erat impubes ita. q̄ nō poterat expresse, nec tacitè in matrimonio ⁊sentire, alias iter maiores nisus ad copulam b induceret matrimoniū præcedētibus sponsalibus. Sed hęc op. destruit istā literā q̄ indistinctè loquitur, & oēs Doc. tenent oppositū, nā cū copula sequēs inducat matrimoniū, ex p̄sumptione iuris deuiātis à cōibus regulis, non debem⁹ extēdere illā p̄sumptionē seu fictionem ad causam nō expressam. facit, qd no. in c. in nostro, de iniur. & in l. 3. §. hæc verba. ff. d ne. gest. imò plus sentit. Inn. hic q̄ si sponsus cōdefloravit sponsam, ex quo tñ nō fuit subsecuta seminis cōmixtio, non est iudicandū ꝓ matrimonio, ꝓ hoc ēt facit, qa duo spōsalia nō debent ⁊curr̄ere circa idem, vt in l. j. C. de do. ꝓmiſ. sed in casu nostro similus sufficeret ⁊currerent duo sponsalia, primū, q̄ copula transfunderet sponc salia in matrimoniū. Scdm. q̄ nisus ad copulam habeat ꝓ actu cōsummato. Tene ergò simpliciter, q̄ ⁊tuncūq; spōsi sint maio res nisi perfecte sponsus cognoscat spōsam nō trāseunt sponsa 4 lia in matrimonium. ¶ † Sed q̄ro qd si spōsa de futuro recipit iocalia & amplexata est sæpe sponsum nunquid ex his sponsalia trā seunt in matrimonium? Conclude sic aut spōsalia de futuro verbis & mente ⁊hentium fiunt, & pp hæc & similia non transeunt in matrimonium, sed videtur amplexari virum spe futuri matrimonij. & de hoc est casus in c. j. de ma. ⁊c. ⁊ inter. eccl. Aut præcesserunt sponsalia de p̄ti, verbis & mēte ⁊hentium, sed iuris iter pretatione sunt de futuro propter minorem ætatem vtriusq;, vl alterius, & tunc si perueniunt ad ætatem legitimam interceden tibus prædictis signis illa sponsalia transeunt in matrimoniū, & de hoc est casus cum gl. in c. 1. de despon. impub. li. 6. & ibi p Io. An. nunquid aūt per traductionē sponsæ ad domum viri transeunt spōsalia ī matrimoniū circa carnalem copulam, tenet Ioa. An. hic q̄ sic allegat. l. quæsitum. ff. & alia iura Canonica q̄ hoc non probant, vnde Io. Cal. & An. tenent oppositum q̄ mihi plus placet, qa hæc fictio siue præsumptio cū sit à iure exorbitās non debēt extēdi ad casum ī iure nō expſſum. qd no. ad aliā materiā.

De despon

ADDITIONES.

a ¶ Cōsummatū. Quia licet ī dlictis affect⁹ habeat ꝓ delicto ⁊sumpsit maio. l. q̄sq;. C. ad legē Iul. maie. c. j. ſ. d eo, qui mit. in pos. tamen secus est in contractibus, vt est hic text. secundum Phi. de Franc.
a ¶ Consummatum. de hoc latè Fel. in c. j. ſ. de præsump. & in tract. quando conatus puniatur, & Mod. in l. j. §. fi. ff. qd̄ q̄sque iur. S. S.
b ¶ Ad copulam. Vel distingue, quandoque ⁊huntur de præsenti, quæ iuris interpretatione censentur esse de futuro, vt ꝓp defectum legitimæ ætatis ista transeunt in matrimonium nō solum p copulam carnalē, sed etiam p alium modum, scilicet p oscula & cohabitationem. Et est vnum cōsilium plenum Cornelij. cxvj. vide Phi. Fran. in c. vnico. §. idem quoque. de desp. impub. li. vj.
c ¶ Si sponsus. adde quòd quando matrimonium non potest habere suum effectum. vt per impotentiam coeundi, in dubio nō iudicatur pro matrimonio, vt no. Abb. in c. fraternitatis. verſ. sed est dubium. ī. de frig. & maleſi. quod dicit esse mirabile. Seb. Sap.

¶ De desponsatione impuberum. Tit. ij.

¶ Continuatio Rubricæ.

¶ Supra visum est de sponsalibus in genere. nūc de eis submittit in specie. ſ. de his quæ contrahuntur per impuberes. Vide aliter & sic. Quia ad sponsalia contrahenda certa ætas determinata est à iure. Ideò post rub. precedentem subijcit istam in qua tractatur de ætate habili ad ipsa spōsalia. ideò, &c De materia huius rub. vide xxx. q. ij. facit xx. q. j. c. j. & repetitur. in vj. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Pater ꝓ filio impubere cōtrahit spōsalia, ꝓ pubere verò nō, nisi cōsentiat.*
2 *Ætas quatuordecim annorum dicitur perfecta respectu matrimonij contrahendi, quòd verò ad alia non, nisi xxv. annum attigerit.*
3 *Differentia. an sit inter filium puberem vel impubere quo ad sponsalia per patrem contrahenda.*
4 *Metus siue reuerentia paterna non facit matrimonium nullum, nisi sit talis metus qui possit cadere in constantem.*
Matrimonialis causa secundū canones, & non secundū leges terminatur.
5 *Filia quæ inscio patre matrimonium contraxit, an vitium ingratitudinis incurrat, & propterea possit à patre exhæredari.*
6 *Pater an teneatur filiā dotare quæ matrimoniū contraxit sine suo cōsensu.*
7 *Dotis causa fauorabilis est.*
Verbum debet, an importet necessitatem, vel honestatem.

CAP. I.

TVA FRATERNITAS. † Pater ꝓ filio ipubere spōsalia cōtrahit pro pubere verò nō, nisi ⁊sentiat. h. d. Habet tria dicta. secundū ibi, pōt. tertiò ibi, & post quā. Casus literalis. pater vult q̄ filiꝰ suꝰ ⁊trahat cū aliqua muliere, & filius adultus non vult contrahere cum illa, quæritur an pater filium compellere possit, vt cum illa contrahat. dicitur quòd si filius non consenserit id fieri non potest. sed filium non dum adultum potest pater, cui vult in matrimonium tradere, quia voluntas ipsius adhuc discerni non potest, sed postquam venerit ad ætatem legitimam debet factum patris ratum habe2 re si sibi placuerit. sed nō compellitur. B. † No j. quòd post 14. an. quis appellatur adultus & in perfecta ætate constitutus. & hoc respectu matrimonij contrahendi. nam quò ad alia non dicitur perfectæ ⁊tatis nisi attigerit xxv. ann. ff. de min. quasi per totū. 3 ¶ † Opp. cōtra tex. & videtur q̄ nulla sit differentia inter filium adultum, & minorem per tex. in c. vnico. co. ti. lib. 6 vbi dicitur quòd ex sponsalib. contractis per parentes non obligantur filij puberes, vel impuberes, nisi consentiant tacitè vel expresse, vel sint præsentes & non contradicant. So. dicendum est quòd in veritate quò ad iuris effectum nulla est diff rentia inter istos vt saluetur distinctio huius c. dicit Ant. rex. istū procedere quando filius est infans, vt sic pater possit pro eo sponsalia contrahere, tamen dico quòd illa sponsalia nullius sunt effectus. tex. st 30. q. 2. inc. vbi. & ī. eo. literas. Sed potest distinctio huius c. referri ad factum & honestatem quandam, vt pro filio in ætatē habili ad sponsalia contrahenda pater eo non consentiente, spōsalia contrahere non debet, sed pro filio infante ex eo quòd eius voluntas discerni non potest sponsalia contrahere potest, ponendo spem in ratificatione filij quando fuerit factus maior, tamē quò ad iuris vinculum nulla ex his sponsalib. oritur obligatio, 4 quò ad ipsum filium. vt in d. c. vbi. & ī. eo. literas. cum seq. ¶ † In gl. j. ibi. coactione paterna ductus. intellige gl. de coactione reuerentiali paterna, vt quia ob reuerentiam patris filius ⁊traxit cū ea cum qua non fuisset ⁊cturus si sui iuris extitisset. & ita ꝓprie intelligitur l. si patre. alle in gl. secus autē si fuisset coactus à parente vel metu, qui potuisset cadere in constantem. tunc matrimoniū nullum esset, vt patet ſ. ti. prox. c. veniēs. el. 2. &. lo cum. & no. in d. l. si pater. Et in fi gl. hodie ſtam⁹ Canonibus non autem legibus, quia materia matrimonialis, est Canonica & nō Legalis, vt de or. co. c. tuā. & no. gl. quòd de iure Canonico nō cogitur filia consentire sponsalibus per patrem contractis, quia tenet matrimonium per eam cōtractum sine consensu patris, 5 quod clarius probatur in d. c. veniens. † Sed circa hoc quæro nūquid filia incurrat vitium ingratitudinis, vt possit exhæredari à a patre, si contraxit matrimonium sine consensu patris. a Gof. dicit quòd sic. ad hoc quod habetur in auth. vt cum de app. co. § si alicui. matrimonium tamen tenet, vt hic. Sed Hosti. hoc dictum non approbat nisi filia eligeret turpem vitam, & hoc vltimū dictum cōiter approbatur. ī. de sec. nup. c. pen. & vlt. Ex quo enim filia vtitur permissione Canonica, nō debet incurrere vitium in 6 gratitudinis. ¶ † Sed quæro de quæstione quotidiana nunquid b pater b teneatur filiam dotare ex quo contraxit matrimonium sine suo consensu. Doc. non tangunt hic, sed quod teneat habes gl. notabilem. 32. q. 2. c. fi. & in c. de raptoribus. xxxvj. q. 2. quæ tamen gl. limitat primum dictum, nisi filia elegerit maritum moribus suis indignum. & idem ibi tenet Arc. Sed aduerte lari⁹ aut filia nupsit post. xxv. ann. & tunc pater nō potest sibi impingere aliquam culpam. ex quo tanto tempore dissimulit eam collocare, vt in d. ſ. si alicui. Si tamen nupsit sine promissione dotis non potest pater cogi ad dotem præstandam, quia pater cogitur præstare dotem vt possit filia reperire maritum, vt in l. qui liberos. ff. d ritu nu. & l. fi. C. de do. promi. sed ex quo filia reperit maritum sine dote, cessat cā compulsionis legalis, & idem est si contraxisset in minori ætate, vt voluit notanter Bar. post Gul. de Cu. in l. obligamur. ff. de act. & ob. sic limita gl. superius allegat. Aut filia contraxit ante xxv. annum, & tūc est dubium nunquid pater teneatur ad dotandum. credo q̄ sic, quoniam pater tenetur alere filiū nec ex contractu illius matrimonij, potest denegare alimenta, cū istis sponsalibus filia non sit sub potestate paterna, vt ī. in c. fi annum. de iu. li. vj. fortius ergo tenetur dotare quia causa dotis c est fauorabilior causa alimentorum, vt no. Cy. in l. non omnii. C. de admi. tu. & hoc intelligecum distinctione præmissa, quando nupsit promittendo dotem, & sic alias consuluī in quæstione ſa 7 cti. ¶ † † in gl. fi. no. gl iuncto tex. q̄ verbum debet, d quandoque d importat honestatem, & nō necessitatem etiam si præcedat verbum omnino. hoc ideo quia materia non necessitat, alias de sui natura importat necessitatem, vt est gl. not in cl. attendentes. de sta. re. per Bal. in l. creditores. C. de pig. actio.

ADDITIONES.

a ¶ Patris. Hodie est correctum per ſ. causas. in aut. vt cū app. co. & ⁊hunti sine consensu patris non fit præiudicium neque in dote, nec in communione actionis. Bal. in l. 2. §. q̄ si in patris. ff. fol. ma. Imo. in ca. accedens. ſ. de procu. videtur tenere q̄ pater tenetur dotare fil am, quādo nubit indigno. Ale. in l. j. ff. solu. mat. sed in hoc vltimo ⁊rium tenuit gl. & ibi Arch. in ca. de raptoribus. 36. q. j. Io. An. & Ant. in d. c. accedens. & Ab. in c. cum causa. ī. de rap. Bal. in l. si pater C. de sponſa. & in l. nec filium. C. de nup. Alex. sibi contrarius in ſi. xcv. j in j. vol. Sali. in l. si vt proponis. C. de nup. & ista est cōmunis opi. vt attestatur Ias. in d. §. q̄ si in patris. sic tene. q̄ etiam hodie est correcta auth. sed si post. C. de inof. testa. est ⁊ Pau. de Ca. ibi. & ita tenet Ab. hic & melius in consi. xij. inc. vt clarè materia. cum matrimonia debeant esse libera, vt ſ. tit. ꝓx. c. gemma. l. Titia ff. de verb. obli. ab omni metu pœnæ.
b ¶ Nunquid pater. vide Pe. de Anc. in c. quintauallis ſ. de iureiu. Bal. in l. fi. C. de sen. quæ sine certa quan. & Ale. in cōsi. cxxxix. incip. visis themate. in 2. vol. Seb. Sap.
c Dotare. Argumentum de dote ad alimenta non ꝓcedit, paret, quia pater non tenetur alimentare filiam diuitem. l. si quis. §. sed si filius. ff. de lib. agno. sed dotare tenetur. l. fin. C. d dot. promiſ. late per Alex. in l. j. ff. fol. ma.
d Debet. Vide Ab. in c proposuit ſ. de ap. Fel in c. nam concupiscē tiam. ſ. de const. vbi dicit, q̄ verbum, d bet, non importat necessitatem, quando adderetur verbum habuit.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes ambo vel alter nisi pro bono pacis coniungi non debent. 6.*
2 *Ætas ad matrimoniū ñ tātū ſm Canones sed ēt ſcm Leges attenditur. Legum autem authoritas in matrimonialī causa attenditur.*
3 *Necessitate vrgente vel pro bono pacis potest q̄nque recedi à iuris dispōne.*
4 *Bonum pacis est quandoque causa inductiua ad matrimonium contrahendum nec peccant contrahentes.*
5 *Ætas septem annorum quo ad sponsalia communis est masculo & fœminæ sed respectu matrimonij differentia est.*
Ætas xiij. annorum requiritur in masculo, xij. verò in fœmina. Fœmina citius pubescit quàm masculus, & quare. CAP. II.

1 VBI NON. ¶ † Impuberes ambo vel alter nisi pro bono pacis coniungi non debent. Primo ponit dictum, secundo excipit ibi, nisi tertiò. exemplificat ibi, vt pote. ¶ Casus literalis. Dicitur hic q̄ aliqui quorū vterque vel alter ad ætatem legitimā non peruenerit coniungi non debēt, nisi forte aliqua causa interueniente, vt puta pro bono pacis, ⁊rium fuit causa huius prohibitionis. puta ⁊hebant aliqui in minori ætate, cum ad ætatem legitimam peruenirent. displicebat alter alteri, & sic nō ⁊hebāt, 2 pp quod scandalum. & odium inter parentes oriebatur. B. † No. ibi, legibus vel canonib. & tene menti q̄ respectu ætatis aptæ ad matrimonium non solum recurrimus ad Canones. sed ēt ad leges, & sic facit iste tex. in ar. q̄ ēt in materia matrimoniali possu3 mus recurrere ad Leges Canonibus non ⁊rias. ¶ † No. secundò q̄ ex vrgenti necessitate vel pro bono pacis potest q̄nque rece4 di à dispōne legali seu canonica. facit xxix. di. per tot. † Vltimò no. q̄ bonum pacis est q̄nque eā inductiua ad matrimonium ⁊hendum nec peccant ob hanc cām cōtrahentes. fa. qd̄ no. gl. 27. q. j. ī fi. sum. † In gl. ij. in fi. no. gl. q̄ in spōsalib. d futuro ætas 6. an. 5 a ē cōis masculo & fœminę. sed respectu mr̄imonij ⁊hēdi est dr̄iaa

ADDITIONES. inter

a ¶ Differentia. Est etiam in faciendo testm̄. l. qua ætate. ff. de testa.

Universidad de Deusto

ir ter masculum & fœminam, quia masculus regulariter dicitur ꝑpleuisse annū 14. fœmina verò 12. & est rō: qa ad mrimoniū ꝯhē duas reqrit pp potentiā coeūdi. sed mulier naturaliter citiùs pubescit, q masculꝰ: ō &c. ḡre aūt fœminæ citiùs pubescāt de gl. ff. 2. C. d nis q ve. æta. imp. q mala herba citò. crescit, sed alꝰ rationes reddunt Doc. ꝯ. c. literas. videlicet, qa mulier est ingeniosior, & callidior. itē sexus muliebris est debilior. vnd citius deficit fœmina q masculus, & naturaliter videmus ꝙ id qd citius deficit citius perficitur, quicquid sit experimento cōpertū est ꝙ fœmina citiꝰ pubescit & regulariter. ī xij. anno. accedit puberias. ideo iura ptē fixerunt illā ætatē. ¶ In gl. in ver. coniungantur. in fi. podera gl. nā vt intelligere tex. respectu matrimōij & spōsaliorū, & sic ante ætatē pubertatis nō debebāt alicui ꝯiūgi. & idē sentit In. & expressius Ho. dicēs, q cā huiꝰ ꝓhibitiōis fuit bonū publicū. nā ex spōsalib. q̄ tenēt, oritur impedimentū publicæ honestatis, cū aūt de facili dissoluātur cū ꝓ minores ꝯhūtur ñ ꝓt spōsa ampliꝰ ꝯhere cū ꝙsanguineis spōsi nec spōsus cū ꝙsanguineis spōsæ, vt in c. spōsam. s. ti. ꝓx. qd vt ꝯ mētē l. j. ff. so. ma. & sic apertè sentit ꝙma iores septēnio. impuberes tamē nō debēt admitti ad ꝯctū spōsaliorū, dicebat tamē Io. An. ꝙ iste tex. loqtur de honestate, qd nō putoverū, ꝓ illa verba districti' inhibem'. nec placet mihi eoꝝ intellect' gl. & do. primò qa tex. dicit nō ꝯiūgāt. sed p spōsalia ñ fit ꝯiūctio, sed ꝓmissio ꝯiūctiōis futuræ. fa. 30. q. 5. nostrates. itē presupposito ꝙ hoc verbū possit adaptari ad spōsalia ex alio capite, ñ ꝓcedit eoꝝ intellect', qm̄ tex. iste ꝓhibet ante q̄ vterq; pueniat ad ætatē canonib. determinatā. dē post septēniū respectu spōsaliorū puenerāt ad ætatē legtiā, vt ī c. literas. & ī c. fi. ĵ. e. ergo licite ꝯhūt spōsalia. vñ intelligo istū tex. strictè. qñ ꝓpuberes ābo, vel alt ꝯhūt mrimoniū, & volut ītedere copulæ carnali, talis. n. ꝯiūctio nō ꝯmittēda p eccl̄a, ne postmodū dubitet de validitate mrimonij, ꝓut accidit ī terminis. s. c. gtinebaī. & add hic qd hr ī c. vnic. ĵ. e. li. 6. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Puberes sunt quo ad matrimonium, qui ex habitu corporis concipere & generare possunt.*
2 *Puberes dicuntur à pudicitia.*
Pudibunda loca olim inspiciebantur, hodie verò non.
Argumentum ab etymologia vocabuli.
3 *Pubertatis signa plura sunt.*
Puer nouem ann. nutricem ingrauidauit.
Habitu & aspectu corporis cognoscitur an quis sit maior vel minor.
4 *Aetate habilis sed impotens ad coeundum matrimonium licitè contrahit.*
Aetas decem & octo annorum est habilis ad coitum.

CAP. III.

1 PVBERES.¶ † Puberes sunt quo ad matrimonium qui ex habitu corporis concipere & generare possunt. primò narrat dictum, secundò refert vnā opinionē. ibi. gdam. tertiò aliud dictum ibi. cæterum. quartò aliud ibi & pucrpe. Casus literalis. Quia hæc rubrica de despon. impub. situata est, dubitatum fuit q essent impuberes. sed qa puber. b. cognitis cognoscuntur & ipuberes. ideò de puberib. dī. priꝰ tñ Isidori, & quorundā aliorū recitata snia, eos vere puberes esse dicimus qui ḡnare possunt. In fine dicit ꝙ illæ sunt puer peræ quæ in puer ilib. annis pariunt.
2 B. † No. arg. ab etymologia vocabuli, vocantur impuberes à pudicitia, scu pudore corporis quem ipsi & inspectores patiebantur cum loca pudibunda inspicerent, sed hodie hoc signum est sublatum ab Imperatore, quia cū dubitatur de pubertate non debent inspici loca pudibunda, vt in l. fi. C. qñ tut. vel cur. esse de
3 si. ¶† Secundò not. tria signa quibus cognoscitur pubertas, primum iuxta ordinem literæ est fallax, quia nonomnes pilosi sunt potentes. nec non pilosi impotentes. Sedm. ætatis est fallax, qa
a multi pubescunt ante ætatem 14. annorum. a vnde narrat Greg. in dialogo ꝙ quidam puer ix. ann. reddidit nutricem prægnan-
b tem. b vt refert gl. 26. q. 1. in summa. Tertium signum est infallibile, cum. s. quis habet potentiam coeundi. & no. ibi. ex habitu corporis, ꝙ quandoque minor vel maior cognoscitur aspectu corporis, ad hoc l. minor xx. annis. ex aspectu. ff. de mi. plenè Bar. in
4 l. de ætate. ff. e. † In gl. 2. ibi. contrarium credo. no. bene istam gl. vult enī. ꝙ habilis ætate impotens tamen ad coeundum validè non ꝯhit matrimonium, refert alios tenuisse ꝯrium, & hāc ꝯriam opinionem sequuntur hic cōiter Doct. reprobando gl. ex quo enim habet ætatem legitimam ad matrimoniū, nec apparet de impedimento ꝑpetuo tenet matrimonium, hoc probat. ĵ. de frigi. laudabilem. nā si maritus non potest cognoscere mulierē non dissoluit illico matrimonium, sed debent dare operā p triennium vt sic experiantur vtrum impedimētum sit perpetuū, alias sequeretur ꝙ impotens ad coeundū ꝓpter infirmitatē nō posset ꝯhere matrimonium. vnd in casu nostro debet iste adolescēs expectare vsque ad plenā pubertatē. s. 18. annorum. nā illa est plena pubertas. Item Mela. ff. de alimen. & ciba. legatis. & si adueniēte ætate nō potest generare, & mulier instaret pro dissolutione matrimonij, tunc poterit fieri solutio, quia præsumitur impedimentū esse perpetuum, & hæc opinio Doct. est æquior, sed opi. gl. forte ē verior restringendo eam ad minorem, put loquitur. nam ætas ad matrimonium cōsideratur ex eo quod cōiter accidere solet, sed ex quo clarum est. ꝙ non potest generari. ergo non est pubes respectu matrimonij. Potest ergo iste assimilari impuberi. & pro hoc facit hic tex. in ver. vlt. Abbas.

ADDITIONES.

a ¶ Xiij. annorum. Adde quod no. Io. An. in c. Iordanæ. ĵ. de eo qui cog. consan. vxor. suæ. ꝙ mulier potest esse apta ad copulam ēt si multum distet ab ætate legitima, & ꝙ ante ætatem. 14. ann. puberias possit considerari. tenet Raph. Cu. in cons. clxxxj. in c. ꝓponitur, quod Bartholomeus.
b ¶ Prægnantem. Referunt hoc dictum Bar. & Doc. in l. ī pupillari. ff. de vulg. & pup. ꝙ substitutio pupillaris expirat, quando filius impubes suscepit filium. quod est possibile.

SVMMARIVM.

1 *Septennio minorem qui desponsauit potest cum eius matre matrimonium contrahere, secus si tempore sponsaliorum erat maior vel si tunc erat minor vt in eadem voluntate permanens facta sit maior.*
Matrem sponsæ, qui in vxorem ducit & eam cognoscit nec matrem nec filiam habere potest.
2 *Impedimentum publicæ honestatis iustitiæ non oritur ex sponsalibus cōtractis cum minore septennio, secus si cum maiore, vel minore consentiēte post septennium.*
Affinitas sequens soluit sponsalia præcedentia de futuro.
3 *Septimus annus completus esse debet ad hoc vt quis possit sponsalia ꝯhere, & idē intelligitur de aliis annis requisitis ad matrimoniū ꝯhendum.*
4 *Affinitas etiam per illicitum coitum soluit sponsalia de futuro.*
5 *Aetate superueniente legitima, qualitas sponsalia cū minore septēnio.*

CAP. IIII.

1 LITERAS.† ¶ Qui desponsauit minorem septēnio cū eius matre contrahere potest, secus si tempore sponsaliorū erat maior, vel si tunc fuit minor eadem volūtate permanente facta sit maior. quia si cum matre ꝯhat, & eam cognouit nec matrem
2 habebit nec filiam. vel generalius sic. † Ex sponsalibus contractis cum minore septennio non oritur impedimētum publicæ honestatis, secus si cum maiore, vel minore consentiente post septennium, & affinitas sequens dissoluit sponsalia precedentia de futuro. cōis diuisio. Secunda ibi, ꝙsultationi. ¶ Casus literalis. Quidam cum esset ætatis legitimę ad ꝯhendum matrimonium desponsauit quādam puellam in cunabulis. postmodum cognouit matrem. & eam in vxorem accepit, dubitatur, an eā habere possit in vxorem. respondet Pa. ꝙ si prefatus vir matrem puellę in vxorem accepit antequam puella septimum annum complere
3 tur matrimonium. tenet, quia huiusmodi desponsationes q̄ intra septimum annum fiunt nullę sunt, veruntamen si postquam puella vij. annum compleuit, vir ille matrem accepit. ꝙ spōsalia ex tunc placere consueuerunt. matrimonium illud separari debet, nec matrem nec filiā habere poterit. B. ¶ † No. primo ibi septimum annum cōpleuisset. quę verba repetuntur ibi. septimum annum compleuit, ꝙ ad sponsalia de futuro contrahenda requ
a ritur. ꝙ septimꝰ annus sit completus. a & multum bene facit ista litera quòd ętas ista pręueniri nō potest. alias Papa distinxisset prout facit in matrimonio. ĵ. e. cōtinebatur de quo vide quod
4 dixi. s. ti. prox. Gemma. & c. iuuenis. ¶ † No. secundo quòd ex affinitate etiam per illicitum
b coitum contracta dissoluunt sponsalia de futuro. ¶ † Tertiò no. iuncta gl. pen. & tene menti, quòd
4 sponsalia contracta cum minori septennio cōualidantur per superuenientem ætatem si tacitè sponsalia præcedentia approba-
c uit. c vt quia sponsus venit ad domum sponsæ, seu mittit sibi iocalia tanquam sponsæ, vel quid simile. & vide hodie bo. tex. in c. vnic. e. ti. li. vj. vbi idem statuit in matrimonio ꝯcto per minores.

ADDITIONES.

a ¶ Completus. An ceptus annus habeatur pro completo. vide l. qua ætate. ff. de test. & ibi per Doc. Ex quo infertur quòd malicia nō supplet ætatem in sponsalib. de quo dixi in c. iuuenis. s. ti. ꝓx.
b ¶ Per illicitum coitum. Adde an per sodomiam contrahatur affinitas. adde Car. in c. j. de sponsa lib. vj. post Io. An. in arbo. affi. pleniùs per eundem Card in cle. j. de consang. & affi. & concludę, ꝙ quo ad matrimonij impedimentum contrahitur affinitas per sodomiam non quo ad aliud, vt no. gl. off. Innoc. & Ioan. de Fran. & Doct. in c. non debet. ĵ. de consan. & affi. no. iste in c. tertio loco, vbi plenè vide. s. de præsumpti. Zach.
c ¶ Si tacitè præcedentia sponsalia approbauit. adde D. de Ro. deci. cccv. inci. dubitat. In.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum publicæ honestatis iustitię non oritur ex sponsalib. nullis ex defectu cōsensus ex sponsalibus veris licet illa postmodū dissoluantur.*
2 *Desponsatio quid sit, & in quo differt à matrimonio.*
3 *Septimus annus debet esse completus quò ad sponsalia contrahenda, Aetas præueniri non potest.*
4 *Impedimentum publicæ honestatis durat vt sponsalia dissoluantur.*
Impedimentum publicæ honestatis vnde sit causatum.

CAP. V.

1 ACCESSIT.¶ † Summatum est. s. c. ꝓxi. Vel per alia verba summa sic. Sponsalia nulla ex defectu cōsensus nō creāt publicæ honestatis iustitiam. spōsalia verò aliqua sic, licet legitimo modo fuerīt dissoluta, distinguit duo mēbra, scm ibi, sanè. Casus literalis. Quidam, G. nomine ꝯxit sponsalia cum quadā puella intra septimum annū, & cū ipsa postea in dictū G. ꝙsentire nollet, ideò per Archiepiscopum absoluta, postmodū dictus G. cum matre puellæ matrimoniū ꝯxit, & ex ea filios suscepit, dubitauit Archiepiscopus vtrum matrimonium illud teneret, & an filij legitimi sint habendi. super hoc. Papa consultus respondet mandans Archiepiscopo quaternus si constiterit ei ꝙ puella non esset, vij. annorum qñ præfato G. desponsata fuit, & ꝙ idem G. fuisset absolutus ab ipsa cum post vij. annum consentire nollet matrimonium illud legitimum iudicet, & prolem eorum legitimum nūtiet, quia desponsationes intra vij. annum non tenet, si postea consensus non accedat, si verò dicta puella antequam deponsata d. G. fuisset, septimum annum compleuit quamuis ab ipsa absolutus fuisset, quia in eum consentire nolebat matrem puellæ
2 habere non potest. B. † No. ibi. desponsationes & matrimonia differentiam inter hæc nam matrimonium non est propriè despōsatio, nec despōsatio propriè matrimoniū. nam desponsatio idē est, quod promissio futurarū nuptiarum. de quo dic, vt dixi. s. de
3 spon. super rub. † No. secundò ibi, septimū annum compleuerat, &c. ꝙ ad sponsalia de futuro ꝯhenda requiritur tam in masculo
a q̄ in fęmina, ꝙ septimus annus aad minus sit completus, & sic videtur ꝙ hæc ætas non possit prævenire, & idē videtur velle tex. s. c. proxi. de quo vide quod dixi. s. ti. ꝓxi. c. Gemma. & c. iuuenis.
4 ¶ † No. tertiò ꝙ impedimentum publicæ honestatis durat. licet sponsalia sint soluta in morte, vel in vita, & no. vnde oritur hoc
b impedimentum. b fuit enim causatum ex quadam honestate, vt patet ibi, inhonestum. de quo vide quod dixi, in ca. iuuenis. s. ti. prox. Abbas.

ADDITIONES.

a ¶ Septimus annus. Adde quid si minor septēnio cum maiore de consensu sui tutoris contraxit sponsalia. an detur ei restitutio in. aduersus illa iam contracta. Spec. de resti. in integ. §. 3. vers. quid si quis. & de spon. §. j. in prin.
b ¶ Impedimentum. Vide glo. in c. vnico, de spon. lib. 6. positam in verbo, publicè. & ibi. Phi. de Fran.

SVMMARIVM.

1 *Impubes desponsata & traducta si petit ad licentiam pubes facta alteri nubendi non auditur si vir iurat eam cognouisse, nec etiam auditur proxima pubertati si probetur cognita. & 5.*
Impedimentum publicæ honestatis oritur ex sponsalibus cōtractis cum maiore septennio. 4.
2 *Impuberes licet matrimonialiter coniungi non debeant, tamen si coniunguntur, & puella apparet cognita, tenet matrimonium. 5.*
Potentia coeundi supplet ætatem.
3 *Aetatis xj. annorum puella & quandoque in decennio concipere potest.*
4 *Impedimentū publicæ honestatis extenditur vsque ad quartum gradū inter spōsum & cōsanguineos sponsæ, & inter sponsam & cōsanguineos spōsi.*
6 *Carnalis copula superueniens cum sponsa quæ tantū excessit septimum annum an faciat matrimonium. & similiter in aliis annis ante pubertatem, tam in masculo quàm in fœmina.*
7 *Viri assertioni an stetur si dicat puellam impuberem cognouisse.*
Statuto si cauetur quòd stetur iuramento alicuius officialis super maleficio intelligendum est, nisi per testes probetur contrarium.
8 *Iuramentum exigi potest à reo licet actor nihil probauerit vbi vertitur periculum animæ.*
9 *Proximus pubertati dicitur si ab illa distat per sex menses & ita de aliis ætatibus intelligendum est.*

CAP. VI.

a ¶ Conficeret verum corpus Christi, adde quod no. iste in c. non potest. & ꝙ ibi posui in app. ad ipsum nu. 1. s. de sen. & re iu. Zach

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus matrimonium contrahere non potest.*
2 *Religio appellatur ordo.*
3 *Clericus in sacris ducens vxorem debet compelli illam abiurare.*
4 *Clericus in sacris contrahens matrimonium perdit executionem omnium ordinum, nec de facili secum dispensatur.*
5 *Episcopus an possit dispensare cū clerico in sacris q matrimoniū cōtraxit.*

CAP. II.

1 EX LITERARVM. † Subdiaconus matrimonium cōtrahere non potest. In prima consultatio. in secunda responsio. secundum membrum ibi, super quo. Casus literalis. Quidam subdiaconus copulauit sibi quādam mulierem in vxorem. Episcop⁹ eius fecit illum abiurare ipsam, mittens ipsum domino Papæ, petens quid sit de ipso faciendum. Papa commendans ipsum mandauit quatenus si ad religionem transire voluerit & dignus apparuerit poterit concedere illum ad maiores ordines promouere, ꝙ si ad religionem transire noluerit nec in subdiaconatu
2 permittat illum ministrare, neque ad maiores ordines transire sed in minorib. poterit ministrare. ¶ † No. j. ꝙ religio appellatur
3 ordo, forte sic dicta secundum Doct. ga ordinata & approbata est se debet, vt in c. fi. de relig. do. † Secundò no. ꝙ clericus in sacris ducens vxorem debet compelli ad illam abiurandam. i. cū iuramento remittendam & renuntiandam, ita ꝙ vlterius eam non
4 admittet. † Tertiò not. ꝙ constitutus in sacris contrahens matrimonium perdit executionem omnium ordinū, nec de facili dis-
5 pensatur secum in sacris. † In gl. pe. ī fi. no. vltimam solutionem, ꝙ episcopus potest iure suo dispensare cum clericis q in sacris ꝫxerunt matrimonium, & hanc opi. tenet hic Inn. sentit etiam Host. dicens, ꝙ in c. præcedenti Papa ostendit episcopis potestatem eis concessam ad iuris rigorem temperandum, hic verò loquitur de rigore, qui seruandus est in duobus casibus. Primus si populus scandalizetur, cessat autem scandalum isto volente intrare religionem. Secundus casus cum timet ne multis graffantibus locus sit exemplo in c. j. de postula præla. vel secundū Gof. in præcedenti erat pœnitens & contritus, hic autem secus, nam iste expectauit compulsionem episcopi. vnde sponte non dimisit vxorem & vtraque solutio bona D c ergo concludendo materiam quòd aut iste clericus incidit in bigamiam, vt quia de iure aut de facto contraxit cum duabus, vel vna corrupta. & cū tali non dispensat episcopus, vt in c. nuper. & c. 2. de biga. Aut ꝫxit cum vnica virgine. & tunc si est contritus & pēnitēs episcop⁹ potest dispensare, vt in c ꝑcedenti. & clarius in c. sane. de cler. coniug. alias autem non debet dispensare, vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Votum solenne impedit matrimonium & dirimit post contractum.*
Votum simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit post contractum.
2 *Vouens religionem, compelli debet ad intrandum religionem, sed si matrimonium contraxit non compellitur, & tenet matrimonium.*
Vinculum fortius superueniens tollit votum primum.
3 *Votum religionis dicitur votum simplex nisi professio subsequatur.*
4 *Votum religionis solennizatur per professionem tacitam, vel expressam.*
Habitus religionis susceptio an votum solennizet.

CAP. III.

1 MEMINIMVS. † Votum solenne impedit & dirimit matrimoniū post contractum, votum simplex tantum impedit ꝫhendum, sed non dirimit post ꝫctum. In prima decisa consultatio. In secunda distinguens responsio, secūdum ibi. verum. ¶ Casus literalis. Aliquis suscepit habitum religionis, quæriē an post postea ꝫhere matri. respondet Papa, ꝙ si sedeuouit religioni, & professionem fecit postea matrimoniū ꝫhere non potest, ꝙ si ꝫxerit compellendus est eam dimittere, & ad monasteriū redire, sed si nec habitum susceperit nec professionem, sed solummodo votū fecit ī postea ꝫxit non est cogendus ad religionē trāsi
2 re, nec ma. debet rescindi. B. ¶ † No. j. ꝙ licet vouēs se intraturū religionem debeat compelli ad intrādum. iuxta no. in c. porrectum. de regul. & in c. ex parte, de censi. tamen si antequā ingrediatur ꝫxit matrimonium, non debet compelli ad dimittendū vxorem, quia per fortius vinculum superueniēs tollitur votū
a primum. a. vt in c. vnico. de voto. li. 6. facit ca. post votum. de re-
3 gul. e. ti. & li. ¶ † Secundò no. ꝙ votum de intrando religionem dicitur simplex & non solennizatum quoad matrimonium diti mendum, nisi per professionem subsequentem, de quo in c. vni-
4 co. præalleg. li. vj. & idem dic in voto continentiæ, vt ibi. ¶ † In gl. nec habitum. in fi. de hoc dic melius, vt dixi. in c. ex parte. & ī c. consulti. & in c. statu mus. de regul. & vide tex. cū gl. in cle. eos. de reg. Et in effectu dicendum ꝙ votum solennizatur per ꝓfessionem nedum expressam sed tacitā vt in d.c. vnico. vnde dicendum est, an & quando susceptio seu dilatio habitus iuducat professionem, & dicendum vt dixi in dictis iuribus præalleg.

ADDITIO.

a ¶ Votum primum. Facit quia multa facta tenent, quæ fieri prohibētur. c. quemadmodum. ṡ. de iureiu. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.

SVMMARIVM.

1 *Habitus susceptio sine professione impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum.*
Habitus professorum susceptio extra religionem à non habente potestatē incorporandi religioni impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum.
2 *Professio religionis quomodo fiat.*
3 *Habitus probationis vel professionis an & quando matrimoniū impediat & dirimat.*
Coniugatus intrans religionem & reuocatus ad vxorem tenetur, quantū in se est seruare continentiam.
Habitus probationis delatio per annum extra religionem an obliget.
Professionem recipere seu dimittere quis possit.

CAP. IIII.

1 CONSVLVIT. † Susceptio habitus sine professione non dirimit matrimonium contractum, sed contrahendum impedit. hæc summatio est nimis generalis & nimium extēditur, vnde fm intellectū quem teneo, summo sic. Susceptio habitus ꝓfessorū ex̄ religionē à nō hāte potestatē incorporādi religioni impedit in dubio matrimoniū ꝫhēdū, sed nō dirimit ꝫctum. primò ꝑ. sultatio. secundo responsio. ibi. ꝑ. sultationi. Casus literalis. Quædā nobilis mulier vestibus pretiosis abiectis mutauit habitum, & de manu presbyteri velū assumpsit, sed non renuntiauit propriis, nec intrauit clausturū, nec in manu alicui⁹ ꝓfessa est, nec obedientiā ꝓmisit, postmodum anno elapso matrimoniū ꝫxit. vnde q̄rebatur qd iuris sit de ipsa? Respo. Pap. sicut simplex votum impedit matrimonium ꝫhendum, sed non dirimit iā ꝫctum. ita habitus sine professione susceptus impedit ne ꝫhatur,
2 sed non dissoluit contractum. B. ¶ † Not. j. ibi. super altare. quòd
a q̄nque professio fit super altare. non in manibus superiorū qḋ intelligunt Do. & bene quādo fit sciente superiore & permittē te, nam de more quarūdam religionū est vt profitēdus scribat professionem propriis manibus & sic conscriptam ponat super altare præsente toto cōuentu, & acceptante. nā non potest quis seipsum incorporare religioni. sed oportet, ꝙ interueniat ꝑsensus præsidentis in illa, vt in c. ad apostolicæ. ṡ. de regul. & vide qḋ
3 ibi dixi. ¶ † Secūdò no. tex. mirabilē. ꝙ susceptio habitus religionis impedit matrimoniū ꝫhendum, sed non dirimit de facto ꝫctum. ¶ Contra hoc oppo. videtur enim, ꝙ debeat dirimere. vt in c. super eo. de reg. c. vidua. ṡ. c. ti. Sol. gl. ij. intelligit text. de habitu probationis, contrarium loquitur in habitu professionis, vel fm gl. iij. quandoque apparet ꝙ suscipiens habitum probationis voluit mutare seculum. sed hic cessabāt signa mutandi seculum, prima solutio non videtur bona, quia habitus probationis etiā non impedit matrimonium contrahendum imò liberè potest redire ad vitam priorem, in d. c. super eo. & maximè ex quo cessabant hic signa penit⁹ murādi vitā, cū nō renunciauerit ꝓprijs nec ītrauerit clausturū, vt ī litera, & multū ꝫuoluit ꝑ Do. intellect⁹ huius. c.

ADDITIONES. Host. in

a ¶ Quandoque professio fit super altare. adde quinque modos, quibus fit professio, per Car. in cle. eos. q. ij. de reg. Arch. in c. qui interrogasti. xxvij. dist. Spe. ḋ sta. mo. ver. xix. queritur. & ibi Io. An. in apo. & Car. in cle. j. §. sanè. & ibi in apo. Celsi. de sta. mo.

Host.intelligit inter cætera, q̃ loquit̃ur de habitu susceptο extra religionem. Sed ouiittendo ea quæ concernunt titulum.s.de regul breuiter quod ad intellectum huius cap.dico, q̃ tex. procedit in assumente habitū professorum extra religionem à non hñte
a potestatem incorporandi eū religioni, si presbyter iste non habebat ptāt̃ rec piendi illā ad pfessionem, & eā incorporandi religioni vt plenè dixi in c.porrectū.de regul.& sic ex susceptione illius habitus, non potest ista judicari professa, sed ex quo simpliciter mutauit habitū videt̃ voluisse q̃tum in se erat vitam mutare, & obtenuare cōtinẽtiam, ideo ex hoc signo impeditur matrimoniū ꝑhendū, sicut in simili dicimus in ꝓiugato intrāte religionem. q̃ si reuocatur ad petitionē vxoris debet q̃tum in se est seruare continentiam, q̃a quantum ad illam seruandā potest se obligare, vnde text. hic appellat illū habitum religionis & non probationis, & æquiparat hāc susceptionē habitus voto simplici, q̃a tacitè videtur vouisse continentiā, secus puto si ab habente potestatem habitum recepisset professionis, etiā extra monasteriū. ar.in c.porrectum.& in c.sicut.de reg.& pro hoc vide bo.gl. in c.
4 de viduis el j.xxvij.q j.¶ † Quid aūt de illo qui porrauit habitū probationis per annū extra religionē. dic vt habet tex. cum glo.
5 in c.e eos.de reg.& per hoc habes clarè intellectū huius c.¶ † In gl.in ver.super altare.i fi.d hac materia quis possit recipi efficaciter ad pfessionē, dic vt dixi supra post Innocēriū, id.c.porrectū.

ADDITIO.

a ¶ Habente potestatem. ideo Gaf.Cal. voluit hic, & cōiter sequuntur Do. q̃ si quis imposuit in domo sua habitū filio suo al quorum religiosorum propter aliquam particularem deuotionem, dato quod filius portauerit habitum maior factus, non inducit votum, nec solenne. nec simplex. sequitur hic Car. Alex.

SVMMARIVM.

1 *Votum castitatis de præsenti impedit matrimonium contrahendum. ecclesia tamen quandoque permittit matrimonium contrahi.*
2 *Metus fœuitiæ sponsi non habet dirimere sponsalia, nisi maxima sit fœuitia.*
3 *Heremita potest nomine vniuersalis ecclesiæ votum continentiæ recipere.*
4 *Dispensatio fit quandoque contra votum continentiæ.*
5 *Sponsalia de futuro non tolluntur per votum simplex castitatis sequens.*
Votum solenne non valet contra matrimonium consummatum.
6 *Matrimonium contrahens post votum simplex peccat, sed ecclesia permittit vt euitetur maius malum.*
Licentia contrahendi matrimonium non datur post votum simplex sed nō prohibetur contractum.
Dispensatio contra votum castitatis ex quibus causis fiat.
Episcopus an possit dispensare in voto continentiæ.
Papa potest dispensare super voto continentiæ & castitatis. CAP. V.

1 VENIENS.† Votum castitatis de p̃senti impedit matrimonium ꝑhendum, ecclesia tamen ex causa matrimoninm ꝑhi quandoque permittit. h.d.in hærēdo literæ. Primò narrat casum præmissa cā. secūdo ponit mandatum, ibi, nos itaq;. Casus literalis. quædam mulier promisit fidem dādo, nupturam se cuidam viro absenti, postmodū audiuit plura de crudelitate ipsius, noluit cum eo contrahere & cum timeret, ne compelleretur contrahere ipsa in manu M. heremitæ votum continentiæ promisit, non tū locum vel vestē mutauit, vir hoc audito cum alia contraxit. dictus heremita ad dām Pa. accessit proponens ei prædicta. Ipse considerans tutius esse vt prædicta mulier post fidem & votum simplex matrimonium contrahat quàm fornicationē incurrat, mandat q̃ si nō est amplius in facto processum de fide mentita & de voto violata pœnitentiam imponat, & ei det li-
2 centiam ꝑhendi. Ber.† No.j. q̃ timor fœuitiæ sponsi non habet sponsalia dirimere, videtur eū metus vanus, q̃d puto verū, nisi
3 maxima fœuitia accessisset ex post facto. arg.c.literas. in fi.de ref. spo.† Secundò no.ar. q̃ heremita potest nomine ecclesiæ vniuer
4 salis votum continentiæ recipere, vide quod dixi post Inn. in cadudum.de conuer.coniug.¶ † No. tertiò casum mirabilē quem nescio alibi, q̃ ꝑ votum continentiæ seu castitatis ecclesia quā-
5 doque dispensat, de quo ꝑlatius dicetur cū gl.fi.¶ † In gl.in ver. de fœueritate ibi, non obstāte voto simplici no.gl.fi. vsque ad fi. q̃ nescio alibi. vult enim apertè q̃ sponsalia de futuro non tollantur per simplex votū castitatis sequēs. & ideò aliqui vt refert hic Inn. dicebant. q̃ votum illius mulieris non tenuerat, ex quo prius ꝑ xerat sponsalia, vnde sicut votum solenne nō valet ꝑ matrimonium consummatum vt in c.quidam.de conuer.cōiu. tā nec votum simplex ꝑ sponsalia de futuro. Host. dr q̃ votū istius mulieris tenuit. & q̃ Pa. de gratia dedit sibi ptāt̃ ꝑhendi, nō tū apertè tangit dubiū supradictum. Anto. videtur hic velle quòd votum castitatis sit fortius, quàm sponsalia de futuro, & sic sentit, quòd sponsalia tolluntur per tale votum, quòd etiam hic sentit Gaf. Sed contrarium apertè tenet Host. ꝑ. ca. fe. & sequitur ibi Ant. dicit enim Host. ibi q̃ si votum præcedit sponsalia non valent sponsalia, vt ibi. si autem sponsalia præcedūt votum tunc compellitur vouens aut solennizare votum. f. intrando religionē aut perficere sponsalia. arg.c.ex parte. de conuers.coniug. &
a hanc puto opinionem. nam cū sit orta obligatio sponsionō videtur, q̃ in ipsius ꝓiudiciū possit vouere castitatē. ar.in d.c.ex parte. & ꝓ hoc facit iste tex. nec obstat, q̃ dicat hic, pōderat votum post spōsalia emissum, dico cm̃ q̃ votū obligauit mulierē quo ad se & solutis sponsalibus per sequens matrimonium per
6 virum ꝑ tum remansit in suo robore. † In gl.o. fin. ibi cōparatiua permissio. vult dicere q̃ illa ꝑhendo non euitat peccatū, ex quo venit ꝑ votum, sed ecclesia permittit. vt euitetur maius malū, & hanc opinionem tenuerunt multi extra gl. maximè Inn. qui exponit tex. in fi. non ponas. i. nō prohibeas, quasi velit, q̃ ecclesia ñ dabit licentiam ꝑhendi, sed non prohibebit ꝑ tum ne deteri⁹ in de contingat. sed Host. videtur velle q̃ ex dispensatione eccl̃æ ista ꝑheret. & tria fuerunt quæ induxerunt Papam ad dispensandum. Primo pertubatio mulieris. quia votū emisit non inspirata. sed in fraudem sponsi. Secdo ꝓp maius periculum euitādum, quia mulier videbatur incōtinēs. Tertio quia erat iuuenis & fu specta, vnde Papa accepit à nō idoneo debitore, q̃ potuit. hanc op.q̃ ex dispensatione ꝓcedat. sentit Spe. in ti. de leg. in §. nūc de
b episcoporū. ver. cxxxiij. vbi dicit episcopū posse dispensare circa votum simplex, & volēs allegare hoc c. allegauit per errorem c. præcedens. quod nihil facit & no. fin. Istud dictum Spe. q̃ nescio alibi q̃ episcopus possit dispensare in voto continentiæ. nā gl.j.c. prox. dicit q̃ ecclesia pōt dispensare, & nihil dicit de epis-
b copo. Host. ibi sentit. q̃ Papa solꝰ dispenset, & ex causa vide gl. in c.j. de voto. quæ voluit, q̃ etiam papa non possit dispensare in voto continentiæ, quia nō est reperire maius bonū in quo possit fieri commutatio. Sed quantū ad hoc vltimum Doc. cōiter tenent ꝓtium in c. cum ad monasterium. de sta. reg. concluderem, hanc materiam sic, q̃ aut quæritur an Papa possit. & dico q̃ sic, ex maxima tñ causa. & loquor de directa dispensatione per quam euitatur peccatum. & de hoc dixi in c. cum ad monasteriū. Aut quæritur ā episcopo & in terminis huius c. puto q̃ episcopꝰ poterit, ex quo reperimus casum concessum ab ecclesia, nec reperitur sibi prohibita dispēsatio, facit quod no. In. in c.ex tenore. de temp.or. sed extra casum huius c. seu consimiles terminos puto quod episcopus non poterit. quia casus est valde arduus & dubius, adeo q̃ multi dicunt etiam Papam non posse, vt ṡ. dixi, vnde iste casus tanquam arduus debet reseruari Papę, vt in c. maiores. in prin. de bap. Et puto attentis causis quæ induxerunt hic Papā ad dispensandum q̃ sine peccato ista ꝑhat matrimonium, tamē aget pœnitentiam in satisfactione cuiꝰ æ si qua fuit à principio, hoc videtur velle ista litera eam non cauillando, nec suppendo.

ADDITIONES.

a Veriorē. Dubia ē ista opi. firmata hic p Ab. vt latè hic Car. Ale.
b ¶ Papa solus. Vide tamen Bal. in c.lator. ṡ. de re iud vbi tenet, q̃ si rex habet vxorem sterilem potest Papa dispensare quod ducat aliam vxorem vel cōcubinam. Sequitur Fel. in c. quæ in ecclesia rum. ver cæterum limitatio. ṡ. de consti. Contrarium tamē tenet Bal. in l. si pater. §. in adoptionibus ff. de adopt. & sentit Abb. in c.j. in fi. ṡ. de voto. Seb. Sap. SVMMARIVM.

1 *Votū simplex impedit sponsalia de futuro sed nō dirimit matrimoniū sequēs.*
Votum solenne dirimit matrimonium contractum.
2 *Votum castitatis seruendum est, & alio non intercedente simplex dicitur.*
3 *Sponsalia etiam iurata post votum simplex non valent.*
Contractus iuratus contra votum non tenet.
Iuramentum non est fortius vinculum voto.
4 *Compelli potest quis ad vota simplicis executionem.*
5 *Quæstio debet esse dubia, potest tñ responderi ad satisfaciendum quærenti.*
6 *Votum solenne, & simplex quid sint.*
Votum solenne & simplex æqualiter obligant apud Deum in genere, sed in quantitate reatus differunt ex transgressione.
Votū solēne nō dirimeret matrimoniū cōtractū nisi ex constitutione ecclesiæ.
Ecclesia non potest errare, & hæreticum esset dicere quòd ecclesia erret.
6 *Votum per quod quis promisit castitatem respectu certæ religionis sed non vouit omnia substantialia regulæ nunquid dirimit votum post contractū.*
Votum solenne an sit si quis profiteatur aliquā regulam de non approbatis.

CAP. VI.

1 RVRSVS.† Votū solenne dirimit matrimonium contractum scilicet sequens, simplex votum impedit sed non dirimit, vel aliter & clarius, Votum simplex impedit spōsalia de futuro, nō autē dirimit matrimonium sequens, secus in voto solenni. primò ponit quæstio, secundo distinguens solutio ibi. vnde. & secundum membrum ibi, quòd si. ¶ Casus literalis. Quidam emisit votum castitatis, & postea iurauit se ducturum quandam in vxorem, quæritur quid istorum seruari potius debeat votum, vel iura? Resp. Pa. q̃ simplex votum apud Deum non minus obligat q̃ solenne, vnde pro eo q̃ iurauit temerè agat pnīā & votum

& votum suum studeat obseruare, vero si post quam iurauit ꝑxit matrimonium tenet. & valet, quia votū simp ex matrimoniū im
2 pedit ꝑhendum, sed nō dirimit in iam ꝑctum. B. ¶ † No.j. q̃ votū castitatis seruandum est, alio non intercedente dicitur simplex.
3 ¶ † Secundò no. q̃ sponsalia ēt iurata post votū simplex non valent. ex quo infero q̃ ꝑctus ēt iuratus ꝑ votū non tenet, qđ notabis, & sic iuramentū non est fortius vinculū voto, vnde non va-
5 let iuramētū ꝑ uotū, sed est temerarium. ¶ † Item no. quem possē compelli ad executionem simplicis uoti. ¶ † Vltimo no. q̃ de
a bet esse dubia, tamen potest a respōderi ad satisfaciendum quæ-
6 renti. ¶ † In gl.ij. hæc gl. principaliter facit duo, primò instat ponendo diuersitatem inter uotū simplex & solēne. secundò declarat quod dicitur solenne, & qđ simplex & incidenter tangit vim simplicis. & solennis. secunda ibi, & quia. ¶ Circa primā partem
b conclude, q̃ votū solenne b & simplex æqualiter obligant apud Deum in genere. sed in quātitate reatus differunt ex trāsgressiō-
ne, nam transgrediens votū solenne grauius peccat q̃ trāsgrediens votū simplex, vt colligitur ex c. virginibus. xxvij. q j. iuncto ca.
c præcedenti. Itē in se eandē vim obtinent a quo ad impediendum futurum matrimoniū, sed ex constitutione ecclesiæ votū solen ne est fortius. qa impedit & dirimit matrimoniū post ꝑctum & sic vult gl. q̃ si cōstitutio eccl̃esiæ nō esset teneret matrimoniū ꝑctū à religioso, vel ꝑbytero seculari, qđ clarius tenet Host. & cōiter Doct. sequitur nā vt dicit Host. de iure diuino quædā persōnæ prohibētur à ꝑhendo matrimonio, de qb. no. in ca. literas. de resti. spoliatꝰ inter quas vouens non reperitur prohibitus, vnū oportet dicere q̃ aut ecclesia errat in seruando matrimonium post votū simplex, aut etiā hodie possit statuere vt matrimoniū ꝑctum post solenne votū teneat. nā si vtrunque æqualiter obligat apud Deum sicut seruatur ī simplici, ita possit seruari in solenni. nec est dicendū q̃ ecclesia erret, quia nō lōge esset ab hæresi. xxiiij q.j. hęc est fides. & hanc opi. tene, pro qua facit c. vnic. de voto. li. 6. & ibi videas per Io. An. quare ecclesia nolvit matrimoniū tenere post votū solenne, quidā tñ tenuerunt oppositū, dicētes oē votū impedire & dirimere matrimoniū post ꝑctū. sed votū simplex nō dirimit ex ꝑstōne ecclesię. sed tene primū. Circa sedam qōnē tene hodie, q̃ hī in d.c. vnico. de voto. p qđ
7 determinatur ista concertatio antiquorū. † Sed circa vnum videtur dubiū non modicū, pone q̃ aliqs ꝓmisit castitatē respectu certæ religionis, sed nōvouit oīa substantialia regulæ. nūqd matrimoniū post ea ꝑctū teneat. D. An. multū instat & in effectu cōcludit. q̃ aut qs vouit oīa substātialia religionis, sed non respectu religionis, & tunc votū dr simplex. vnde nō dirimit matrimonium post tractū per illud ca. vnicū. de voto. aut vouit oīa substantialia respectu certæ religionis, ita q̃ efficaciter est obligat⁹ religioni. & tūc est certū q̃ matrimoniū nō tenet, vt hic. Aut vouit castitatē tñ respectu certæ religionis, & tūc dr q̃ votū est solennizatū, & nō tenebit matrimoniū sequens, licet iste nō sit verè & strictè religiosus, vt quia nō obligauit se ad paupertatē seu obedientiā, & hoc per illud c. vnicū. Sed ego semp tenui oppositū. qa illud c. regit ad solennitatē voti q̃ pfessio fiat alicui de religionib. approbatis, & sic q̃ qs ꝓfiteatur religionē approbatā ergo votū nō dr solenne. Vnputo q̃ ad hoc vt votū nō dicat̃ solēne, oportet q̃ qs ꝓfiteatur alīq̃ de religionibus approbatis, ita vt verè sit religiosus illius religionis. & hæc videtur vniuersalis litera illius c. vnici, si bene consideretur.

Pactum quòd monachus habeat proprium an valeat.
Pactum contra naturam contractus quid operetur.
7 *Metus an sequatur ex regis siue principis imperio.*
8 *Dignitas, & potentia aduersarij, an sufficiant ad probandum metum.*
Reuerentia parentum vel mariti an causet iustum metum.

CAP. III.

1 INSINVANTE.† Votum solenne impedit, & dirimit matrimonium post contractum. Primo ponit factum. Secūdò diffiniendo committit. ibi nos igitur. Casus literalis. Quidā curiales regis Legion. supplicauerūt ipsi regi, vt l. nobilem mulierem faceret copulari in matrimonium cuidā viro, cum istud ad notitiam consanguineorū peruenisset, ipsi eidem mulieri consulue runt, vt virum acciperet, & ipsa respondit, q̃ nubere nollet. cōsilium recipiens ab eisdem q̃ votū emitteret castitatis, qđ & fecit in manibus cuiusdam de fratribus sancti Aug. hoc adiecto tenore, q̃ in domo sua cum omni substantia remaneret, & sic habitu eiusdem ordinis postea per biennū permansit, tandem cōsiderans q̃ inuita metu regio, vt asserebat, votum emiserat, eo dimisso matrimonium publicè ꝓxit de parentum consilio, quę desiderans animę suæ cōsulere significauit hoc d. Pa. vnde ipse scribit duobus episcopis, cōsiderans q̃ in emissione voti quod pre
cesserit, nulla vel modica coactio interuenit, quam etiam patiē tia sequentis temporis profugauit, & cō unctio iniqua fuit. Mā dat quatenus si prædicta vera sunt, mulierem prædictam mone ant, vt habitum malè dimissum reassumat, & seruet quod vouit, & si fuerit opus per censurā ecclesiasticam compellant eādem.
2 Ber. † No.j. q̃ tenet professio facta in manib⁹ vniusæ religiosis
a b alicuius monasterij, sed quidam intelligunt, & bene, q̃ iste fra
b ter habuit mandatū cà superiore, seu toto capitulo, alias nō po-
c tuisset istam incorporasse religioni. de quo vide not. in c. porrectum. & c. ad apostolicam. de regula. Secundò no. q̃ promissio alicuius ex substantialibus regulæ vna cum susceptione habitus religionis inducit plenam professionem, & obligat quo ad omnia substātialia, q̃ hoc facit, q̃ sola susceptio habitus religionis
3 pro se fuisset sufficiēs, vt in c. super eo. de regulari. † Tertio no. q̃ modica coactio non excusat etiam mulierem, pro hoc c. cōsultationi. §. j. de spon. † In gl. 2. in fi. no. ex ista gl. iuncto text. q̃ fœmina potest profiteri religionem masculorum in manibus eorum, & erit vera religiosa, licet nō intret monasterium monialid um sed moretur in domo olim suad, & inquantum gl. ponderat susceptionem habitus professorum, dic idē sine susceptione habitus, dummodo fecerit professionem expressam, vt in c. porrectum. ṡ. de reg. sed ponderatur susceptio habitus ad inducendū
5 tacitam professionem, vt in c. vnico, de vot. li. vj. † In gl. in ver. in domo. in fi. no. bene vltimam lect. gl. quæ tenendo opinionem suam, de qua in c. fi. ṡ. de cond. ap. dat mirabilem intellectū ad istum tex. & hanc lec. sentit primò Inn. hic dicens q̃ in domo ꝓpria potest quis profiteri in manibus episcopi vel abbatis, & q̃ episcopus vel abbas potest sibi statuere certū locū vbi moretur, & dare sibi sua bona in administratione, nec hoc est ꝑ substātiā monachatus, cum possit esse sine ꝓprio, & in obedientia superioris. dicit tamen q̃ nullus citra Papā pōt se obligare, vt relin quat perpetuo monachatū in certo loco. fatetur tñ q̃ si hoc te ducitur in pactum non est contra substantiam monachatus.
6 † Not. hoc dictum singulariter, q̃ abbas non potest perpetuare monachum in prioratu manuali vel in alio loco quominus possit eum reuocare ad libitum. art.in ca.cum ad monasterium. de ista. reg vbi retigi. Et intellectum huius glos. & Inn. ponit Bart. in auth. ingressi. C. de sacr. san. eccle. licet non alleget gl. vel Innoc. Et videtur hoc contra dictum dom. Anto. in fin. ṡ. d condi. app. vbi dicit

ADDITIONES.

a ¶ In manibus vnius Ita not. Spec. & Io. And. in locis in proxima mea apost. alleg. Quod ego amplio, etiā si à nemine esset recepta, quia valeret nihilominus talis ꝓfessio, vt no. gl. in ca vidua. ṡ. de regularibus. & Gemi. & quod post eum addidit Celsus in ca. quod interrogasti. xxvij dist. & xxvij. quęstio. j. in c. vidua. & ibi Archi. quòd an sit indistincte verum. not. Car. in cle. j. §. sanè, de sta. mo. & Spe. e.ti. vers. xix Zach.
b ¶ Ex religiosis. Iste tex. allegatur ad hoc, quòd sacerdos potest tanquam publica persona alteri stipulari. Iaſ. in l. j. §. huius studij. versi. item per istum tex. ff. de iust. & iu. vbi ponderat istum text. vel è hoc procedere etiam in sacerdote non parochiali. Seb. Sa.
c ¶ Mandatum. fuit opi. Io. And. secundum Car. Blo. hic, quia sufficit ratihabitio, vt per Inno. & Io. An. in c. porrectum. ṡ. de regul.
d ¶ Sua. Cum suis rebus ad vsum suū & proprietatis erit monasterij Et de intellectu istius capituli posuit In. in c.ex parte. el ij. ṡ. de conuer. coniug. & ibi Ant. de But. Calderi. consil. v. de regularib.

Universidad de Deusto Biblioteca

vbi dicit non valere pactum etiam vt habeat bona in administratione.quia videtur saltem appropriare sibi ex debito illam administrationem.hic autem volendo sustinere nūc cōem intellectū dicit hoc posse procedere non ex iure quæsito monacho,sed ex pollicitatione obligante abbatem.ar.eorum quæ no.Io.And.in regula,nō est.de reg.iu.li.vj.in Merc.& est dictū satis coloratum. Sed ego vltra ea quæ tetigi in d.c.fi. sic distinguerem in materia, q aut qs simpliciter profiteretur cum protestatione seu conditione de suis bonis tenendis & videtur in dubio q reseruauerit sibi illa bona vt obedientiarius monasterij. Quia verba apposita in ḡctu debent intelligi fm naturam ḡctus.vt in l. si vno. in prin.ff. loca. maximè vt res potiùs valeat q pereat.l quoties.ff. de verb. ob.& in c.abbate.j.de verb. sign. ēt improprietatis verbis,vt hic in tex.fm vnū intellectū quem ad hoc bene notabis. Aut ꝑstat q sibi voluit reseruare propriū.ita,q non est locus interpretationi & tunc si sit reseruatio per viā conditionis suspensiuè vel resolutiuè vitiatur actus & non conditio.per d.c.fi.& qd ibi plenè dixi. Itē si fiat per viam pacti,si fuit dictum q nec aliter nec alio modo profiteri intendo,nec verba habent vim conditionis vt sentit Bar.in d.auth.ingressi. Aut simpliciter p vim pacti vel modi reseruat sibi proprietatem vel facultatē ḡhendi matrimonij,& iste casus est multum dubitabilis.NāBar.tenuit in d.auth.ingressi. q vitiatur factum & nō professio,& fortè tenuit illā opinio.qa alibi ipse tenuit nō valere pactū ḡ substantiā ḡctus,vt ipse notat in l.vbi ita donatur,ff.de dona.cā mor.per l.cum præcario.ff.de preca.Sed ego putarē oppositum,dum dicerē q illud pactū facit transire istam ꝓfessionē in aliam speciē,quia vbi pactū est ḡ naturā ḡctus.& impropriatis aliquatenus verbis potest transire in aliū ḡctum,& sit interpretatio alterius ḡctus,vt est tex.not. in d.l.vbi ita donatur,& in l.cum manu sata.ff.de ḡhen. emp. ideò dico q iste erit quasi obligatus monasterio licet nō in totū,& sic obligat ad omnia prætermissa ad reseruata. Si autem non patiuntur verba vt fiat transitus ad aliū ḡctum,tūc puto pactū inficere ḡctum,vt in l.per seruum.ff.de vsu,& ha.iuncta gl.in d.l.cum manu sata.Et ad l.cum precario.dico q ibi constituitur precarium non tm ex verbis præcedentibus quantū ex conditione re ipsa facta.idem dicerem ad l.j.§ pe.ff depo.†In gl.in ver.metu regio. in fi.no.sing.hanc gl.iuncto.tex.q regis seu principis imperium non inducit iustum metum †In ḡrium tamen facit.l.pen.C. qd met.cau.dicit hic Io An.q dignitas aduersarij non sufficit ad p.bandum metum,vt est tex.in l.ad inuidiam.alle.in gl. nisi aliter ꝓbetur oppressio & sic potest procedere d.l.pe.fatetur tamē q si rex consueuit tyrannicè tractare non parentes suis præceptis seu precib.q tunc satis probatur iustus metus quod no.sin. & idē sentit Bar.in tract.de tyrannia.facit quod ipse no.in d.l.ad in uidiam.vbi dicit q sola reuerentia mariti non causat iustum metum in vxore.nisi præcesserint minæ,vel verbera.& idem voluit Inn.in c.causam matrimonij.de of.del.& bene facit c.accedens. de conuer.coniu.& ex his habes quæstionem quotidianam nūquid teneat matrimonium si mulier contraxit ex imperio, vel precibus principis.

ADDITIONES.

a ¶Putarem oppositum.Hanc opi.reprobat Ias.in d.aut. ingressi. dicens se non videre quæ sit ista tertia species professionis. vnde aduertendum est,q illud,quod Ab.hic dicit,quòd pactum contra naturam contractus transformatur in alium contractum,ꝑcedit duab.concurrentibus.primò q sit alius ḡtractus in quem fiat transformatio,si enim non sit,non fit trāsformatio,vt patet in l.cum precario.ff.de preca.Declarat Bar.in d.l. vbi ita donat. ff.de donat.cau.mor.Secundo q appareat saltē ex verbis, q de mente contrahentium fuerit,velle celebrare illum contractum in quem fit trāsformatio,vt sentit Bar.in l.si quis ante.ff. de acq. pos.Ale.in l.j.§.si quis ita ff.de verb.ob.& in l.iurisgentium.§.sed cum nulla.in prin.ff.de pac.Ias.in l.fi.ff.de cond.cau.dat.cau.non seq.Seb.Sap.

b ¶Iustus metus.Vide gl.in l.j.C.si rector prouinciæ.q est differētia inter b'anditias,& præceptum potētum.cle.j.in verbo,exhortamur.de testib.l j.ff.quod iussu.adde q nō solum per minas,sed & per terribilem vultum causatur iustus metus.Host.in Summa de alie.iud.mut.cau.fac.Ion in c.petitio.§.de iureiu.Bart. facit festum de dicto Inn.in tract.de tyrannia.q.7.Vide plenius in trac. clausularum,in ru.de metu regum,& tyranni.

¶De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Tit. vij.

¶Continuatio Rubricę.

a ¶Supra visum a est de quibusdā impedimentis matrimonij. s.ordinis & voti,nunc subiicit de alio impedimēto quod s.causatur ex adulterio vel ex machinatione in mortem coniugis &declara,vt plenius dicetur j.c.j.

ADDITIO.

a ¶Visum.Cum ista continuatione *communiter* transeunt Doct.secundum Car.& Alex.hic.

SVMMARIVM.

1 *Viuente prima vxore si quis ꝓtrahit cum secunda hoc ignorāte,primamor tua ad sui petitionem non separabitur à secunda.*
2 *Legem in sui fauorem ad actum inualidādum allegare non potest qui sciēter contra legem venit.*
Impedimenta tria ponuntur in matrimonio.
3 *Viuente vxore si quis alteri fidem dedit ea mortua illam non potest in vxorem ducere.& an impediat & dirimat matrimonium.*
Machinata in mortem vxoris,vxore mortua non potest in vxorem ducere, & an impedit & dirimat matrimonium.
Matrimonium si contrahatur cum alia mortua vxore non obstāte fide præstita & matrimonio contracto cum alia an teneat.
4 *Matrimonium contra impedimenta prædicta contractum ad cuius petitionem possit & valeat separari.*
Matrimonium non potest claudicare.

CAP. I.

1 PROPOSITVM.¶†Si quis viuente vxore cōtrahit cū secunda hoc ignorante prima mortua ad sui petitionem non separabitur à secunda.Communis diuisio.secundā ibi.licet autem.¶Casus literalis.Quidā hns vxorem ea ignorante ꝺxit cum alia,tandem prima mortua vult recedere a secūda,quæritur quid iuris sit,respon.Pa.licet ī Canonibus habeatur vt nullus ducat in matrimonium quā pri' polluit per adulterium,& precipuè illam cui fidem de ea ducenda viuente vxore vel quæ machinata est in mortem vxoris, tñ quia mulier illa inscia fuit,q ille aliam hñet vxorem viuentē,& ne ille vir de dolo suo commodum sentiat dicit Pap.q nisi mulier illa diuortium petat,ad petitionem viri nō sunt aliquaten' separandi.B.¶†No j.q veniens scienter contra legem non pōt legem allegare ad sui fauorem ad actum inualidādum,pro hoc c.inter dilectos.de dona.¶†Secundo no.ex superficie literę tria impedimenta matrimonij.Primum si viuente vxore cū alia cōtraxit,& commisit adulterium.Secundū si viuente vxore dedit alteri fidem vt illam duceret mortua vxore.Tertiū si mulier fuit machinata in mortem alterius cōiugis,vt ipsius efficiatur vxor. ¶Sed quæro pro declaratione tex.& totius tituli,nūquid quod libet istorum impedimentorum per se sufficiat.Dic q iura vario modo loquuntur,vt habetur per totum hunc ti.31.q.1.per totam.Sed concludendo veritatem dicēdum est,q aut solummodo ꝺcessit adulterium,& non impeditur matrimonium sequēs, vnde alio non interueniente,quis ꝑt ducere in vxorem illā quā prius polluit per adulterium,vt est tex.in ca.significasti.j.e.&31. q.1.c.si viuēte.aut quis ḡxit cum muliere superstite propria vxore.nec ad aliam fuit processum,& solus ḡctus matrimonij nō impedit matrimonium ḡhi mortua vxore.& idem est si nō ḡxisset de pūi,sed dedisset fidē ḡhēdo post mortē cōiugis,vt est tex.in c.fi.Aut cum ḡctu matrimonij fuit mixtum adulterium,& tunc a aut cum ignorante& ꝑt inter eos esse matrimonium post mortē cōiugis,vt est casus hic,& ītellige q superinducto ignorauit toto tpe ante mortē primę vxoris.Si aūt certiorata de vita prię coniugis permisit se cognosci ab illo viro,non ꝑt amplius eū habere in maritum ad hoc.c.fi.j.e.& sequuntur Doc.hic.Itē posita dictū ē.q ꝺcessit fides de ducēdo sēdam secuto adulterio.Et q hæc declarātur prima duo impedimēta.vñ ad tex.dū dixit maxi b me,b dic id est tm,vel si vis capere ꝓpriè ītellige primū casum qñ præcessit adulterium cum ḡctu matrimonij.fm casum intellige qñ præcessit fides de ducēndo illā,& sequitur adulterium. nā isti duo casus parificātur.j.c.fi.quo ad tertiū varia sentiūt Doc.in c. sup hoc.j.e.& in c.1.de cōuer.infide.sed mihi placet opi.q tenet ibi Io An.vt sine adulterio requiratur machinatio vtriusq; pura si qñx machinatur in mortē mariti cū extraneo,vt illum possit haberę

ADDITIONES.

a ¶Ignorante.quia adulterium sine dolo malo contractum non cadit in delictum.l.pe.ff.de adulte.& facit quia in istis atrociorib' dolus requiritur.l.3.ff.ad le.Cor.de sica.& l.nec exemplum.& ibi Bart.C.ad leg.Cor.de fal.& l.quid si falsum.& ibi Bar.ff.de fal. Bar.in l.j.§.non autem ff.si quis test.liber esse iuss.fuerit.

b ¶Maxime.alias ista dictio ꝛcludit idem in casu omisso.c.ad abolēdā.& ibi gl.§.de fil.presby.no.in c.2.in verbo.in nullo.§.de sumtri.& fid.ca.& in l.qui se patris.C.vnde liberi.ideo exponit,id est tantum,pro qua expositione addo facere gl.in d.c. ad abolendā. & no.in c.cum contingat.§.de foro compe-

habere in virum secuta morte,non potest inter eos esse matrimoniū,vt est tex.in d.c.j.Si verò interuenit machinatio alterius tm non impeditur matrimonium nisi sit machinatio coniuncta cum adulterio,ad hoc.c.si quis viuente.31.q.j. sic intellige istum tex.& d.c.super hoc.& per hoc habes fundamentum totius tit.

4 †In gl.j.in fi.no.ꝙclusionē gl.quæ vt *communiter* placere Doct.& adde hic in fi.gl.vltimæ quæ dicit q si iste post mortē primæ vxoris,intellige antequam ḡheret cum ista tacitè vel expressè duceret aliā in vxorē teneret matrimonium cū ista tertia,quia cū secunda non fuit matrimoniū obstante impedimēto matrimoniali,& ꝓ hoc vide bo.gl.in simili.in c.si quis ingenuus. 29.qu.2. Nam matrimoniū non pōt claudicare,vt teneat pro parte vnius tm,vt in c.tuas.§.de spon.no.gl.in c.de illis.el j.de despon. imp. & in d.c.si quis ingenuus,sed ratione promissionis vir compelli tur ad ḡhendum,mulier aūt quæ fuit decepta non.vnde ad tex. cum dicit q nō sunt separandi ad petitionem viri sup.de facto, quia non cadit hic separatio iuris antequam matrimoniū constiterit ad iura allegata in gl.pro contrariis dic:q ibi actus tenet ex nouo consensu saltem tacito.quæ notabis.

SVMMARIVM.

1 *Viuente prima vxore etiam non cognita,si quis cū alia sciēter matrimoniū contraxerit,& consummauerit prima mortua secundam habere nō pōt.*
2 *Matrimonium metu contractum est ipso iure nullum.*
3 *Adulterium solum non inhabilitat aliquem ad ḡhendum matrimonium.*
4 *Existentia matrimonij sola ēt ante carnalē copulā cāt impedimentum per petuū ḡhendi matrimonium cū qua cōsummauit viuente prima vxore.*
5 *Metus sufficiens impedit matrimoniū ḡhi ēt si interueniat iuramentum.*
Iuramentum metu præstitum non est obligatorium.
Iuramentum contra bonos mores non valet.
Iuramentum contra substantialia matrimonij non tenet.
Iuramentum metu extortum non tribuit libertatem consensus.
6 *Factū legitimē nō retractat̄ l3 cas' post eueniat à quo inchoari ñ potuit.*

CAP. II.

1 SIGNIFICAVIT.†Si viuente prima vxore & non cognita quis ḡxit cum secunda scienter,& eam cognouit,etiā mortua prima,tecundam habere non potest,secus si prima erat non legitima vxor.In prima decisa ꝓsultatio.In secunda ibi,mandamus.distinguens cōmissio.Et fm mēbrū ibi,alioquin. Casus literalis.Quidam Q.per metum coactus fuit iuramēto interposito .4.in vxorem recipere,postmodum aliam duxit. quapp ab A.in causam coram suo iudice tractus iurauit non accedere ad spon te acceptam donec lis cum A.terminaretur,qua pendēte A.mortua est,quia & pp iuramentum ad sponte receptam redire timebat,quæsiuit coram Pa.quid sibi agendū esset,Vnde mandat cui dam abbati quatenus si constiterit q illi Q tanta vis fuerit illata q coactus in illā A.consensit,nec post iuramentum præstitum illam cognouit,ad aliam quam postea sponte accepit, liberè reuertatur,alioquin eidem præcipiatur per excommunicationem ne ad illam reuertatur,aliā tñ accipiat si voluerit in vxorē. Ber.

2 †No.j.tex.expressum quem ad hoc vltra alios soleo allegare q matrimonium metu ḡctum est ipso iure nullum nec est opus q petatur rescissio actione qd me.cau.nā(vt hic vides) post ḡctum cum prima tenuit matrimoniū cū secunda nulla remissione pri' facta,& iudicatur fm matrimonium legitimū si probatur metus in primo,quod non esset si fuisset opus petere rescissionē.arg.in c.considerauimus.de ele.& vide quod plene dixi in c.cū locum.

3 §.de despon.imp.†No.secundò,q solum adulteriū non inhabilitat quem ad ḡhendum matrimonium, imò eccleſia dat sibi li

4 centiam ḡhendi mortua prima vxore.¶†Tertiò no.& tene mē ti,q sola existētia matrimonij ēt ante carnalem copulā causat impedimentum perpetuum.vt quis nō possit habere illā in vxorem cum qua ḡxit,& matrimoniū cōsummauit viuente prima

5 etiam non cognita.¶†In gl.ij.in fi.no.sing.gl.iuncto tex.qa nescio alibi,q metus sufficiēs impedit matrimonium ḡhi etiam si

a interuenerit iuramētum, & sic habes casum in quo iurm metu præstitum nō est obligatorium & fortè ideò, quia est ꝓ bonos

b mores.b Item ꝓ substantialia matrimonij,nam iuramētum metu extortum non tribuit libertatem cōsensus,nullus ergo est consensus coactus intercedente iuramento, nam matrimoniū ḡhi

6 tur libero consensu,vt in d.c.cum locū.¶††In gl.fi.ibi.ar.ḡ ista,q sequūtur nō sunt ꝛria,vt dicit Io.An.& bene.sed potiùs ponūt casum conuersum.s.q legitimè factū nō retractatur licet peruenīat ad eum casum,à quo nō potuit habere initium,& de vtro que brocardo dic,vt le.& no.in regula,non firmatur. & in regula,factum legitimē.de reg.iur.lib.5.

ADDITIONES.

a ¶Metus sufficiens.Hoc dictum refert,& multū extollit Ias.in l. Titia.ver.quintò amplia.ff.de verb.oblig.Seb.Sap. 2

b ¶Bonos mores.Facit l.fi.C.de non num.pec. quia iuramentum non debet in plus aliquem obligare.q simplex consensus,nō tamen videtur esse tuta.cum alio modo intelligantur boni mores de iure Canonico,& alio modo de iure ciuili.Pau.de Cas.in l.pacta quæ ḡ.C.de pac.& per Bar.in l.nō dubiū.in xvij.op.C.de leg. & c.vnico.§.item sacramenta.de pa.iu.fir.& in rub.C. de cōd.ob tur.causam.& in l.pactum quod dotali.in xix.q.C.de col.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium cum illa quis contrahere non potest,quam vxore viuente, cognouit si machinata fuit in mortem coniugis.*
2 *Adulterium solum non impedit matrimonium contrahendum cū muliere prima vxore viuente cognita, nisi machinata fuerit in mortem cōiugis vel sibi data fuerit fides de ea ducenda.*
3 *Machinatio in mortem coniugis sufficit ad impediendum matrimonium.*
4 *Homicidium coniugis non impedit matrimonium contrahi nisi hoc propositum factum fuerit.*
Machinatio vnius tantum in mortem coniugis non sufficit ad impediendū matrimonium, nisi adulterium præcesserit.

CAP. III.

1 SVPER HOC.†Non potest quis cum illa ḡhere, quā vxore viuente cognouit si machinata fuerit mortē vxoris, præmittit quæstionem cui respondet ibi:taliter.¶Casus literalis.Ali quis viuente vxore sua de facto aliā sibi matrimonio copulauit: tādē vxor sua mortua est,quæriē an iste possit ḡhere cū illa, quā sibi de facto matrimonio copulauit sua vxore viuente, rñ.Pa.q si adultera in mortē vxoris aliqd machinata fuit, siue fidē dedit illi,q eam duceret post mortē vxoris,illam habere nō potest,& hæc ꝓhibitio est perpetua.B.†No.1.ibi,si adultera.q solū adulterium cū muliere cōmissum,nō impedit quominus mortua legitima cōiuge,possit adultera in vxorem duci,nam vt hic vides, hæc mulier præsumitur fuisse cognita ab isto viro,& tamen nō impeditur matrimonium nisi fuerit machinata in mortem coniugis illius:vel nisi fuerit sibi data fides de ea ducēda.de quo dic 2 vt latius dixi.§.eo.c.j.†Secūdò not.q vbi intercessit adulterium, sufficit machinatio alterius in mortē dumtaxat,qd declara,vt dixi.in d.c.1.¶Vltimò not.q hæc prohibitio est perpetua quasi nedum impediat matrimonium ḡhendū, sed etiam dirimat iā ḡctum.†In gl.in ver.machinata.ibi.ita scriptū est. Io.And. dicit q 4 hic nullibi præcisè reperitur scriptū.nam c.si quis viuente. alle.ī gl.loquitur de occiso,& sic cū machinatio habuit effectū istud c.præsupponit vxorem illius fuisse mortuam,& sic sentit Io.An. q machinatio sola sine effectu nō impedit matrimonium cum adultera q satis mihi non placet,quia cum illum sit impedimē-

a tum iuris positiui a nō debet ita taxari, vt restringatur facultas ḡhendi matrimoniū ḡ dispositionem iuris diuini.arg.c. licet ex quadam.§.de testib.&in quantum gl.in fi.dicit,& ex sola interfectione mariti non impeditur matrimonium cū vxore. puto gl. procedere, etiā si eo proposito interfecit quis maritum alterius mulieris.vt vxorem eius habeat in coniugem,quia machinatio vnius tantum non sufficit sine adulterio,vt dixi.§.eo.c.1.& tene quod ibi no.licet aliud sentiat hic Inno. & vide quod dixi in c. laudabilem.alleg.in gl.

ADDITIO.

a ¶Positiui.Bene facit quod not.in c.cum olim.el 2.in glo.4.§.de off.dele.vbi Dauid rex commisit adulterium cū Bersabęa, & est machinatus mortē Vriæ,& tamen accepit Bersabæam in vxorē.

SVMMARIVM.

1 *Viuente prima vxore etiam ab eo separata quò ad torum, cū alia si quis matrimonium contrahat etiam prima mortua separabitur à secunda,sed cū alia contrahere poterit.*
2 *Separato matrimonio quò ad torum propter adulterium remanet nihilominꝰ matrimoniale vinculum,etiā si adultera intrauerit monasterium.*
Matrimonium contractum, & consummatum nō soluit nisi morte nāli.
3 *Matrimonij secundi contractus cum adulterio secuto nō impedit quominꝰ mortua legitima coniuge possit adulter cum alia contrahere.*
4 *Adulterij deprehensio sola,an sufficiat ad puniendum deprehensum.*

CAP. IIII.

1 EX LITERARVM.†Qui viuēte vxore etiam ab eo separata quo ad torum secundam conscium ducit vxorem. etiā prima mortua separabitur à secūda, sed cum alia ḡhere poterit. Communis diuisio.secunda ibi,fraternitati.¶Casus literalis.Quidam authoritate prelati dimisit vxorē suam.in adulterio deprehensam quæ postmodum assumpsit habitum monachalem,ille aliam insuper duxit, viuente prima, qua mortua q̄rit an simul debeant remanere.Respondetur q sunt adinuicem separādi, & ille vir pœnitentia ei de adulterio iniuncta poterit aliam ducere

2 in vxorem.Ber.¶†Not.j.q separato matrimonio quò ad torū propter adulterium remanet nihilominus vinculum matrimoniale etiam si adultera intrauit monasterium,nā matrimonium

Universidad de Deusto
Biblioteca

a semel consummatum non dissoluitur nisi morte naturali a 33. q.7.c.2. Ideò iste vir ꝺ̄hendo cum secunda prima viuente & eam
b cognoscendo commisit adulterium. b † Vltimò no. ꝙ ꝫctus secundi matrimonij adulterio secuto nō impedit quominus mor
3 tua legitima cōiuge possit adulter aliam ducere in vxorem. † In
4 gl. 1. in fine. no. gl. que solet satis allegari ad hoc ꝙ sola deprehensio in adulterio non sufficit ad puniendum deprehensum c ni-
c si aliter conuincatur. sed in ꝺ̄rium facit quod no. glo. in c. cū nō ab homine. de iu. & dic vt ibi plenè no. & vide gl. in c. si quis dia
conu. 1. di. & 3 1. di. c. presbyter. Gof. hic dicit deprehensionem sufficere si adulterium effectum est notorium. Hos. dicit ꝙ fides semper est facienda ecclesię de adulterio, sed dic, vt in c. cum nō ab homine. dixi.

ADDITIONES.

a ¶ Morte naturali. Adde quod no. in apo. ad istum in c. in præsentia. nu. 2. in ver. sola enim mors. s̄. de sponſ. & ma.
b ¶ Adulterium. In tantum, ꝙ non possunt se tueri ex ignorantia iuris ad conseruādum secundum matrimonium. Et est ratio ſm An. & Car. Flo. quia licet mulier possit ignorare ius scriptum. l. illa. ff. de iur. & fa. ig. l. fi. C. de iu. & fac. ig. non tamen potest ignorare legem Dei: quia ignorātia legis diuinæ non excusat mulierē. Facit quod no. in l. 2. C. de in ius vocā. vbi circa naturalia ignorātia iuris non excusat vt per Doc. in l. iuris ignorantiam. C. qui ad mit. & in l. si quis id quod. ff. de iurisdom. iu.
c ¶ Deprehensum. Facit. c. 1. ꝺ̄. de adul. l. quæro. §. fi. & ibi Ang. ff. de ædil. edi. capite quinto. ff. de adul. l. palam. ff. de ritu nupt. Barto. in l. fur. Bal. in l. hæredes palam. ff. de testa. Fede. de Se. cons. 8. inci. quæritur quomodo accipitur manifestum.

SVMMARIVM.

1 *Viuente prima vxore legitima si quis cum secunda contrahit adultera, etiā prima mortua vxore separabitur à secūda.*
2 *Adulter compelli potest per ecclesiā ad abiurandum adulteram, & quòd ad coniugem redeat.*
Adulterium est mixti fori, & iudex ecclesiasticus ratione peccati se de eo impedire potest, etiam si non agatur ad separationem tori.
3 *Matrimonium secundum contrahens, viuente vxore cogi potest per ecclesiam adagendam pœnitentiam & puniri de delicto.*
Pœna duas vxores vel duos viros habentis.
Ecclesiasticus iudex quandoque imponit pœnam & publicam ignominiam.
4 *Diuturnitas ꝛpeccato nō minuit sed augmētat peccatū, & an pœnā minuat.*
Præscriptio siue lapsus tēporis facit ꝙ amplius de delicto iquiri nō possit.
Præscriptio siue lapsus temporis non minuit peccatorum pœnitentiam in foro conscientiæ.
5 *Filij naturales etiam ex illicito coitu ali debent à parentib. 7. 9. & 10.*
Filia etiam spuria ali & dotari debet à parentib. etiam in testamento.
6 *Multiplicitas prolis siue filiorum, dispensationem quandoque inducit.*
7 *Alimenta quib. debeantur.*
8 *Matres tenentur lactare filios proprijs vberib. causa legitima cessante, aliter earum expensis lactentur. 9.*
9 *Filij minores tricennio ali debent apud matrem, maiores vero expensis patris. & quid de legitimis & spuriis filiis sit.*
10 *Filij in quib. casib. non debent alimentari à parentib.*
11 *Filij spurij non succedunt parentib. licet eis decernantur alimenta.*
Filij sacerdotum non possunt succedere patri nec matri.
Filij legitimi naturales tātū, quia non sunt nati ex coitu ita damnato succedunt matri etiam cum filiis legitimis, nisi mater sit illustris, patri verò vel aliis coniunctis per lineam paternam non succedunt.
Filij illegitimi naturales tantum non dicuntur agnati.
12 *Filij ex cōcubina in domo detenta cum qua poterit esse matrimoniū succedunt patri ab intestato in duab. vncijs hæreditatis, nō extantib. filiis legitimis nec coniuge.*
13 *Illegitimi etiam spurij licet à parentibus non possint hæredes instituj, possunt tamen ab extraneis.*

CAP. IIII.

4 ¶†In gl.ſi.ibi non ſit ſacramentum.no.quia gl.vult,quòd extrema vnctio non ſit ſacramentum,cuius contrarium not.in c.veniens.ſ.de trāſac.vbi gloſamet enumerat iſtud inter ſeptē ſacramenta.& ponit Io.An.ſuper rub.de ſacra.non ite.Sed quia in iſto ſacramēto nō imprimitur character,ideo poteſt iterari ſine ipſius iniuria ſecundum Io.An.& bene,& tene menti in hociſtam gl.¶Item no.gl.in eo quod dicit,quod ſolennis pœnitentia non debet iterari,& intellige de pœnitentia ſolenni,& publica.de qua in c.in capite.50.diſtinct.quæ non imponitur,niſi pro ſcelere,adeò graui,quod commouet totam vrbem, vt ibi not. & vide ad materiam,quod not.in cap.quamuis.allegat.in gloſſ.

Universidad de Navarra Biblioteca

¶Vltimò not.ex gl.q etiam si virgo ducitur in vxorem à trāseũte ad secundas nuptias non debent tales nuptiæ bñdici nisi subsit consuetudo loci quam Papa tcit,& tolerat.Et no.q in cõsuetudine exigitur tacitus cõsensus papæ,cuius grium not.gl.4.dist. l.g.s Sed cõcordando dicistam gl.procedere in sacramentalib. & in hoc tenebis semper mentiistam gl.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nubens intra annum lugubrem hodie infamiam non incurrit.*
2 *Mulier debet lugere virum defunctum per annum,& vestes lugubres deferre,sed hodie aliud est.*
3 *Vxor morte viri à lege ipsius soluitur.*
4 *Apostolorum dicta præferenda sunt legib.ciuilib.etiam in decisionib.cārũ.*
5 *Verba ista,nubat in domino,significant,quòd nubere possit secundum Deũ & leges Christianorum.*

CAP. IIII.

1 SVPER ILLA.†Mulier nubens intra annum lugubrem in fam am non incurrit.h.d.seq.Ponit qõnem cui respondet ibi respõdemus.Casus literalis.Secũdũ leges si mulier mortuo marito intra annum nubat an debeat dici infamis,respõd. pa.quòd cum dicat apostolus,mulier viro suo mortuo, soluta est à lege viri sui nubat in domino,cui vult.Ex licentia igitur,& auctoritate apostoli,omnis infamia aboletur.nec debet legalis infamia sustinere iacturam cum in his sacræ leges non dedignantur sacros canones imitari.B.†No.j.q mulier debet per annum lugere
5 mortem mariti,hodie tamẽ est sibi remissus omn s luctus, & solennitas vestis lugubris, vt fatetur in l.decreto.C.ex quib.caus. irrog.infa.& tenetur luctum ducere in vita viduali duntaxat, vt
3 ibi habetur.†Secundò no.q illico post mortem mariti soluitur mulier à lege ipsius,vnde in alio seculo non recognoscunt se,q
4 coniugib.vt in c.lite.33.q.7.†Item no.q dicta apostoli,a sunt præ
2 ferenda legib.ciuilib.etiam in diffinitionib.cautatum occurrentium,quod satis potest procedere generaliter in istis spiritualib.
5 †Sed quæro quid intendat iste tex.cum dicit nubat in domino. Solu.dicendum est,q potestas est sibi indulta vt tandem nubat regulariter,scilicet secũdum Deum,& leges Christianorum.Materiam huius c.vide j.c.seq.

ADDITIO.

3 ¶Dicta apostoli.Quòd corrigantur leges ciuiles,quæ imponunt pœnam mulieribnubentib.intra annum luctus,firmat Fel.in c. ecclesia S.Mariç.vers.limita quartò regulã.3.de const.post.Abb. ibi.Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Leges ciuiles,& presertim in spiritualib.subiiciuntur Apostolorum dictis, & canonib.*
2 *Prohibitum ad tempus prohibitum dicitur.*
Concessum simpliciter concessum videtur sine temporis præfinitione.
3 *Pœnæ variæ imponebantur per leges mulieri nubenti intra annum luctus, & an hodie per istud ca.sublatæ sint.*
Annus luctus incipit à die mortis mariti.
Imperator non habet facultatem interdicendi matrimoniũ etiã ad tempus.
4 *Communis opi.Doct.seruari debet & in iudicando vel consulendo graue est ab ea recedere.*

CAP. V.

a CVM SECVNDVM a Apostolum.¶Summatur, vt præcedẽs,& præmissa ratione ponit dicũ, & soluit obstaculũ.
1 ¶†Not.q leges ciuiles in istis præsertim spiritualib. subiiciũtur
2 dictis Apostoli,& canonum.¶†Not.2. quòd illud quod prohibetur ad tempus,potest dici prohibitum, & illud quod simpliciter concedi tur videtur concessum sine temporis prefinitione. Et per istam rationem, quæ ponitur in fine literæ, dicit hic no.
b Joã.And.& omnes ll.ciuiles,quæ ex aliqua speciali causa prohibent matrimonia contrahi,vt intra tempus luctus propter turbationem sanguinis,vt in l.liberorum.ff.de his qui not.infa.vel ne suspicio ex festinatione oriatur marito,vt in auth. de rest.& ea quæ

ADDITIONES.

a ¶Cum secundum. Vide omnino Petr de Anch.in c.canonum. ver iuxta prædicta de cõst.vbi ponit de materia huius c.& vide eundem cons.67.Et an omnes pœnæ sint correctæ,maximè vbi resultaret corruptio sanguinis& incertitudo prolis.Et refert opin.Bar.& aliorum in l.liberorum.ff.de his qui no.infa. & Bal.in l.decreto. C.ex quib.caus.infa.Et q sint correctæ omnes pœnæ non obstante illa ratione tenet hic Ant.& Abb.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constit.in lectura,& in repet.eiusdem.Pro quo facit etiam ratio,quia correcta videtur omnis pœna ex quo correctum est delictum,vt probatur in c.de grauib.3 5.q.8.iuncto c. non debet.de consang.& affi.Item facit ille tex.in verbo liberã. quia vbi requiritur libertas, non potest stare pœna,vt probatur in c.cum locum.iuncto c. gemma.de sponsa. Item adde ad materiam quod scribit Pet.de Anc.cons.92.Fred.cons.36 & Bal. in c.clerici.de iudi.& Ang.in aut.de rest.& ea quæ pa.ff.& Bal. in l.omnia.C.ad Tertyl.& in l.j. C. de sec.nup. & in l.liberorum. ff.de his qui no.infa.Item vide d.Abb.in d.c.clerici.in j.no.cuius dictum posui hic super text.Item quid si maritus dat licentiam vxori,vt nubat intra annum vide Bald.in l.filium quem habentem.C.fam erc.& in l.j.C.de his quæ pœnam,& in l.j.C.de sec. nupt.& latè ponit Rom.singu.248.incip. tu scis q si mulier nubat,&c.& ibi vide.Et credo,q eius motiua procedunt solum de iure ciuili.Item vide omnes in l.mulier.§. cum proponeretur.ff. ad Tre.& ibi inuenies qualis debet esse habitus viduæ,& multa alia.Item vide quæ dixi in reperto.in isto tit.in primo dicto.Et quid si vidua ducit turpem vitam,dixi ibi,&c.Item vide Ang. in §.sin autem tutelam.in authen.de nup.vbi dicit q pœna mulieris transeuntis ad secunda vota non dato tutore filiis non est correcta,quia illud est delictum,q non apparet correctum. Et in hoc vide Bal.in l.cum oportet.§.fi.de bon.quæ liber.vbi hoc limitat, nisi mater esset simpliciter in administratione bonorum suorũ orphanorum,quia tunc euitabit dictam pœnam Et pro conclusione,de qua 3.dixi,audio disputatum fuisse Ferrariæ,& defensatum fuisse quod prædixi.Et vtrum omnes pœnæ impositæ vxori secundo nubenti sint hodie sublatæ per Canones,adde hic gl. 2.q.3.§.fi.& ib: Bal.Sal.in l.fi.C.de sec.nup.Et certas pœnas mulieris transeuntis ad secundas nuptias,vide per Bald.in l. si qua mulier C.ad Tertyll.& adde q omnes pœnæ statutæ contra secundo nubentes habent locum in muliere ducente turpem vitãfm Bar.in l.his solis,C.de reuoc.don.Ego verò dixi post Abb. in c vxoratus.de conuer coniug.Facit quod no.Spe.in ti.de rut. §.nunc videndum.ver.item excipitur,&c.Et adde hic q licet sit castitas cum propria vxore,vt in c.Nicena.31.dist.si tamen maritus legat vxori,si honestè,& castè vixerit, non intelligitur q habeat secundas nuptias,sed de castitate viduali,quia anima mariti contristatur de secundis nuptiis vxoris.Ita dicit Bal. in authẽ. cui relictum.ver.not.q anima.C.de ind.vid.toll. Vnde etiam in l.Deo nobis.in fi.prin.C.de epis.& cle.Sed Bar.& multi alij tenẽt contrarium in l.mulier.§.cum proponeretur.ad Trebel.vbi vide Alex.nisi fuisset,& vitam viduälem,& in quo vide quod melius notatur in auth.de non elig.secundo nuben.§ optime. & §. præcedente.Et ad istud de pœnis istis adde d.Abb.in c. causam. de rapt.& in c j.de sponsa.& vide Arch.in §.fi.2 qu.3.vt.; referens hæc in fine videtur transire,dicens q omnes,pro eo solo q ante cõtrahit.infamia remittitur.De quo etiam tu vide per Dom.in c.placuit.circa fi.32.dis.per Bal.in c.clerici.circa prin.de iudi.Bar. in l.liberorum.in prin.ff.de his.qui not.infa.Et an mulier incurrat aliam pœnam,si extaret statutũ,&c vide pulchre d. Abb. hic, & in c.ecclesia sanctę Mariæ.de const.vbi firmat idem quod hic. Vide Bart.in l.omnes.in vit.qu.C.ad Tertyl.Bal.in l edicimus. C. de murileg.lib.xj. Et adde quòd opi d. Abb.hic,videlicet quòd nullas pœnas incurrit mulier,&c.confirmatur primo ratione, quia ratio istius tex.& d.ca.fundat se super libera facultate contrahendi matrimonium nõ potest negari,quia cessaret libertas, si adesset aliqua pœna.arg.c.fœmina.de sponsa. Sed quia quãdo per legem nouam statutum coniungitur,per consequens cẽsetur sublata pœna C.ex qb.cau.irrog.infa.licet huic rationi posset responderi,q hic est sublata infamia,quia cum de iure ciuili esset inualidum matrimonium,ius canonicum debet hoc addere.Sed huic communi rationi posset eodem modo responderi. Et tu vide Ang.in auth.de nupt.§.si autem tutelam.vbi dicit,q ista correctio pœnarum,quæ olim imponebatur mulieribus nubentibus intra annum,non haberet locum in muliere,quæ trãsit ad secunda vota non redditis rationibus,nec petito tutore filiis,cum debet punirii iis,quæ imponebantur mulieribus nubẽtibus intra annum luctus,vt ex tex.in d.§ si autem tutelã.qui secundum eum in aliquo non reperitur correctus.Et dicit Ang. ibi,q idẽ tenet Host.in c.fin.Sed aduerte,quia dispositio d §.sin autem tutelam.non habet locum in matre,quæ nõ erat tutrix, sed solum administratrix bonorum filij, secundum Bald.in l.cũ oportet §.fi.in fi.C.de bon.quæ lib.Istis adde Lothum in c.tãta. 8.q.3.qui fil.sint leg.& Bald.in l.decreto. C.ex quib.caus. irrog. infa.de Bellentz.

b ¶Leges ciuiles. Nunquid huiusmodi pœnæ cessent si testator dedit licentiam nubendi,vide Ias.in l.filium.2.no.C.fam.erc.aliquid per eundem in l.a.C.de ind.vid.tol.Seb.Sap.

ra q in par.§.verum.Item in matrimonio interdicto inter pupillam,& tutorem seu curatorem,& liberos eorũ, vt C. de interd. ma.inter tuto.& pup.per tot.Item inter rectorem prouinciæ,& prouincialem,vt C.si rect.prouin.l.j.recipiunt correctionem à l. canonica.Et nor.bene hoc dictum,& tenebis semper menti, q hodie licitè contrahitur matrimonium inter pupillam, & tutorem,seu curatorem,seu eorum liberos,vel alias personas,suprà numeratas.Item q lex secularium,non potest prohibere matrimonium ad tempus vel etiam inter certas personas, & idè per
3 omnia sequitur Fed consi.35. ¶†In gl.2.ibi.C.de sec.nup.l.j.pro euidentia scias,q multæ pœnæ inferuntur mulieri transeũti ad secundas nuptias intra annum luctus,intra annum à die mortis mariti compurando,nã efficiebatur infamis tam ipsa, quàm secundus maritus,& non poterat dare marito secundo vitra tertiam partem bonorum suorum,nec sibi relinquere in testamento.Item mulier non poterat capere hæreditatem,legata,fideicõmissa,& donationes causa mortis,& perdebat omnia sibi donata,& relicta à marito.primò istæ pœnæ habentur in l.1.& 2.C.de sec.nupt.Aliæ etiam pœnæ inferuntur mulieri transeunti ad secundas nuptias post annum,si habet liberos ex primo matrimonio,de quib.in l.fœminæ.& in l.hac edictali.& in l.fi.& in auth. iisdem pœnis.C.eo.& in auth.de rest.& ea quæ par.in authẽ. de nup.§.quia verò hactenus.& in l.omnem matri.C.ad Tertyl.Vn
a de nunc dubitatur vtrum per hoc c.sint sublatæ omnes pœnæ,a gl.variat vt hic vides.Inn.& communiter alij Doct.sic distingũt, quòd pœnæ impositæ in odium secundi matrimonij seu propter festinationem,vt quia voluit contrahere intra annum luctus sint sublatæ,nam ex quo mulier licitè contrahit non debet ex contractu licito, & permisso sustinere iacturam, & sic hodie sunt sublatæ pœnæ,de quibus in l.1.& 2.C.de sec.nup. sed pœnæ
b appositæ fauore filiorum,bvt sunt illæ,quæ apponuntur mulieri transeunti ad secundas nuptias post annum non sunt hodie sublatæ,quia non sunt appositæ in odium matrimonij,sed fauore ipsorum filiorum,& cum hac opinio.videtur transire Bart. & gl.in d.l.liberorum.& in l.1.C.de sec.nup.licet aliud senserit glo. in l.decreto.C.ex quib.cau.irrog.infa.reperio Bal.in d.l.decreto. referentem q Rayne.de forli.solennis legum Doctor, Paul.de Leaza.Doct.decre.satis famosus tempore suo, cõsuluerunt q si oritur incertitudo prolis habent locum omnes pœnæ legales,vt quia mulier peperit in vndecimo mense post mortem maritinam potest attribui primo,& secũdo,quia in nono,& septimo potest mulier producere fœtum completum,vt in leg.septimo mense.& quod ibi not.ff.de stat.hom.& sic mulier volens euitare illas pœnas debet saltem differre per tres menses, & licet Bal. hanc opin.simpliciter non approbet in d.l.decreto.sed sola recitatione sit contentus,tamen in d.l.liberorum,eam approbat,& eam sequitur Pet.de Anc.in repe.c.canonum.de constit.Et videtur prima fronte hæc opin.multum probabilis.nam ex causa interdicitur ad tempus huius matrimonij contracti.5.dist.ad eius verò.& no.30.qu.4.in sum.fortius ex causa potest matrimoniũ contrahendum ad tempus impediri.Sed iudicio meo ista litera multum obstat,dum dicit,quòd intra tẽpus luctus liberè potest mulier contrahere.vnde pondera illam dictionem,intra,quæ apertè denotat licentiam concessam in qualibet parte anni. Si ergo mulier licitè à principio nupsit nõ debet deludi auctoritate legis,& sic ex incertitudine quæ postmodum oritur debeat incurrere pœnas legales,& quanquam illa litera loquatur de infamia,tamen ratio literæ est vniuersalis quo ad omnes pœnas,probatur hoc satis in antiqua dum papa prohibuit, ne ad iacturam vel infamiam allegaretur iste transitus ad secundas nuptias contra istam mulierem,& si audacia concederetur,tenerem contra communem opin.q etiam pœnas illici tas fauore filiorum mulier non deberet incurrere,primò, quia fauor filiorum non debet esse causa puniendi mulieres vel impediendi matrimonium à Deo concessum.Item ex defectu potestatis statuentis,nam imperator non habet potestatem interdicendi matrimonium ad tempus vel apponendi pœnam.per quam tollitur indirectè libera facultas contrahendi.facit quod no.Io.And.in c.statutum.de hæret.lib.6.nec lex tollit hoc casu lucrum,quod ipsamet impenderit,sed tollit relicta vxori ab ipso marito,& sic sumus extra gl. c.cum secundum leges.de hæret.lib.6. Non enim negari potest, quin ex istis pœnis etiam inflictis fauore filiorum intimidetur matrimonium,& tollatur libera contrahendi facultas, & sic posset mulier incurrere peccatum fornicationis,abstinendo se à secundo matrimonio ne incurrat pœnas iuris.Admitterem tamẽ illas pœnas quas incurrit ex facto,vt puta quia obligauit se ad tutelam filiorũ,& postmodum non reddita ratione nec petito tutore filiis transiuit ad secundas nuptias,vt in d.l.omnẽ matri.& in d.auth. eisdem pœnis. nam tunc non punitur quia contraxit, sed quia non licitè administrauit sicut tenebatur administrare.
4 ¶†In iudicando tamen vel consulendo graue esset recedere à communi opinio. Doct. quam non reperio in hoc per aliquem violatam,& ideò non attentarem venire contra opinio.Doct.tãtorum.Et ista sufficiant quò ad finem libri.Ad laudem Dei omni potentis, necnon sanctæ,& indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritussancti,ac gloriosæ Mariæ Virginis,& beati Sebastiani totiusque curiæ triumphantis,Amen.

ADDITIONES.

3 ¶Omnes pœnæ.Adde q pater in suo testamento potest ordinare,quòd vxor nubendo intra tẽpora luctus non incurrat pœnas impositas in fauorem filiorum.Bal.in l.filium quem habentem. C.fam.erc.& ibi Pau.de Cast.meliùs loquitur Bal.in l.1. vers.ibi his etiam,&c.C.de sec.nupt.Ro.in conf.219.Et idem est quando nubit de consensu filiorum.gl.in auth.de non elig.secund.nub. quam sequuntur Bal.& Ang.in l.mater.C.ad Tertyl.Et pœna secundo nubentium intra annum luctus non habet locum in masculis,secus in pœnis inductis in fauorem filiorum,secundum gl. & Bal.in l.fœminæ.C.de sec.nup.licet Bal.in auth.vnde si parens. teneat contrarium C.de inoffi.testam.
b ¶Fauore filiorum.Vide Petr.de Anc. in cons.95.& 97.incip.ex prædicto themate.in prin.cum multis alleg.per Felin.in d.c.ecclesia S.Mariæ.ver.prima declaratio.3.de consti.Seb.Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NICOLAI DE TVDESCHIS SICVLI, ABBA. MONACEN.

Archiepiscopi Panormitani, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis, Commentaria in quintum librum Decretalium cum Apostillis, & summariis hactenus apponi solitis. Adiectis nouiter apost. egregij vtriusque censuræ doct. Sebast. Sapiæ Genuensis, fœliciter exordiuntur.

LIBER QVINTVS. Tit. j.

1 ¶De accusationibus a, inquisitionibus. & denuntiationbus,

ADDITIO.

a ¶De accusationibus. Ista rub. de accusationib. est prima rub. quinti libri. nam cum omnib. suis rubr. vsque ad finem debet postponi ti. de sponsalib. And. Barb.

¶Continuatio Rubricæ.

¶Hæc rubr. continuari potest duob. modis, primò ad præcedentia. secundò ad sequentia. Et primo modo est de accusationib. ciuilib. sequitur videre de criminalib. vel sic, & secundo ad sequẽtia. Tractaturus author in Quinto de criminib. & pœnis eorum, quia super eis quandoque proceditur per accusationem, quãdo que per inquisitionem, quandoque per denuntiationẽ, ideò primò de his præmittit.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio personarum ante omnia discutitur in iudicio.*
2 *Exceptio de illegitimatione personæ est dilatoria, & idẽ in exceptione, Tua non interest.*
3 *Accusatus si quam exceptionem habet contra accusatorem debet illam opponere ante cõtestationem litis secus nisi de nouo venerit in sui notitiã.*
4 *Accusator non debet esse criminosus nec malæ famæ nec inimicus.*
5 *Accusator criminosus repellitur de iure canonico ab accusando quãdo prosequitur vindictam publicam secus si propriam.*
6 *Criminosus an possit alium criminosum accusare.*
7 *Infamis tam infamia iuris quam facti repellitur ab accusando secundum canones sed secundum leges tantum repellitur infamis infam a iuris.*
8 *An quelibet inimicitia repellat accusantem.*
9 *Mulier pauper, & pupillus regulariter non admittuntur ad accusandum nisi forte prosequendo iniuriam propriam.* 10.
10 *Minor xx. annis non repellitur ab accusando, licet repellatur à testificando in criminalib.*
11 *Pauper quando repellatur ab accusando, & quis dicatur pauper, & multa in hoc relinquuntur arbitrio iudicis.*
12 *Accusator quando repellitur tanquam indignus, absoluitur accusatus ab obseruatione iudicij.*
13 *Accusatus non tenetur comparere ad instantiam illegitimi accusatoris. Iudex potest repellere illegitimum accusatorem ex officio suo, licet non petatur à parte.*
14 *Iudicium agitatum cum illo qui poterat exceptione repelli, & non repulsus valet & tenet.*
15 *Accusator si post inchoatam accusationem efficiatur illegitimus non repelletur à iudicio.*
Accusatus si post inchoatam accusationem inceperit habere aliquod priuilegium potest illo uti, vt à tali accusatione excusetur.

CAP. I.

a I b SI LEGITIMVS. a H. d. in sum. De persona accusatoris prius est q̃rẽdũ in iudicio vel aliter, & sic, ad petitionẽ illegitimi accusatoris re' non est in iudicium trahendus, et non diuiditur. ¶†Not. 1. b ex text. quòd ante omnia quærendum est de legitimatione personarum contendere volentium in iudiciis. ff. de testament. l. si quæramus. 2. q. 1. in primis. cum concor. ¶†Not. secundò ibi non fatigetur, &c. ar. q̃ exceptio de illegitimitate accusatoris est dilatoria. c & ideò est proponenda ante lit. contest. facit tex. in l. si maritus §. præscriptiones. ff. de adult. in c. exhibita. de iudi. facit quod in simili no. gl. in c. j. de elect. lib. 6. & plenè in c. exceptionem. de excep. & gl. in l. reum. C. de proc. Bar. tenet in l. j. §. accusationem. d ff. ad Turp. Idem de illa exceptione, Tua nõ interest, d vt not. gl. in c. ex parte Adæ. de testi. & per Inn. in c. super his. j. e. & si omit e titur hæc exceptio ante li. conte. postea proponi nõ potest, e vt no. in iur. præal. Ego puto hoc verum nisi ignorauerit hãc exceptionem sibi competere, & tunc in posterum admittatur. pro hoc gl. not. 3. qu. 6. c si quis episcoporum. §. exceptio. & in c. ad audiẽtiam. el 2. de resc. & quod no. in c. 2. de ord. cogn. facit optimè c. nulli. de ele. libro 6. †Et idem per quod s̃. dictum est de accusatore dicendum est de accusato, vt si habet beneficio personæ aliquam exceptionem contra accusatorem debeat eam proponere ante lit. contest. seu antequam nomen receptum sit inter reos, postea verò non auditur in l. hos accusare. §. hoc etiam beneficio. ff. eo. sed puta limitandum, vt s̃. dixi. quãdo sciebat, & 4 non excepit. †In gl. in fi. hæc gl. in effectu ponit tres qualitates illegitimationis accusatoris. prima quia non debet esse criminosus. secunda quia debet esse bonæ vitæ, & non malæ famæ, tertia quia non inimicus. ¶† Sed circa primam qualitatem quæro nunquid quodlibet crimen repellat accusatorem. nec gloss. nec Docto. aperiunt hunc passum. Sed puto sic dicendum quòd f de iure ciuili non repellatur criminosus, f nisi sit de tali crimine cond

ADDITIONES.

a ¶Si legitimus. Vide gl. & ibi Arch. in verbo. poterunt, & quæ ibi habeo in apostilla. in c. quidam. 5. q. 1. Itẽ an criminosus de iure ciuili admittatur ad accusandum, vide latè per Salicet. in l. si magnum. C. qui accus. nõ pos. Item de iure ciuili an infamis admittatur ad accusandũ, vide tex. & ibi Sal. in l. criminis. C. qui accu. non poss. de Bellent.

b ¶Not. j. Vide Bal. in l. damni. §. si alieno. ff. de damno infect. And. Barb.

c ¶Dilatoria nota, q̃ exceptio non legitimi procuratoris est dilatoria. vide quod not. Bar. in l. si quæramus. ff. de testa. l. libe. de ẽdi. actio. & quæ dixi in c. exhibita. de iudi.

c ¶Dilatoria. vide Fely. in c. exceptionem. ver. item exceptio non potest, s̃. de excep. vbi tangit an exceptio, Tu non potes accusare impediat litis ingressum. Et de exceptione, Tua non interest, vi de Mod. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebellian. Sebasapia.

d *Tua* nõ interest. Adde an talis exceptio impediat litis ingressum. Alex. post Bar. in l. posthumus. ver. si quis. vbi plene de hac exceptione, & quòd sit dilatoria. ff. de inoffi. testa. Pe. de Anch. in cle. constitutionem. de elect. & Bart. in l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. Zach.

e ¶Non potest. Adde an exceptio dilatoria omissa ante lit. conte. possit postea opponi. Lud. Ro. consi. 179.

f ¶Criminosus. Adde de accu. c. de criminibus. in §. 3. vbi dicit, q̃ accusatio, ordo & testimonium parib. passib. ambulant. & idẽ dicit Anch. consi. 416. vbi vide materiam.

f ¶Criminosus. Idem dicit Fel. in c. super eo. j. in gl. j. s̃. de testa. post Abb. ibi. Seb. Sap.

ne condemnatus quòd meritò appelletur criminosus, vel q̃ sit effectus infamis ipso iure, hoc videtur velle iudicio meo. tex. in l. qui accusare. ff. eodem. vbi patet quòd condemnatus de crimine admittitur ad accusandum de nouo, si non perdidit ciuitatẽ a vel libertatem, vt ibi, & in l. is, qui reus. de pub. iud. a ¶† Vtrum 6 autem criminosus admittatur ad accusandũ criminosum, vide tex. in c. pagani. §. in hoc. 2. q. 7. & ibi bo. gl. quæ reprobatur præalle. tex. & declarat in quibus casibus admittantur criminosi contra criminosos b. Item faciat simile de teste. nam de iure ciuili nõ b repellitur, nisi sit condemnatus, & effectus infamis. l. 3. de test. ff. & no. in c. super eo. & c. testimonium. §. de test. b. De iure autem canonico nõ proceditur ita strictè, vnde satis est, q̃ non possint conueniri de crimine graui, ad hoc c. cum dilectus. j. eo. c. si qui sunt. & c. quærendum. 2. q. 8. non enim videtur velle accusare bono zelo pro vindicta publica ex quo ipse perseuerat in crimine. Idem puto de quolibet crimine & peccato mortali ex quo perseuerat in eo licet aliàs fuerat condemnatus, vt in iuribus præalle. Et hæc sunt vera vt prætextu criminis repellatur q̃ prosequi 7 tur vindictam publicam, secus enim si propriam, tũc enim qui c libet criminosus admittitur c. ij. q. v. omnibus. & ij. q. j. prohibentur, & ita limita istam gl. ¶† Circa secundam qualitatem. s. infamiæ quæro an quælibet infamia tam iuris quàm facti repellat quem ab accusatione, & de infamia iuris nõ est dubium, tam de iure canonico quàm ciuili, vt 6. q. j. infames. & in c. quærendum. d 2. q. 7. & l. qui accusare. ff. e. De infamia facti est dubium d gl. hic sentit idem q̃ repellat. & idem Goff. in c. omnipotens. j. eo. & in Spec. e. ti. §. j. ver. item quid si suspectus. sed Bar. tenet oppositum præalle. l. qui accusare. dicens, q̃ de infamia facti nõ est iure cautum. & idem Spe. in alio vers. qui incipit. item quid de his. eo. ti. Ant. dicit relinquendum arbitrio iudicis. Ego puto q̃ de iure ciuili non repellat, cum non reperitur iure cautum. & omnes admittuntur ad accusandum. qui non prohibentur, vt in d. l. qui accusare, & adduco d. l. is qui reus. vbi cõdemnatus de crimine admittitur ad accusandum, & ex condemnatione criminali oritur infamia facti. l. honori. ff. de obse. facit. c. testimonium. de testib. & quod no. Dy. 1 regula infamibus. de reg. iur. lib. 6. Sed de iure canonico illam opin. puto procedere per c. si qui sunt. præalle. e & per c. cum in tua. s̃. de spon. nõ enim videt integra persona. e 8 †Circa tertiam & vltimam qualitatem, scilicet inimicitiarum f dico sic, q̃ de iure ciuili inimicus non repellitur, f ita sentit gl. in l. qui accusare. præalle. & induco pro illa gl. quia hoc non reperitur iure cautum, ergo, &c. Item ex accusatione oriuntur graues inimicitiæ. facit c. meminimus. j. eo. & per Bar. in l. j ad Turpil. tamen de iure ciuili accusatus reaccusat accusatorem suum, vt d. g l. is qui reus. sed de iure canonico secus, gvt in iuribꝰ. hic allegatis in gl. sed debent esse inimicitiæ graues non leues, facit l. si inimicitiæ. ff. de his qui. vt indig. & in c. cum oporteat. j. e facit l. 3. in 9 fi. ff. de adi. leg. †Extra gl. sunt aliæ qualitates, nam mulier h pupillus, propter ætatem & pauper. &c. regulariter non admittuntur ad accusandum quod prosequere vt habes bonum tex. 2. q. j. c. prohibentur. ff. ad l. Iul. ma. l. in qõ. & ff. e. ti. j & 2. & Insti. d sus- 10 pec. tut. §. consequens. †Sed dubitatur de minore nunquid repellatur ab accusando prætextu minoris ætatis. & dic q̃ pupillus regulariter nõ accusat, nisi prosequatur iniuriam propriam, vel parentum. vt ff. eo. ti. 2. §. pupillus, & tunc si est infans accusat tutor nomine suo & inscribit sẽ ad pœnam talionis. vt not. Bart. in præal. l. 2. si vero est maior infante. impubes. tñ tũc põt accusasare cum authoritate tutoris. de quo dic vt in præal. l. fi. C. de autho. præstan. l. clarũ. si verò est pubes, tunc sunt opi. sed communiter videntur Doct. concludere in locis præal. q̃ requiritur, q̃ 3 sit in vicesimo anno, nam non admittitur in rei veritate ad denuntiandum testimonium in criminali, nisi in illa ætate. 4. q. 3. c. si testes §. in testimonium. sed puto q̃ si excesserit. 14. annum possit cum authoritate curatoris, licet Bar. velit cõtrarium in præal. l. 2. mouetur per l. clarum. de aut. præst. vbi permittitur minori accusare cum authoritate curatoris, item quisque admittitur ad accusandum qui non prohibetur. de pubere non inuenitur prohibitum, imo concessum à contrario sensu, quia cum interdicitur pupillo tacitè cõceditur puberi, item ar. per locum à speciali minor. xx. an. prohibetur accusare de adulterio. l. si maritus. §. lex Iul. ff. de adult. ergo in aliis criminibus non reperitur ista ætas, nec obstat motiuum Doc. iuris ciuilis inquantum se fundant in simili, de teste. quia maior idoneitas requiritur in teste, quàm in accusatoribus. quia crimina probantur testibus non accusatoribus, sic no. gl. in c. cum R. de offi. deleg. Inn. in c. cum venerabilis, de exce. & vide de hoc tex. in c. licet. de simo. k †Vltimo 11 scias quòd inter cæteras qualitates illegitimitatis numeratur paupertas, nam pauper repellitur ab accusando vtroque iure, 2. q. 1. prohibentur. & in præal. l. qui accusare. cum l. seq. sed adiuerte. quia glo. in vtroque loco dicunt, q̃ si pauper est honesta l perso

ADDITIONES.

a ¶Sed aduerte. Abb. Sic. meo iudicio, non bene intellexit præallegatam. l. is qui reus. Nam cõdemnatus publico iudicio est infamis, vt in l. infamem. ff. de publi. iud. Sed infamis de iure repellitur ab accusatione, etiam de iure ciuili, vt in l. qui accusare. ff. e. & 2. q. j. phibentur. Dic ergo quòd l. is reus. ff. de pub. iud. pmittit condemnatum de crimine accusare suum accusatorem, si ñ perdidit ciuitatem, vel libertatem, quia quodammodo psequitur suam iniuriam, sed non permittitur illi alium accusare, cum per sententiam sit factus infamis infamia iuris. & hoc modo intelligit Barto. in d. l. qui accusare. ff. eodem. & hoc teneas. Alexand. de Neuo.

b ¶Adde etiam gl. bonam in c. nulli. j. eod. Alex. de Ne.

c ¶Admittitur. Adde, q̃ illi dicuntur suam vel suorum iniuriam prosequi, qui prosequuntur iniuriam illorum qui pro se testimonium ferre non possunt, vt per Spec. in d. §. tertiò videdum. s̃. alleg.

d ¶Est dubium. Adde Ro. consi. ccxvij. Et an adulter, vel facilis litigator repellatur ab accusando, adde quod voluit Ro. sin. 324. quod incip. an adulator. quod tamen non loquitur de adultero sed de adulatore, & facili litigatore, vbi tenet pro parte affirmati ua. alleg. casum. fin. in c. similiter. 3. q. v.

e ¶Sed de hoc scilicet, an ex condemnatione criminali oriatur infamia facti, vel iuris, dic vt in l. infamem. ff. de publi. iud. non est bonus tex. Vlterius saluando ius ciuile. & opinionem Bart. dic q̃ aut criminosus, vel infamis de facto, accusat clericum, & tũc repellitur ab accusatione hoc modo debent intelligi iura, quæ dicunt criminosos, vel infames de facto repelli ab accusatione, & hoc tenet Spec. in 3. parte sui operis. eo. titu. §. tertiò videndũ. vbi dicit q̃ laici contra laicos admittuntur ad accusationem, nec repelluntur respectu criminis, vel infamiæ, intellige sc infamiæ facti, secus si esset infamis infamia iuris, vt in l. qui accusare. ff. eo. & 2. q. 1. prohibentur. Alex. de Nc.

f Non repellitur. vide Bal. in l. præscriptione. vers. tertium exemplum. C. si ꝰ ius vel vti. pub. Ro. in l. si vero. §. de viro. ver. quintadecima. ff. sol. ma. & Ang. de Aret. in tract. maleficiorum. in ver. necnon ad querelam. ver. 20. Seb. Sap.

g Secus. Adde Rom. consilio 324. q̃ in notoriis inimicus ex causa etiam repellitur. & vide in sing. suis.

h Mulier. Adde Alex. consi. 143. lib. Oldr. cons. 145.

i In vicesimo anno. Adde alexan. consil. lxiij. in iiij. libr. Oldr. consil. cxxi.

h Sed aduerte, istum articulum examinat Specu. in titu. de accus. versi. sed quid de pubere, & recitat opiniones, nihil approbãdo. Idem facit Io. and. ibi in additione, quæ incipit, Scire debes. communis tamen opinio est quòd minor 20. ann. non possit accusare in causa criminali, ficut etiam non potest testificari, vt le. clarum. C. de auctor. præsta. allegata per abbatem. qui non probat opinionẽ suam, quia l. qui accusare. loquitur de minore 25. ann. & loquitur tam de pubere, quàm de impubere. Nam dicitur ibi quòd tam impubes, quàm pubes potest accusare cum auctoritate tutoris, vel curatoris, & sic illa l. non facit differentiam inter pupillum, & adultum, quia vterque potest accusare, vt ibi dicitur. Sed pupillus non potest accusare. vt in l. 2. ff. de accusa. & dixi s̃. ergo illa lex nil facit ad l. si maritus. §. lex Iulia. ff. d adult. Resp. quòd est speciale in adulterio, vt minor 25. ann. nõ admittatur ad accusationem. Nam in aliis criminibus minor 25. ann. maior tamen 20. admittitur ad accusationem, & istam opinionem tene, quia communis est. Sed mihi videtur quòd l. si maritus. §. lex Iulia. ff. de adulter. debeat intelligi generaliter in omni crimine, vt minor 25. an. non admittatur ad accusandum. Nam ratio quę ibi assignatur habet locũ in accusatiõe cuiuslibet criminis. nec obstat iij. q. iij. in testimonium. & l. in testimonium. ff. de testib. nam ideò minor. 25. maior tamẽ 20. admittitur in testimonium in causa criminali, ne veritas pereat. ad hoc l. quoniam. C. de hæret. & de test. cogen. c. vlt. & quod ibi not. in glo. vlt. in fi. faciliùs enim repellitur accusator, quàm testis, quia plures accusatores reperiri possunt, quàm testes. Ad hoc quod no. gl. in c. cum R. de offi. deleg. & in c. insinuante. eo. tit. & 3. q. 5. consanguinea. & ista tetigit Io. And. in additione Spec. in loco præall. Alex. de Neuo.

¶ Pauper est honesta. Adde Ro. consi. cccl xxxij. Pet. de Anc. consi. ccccxij

l ¶ Honesta. Vide ad hæc Fel. in cap. si quis testium. vers. gl. fin. s̃. de test. & ibi declarat, quis dicatur pauper. de quo late lat. in l. si constante. in ij. q. j. partis principalis. ff. sol. mat. & ibi quomodo probatur paupertas.

Universidad de Deusto Biblioteca

persona,& non est suspecta non repellitur prætextu paupertatis, & dicitur pauper, qui non habet quinquaginta aureos.ij.q.j. p. hibentur.in præal.l.qui accusare.sed dic illud procedere, vbi est expressum.Et conclude tria membra quòd vbi exprimitur in iure standum est expressioni iuris,vt in iuribus præal.nisi cesset causa statuti.vt dixi,vbi autem non est expressum sed fit de paupertà
a remotio,tunc statur vulgari opinioni in his, quæ sunt leuis præiudicij.an sit pauper.In his verò quæ sunt magni præiudicij,hoc relinquitur arbitrio boni iudicis.secundum qualitatē personarū,& causæ,facit gl.in c.fi.de re iud.li.vj.quæ dicit q causa est magna vel parua secundum qualitatem personarum,nā magnus dominus iudicaretur pauper si tantum haberet tria millia florenorum in bonis,& plebeius iudicaretur diues.ar.in c.de causis. de of.delegat.b ¶† In glo.ij.in fi.no,duo ex hac gl,primo practicam proce-
b 12 dendi quando accusator repellitur tanquā indignus,debet enim reus absolui ab obseruatione iudicij.&sic perimuntur omnia gesta,item no.ex fine gl.q etiam cōtra infamatum de crimine non admittitur illegitimus accusator. sed infamato inducitur purgatio ex officio iudicis.quod limita prout no.in c.cū.P.j.eo. & in
13 c.per tuas.de simo ¶† Extra glosse.op.contra tex.& videtur q si accusatus fatigatur ad petitionem illegitimi accusatoris,quia salem debet venire ad excipiendum cōtra accusationem. vt in c. veniens.j.eo.&c.licet.& in l.si quis ex aliena.ff.de iud. Solu. duplex secundum Doct.Prima,q nō debet fatigari reus etiā in venijēdo si notorium est accusatorem esse indignum,sed debet iudex ex officio suo ipsum repellere,& non ex hac solutione q iudex ex officio suo debet repellere illegitimū accusatorem fa.gl. in c.nulli.j.e.& bona gl.in c.alieni.2.q.7.facit l.quos prohibet.ff. de postula.non ob q iudex non debet procedere ad commodū priuatum.vt in c.ad nostrā.de iureiu.per Inn.& in l.4.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe.quia ista excep.non tantum concernit commodum priuatum sed honorem iudicis: & commodum publicum.vt in c.quærendum.2.q 7.Secunda solutio est,q non debet reus fatigari in prosecutione iudicij.q. d. cōparere debet
14 sed non cōpellitur prosequi,pñata exceptione.†Sed circa hanc solutionem quæro quid si accusatus comparet in iudicio & iudicium est inchoatum &non incipit & accusator est indignus, nunqd tenebit iudicū,de hoc vide in l.q accusare,&in l.hos accusare.ff.eo.vbi dicitur q sic.tex.in c.pia.de excep.li. 6. vbi valet
15 iudicium suum excommunicato.si contra eum non fuit excesptum.& vide gl.in c.j.de rescr.lib.6.vbi dicitur quòd sic.† Vltimò quæro quid si accusator tempore accusationis erat idoneꝰ, sed in prosecutione superuenit indignitas,nunquid possit repeli.c Bar.in l.Vranius.ver.deinde quærit ff. de fideius. tenet quòd non,& in l.is qui reus ff.de publ.iud.per illum tex.nam cōdemnatus ibi & etiam deportatus admittitur prosequi volens accusationem inchoatam,sed de nouo inchoare non potest. nō obstat,si dicat quòd reus quādo deuenit ad eum statum à quo nō potuit habere principium inficitur,vt l.Neratius.præal.& no.in regula factum legitimè.in 6.q illud procedit,quando est defectus in superuenienti vel originali.ar.in l.quamuis.C. de adul.socus si superuenerit ī persona accusatoris,quia iudicium sustinetur propter bonum publicum.& iudiciariam authoritatem.ff.d adult.l.si quis.secus vbi beneficium superuenit accusato ex persona sua,quia tūc potest illo vti.facit l.hos accusare.§.hoc beneficio.ff.e.intellige ergo hoc c.quando accusator tempore accu-
d sationis erat illegitimus.d

ADDITIONES.

a Mentio.Quando quis probetur pauper,vide plenè Lu.Ro.in l. si constante.ff.sol ma.And Bar.

b De quo vide plenè per Bart.in l.si constante.ff.sol.matr.vbi etiā tractat qualiter probetur aliquem esse diuitem, vel pauperem, & in l.vbi adhuc.C.de iure dot.& in l.qui verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui satisd.cog. Alex.de Ne.

c Possit repelli.Vide per hoc tex.in l.is qui reus.ff.de public.iud.& ibi hoc tenet Rapha.cu.& Ang.& Io.And.in addi. Spec. de accu.And.Barb.

d Istam conclusionem Bar.quam sequitur Abbas Sic. sequitur Io. And.in addit.super rub.de accusat.in j.parte.Spe.& Bal.in l j. C. qui accus.non poss.in ista quæstione.& Doct. prædicti ponunt exemplum in statuto disponente,quòd querimoniæ bannitorum non audiantur,& stante tali statuto accusator fuit bānitus pendente accusatione.& dicunt q talis poterit prosequi accusationem iam inchoatam antequam esset bannitus, secundum Ang.in d.l.Vranius.ff.eo. quòd si statutum dicit quòd querimoniæ bannitorum non audiantur.repellitur bānitus ab accusatione ante bannum inchoata,quia semper noua querela videtur intentari,sicut dicimus in excōmunicato,& in procuratore reuocato,vt in l.nihil.C.de procur.pro quo vide notata per Doct.in c.dilectus.& c.Saracenus.de except.& in c.ex parte.de appe.Sed dicit Ang.q opinio Bar.&Doct.procederet,si statutum diceret q accusationes bannitorum non recipiantur, Sed præceptor meus D.Ioan.de Prato,saluat dictum Barto.dicens q querela p petitione accipitur,& dicit,quòd aliud est querelam intentare, & aliud est intentatam prosequi,& hoc mihi placet,& ita audiui ab ipso dum legeret dictam l.Vranius.&hoc tene,q Doctor s. allegati loquuntur per eadem verba,per quæ loquitur Bar. Extra ea,quæ tangit Abbas Sic.si vis scire quando quis dicatur p. sequi suorum iniuriam,& quæ personæ sub hoc numerentur,vide in Spec.e.titu.§.Tertiò videndum.in 3.parte sui operis.& ibi etiam per Io.And.& Bar.in l.2.in prin.ff.e.tit.& plenè per Doct. in c.decætero.s.de testi.& tene menti vnum verbū notabile,sc. quòd qui potest accusare prosequendo suam, vel suorum iniuriam admittitur ad accusandum de crimine commisso in Maiestatem.& hoc sensit gl.in auth.quomodo op.episc §.sed neque. & in hoc firmat Ang.Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Conueniri dicitur ille qui etiam extraiudicialiter interpellatur,licet secundum communem vsum loquendi aliud sit, quia in similibus attenditur.*
2 *Accusari non debet quis à pluribus vindictam publicam prosequentibus, contrarium tamen est in pluribus pro suo interesse agentibus,si quidem si plures sunt omnes debent admitti.*
3 *Archiepiscopus est iudex suorum suffraganeorum in non requirentibus depositionem,vel quando non agitur ad depositionem.*
Archiepiscopus cum suis suffraganeis potest cognoscere de crimine, quod exposcit depositionem sed non potest diffinire.
4 *Monitio an requiratur quando agitur ciuiliter de crimine vel quando agitur in causis mere ciuilibus.*
Citatus si comparet,& confiteatur non condemnatur in expensis si primo non fuit monitus vt satisfaceret.
5 *Contumax in prima citatione,& in aliis non debet expensas primæ citationis referre.*
6 *In accusationibus non est necessaria monitio de qua in textu isto.*

CAP. II.

a SI QVIS EPISCOPVS.a A denuntiatione repellitur is, qui non præmonuit.h.d.& nō diuiditur.Casus literalis, dicitur in c.isto q si aliquis qui dignus sit voluerit denuntiare episcopum suum super excessibus suis debet illum charitatiuè admonere.vt se emendet.si autem corrigere se noluerit, postmodum causam eius deferat ad primates,alioquin charitatiuè & legitima admonitione omissa à denuntiando repellitur. Bern.
1 ¶†No.j.ex tex.ibi conueniatur ,de significato huius verbi.Dicitur enim quis conueniri etiam quando extra iudicium interpellatur.nam hic exponitur conuentus.i.commonitus.Et facit si ali
b quis obligatur sub pœna non conuenire alium q si interpellat extra iudicium incidit in pœnā quentionis,tñ cōis vsus loquēdi habet oppositū,cui standū est,vt no.in c.ex literis §.de de'p.&in mīa statutorū& de ǝsimilib.verbis,vide per Bar.in l.amplius.ff.
2 rē ra.ha.& in l.omnes populi.de iusti.&iu.¶†No.2.q licet plures non debeant admitti ad accusandū.l.si plures.ff.e.ad denuntiandum tamen admittuntur,vt hic.Ego tamen dico,quòd idē sit in denuntiatoribus,quod in accusa.vt ex pluribus volentib⁹
c accusare vel denunciare eligatur magis idoneus.c si tamen non excipitur & admittuntur omnes,valet iudicium,vt in l. si accusatoribus.C eo.& in c.j.de collu.dete.& in c.quoties.de purg.canō.& no.Bar.in præall.l. si plures. & hoc intellige quando plures agūt ad vindictā publicā,sed p suo interesse agētes omnes de
d bēt admitti,vt in l.iij.§.si plures.de sepul.vio.& in c.olim.j.e.ti.d

¶† No.

ADDITIONES.

a ¶ Si quis episcopus.An autem ad formandam inquisitionē necessaria sit monitio,vide latè per d.Mar.post gl.in repetit. c.qualiter.& quando.in 4.q.De Bellentz nis.

b ¶ Sub pœna.No.de illo.qui promisit non contrauenire sub pœna,an dicatur contrauenire per monitionem extra iudicialē.Sed contra istum tex.vide text.quem aliqui Doct.ibi notant vt in c. plerunque.de rescrip.de Bellentzinis.

c ¶ Magis idoneus.Adde Spec.in tit. de accus.§. j. versi. item quòd sunt plures.

d ¶ Quod declara,vt Bart.ibi.Item dic quòd plures possunt prosequi inquisitionem.de quo vide in Spec.de inquisit. in §.j.in 4. col.in fi.versi.hoc etiam scias.Alex.de Ne.

3 †† No.i.q de crimine episcoporum potest agi corā primatibus.& dicuntur primates secundum Doct.vel concilium prouinciale cui præsunt primates,patriarchæ, vel archiepiscopi,vel intelligitur propriè de archiepiscopis , qui sunt iudices episcoporum.Sed tu dic clarius & melius,quòd si crimen exposcit depositionem,solus archiepiscopus non audit talem causam : sed debet consilium episcoporum suorum requirere , & post audire causam,sed non diffinire:quia solus papa episcopos deponit.iij. q.vj.accusatus.& c.quamuis.sed si crimen est paruum non exposcens depositiones:vel magnum,sed non agitur ad depositionē, tunc etiam solus archiepiscopus potest cognoscere:vt in ca.sacro.de sent.exc.& per Io.An.in c.vt litigantes.de offi. ord.libr.6.
a ¶ No.4.q denunciās crimen alterius monitione a non præmissa,non ex toto repellitur,sed potest emēdare,& monere.Et no. q monitio debet esse charitatiua,& vt crimē emēdet,& in casu huius capituli requiritur triplex monitio,vt in c.nouit.§.de iud. sed si sit extra iudicium,sufficit vnica monitio,vt in casu.c.si episcopus.xviij.di.& in cle.j.de sup.negl.præla. & intellige quando fit ad conuincendam negligentiam superioris.tunc enim debet
b esse trina b,& ita vult illa cle.j.e Opp.contra text.& videtur q isti
c accusatores debent admitti , licet non prænouerūt accusatū, quia nullo iure cauetur accusatorem debere prænonere accusa
d tum,vt in c.veniens.& c.licet.j.e.gl.in c.licet.Heli.din gl.2.de simo.Sol.gl.metu huius cōtrarij intelligit istum tex. in denuntiationibus,& non in accusationib.& exponit accusatus, id est de nuntiatus. qa ī denūtiatione regulariter requīt admonitio,vt in c.nouit.de iudi.tā in denūtiatione euangelica,q iudiciali, canonica,& regulari,vt c.præalle.tex.nouit.Ex hoc no. q accusato-
4 res largo modo possunt dici denuntiatores.† Nunquid autem in ciuilibus requiratur,q debeat præmitti admonitio,dic necessitate nō requiri vt no.in d.c.licet heli.in gl quæ incipit , ex hoc patet,& illa gl.intelligit istum tex.& c.accusatio &c. sequens.2. q.7. quando ciuiliter agitur de crimine,vt Guidam Hyberus. ff.de ser.vrb.præ.sed de vrbanitate bene requiritur. Habet tamē
e prmonitio in ciuilibus evnum no.effectum.nam si reus comparens confiteatur,non condemnatur in expensis citationis, si non fuit prmonitus,quia non fuit ī culpa.secus si fuit prmonitus
f 5 secundum Guil.de Cug in l.omnes.C.de epi & cler. & in l.edita C.de eden.& refert.Ang in l.debitores.C.de pig.† Et no. istud dictum per quod limitatur no.gl.in c.querelā.de procu.& gl.in c.j.de dolo & 2tu.li.6 & gl.in c.honoratus.lxxiij.di.ſ. & gl. in c.quisquis.4.q.v.quæ volui.q licet quis non fuerit cōtumax in secunda,nec tertia citatione nihilominus condemnetur in expensis primæ,si non venerit,& ideò in libellis dicitur q reus
g requisitus noluit satisfacere.&c.g.& hæc procedunt quò ad intellectum huius ca.Aliqui etiam dicunt q hoc c. ponit speciale in episcopis,q nō accusentur,nisi prmoneantur,quod non credo per c.veniens.&c.licet.j.eo.sed bene speciale est in episcopo in casu c.si quis erga.2.q.7.scilicet,cum subditus habet causam ciuiliter contra episcopum.non enim debet adire iudicem, nisi
6 primò prmonuerit episcopum,& est casus no †Et ideò intelige hoc c.in denuntiationibus,secus in accusatore , quia tunc non est necesse vt prmoneatur,sed bona est ipsa monitio Con
h clusio est,quòd in accusatione non est necessaria monitio,sed in denuntiatione sic h.no.bene.

ADDITIONES.

a Monitione Adde quòd hæc monitio non solum debet præcedere in denuntiatione criminum,sed etiam in denuntiatione excommunicati,vt not.Abb.in ca.potentia.j. de sentent. excommunic.Seb.Sap.

b Esse trina. not.quòd ad corrigendum superiorem debet esse trina monitio,sed in contrarium est casus in clement.quamuis. de appellat.ibi.

c Et vide gl.in clem.j in verbo.requisierit,de hæret. de quo dic, vt plenè habetur per Burrig.& Doct.in c.ex literis.de constitu.& in c.cum causa.de off.deleg.& per Dom.Dominic.in c.si contra vnum.de off.deleg.in 6.Alex.de Ne.

d Licet Heli.Quæ est magna.in c.accusatio.& ibi Arch.3 q. viij.gl. 2.q.2.indigne.De Bellentzinis.

e In ciuilibus.No.q de iure ciuili requiritur monitio in causa ciuili.Adde Angel.in l.si manumissori.C.de obse.vbi pulchrè loquitur.& in l.in fideicommissi.ff.de vsur.& pondera , quia Ange.in d.l.si manumissori.dicit q de iure ciuili est dhonestare, & ideò si non præcessit monitio non tenetur ad expensas de æquitate canonica,sed de necessitate.alle.Spec.de denun.& ita dicit vidis se de facto Miror de Lud.& d.Ab.& vide Lud.no.cccl xiij.vbi alleg.An.in d.l.debitores.& quærit cui incumbat onus probandi de ista monitione,q præcessit,&dicit,q reo.alle.d.l.in fideicommissi.in princip.And.Barba.

e ¶In ciuilibus.Hunc effectum ponit Iason le.certi condicio. ff.si cert.pe.& in §.sic itaque discretis.in gl.in ver denuntiare. Instit. de act.Seb.Sap.

f ¶Prænomitus.Lu.Ro.in sing.ccclxiij.dicit aliter,q aut debitor citatur ad iudicium,negat debitum,& tunc non fuit opus monitione extraiudiciali,aut confitetur,& tunc dicit,q sic.And.Bar.

g ¶Et intellige illud quod dicit Abbas Sic.nisi promisisset quis solu ere ad certum terminum,quia tunc elapso termino esset constitutus in mora.&sic non requireretur alia monitio,cum dies interpellet pro homine,vt in c.potuit.s.de loc.& in l.tractectitię. §. de illo.ff.de actio.& obli.& in l.magnā.C.de contrah.& commit.stip.& hoc tenet Abbas Sic.j.de simonia.licet Hely.in gl.prę allegata. Alex.de Ne.

h ¶D.Cardin.dicit,quòd communiter hoc caput intelligitur de denunciationibus.& hoc tene,licet Butrig.sentiat quod loquatur de accusatione,& quòd sit speciale in episcopo,vt debeat p moueri antequàm accusetur. & hoc modo intelligit hoc c.sed primum est communius.Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio debet fieri ab eis quorum interest.aliàs esset nulla.*
2 *Abbas potest de suis excessibus non solum per monachos monasterij accusari,sed etiam per conuersos.*
Conuersi non sunt nec monachi,nec purè laici.
3 *Abbas potest ex sola negligentia deponi.*
Negligentia prælati est peccatum mortale.
4 *Subditus siue sit monachus vel quicunque sit accusator,potest superior cō parere pro suo interesse.*
Innocentia accusati,q interfecerit bannitum,potest per quemcunque allegari,& probari.
5 *Parochiani & patroni ecclesiæ possunt agere ciuiliter contra prælatum de crimine,vt priuetur ecclesia.*
6 *Sententia lata per rel.tionem ad aliam scripturam non valet , nisi talis scriptura.*
7 *Sententia lata hoc modo,sententiamus secundum consilium talis Doctoris,non valet.*

CAP. III.

1 ILLA PRAEPOSITORVM.† Illi debent accusare quorum interest,alias accusatio est nulla.vel sic.criminatio prælati debet tractari coram illis quorum interest. & primo ponitur decisum factum,& exordium,secundo dispositio.ibi,si verò.
¶ Casus literalis. Quidam Abbas infamatus erat apud papam vnde mandat duci Campaniæ,q si aliquis est de monasterio ipsius abbatis qui velit aliquid dicere contra ipsum abbatem ipsum accusando,vel denuntiādo,Pa.paratus est audire ipsum cū illis quorum interest & causam districtè perscrutari, condemnā
2 do ipsum,vel absoluendo.B.† No.primo ex text.q illi de monasterio possunt abbatem proprium accusare , vel de criminibus nuntiare,& cum hæc litera loquatur indistinctè,infero,q nedū monachi,sed conuersi laici debent admitti ad accusationem abbatis.cum eorum interesit habere bonum abbatem,nec sunt puri
3 laici,pro quo facit gl.in c.ex eo.de elect.li.vj.¶ † No. ij. q culpa & reatus ponuntur hic,vt diuersa,& vt differant potest dici, q licet culpa sit generale crimen, tamen ponitur hic vt species , vt comprehendat delictum sine dolo,sed reatus est cum dolo, quasi tex.velit dicere , quòd tam de negligentia etiam non dolosa, quàm de delicto possit accusari.pro quo optimè facit c. si quis Abbas.xviij.quæstione.ij.vbi pro sola negligentia potest Abbas
a priuari,a vide gloss.in cap.ea quæ.de offic.archi. quæ dicit quòd
b negligentia prælati b est peccatum mortale , sic & alias fit differentia inter peccatum , & delictum. de quo vide gloss.in capit. peccatum.de regul iuris. libro sexto. & facit lxxxj. distinctione. c.j.¶ No.

ADDITIONES.

a Priuari.Not.quòd propter negligentiam solam potest prælatus priuari.quod intellige quando est crassa negligentia,vt est gl.in c.dictum.xxxj.dist.

b ¶ Negligentia prælati Vide Mod.de negligentia prælatorum , p Fel.in l.c.j.de treug.& pac.Corse.in c.grandi.vbi Card.de sup.negl. præla.in vj.Scb.Sap.

Universidad de Deusto Biblioteca

d ¶ Idem videtur tenere Bal.in auth.si dicatur.C.de testib.& ibi ponit quæstionem de eo qui accusauit testem de crimine graui, an pendente accusatione admittatur ad testimonium cõtra accusatorem.& dicit quòd sic,si constat de fraude ex verisimilibus coniecturis,sed si de fraude nõ apparet,debet expectari finis accusationis,& si apparet accusatio falsa,tunc præsumetur accusasse in fraudem,de quo etiam planè per Doct.in c.fi.ſ.de testib.Alexan.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Accusans criminosum,sed potius ex odio quàm ex zelo peccat,alias secus.*
Irregularitatem quis incurrit,quòd bono zelo accuset aliquem qui ex hoc patitur pœnam corporis afflictiuam.
Irregularitas incurritur sine peccato.
2 *Absolutio facta in foro pœnitentiali non tollit quin possit condemnari,& accusari in foro iudiciali.*
3 *Ieiunium impositum,vt fiat tanto tempore,non intelligitur,quòd fiat omnibus diebus illius temporis,sed quibusdam à iure determinatis,idem in aliis pœnitentiis,*

CAP. VIII.

ACCVSASTI.Ponit pœnitentiam accusatoris calumnio si cum sequitur inde mors vel mẽbri debilitatio. ¶ No.j.q̃ in foro pœnitẽtiali imponit minor pœna,quàm in foro iudiciali, nam in foro iudiciali imponeretur pœna acrior.& facit quod di
1 xi.in c.de iis.ſ.eo.† In gl.in ver.nisi propace.in fin.vel dic clarius colligendo dicta doct.q̃ ista dictio,nisi,posset etiam referri ad sequentia,vt pœnitentia imponatur nisi omittatur pro pace;& p scandalo,quod indeimminet.potest etiam referri ad peccatum, vt sit sensus,quòd si in veritate accusauit criminosum.sed malo
a malo zelo accusare proximum:a sed si fecit pro pace,& zelo iustitiæ,vt aliqui quietè viuant,tunc non debet puniri etiam in foro animæ,vnde talis est immunis etiam quò ad Deum.sed non cuitat irregularitatem,quia illa contrahitur etiam sine peccato.
2 & de hoc dic.vt no.in cl.j.de homi.& per gl.in sum.† Et ex hoc soluitur quæstio,quidam interfecit patrem meum vel tutorem meum,& pœnituit,nunquid licitè possum eum accusare. nam si non accuso,perdo hæreditatem.vt l.j.C.de his qui.vt indig.sive rò accuso,videor moueri malo zelo ex quo egit pœnitentiam. Vin.dubitat,& plus placet,vt abstineat ab accusatione.Io.And. tenet,q̃ licitè potest eum accusare per no.in c.de his.ſ.eo.& hoc verius.nam,vt dixi,absolutio facta in foro pœnitentiali.non tol
3 lit accusationem in foro iudiciali.† Item quæro,quomodo intelligitur litera.dum dicit,q̃ pœnitere in pane,& aqua per xl.dies cum septem sequentib.annis,nunquid quolibet die debeat ieiunare.dic,quòd non.sed imponetur pœnitentia secundum arbitrium sacerdotis,vt per certas ferias ieiunet,sic in qualibet septimana,& sunt tres feriæ canonicæ.& vide text.in ca.hic alleg.qui non facit mentionem nisi de quarta & sexta feria,tex.est in c.pe. 11.qu.3.& ibi videas,& sic intellige omnia iura,quæ imponunt
b pœnitentiam certorum annorum. b In gl.fi.in fi.ista gl.exponit ignotum per ignotius,nec dicit verum secundum proprium significatum vocabuli,& dost.hic simpliciter transeunt.ideò dic,
c quòd propriè debilitatio c cõtingit quando impeditur exerciti um alicuius membri.vt propter percussionem non possit liberè exercere officium brachij,vel pedis.ita q̃ contingit debilitatio si ne absscissione membri.vide aliquid in c.sicut vrgeri.1.q.1.& ĩ c. ego ſ.de iureiu.& ĩ c.1.qui cleri.vel vo.& no.Bar.in l.2.ff.de pub. iud.& ibi tãgit propriè quid sit membri mutilatio.contingit enim ex absscissione mẽbri.vnde mutilare idem est,quod detrũcare.ad hoc quod no.ĩ cle.j.de hom.& in d.c.j.qui cler.vel vo.& hoc no.pro statutis facientib.mentionem de hoc.

ADDITIONES.

a ¶ Accusare proximum. Nũquid accusare aliquem sit peccatũ, vide lo.Fab.inſt.de pub.ind in fi.prin.Et nunquid quis præsumatur accusare bono zelo,vide Are.in c.qualiter,& quando.2.§.licet.ẽ.de accus.vbi dicit quòd sic,nisi quando accusat prælatum.
b ¶ Sed Vin.dicit,quòd debet intelligi de 2.4.& 6.feria.de contecr. dist.3.c.1.& 12.q.2.de viro.& dictum Vinc.videtur sequi Io.And. Do.Car.& Buttrig,& ista opinio est verior,quia feriæ Canonicæ, qb.debẽt ieiunare pẽnitẽtes sunt 2.4.& 6.feria.& de hoc est tex. cum gl.82.dist.presbyte.& 12.q.5.c.1.& de cõse.dist.3.ieiunia.& ad tex.11.q.3.c.pe.quòd solùm dicit de 4.& 6.feria.debet suppleri, quod idem est in 2.feria.& sic talis debet ieiunare trib.diebus in septimana,& ita supplet Io.de Fãtu.in figuratione casus.in d.c.pe. 11.q.3.pro quo facit gl.de conse.di.3.ieiunia.quę dicit,q̃ hodie addita est secunda feria.& vide quod dixi in c.2.de spõs.duorum. vbi hæc adde.Ale.de Ne.
c ¶ Debilitatio.Quæ dicatur debilitatio mẽbri,& quæ mutilatio, vide bene quæ notaui post do.Abb.in c.1.qui vouentes. De Bellentzinis.

SVMMARIVM.

1 *In notoriis potest iudex procedere sine accusatione.*
2 *Euidens dicitur illud quod semper apparet.*

CAP. IX.

a EVIDENTIA.a† Super notorio procedit iudex nemine
2 accusante.h.d.¶† No. primo casum in quo iudex ex officio suo procedit,vt quando delictum est euidens,& notorium.& hac ratione illud pstitutum fuit: nam accusator requirit,vt crimen manifestetur,& in indicio publicè per probationem,sed hũc finẽ habemus per euidentiã facti,frustra ergo requiritur accusator.& aduerte:quia licet nõ aperiant hic intellectum huius c.ego tamen puto hoc c.procedere in notorio facti permanentis,quod indicat tex.ibi euidentiam.nã euidens est id quod sem
per ap

ADDITIO.

2 ¶ Euidentia.Quid dicatur euidens,vide Arch.in c.eorum.& vide notabile dictum,quod ponit Dominic.in c.si forte.de elect.ĩ 6.vbi dicit,q̃ illud non dicitur euidens,licet oculis subiiciatur, quando id quod oculis subiicitur potest verificari in casu.item adde hic Domin.in c.scimus.circa prin. 34.dist.item an in notoriis admittatur aliqua excusatio,vide omnino Dominicum.ibi c.in tantum.21.dist.de Bellentzinis.

Universidad de Deusto Biblioteca

per apparet.de quo vide gl.in c.2.de ver.sig.lib.6.in vers.manifestum,& ita tali notorio non requiritur accusator vt hic,nec probatio.2.q.1.de manifesta.vbi bona gl.secus puto in notorio facti transeuntis.licet illud fuerit notorium aliis.non tamē est notorium iudici,vt iudici.ideò debet,pcedere ordine iudiciario[a], vt etiam sentit Io.And.in c.fi.de fo.comper.lib.6.in nouella,sed ad hoc vide gl.in c.ad nostram.de iurein.& ponebant hic aliqui exēplum de eo,qui deliquit in præsentia iudicis, & aliorum.Sed tu de hoc dic melius.vt no.in c.vestra.de coh.cle.& mu.& 2.q.1.ca. Deus.§.j.& §.quandoque,& persequere materiam.vt no.in d.c. vestra.& no.non esse intelligendum hoc c.de notorio facti transeuntis,quod non habuit permanētiam,si tamen habuit permanentiam certo tempore,ita q̄ non potuit tergiuersari.nec iudici nec aliis:tūc iudex ex officio suo potest iudicare de hoc,licet non iudicet de eo quod est sibi notum,vt notorium,& sic intelligo gl.singularem.in l.1.C.qui & aduersus.quos. quam videas. [b]

ADDITIONES.

[a] ¶Iudiciario.Adde Franc.de Are.cons.64.& do.præceptorē meū Hierony.Torum.consi eius edito in eo casu,in quo consuluit præfatus Fran.

[b] ¶Sed Doc.communiter intelligunt istūm text. in notorio facti transeuntis,& exemplum.quòd refert hic Abb. Sic.sc. quòd iste tex.intelligatur.de eo qui deliquit in præsentia iudicis,& aliorū fuit exemplificatio Petri,& Ab.quos Doc communiter sequuntur.Nec obstat illud quod dicit Io.And.in d.c.fi.de for.comp.in 6.quod oquitur.de notorio facti transeuntis.de quo iudici nō constabat,& hoc dicit expresse Io.And.& D.Domin.ibi.iste autem tex.loquitur in notorio,quod iudici erat notum,& licet dicatur euidens.quod semper apparet,tamen notorium facti trāseuntis,potest dici euidens,si penes iud cem,& alios est scientia notorij,quia satis ēt nunc dicitur notorium , & euidens,ex quo nulla tergiuersatione potest celari,sed si iudici non constaret de notorio facti trāseuntis,tūc est duplex practica. Prima est,quòd procedatur non seruato ordine iudiciario,tanquam non sit notorium.Alia est quod allegans notorium faciet fidem iudici de notorio,nec poterit probare notorium per duos testes, vt dicit gl.2.q.1.§.quādo.facta autem probatione notorij,poterit posteà iudex procedere non seruato ordine iudiciario,ac si à principio iudici non stitisset de notorio.Istas duas practicas ponit gl.notabilis in c.nostram.el .de iureiu.dic tamen,quòd in probatione notorij facienda,est seruandus ordo iuris,vt dicit Ioan. Andr.in præl.c.fi de foro comp.in 6.quod sequitur ibi D.Domini. & sic intellige secūdam practicam.gl.in d.c.ad nostram.& vide quoad hoc Spec.in tit.de notor.crim.§.iam de notorio.vers. testes quoque. Item quòd si testes examinati super maleficio dicunt illud notorium.an sit reus condemnandus.vide elegantia verba Ioā. And.in præal.vers.testes quoque.in additione magna,quæ incipit,Nicolaus Matherelli.Item an ea quæ sunt nota iudici dicantur notoria,vide Io.And.in addit.Specu.in loco præallegato, in vers.pen.de sponsa.in additione,quæ incipit,ibi tractat quando potestas de fenestra,quæ sunt menti tenenda. Itē aduerte quòd Bart.in l.ciues.C.de appel.dixit,q̄ ea quæ nunquam habuerunt actum permanentem,vt vox prēconis, non possunt transire in notorium,quod non examino.Sed dic,vt c. vestra.de coha.cle. &mul.vbi hæc materia plenè traditur.Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Laici siue inimici non possunt accusare clericos criminaliter etiam si de crimine sint infamati.*
2 *Inimicus præsumit ille qui vult testificari cōtra aliquē in causa criminali.*
3 *Inimicitia contracta cum vno ex attinentibus transit in alios propinquiores in gradu.*
4 *Accusatus ab illegitimo accusatore,potest ab alio legitimo accusari.*
6 *Laicus patronus non potest clericum criminaliter accusare , secus ciuiliter.vide supra.c.illa. nu.5 & 1.nu.7.*
Laicus accusat clericum criminaliter si vult aut suam aut suorum iniuriam prosequi.
7 *Clerici non possunt accusare laicos criminaliter siue veniat imponēda pœna sanguinis siue non , si vero prosequitur iniuriam suam vel ecclesiæ suæ potest,etiam si veniat imponenda pœna sanguinis.sed debet protestari,quòd non intendit quòd pœna sanguinis imponatur.* 10.
9 *Aduocare prohibetur clericus,ne videatur alteri nocere cum ipse debeat omnibus prodesse.*
11 *Clerici an & quando possint clericos accusare.*
12 *Laici an indistinctè vnus accuset alium.*
13 *Clerici si duo dicant Titium commisisse tale delictum tali die & duo laici asserant illum diēto die fuisse cum eis, & ideò non potuisse tale delictum committere.statur laicis.*
Testes si reperiantur contrarij super aliquo maleficio statur illis qui deponunt pro reo.licet alij sint magis idonei.
Testes deponentes verisimiliora præferuntur alijs licet sint pauciores.
Inimicitia non repellit testem inimicum q̄n coactè venit,secus si sponte.
Testis sponte venicus ad ferendum testimonium in criminali præsumitur inimicus.
14 *Testis qui perhibuit testimonium contra aliquem in causa criminali non prohibetur perhibere contra eundem in alia causa.*

CAP. X.

1 CVM P.MANCONELLA.† Laici vel inimici clericos accusare non p̄nt,& facit tria.Primò repellit vnū accusatorem,quia laicus. Secundò repellit alium:quia inimicus. Tertiò repugnationē includit.secunda ibi,cumq;.tertia ibi, sed vtriq;. Casus literalis.Petrus Manconella presbyter ex vna parte,&Bonus presbyter & Io.laicus eius frater ex altera erant in præsentia papæ constituti.Io.laicus cepit accusare Pe.Manconellā de simonia,pa.quia Io.laicus erat non admisit eum ad accusandum dictum P.Manconell.quo repulso Bonus presbyter frater eius cepit illū statim accusare super crimine simoniæ,& papa eū etiā repulit.pro eo q̄ cū idem Io.accusasset dictū Pe.Bonum presbyterum fratrē suum duxit in testimoniū ꝑ ipsum Pe. & quia etiā frater Pe.dictū Bonū presbyterum de causa cōsimili accusauit, & ideo neutrum illorum admisit in accusationē dicti Petr.sed quia vterq; super obiectis erat infamatus,vtrique pp infamiam purgationē indixit,vnde mandat q̄ vterque illorū cum trib.sa-
2 cerdotib.debeat se purgare.B.†Not.j.q. volens testificari contra aliquem in causa criminali p̄sumitur eius inimicus,& propter hoc potest postea ab eius accusatione repelli.ex quo infe-
a ro,a q̄ ex tali testificatione.seu conatu ipsius testificationis oritur inimicitia capitalis,nam alias nō repelleretur ab accusatione,vt dixi in d.ca repellantur.s.eo.& facit l.j.& l.si inimicitiæ.ff.
3 de iis,qui.vt indign.& hæc limita.vt j. dicam.†No.2.q. ex accusatione criminali nedū oriunt graues inimicitiæ inter accusatorem,& accusatum,sed etiam inter accusatum.& fratrem accusatoris.quod not.ex quo no.q̄ inimicitia ꝑcta cum vno ex attinē
b tibus transit ad alios propinquiores in gradu.b Perusini hoc nō seruant,quia non faciunt vindictam publicam,nisi de fratre carnali.facit l.j.C.si qua.pau.fec.dica.& opti.c.accedens.2.vt lit. nō
4 contesta.¶†No.3.q̄ sublata accusatione propter indignitatem accusatoris potest accusatus iterum accusari ab alio si alia ratio nabilis causa non obsistat.de quo plenius dixi in c.de his.s.eo.
5 tit.†No.vt laicum repellendum ab accusatione clerici, etiam si clericus sit infamatus.item colligi potest singulariter ex tex. isto,q̄ de iure canonico adeo inimici repelluntur ab accusatione,vt etiam contra infamatos non admittantur etiā in criminibus exceptis.quod tene menti.& facit c.per tuas.j.de simon.In
5 gl.j.ibi,& laici bonę famæ ¶†No.hanc gl.& colligendo totam materiam distingue faciendo quatuor membra,q̄ aut quæritur
c nunquid laici possunt accusare clericos.c itē nunquid clerici laicos,& nunquid clerici clericos , & laici laicos. quo ad primum
d membrum distinguo quòd aut laicus vult accusare clericum criminaliter,aut ciuiliter,primo casu regulariter non admitti-
e tur, ēt si laicus esset patronus ecclesię.vt no.gl.2.q.7.i summas.e & est

ADDITIONES.

[a] ¶Infero.Facit quod no.Bar.in l.post legatum.ff.de iis qui.vt in d.§.his vero.ad statutum prohibens auxiliū præbere bannito, quia vī prohibere testificationem,q̄ procedit,quando sponte, secus si coactè mandato iudicis illud faciat, secundum Pe.all. quod no.in c.ad aures.de temp.or.facit gl.in d.§.fi is.Bart. ibi videtur velle,si est coactus licet enim testis cogatur dicere testimonium non cogitur tamen sic dicere,q̄ si aliquis fuit procurator,vel aduocatus, vel fideiussor , vtrum præsumatur inimicus meus?P.dicit,q̄ sic sub dubio forte,per no.in d.§.his verò.tu pōdera,quia tex.ibi loquitur de teste fideiussoris: & postea subdit, ei deneganda est actio qui accusationi affuerit Dy.tamen intelligit tanquam procurator.Bart. intelligit tanquam aduocatus. & inducit ad q.de præstante auxilium banni o, quòd nemo sit aduocatus banniti.de quo Per.in c.aduersus.de hær.And. Barb.

[b] ¶In gradu.Vide Alex.in consi.90.incip.in causa,& lite.in 2.vol. & in consi.18.in 1.volu.& in consi.42.incip. ex his.in 1.volum. Seb.Sap.

[c] ¶Accusare clericos.adde Fel.cons.23.Lap.alle.

[d] ¶Clericum.vtrum laici possunt accusare clericos,vide Arch.in d.summa.20.q.7.&quod no.gl.1.q.fi.in summa.& i c.Maximianus.81.distin.& de hoc vide omnino multum eleganter Mariānum,& Franc.de Are.post alios in c.ex parte Adæ.circa prin.de testibus.& Spec.de accu.versi.item quòd est laicus. & versi.secō de Bellentzinis.

[e] ¶Vide additionem,quam feci in c.illo.s.eo.Alex.de Ne.

& est ratio huius prohibitionis,quia laici præsumūtur ex odio accusare clericos.vt 2.q.7.laicos. & c.laici.Item,quia debēt cle-
a ricos reuereri tanq̄ patres.2.q.7.oues.& c.sacerdotes.fallitahęc regula in casibus,vt si laicus vellet prosequi iniuriam suam,vel suorum.vt in c.decætero.s. de testi.vel si crimē est exceptum, & tunc distingue,vt in gl.oportet tamen q̄ accusator possit ascendere ad illum ordinem in quo est accusatus.2.q.7.ipsi apostoli. vnde irregulares non admittūtur ad accusationem clericorum, quia non possunt ordinem habere,vt in præal.c.ipsi apostoli. &
b per Inn.hic.b†Si verovult accusare de crimine ciuiliter,c& tūc
7 patronus admittitur etiam si priuetur beneficio,vt not.in c.ex
c parte Adæ.de testib.& in c.filiis.16.q.7. De parochianis est dubium,sed dic,vt dixi in c.illa.s.eo.& dixi etiam in præal.c.ex parte Adæ.Alij verò laici non admittuntur ꝑ clericum , ex quo nō
8 prosequuntur iniuriam propriam,vt dixi.in d.c.illa. ¶†Secun-
d dum membrum fuit nunquid clerici possunt accusare laicum.d Inn.in hoc variauit,primò dixit hic in isto c.q̄ nunquam clericus criminaliter potest accusare laicum etiamsi prosequatur in iuriam suam.xj.qu.j.clericum nullus.nam & testimonium ferre non potest in causa criminali.xj.q.j.testimoniū referet alios dicere q̄ potest accusare si non venit imponenda pęna sanguinis. ego latiùs distinguo,q̄ ad vindictā publicam clericus laicū accusare non potest.etiam si non venit imponenda pœna sanguinis.& pro hoc adduco c.sicut sacerdotes.2.q.7.& ratio est , quia accusatio dicitur genus illaudabilis intētionis 2.q.7.si quis episcopus.vnde clericus se immiscere nō debet huiusmodi odiosis
9 litigiis,quod no.item clerici debent esse segregati à vita laicorū.
c vt no.in præal.c.sicut.†Item vides in simili q̄ clericus non po
e test aduocare,ne videatur alteri nocere,cum ipse debeat velle
omnib.prodesse,vt in c.fi.de postu.fortius ergo debet remoue-
10 ri ab accusatione,quæ est magis odiosa.vt s.dixi.¶†Aut clericus prosequitur iniuriam propriam,vel ecclesiæ suæ , & tunc si pœna sanguinis non venit imponenda,potest licitè accusare laicum.vt in c.cum sit generale.de fo.comp.& in c.præsentis.de ho
f mi.li.6.& c.olim.de iniur.facit c.grauis.de rest.spo.Si verò venit imponenda pœna sanguinis etiam potest accusare laicū prosequendo iniuriam propriam,debet tamen protestari q̄ non intendit accusare,vt pœna sanguinis emittatur.de hoc in d.c.pla-
11 tis.de homi li.6.†Tertium membrum fuit nunquid clerici clericos possunt accusare.& dic q̄ si sunt bonæ famę possunt accusare etiam eorum superiores.vt in c.ex parte.& c veniens.& c.licet.j.eo.si verò sunt malæ famæ,non admittuntur,vt in c.cū dilectus.j.eo.nisi in exceptis criminib.quia in illis admittuntur e
g tiam ꝑ non infamatos.g& in hoc differunt à laicis.de hoc.in c.
12 j de confes.& 15.q.3.c.fi.h†Vltimum membrum fuit , nunquid
h laici possunt laicos indistinctè accusare.& dic breuiter q̄ si crimē sit publicum strictè,largè,vel largissimè quilibet de populo admittitur si specialiter non prohibetur.l.j.ff.de publ.iud.Institut. eod.in prin.& l.qui accusare.ff.de accusationibus.si verò est crimen priuatum,& tunc ad pœnam corporalem tantum,accusat ille,cuius interest,sed ad pęnam pecuniariam admittitur q̄libet de populo & hoc vltimum voluit glo.& Bar.post eam in rub.ff. de popu.ac.& cui applicetur pęna pecuniaria.dic vt no.in l.3.ff. de sepul.vio.& in l.agraria.de ter.mo.& dico.s. de iudu rub.& i tellige quando laici accusatores sunt bonæ famæ.si autem sunt malæ famæ,non admittuntur vt dixi in c.j.s.e.nisi crimin b.exceptis.nā in illis etiam admittuntur ꝑ non infamatū. vt in d.c.j.
i de confess.& 15.q.3.c.fi.& hoc per Inn.quæ autem sint crimina excepta.hic habes gl.& aliam magis notabilē.3.q.7. In summa. In ea.gl.in fi.licet hæc sol.sit vera in se,non tamen cōgruit literę:qa papa repellit eum,quia laicus,nō quia inimicus.Ideo Inn. soluebat aliter,q̄ forte iste accusator erat malæ famæ, vel secūdum Vin.tempore, quo fuit iste repulsus non erat iste clericus infamatus,sed ex iis quæ postea surrexerunt in iudicio, surrexit
k in famia,& hæc ratio est melior. ¶In glo.fi.ibi fuo iuramento k. no.gl.& vide quod no.Host.in c.inter.de pur.can.¶Et in fi.gl.illud.c.in primis.alle.per gl.nihil,vel parum. facit secundū Io.And. & bene,sed melius.facit.c cum in iuuentute.de pur.cano.vbi gl.
13 fi.hoc tenet.& 18.q.§.in decima.†Et vide bon.glo.18.dist.c.cle-
l rici.quæ dicit,q̄ si duo clerici dicunt me cōmisisse vnum crimē tali die,& duo laici dicunt me fuisse cum illis tota die,& nō viderunt me illud delictum committere,q̄ tūc statur dicto laicorū,quod no.singulariter.ex quo habes,q̄ laici possunt testificari in causa criminali pro clerico.licet non ꝑ facit l.nō eo minus. C.de procur.Item aliud singulare colligitur ex illa gl. q̄ quādo partes,vel quando testes vtriusque partis sunt ꝑ ri. standum est
m dicto illorum,qui deponunt pro reo m , licet alij sint magis idonei,& hoc quia illi deponunt verisimiliora: qa de quolibet præ
14 sumēdum est bonū.& sic limita no.per gl.in c.in nostra de test.
n ¶†Vltimò extra gl.opp. & videtur quod iste presbyter n B.non debeat repelli ab accusatione ex eo,quia fuit productus in testē illius causæ,quia necessarium officium testis,& compellitur perhibere testimonium.l.si quando C.de test.& no.in c.dilectorum. de testi.cog.facit c.dilecti.de testi.ergo ex hoc non debet reputari inimicus.excusatur.n.ratione publici officij.ad hoc quod no. in c.inter dilectos.de fide instrum.& in c.ex literis.de transa. hoc ꝑrium videtur difficile,& dixerunt quidam quòd ad contrahendum inimicitiam non debemus respicere,an præcessit iusta causa,vel non.sed satis est,q̄ animus sit prouocatus ad inimicitiam, vt dixi in ca.repellantur. s.eo.nam ex testimonio criminali solet accusatus prouocari ad inimicitiam,hęc ratio mihi non placet, ex eo,quia ille qui perhibuit testimonium,potest reum repellere vt prouocatus ad inimicitiam,sed non econtra: quia ille qui tulit

ADDITIONES.

[a] Fallit.Fallit etiam quando laici accusant suum presbyterum parochialem.vt per Lapum all.11.vide Feli.latè in c.ex parte Adæ.s. de testi.vbi ponit regulam cum quinque limita.& vide eundem in c.decætero.de test.s.Sap.

[b] §¶Et dic q̄ habet locum,etiamsi irregularitas processerit absq; culpa,vt puta si non potest bibere vinum.vel si casu amisit membrum,nam talis est irregularis,nec potest accusare illum qui est in superiori ordine,sed bene illum qui habet parem ordinem, vide gl.in d.c.ipsi apostoli.Item dic,quòd infamis de facto,vt puta.ille cui probatum est crimen in modum exceptionis repellitur ab accusationevt dicit gl.in d.c.ipsi apostoli.vidi.fit s.eo.tit. c j.Ale.de Ne.

[c] De crimine ciuiliter.Dic,quod sic,quod tamen fallit in quinq; casib.per Fel.enumeratis.in c ex parte,& ibi bon° tex.& iste,versecunda differentia.& ver.reliqui autem.s.de testi.vbi reprehēdit Fed.de Sen.consi.23.incip. Titius electos.s.in prox.apost.alleg.Zach.

[d] ¶Laicum.Vtrum clericus possit accusare laicum,vide gl.notabilem.in c.laicos.21.q.2.& omnino quod ad hoc notauit ibi. De Bellentzinis.

[e] ¶Aduocare.Potest tamen esse procurator laici,vt cōsuluit Fed. consi.129.

[f] ¶Laicum.Quid de iudice,qui tulit sniam capitalem:an ꝑsanguinei decapitati dicantur sui inimici propter hoc,sicut si de facto occidisset.iuxta no.in l.lex Cornelia.ff.de iniur.d.Pe.dicere videt q̄ non:quia necessitas officij eum excusat,vt l.post legatum.§.iis verò.§.aduocatum in verb.officij,& l.tutorem.ff.de iis,quib.vt i dignis.Per. tenet ꝑ:quia in ꝑsideranda inimicitia non ꝑsideratur an iustè,an iniustè,vt patet in teste:quia licet dicat verum prętu matur inimicus.And.Barb.

[g] ¶Infamatos.Vide quod de hoc notaui in c.tanta.in prin. in ti.2. De Bellentzinis.

[h] §¶Dicit tamen Inn.hic quòd nullus ignotus, vel suspectus de fide,vel de inimicitia admittitur ad accusationem,vt 3.q.5.accusationib.& c.canonica.& c.accusationes.el2.vbi etiam habetur, quòd alienigena non admittitur ad accusationem,nisi priùs inquiratur de vita,& fide,& intentione eius.2.q.7.si qui.& c.quærendum,vel nisi habeat aliquas literas authenticarum personarum,quæ pro eis testimonium ferant,vel testimonium populi. 2 q.7.criminationes,& hæc verba Inn.sequitur.Ioan.And.D.Car. & Butrig.Et dicitur ignotus cuius vita,libertas,& fides nescitur, vt dicit Hugo.& Arch.3.q.5.canonica.etiam c.accusationes.Ignoti enim,vel de alia gente non admittuntur nisi primo approbentur.debent enim esse noti,& iudici,& alij.ff.de iur. delib.l.1. & in auth.de fide instru.§.si verò ignoti.vt dicit Inn.ꝑ.eo.inquisitione & in sua gl.quæ incipit.ex hoc loco.& dicit hoc procedere in ciuilibus:secus in criminalibus.Idem dicit Archid.& Io.de Fantu.in d.c.canonica.Alex.de Ne.

[i] ¶Intellige hoc quando laicus accusat laicum.Ale.de Ne.

[k] ¶Iuramento.Adde hic gl.in c.Artaldus.7.q.4.de Bellen.

[l] ¶Vide bonam glo.Vide Bal.in l.data opera. C.qui accusare non possunt.And.Barb.
¶Adde eādem gl.reputasse ad hoc dictum pro sing. istum in c. ad nostram.s.de proba.& d.And.Barb.in c.in præsentia. eo.tit.& in commen.rubr.de plus pet.prin.& Anto.Corset. singul.457.in ver.testis.quod incip.duo testes clerici,quod facit ad dictum in apost.seq.Zach.

[m] ¶Pro reo.Adde Cœpo.consi.1.

[m] ¶Pro reo.Vide text.in l.lege Iulia.ff.de mann.quem dicit singu. Bal.in l.cum magistratus.C.quando prouo.non est ne.Fel in c. ex literis.s.de proba.& aliquid per eūdem.in c.in nostra.in prin. s.de testi.Seb.Sap.

[n] ¶Presbyter.An ex solo testimonio in alia causa apud eundem præsumatur prius inimicus,adde quod not.Abb.post glo.fi.in c. meminimus.ꝑ.eo.De Bellentzinis.

Universidad de Navarra Biblioteca

tulit testimonium non habuit causam prouocandi animũ suũ ꝛreum,& pro hoc gl.no.4.q.3.placuit.§ item in criminali, quæ tenet,ꝙ teitis qui semel perhibuit testimonium in causa criminali potest in alia cã ꝛ eundem phibere testimonium,&pro hoc adduco tex.in c.præterea.ś.de testi.cogen.vbi dixi,& ideò in hac materia concludo,ꝙ aut testis inuitus perhibuit testimonium ī causa criminali,& non pōt repelli vt inimicus in illa causa, vel ī alia, aut ipse sponte venit ad ferendum testimonium,&tunc præsumo cum inimicum,arg.l.quæ omnia. ff.de procu.facit c.cum in tua.de spōs.& hoc casu intelligo istum tex.quem ad hoc not. vt singularem,& maximè quando frater accusabat. a

ADDITIO.

2 Sc̃ Et in hoc articulo idem dicit Host.& Doct.ꝛ eo meminimus de quib.Abb.Sic.non fuit recordatus.sed idē dicunt quod Abb. Sic.hic,& al egant alias rationes,& iura.Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Monachus potest accusare Abbatem,& expensas quas facit in accus.debet soluere monasterium,quia versatur vtilitas etiam monasterij. 3.dic tamen vt ꝛ nu.9.*
2 *Inferior an & quando superiorem accusare queat.*
4 *Monachi teuentur pendente accus.abbati obedire,dummodo ex hoc accu. non turbetur.vide ꝛ eo.in c.cum dilectus,in fi.*
5 *Abbas remotus ab administratione tanquam non idoneus debet habere expensas à monasterio,secus si priuatur etiam titulo.*
6 *Monachus an & quando admittatur ad accusandum abbates proprios vel alios.*
Monachus potest accusare abbatem non petita venia.
7 *Monachi non possunt aliquam rem etiam peculiarem obligare, sed eleemosynam competentem facere sic.*
8 *Monachi an,& quando possint obligare monasterium pro eorum propria necessitate.*
10 *Vxor pauper quæ accusat matrimonium de consanguinitate an debeat habere expensas à marito.*

CAP. XI.

1 EX PARTE. a † Monachus accusare potest abbatem.& de
1 bonis monasterij expensas b litis necessarias habebit.h. d.se-
b cunda ibi licet.tertia ibi,quib. Casus literalis.Monachi debent abbati suo obedientiam,& reuerētiam,dubitaturvtrū hoc nō obstante possunt ipsum abbatem accusare:Resp.pa.ꝙ monachi non sunt repellendi ab accusatione abbatis pro eo.ꝙ de obediē tia,& subiectione ipsius esse noscuntur,nisi alia rōnabilis causa impediat quib.debent de bona monasterij expensæ necessariæ min.strari vsque ad finem causæ cum propriū non habeant.ber.
2 †No.1.ꝙ ratio subiectionis,& obedientiæ, quam inferior tenet superiori adstringit quominus inferior possit accusare superiorem si malus est,non.n.in hoc venit contra obedientiam, quia in licitis tenetur obedire non autem tolerare si malus est.
3 †Secundò no.ꝙ monachi dicuntur procurare vtilitatem accusando proprium abbatem,quia interest monasterij non habere pro pastore lupum,& ideò debent habere expensas à monasterio.†In gl.in.ubi non tenentur obedire,&c. non intelligas glos. ꝙ pendente lite,isti accusatores non tenentur obedire abbati:imò tenentur ei interim obedire.8.q.4.nonne.dummodo ex hoc
4 causa non impediatur.vt in c.olim.j.eo. c sed non tenentur obedire,si abbas præciperet eis vt non accusarent eum.quia tunc nō est parendum,quia est iniustum præceptum.11.quæ.3.Iulianus.
5 †Et in fi.gl.1.no.ꝙ totum litigium explicatur sumptibus monasterij,nam monachi dicuntur procurare vtilitatem monasterij inquantum dicunt abbatem indignum,& similiter abbas dicitur procurare vtilitatē monasterij:quia si ipse est idoneus(vt asserit)interest monasterij non mutare superiorē.Et dicit hic Vin. & Io.An.ꝙ abbas habebit expēsas etiam si esset remotus ab administratione.ar.in l.si instituta.ff.de inof.test.& intellige quando est remotus ab administratione tātum,nō autem si esset priuatus tit.quia tūc nullam communionem haberet cum mona
d sterio.d† In gl.2.ibi,sed ꝛ videtur.Inn.hic tenet,ꝙ monachi pos
6 sunt denūtiare quemcunque licet non accusare,& Lau dicebat ꝙ hoc etiam poterant,abbate ꝛ dicēte.Vin.dicit,ꝙ in forma iudicij non admitteret monachum denuntiantem alium,quā abbatem proprium,quasi iniuriat,ꝙ extraiudicialiter,& ad pœnitētiam possunt denūtiare in virtute.& hoc communius,& verius, nec ob.c.placuit.16.q.1.quia ibi exiuit monasterium pro lucro animarum,& non pro lucro terreno,quod no.Et circa hoc dic latiùs,ꝙ aut quæritur,nunquid monachus potest accusare ꝑlatum proprium.& est tex.hic ꝙ sic, veruntamen Arch.1.q.7.c.
e cum pastoris.f.post Gof.tenet,ꝙ nō deber admitti nisi petita venia,& licentia ab abbate.sicut seruatur in filio circa patrem,sed Inn.ś.c.prox.tenet,ꝙ exigatur hoc casu licētia, quod mihi plus
f placet per istum tex.& aut quæritur nūquid potest alium accusa
g re,quam

ADDITIONES.

a ¶Ex parte.Vide Bal.in l.etiam.in fin.C.manda. & vide omnino quod multum eleganter scribit Franc.de Aret.in c.si qui testiū. de testi.& do.de Rota.dec.328.in fine,in ordine meo nouissimo. de Bellentzinis.

b ¶Expensas.Canonistæ de hoc habēt gl.in c.de his.2.q.7.vbi dicitur ꝙ si clericus secularis denuntiet vel procuret inquisitionē ꝛ suum prælatum,si agit ad vtilitatem ecclesiæ,debet habere expensas ab ecclesia,secus dicit si accusaret,quia accusatio est grauis.& illaudabilis intētionis.2.q.7.si quis episcopus.& quod de hoc notatur in Spe.de inquisitione.§.vlt.item casus, in quibus monachus potest agere ꝛ suum Abbatem,vel ꝛ alium, vide enumeratos per Dominic.in c.cum pastoris.circa prin.2.q.5.vbi dicit ꝙ quando monachus accusat proprium abbatē,debet prius petere veniam,& licentiam ab episcopo, quemadmodum fit, quādo filius agit ꝛ patrem,& dicitur ꝙ de hac materia satis no. Inn.in hoc.c.ex parte.& Rofr.Beneuenta.in libello iuris canonici.in rubr.de statu mon.§.licet.quomodo hoc procedit.& §.sed quæritur an monachus.sed pro hoc ego allego tex.ī l.generaliter.ff.de in ius vocan.& ibi gl.iuncto.c.quorūdam.in princ.de elect.vbi episcopus non vocatur in ius sine venia. Cuius dictum probatur.in d.l.generaliter.coniuncto c.qualis.2.qu.6.& cle.j.§. pen.de pœnis.Sed in cōtrarium facit quod no.gl.in c.j. de milite vasal.qui contu.est.quæ dicit ꝙ vasallus potest vocare in ius dominum sine venia.& ibi Bal.in fi.ꝙ potest agi ꝛ ecclesiam, & ꝛ fiscum sine venia.Sed ꝛ istud vltimum dictum Baldi inquantū loquitur de ecclesia.videtur tex.in l.minimè.ff.d reli.& sump.fu ne.iuncta l.5.§.j.ff.de in ius voc.Contra ipsum adducitur tex.in l.bene à Zenone.cum glo.C.de quad.præscr.item pro illo dicto Arch.in d.c.si qs super his.ś.allegato.facit quod not. Arch.in d. c.quia ea.ante medium.3.q.2.vbi dicit ꝙ accusanti prælatum de dilapidatione debentur expēsæ,de bonis ecclesiæ,vt c. ex parte. & c.clim.de accus.& ita dicit tenere Vin.in c.venerabili.de offi. deleg.& ibi etiam circa fi.dicit ꝙ pendente accusatione accusatus potest vendere de mobilib ecclesiæ pro suis moderatis expensis.ita dicit tenere Arch.de accusa.hoc eo.tit.& adde quibus ꝛ dictum est,de prælato ꝙ requiritur veniæ impetratio quando monachus agit contra abbatem,vt tenet Io.An.in addi. ad Spe. de inquisitione.§.fi.in prin.de Bellent.

c ¶Vide omnino gl.nobilem.in c.sæpe.in verbo,rata manet,de appel.Alex.de Ne.

d ¶Tu dic,ꝙ aut depositus appellat à sentētia depositionis.& tūc pendente appellatione debet habere expensas, & subditi debēt obedire,sicut tenebantur ante sententiam,quia appellatio suspendit sententiam,vt in c.venientes.de iureiu.de quo vide gl.in c.sæpe.de appellat.in verbo,rata manet. Aut non appellauit,& sic sententia transiuit in rem iudicatam,& hoc casu adhuc debet ali,ne cogatur mendicare.vt c.cum studeat.l.di. de quo vide gl.in c.pastoralis.in gl.fi.ś.de appellat.& Ioā.Alan. Vin. & Io. An.melius dixerunt ꝙ Abbas.Sic.in hoc etiam sequitur Butrig. & D.Car.Alex.de Ne.

e ¶Prælatum proprium. Adde do.de Ro.hoc tit.in nouis, vbi an debeat habere expensas à monasterio,& per Spec. de criminib. §.vlt.loco.

e ¶Prælatum proprium.An & quando monachus possit accusare,adde hic Arch.2.q.1.ī summa.vbi dicit ꝙ monachus cubicularius episcopi possit ipsum accusare propria authoritate sine licentia abba.& ita dicit tenere Inn.in c.cum P.ś.eo.& idem dicit Arch.in §.qui incipit,item Io.2.q.7.& all.Inn.in d.c.cū P.& dicit quòd etiā denuntiare tenetur,saltem crimen committendum. & hoc magis consulitur monachis,referen Io Inn. in d.c.cū P. An autem monachus possit accusari.dic ꝙ non,cum nō potuit in ius vocari,vt l.j.ff.de in ius vocando.ita notanter determinat Spe.de accu.§.j.ver.j.item omnes qui in ius.& de reo.§.j.ver.sed an ignarus.de Bel lent.

f ¶Cum pastoris.Tu dicas,ꝙ Abb.minus bene,& infideliter recitat verba Arch.in d.c.cum pastoris.quia Arch. loquitur quādo monachus vult accusare abbatē.& retuli.ś.in prin.quo casu impetrare debet prius veniam ab episcopo tanquam rectore & iudice cōpetente.ar.in l.sed si hoc.§.pe.ff.de in ius vo.Sed si monachus vult accusare episcopum cuius est cubicularius, nō impetrabitur venia ab abbate,quia abbas est cōpetens iudex episcopi,sed impetrabitur à superiori iudice cōpetenti ep scopi, & sic Archid.nullo modo contradicit Inn.in d.c.cum P quia loquuntur in diuersis casibus,ad quod non aduertit Abb.imo Arch.in duobus locis sequitur illud dictum Inn.prout allegaui in d.c.ex parte.De Bellentzinis.

g ¶Sed Io.de Fantutiis,in d.c.cum pastoris.sequitur opinionem Archid.Idem videtur tenere Io.An.post Goff.in Spe. de inquis. §.fi.in additione quæ incipit,Tetus dicit,necessariis.dicūt enim

✻ quòd

re,quam prælatum proprium,& tunc aut vult accusare prelatū, cuius est cubicularius,& potest secūdum Inn.ś.c.prox.pro hoc. d.c.cum pastoris,aliter officium suum laudabiliter non exequeretur vel saltem denuntient crimen illius.& hoc magis sibi con
a sulitur,a aut vult accusare extraneum,b& potest duob.concurrentib.ſ.ꝙ interſit monasterij,& habeat licentiam abbatis, alias
b 7 secus.16.q.j.monachi.†In ea.gl.ibi pro alienis debitis.Item nec possunt obligare libros seu alias res peculiares sicut nec filiusfamilias.l.j.§ j.ff.quæ res pi.ob.pos.& fortius,nec donare, vt ī præal.l.j.& l.filiusfa.ff.de don. Sed an eleemosynam competentem
c facere possunt,vide gl.in cle.j.c de vi.& ho.cle.quę dt ꝙ sic.d†In
d ea.gl.ibi si Ab.&c.no.gl.& fuit additio ſm Host.ex qua etiam di
8 cit Host. ꝙ etiam pro necessitate propriae non potest obligare
e monasterium ſine speciali concessione abbatis, hoc dictum nō est verum,& ideò distingue sic,quia aut habuit licentiam à superiore,& promisit superior sibi facere expensas, & tunc sine alia concessione potest obligare monasterium vsque ad expensas quas promisit sibi mittere superior.optimè hoc probatur in filiosa.vt in l.sed Iulianus.§.ꝙ dicitur.ff.ad mace.namvno concesso videtur concessa omnia sine quib.& c.prudentiam.de of.dele.sed si fuerit conuentum,vt aliquis ex attinentib. faceret sibi sumptus.vt vellet obligare monasterium vltra expensas solitas sibi mitti,tunc non potest intelligi hæc glo.& hoc etiam tenet
f Archi.in præl.c.cum pastoris.& in cap.2.ne cle.vel mona.lib.6.f
9 †In gl.fi.in fi.ex ista glo.not.doc.ꝙ istæ expensæ debuntur etiam pro lite exequenda.Sed certè pro hoc est tex.clarus.ꝛ eo.olim.vn de accusatores habebunt nedum expensas victus,sed etiālitis. Et circa hoc intelligendo dicta Doc.distingue ꝙ aut monachus ꝓsequitur causam propriam,puta causam electionis suæ, & tūc non habebit expensas à monasterio victus,ad hoc c. cupientes.
g §.si verò in discordia.de elect.lib.6.g aut prosequitur causam monasterij,puta accusando abbatem,& tunc aut habet aliquod peculium,& non habebit à monasterio expensas.arg.c.quanto.de off.ordin.& facit etiam iste tex.à ꝛtio sensu.& etiam not.Spe.in tit.de inqui.§.fi.prope fi.aut non habet peculium,& habebit expensas à monasterio.dicit tamen Inn. & bene,ꝙ indistinctè nō admittitur monachus ad accusandum abbatē,sed causæ cognitione præcedente etiam sine præsentia partium an procedat bono.vel malo zelo,vt 2.qu.7.quærendum,&c.si qui sunt.& si admittitur ad accusandū,vel prosequendū denūtiationē habebit
h expensas incontinenti,licet alij aliter dicant,& minus bene, h si vero est clericus secularis qui vult aliū accusare siue denuntiare,& tunc si est pauper,& denuntiat,habebit expensas ab illa ec clesia.secus si accusat,quia accusatio est illaudabilis intētionis.
10 2.q.7.si quis epś. † Quid de vxore quæ accusat matrimoniū de consanguinitate,vel alio impedimento,an debeat habere expēsas à marito,cum nihil habebat,do&o. ꝙ sic. quod etiam tenet Host.in summa.eo.tit.§.quis possit.in versi.quid si cōtingit.Spe.
i tit.de inquisit.§.fi.versi.si matrimonium.i.Et hoc nota.

ADDITIONES.

✻ quòd licet monachus non debeat habere Abbatis licentiam, iudex tamen non admittet illum,nisi licentiam,vel veniam ab abbate petierit,sicut dicitur de filio, & liberto quo ad patrem, vel patronum ff.de in ius voc.l.4.§.1.& sic debet intelligi Inn.in c.præced. Dicit enim ꝙ monachus potest Abbatem accusare sine ipsius licentia.nam non requiritur ꝙ obtineat licētiam ab Abbate,ad hoc vt possit ipsum accusare,& hoc dicit Goff.& Io. And.vt ś.dixi.Sed requiritur ꝙ petat veniam, vel licentiā ab Abbate,& talis licentia idem est ꝙ venia.& petita venia, seu licētia potest monachus accusare Abbatem, etiam si nolit dare licentiā,& hoc modo etiam debet inteligi iste tex.& Inn.in c.præce. & hoc intellige,qñ monachus accusat Abbatem.Sed si denunciaret non esset necessarium, ꝙ peteret veniam,quia denunciatio est pia causa,cum tendat ad pœnitentiam, vt dicit Archi.& Io de Fantu in d.c.cum pastoris.2.q.7.Alex.de Ne.

a ¶Dicit tamen Inn.in c.præcedenti,quod potest accusare illum, cuius est cubicularius,etiam sine licentia Abbatis.& idem dicit Archid.& Io.de Fantu.in d.c.cum pastoris.Sed non habebit monachus expensas à monasterio si accusat alium, quàm Abbatē, vt dicit gl.1.in d.c.cum pastoris.& Butri.& D.Card.Alex.de Ne.

b ¶Extraneum.Monachus potest accusare quemcūque dummodo interſit monasterij,& habeat licētiam abbatis.Et dt Arch. in §.fi.2.q.7.Et ita dicit notari in hoc c.ex parte. quod not.pro extensione d.c.monachi.de Bellent.

c ¶In cle.j.Et est in verbo,conuertendum.Cui adde gl.aliam in c. cum dicatis.12.q.1.& Abbas in c.si quis.de furt.De Bellētzinis.

d ¶Vide etiam gl.12.q.1.si dicatis.& Spec.in tl.de actore.§.1.ver. Item excipitur contra actorem,quòd est monachus.& vers.seq. Alex.de Ne.

d ¶Quæ dicit, ꝙ sic.Hoc est verum,si habet administrationē.vt no.Car.in cle.j.de vit.& hon cle.Et quid an alibi sit cum abbatis licentia,vt no.gl.12.q.1.c.non dicatis.& 16.qu.1.c.si cupis.& Car.in præalleg.cle.j.§.j.

e ¶Necessitate propria.Adde eundem Abb.consi.84.lib.2.Zacha.

f §✻ Et pondera,dum Abb, Sic.dicit,ꝙ vltra solitas expensas non potest monachus obligare monasterium,quia videtur sentire,ꝙ possit monachus obligare monasterium vsque ad quantitatem, quam Abbas consueuit ei mittere singulis annis,& hoc ad literam dicit Arc.& Io.de Fan.in d.c.cum pastoris.Alex.de Ne.

g §✻ De quo in Spe.de actione.§.1.ver.item excipitur, ꝙ est monachus.Nunquid autem debeat habere expensas à monasterio ad quod est electus.D.Car.dicit,ꝙ sic,allegat de elect.vt prætextæ. de quo dic,vt ibi.& vide gl.magistram in c.cupientes.§.fi.in gl.fi. de ele.in 6.& D.Domin.super ea.Ale.de Ne.

h ¶Dicit tamen Inn.hic,licet Abb.Sic.non referat integrè quòd Papa,vel alius ordinarius,hoc per se diligenter inquirit, delegatus autem,cui causa committitur debet reputare pro admisso, nec amplius de aliqua causa inquirere,& cū ipso transit Io.An. Butrig.& D.Card.Alex.de Ne.

i ¶Sed quid si Abbas inquirit contra monachum, & monachus petit ab Abbate,vt ministret expensas pro aduocatis.& procuratorib.& pro aliis necessariis ad defensionem suam, an teneat Abbas ministrare?dic vt per Spe.in tit.de inquisit.§.fi. versi.Item pone Abbas.& vide Spe per totū illum §.quia ponit multas quæstiones quæ multum declarant materiam huius c.Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter ebrius celebrans nō ꝓmissa digestione debet priuari ecclesia.4. quomodo probatur quòd non digesserit.vide nu.14.*
2 *Ecclesia præsumitur concessa alicui in perpetuum non autem ad tempus, & dicenti contrarium incumbit onus probandi.*
Ecclesia non potest concedi alicui ad tempus titulo commendæ vel seruiendi etiam ab inferiore à papa,in titulum verò non conceditur nisi à solo papa.
3 *Ebrietas sola nō est causa sufficiens ad priuandum sacerdotem sua ecclesia.*
Ebrietas rara est peccatum veniale,& non mortale.
4 *Eucharistiam conficit sacerdos etiam celebrans ante digestionem.*
5 *Condēnatus si appellauit remanet in statu, in quo erat ante latam sniam.*
6 *Agenti possessorio non potest obiici exceptio criminis.vide nu.6.*
7 *Spoliatus iudicialiter non potest agere possessorio.*
8 *Agenti possessorio potest obiici defectus proprietatis notoriæ vel delicti notorij.9.& 11.*
10 *Presbyter notoriè criminosus potest incontinenti ecclesia spoliari etiam sine accusatore.*
11 *Agenti possessorio adipiscendæ beneficialib.obstat exceptio criminis infamiæ etiam si habeat titulum.*
12 *Ecclesia quando est data in commendam alicui ad certum tps,tunc ante illud non potest ex cā reuocari,secus si est data simpliciter in commendā.*
13 *Dictio per,denotat perfectionem,& augmentum rei,cui additur.*
14 *Iudex in concernentib.vtilitatem publicam supplet ex officio.*

CAP. XII.

1 SI CONSTITERIT.†Potest multipliciter intelligi,& vt conueniat omnib.lecturis sic summari pōt.Presbyter ebriosus missam celebrans non ꝓmissa digestione ecclesia priuari debet.h.d.Diuiditur.nam primo instruit iudicem quando ꝛ factorē pronuntiandum sit.secundo quando contra reum.ibi cæterum. ¶Casus literalis.Quidam sacerdos.D.nomine petebat ecclesiam sibi restitui,quia dicebat se spoliatum fuisse iniustè: respondebatur ab aduersario suo.G.nomine ꝙ non erat audiendus,qa fuerat spoliatus,cum ipsam non intitularam,sed tantum commendatam habuerit.item quòd quasi ebrius in taberna pernoctauerat,& nulla dormitione facta sequenti mane missam celebrauerit,& ideo iustè per iudicem suum priuatus fuit,corā quo super iis fuerat accusatus.Ipse verò omnia negauit,dicēs,ꝙ in ea canonicè fuerat institutus,& iniustè post app.spoliatus.Mandat papa primo inquiri de præmissis,& si constiterit,ꝙ ecclesia nō fuit ei concessa,sed ad tempus commēdata,vel ꝙ in taberna pernoctauerit,& mane sequēti nulla dormitione prēmissa celebrauerit, imponatur ei silentium super ipsa ecclesia,& desistere compellatur ab impetitione aduersarij.sed si cōstiterit,quòd ecclesia fuit ei canonice concessa,& postea de crimine conuictus nō fuerit.
2 vel si post app.fuerit spoliatus restituatur sibi ecclesia. B¶†No. primo ex tex.quòd in dubio ecclesia præsumitur cōcessa in perpetuum & non ad tempus,& dicenti cōtrarium incumbit onus probandi,vt hic.An autem possit ad tempus concedi concludo quòd titulo commendæ,seu seruiendi sit, nam hoc etiam fieri potest ab inferiore de quo dicendum.vt in c.nemo.de elect.li.6.

Universidad de Navarra Biblioteca

2 in titulum potest concedi ad tempus à solo papa a non autē ab inferiore, vt in c. ſ̄ gratioſè. de reſc. lib. 6. iuncta gl. & no. 7. q. 1. pa
3 storalis, & plenè de hoc no. in præal. c. nemo. ¶ †No. ſecundo q̄
b ſolum delictū ebrietatis non eſt priuatione beneficij b dignum, hoc. n. non ſolum mandatur inquiri de ebrietate, ſed q̄ celebrauerit non facta digeſtione. Primum enim p̄ ſe non ſufficit. imò ebrietas, ſi rara eſt, peccatum veniale eſt, ſed non mortale. 25. di. c. vnum. §. alias ea demū. & de hoc. in c. crapula. ſ̄. de vita, & honeſta. cle. & in c. clerici. eo. ti. † Tertiò, no. vnū delictū priuatione beneficij, dignum. ſ. qñ̄ presbyter celebrat nulla præmiſſa digeſtione: an autem tunc conficiat verum corpus Chriſti, cōiter tenet q̄ ſic. licet grauiter peccet. vt no. gl. de conſe. diſt. 2. c. liquido. & ī
4 c. quod à patribus. 75. diſ. nam & Chriſtus hoc ſacramentum inſtituit in cœna. facit c. fi. de cele. miſ. & vide p̄al. c. liquido, vbi not. quare nos conficimus ſacramentum eucharistiæ iciuno ſtomacho. cum hoc ſacramentum fuerit inſtitutum in cœna. † No. vltimò, q̄ presbyter priuatus, & condemnatus per ſententiam eccleſia ſua, ſi appellat non debet interim ſpoliari, quia appellatione pendente integer manet eius ſtatus, quia virtus ſententiæ tollitur ſeu ſuſpenditur per appellationem. ff. nihil inno. app. pend. l. vnica. §. Iteger. & in c. dilecti. ſ̄. de app. vnde ſi eſt prælatus poteſt interim excommunicare ſubditos. & officium ſuū aliter exerce
6 re. de quo in c. ſæpe. de ap. † In gl. 1. in fi. opp. contra tex. & videtur. q̄ cum iſte ageret poſſeſſorio, & peteret reſtitutionem non debeat admitti, exceptio criminis, vt in c. item cum quis. de reſt. ſpolia. nec exceptio concernens proprietatē ſeu defectum tituli, vt in c. in literis. eo. ti. nā & p̄do ante oīa reſtituendus eſt, vt ibi. Sol. hoc capīm multipliciter (vt præmiſi) intelligi poteſt, & dixi
c q̄ male declaratur c per gl. & doc. Dic ergo. q̄ iſte eps̄ proceſſit contra illum presbyterum iudicialiter, & poſt conuictionem eū priuauit, & eccleſiam ſuam contulit iſti. vt in tex. presbyter verò dicebat ſe iniuſtè ſpoliatum, & petebat ſe reſtitui. ex aduerſo dicebatur, q̄ iſte iniuſtè fuerat ſpoliatus per ſentētiā. Hanc lecturā ſentit hic gl. & Io. An. ſuper tex. qui ad literam ſupplet, q̄ ēt fuit
7 condēnatus. † Et tunc ad ꝯria dic, q̄ cum iudex ſpoliat iudicialiter non pōt agi poſſeſſorio d: quia iudex non dicitur facere violentiā, qñ̄ iuſte p̄cedit. 7. q. 1. præſentiū, & c. q̄querente. de reſtitu. ſpo. facit l. 3. ff. de met. cau. Item iſtæ exceptiones cōcernunt etiā poſſeſſorium, qa ſi fuit quictus, & p̄dēnatus. ergo non ſpoliatus, ſed licet hæc lec. ſit vera in ſe. tñ̄ non habet dubium, nec cōgruit huic literæ vbi nihil dicitur de condemnatione, ſeu de ſententia priuatiua. ſed tm̄ fit mentio de ſpoliatione quæ ſonat in vitium: ideo hoc modo poteſt intelligi q̄ iſte presbyter fuit conuict⁹ & con-
8 dēnatus per eps̄m ſuū, ſed poſtea ſpoliatus per iſtū, & ꝯ eum
c nunc agebatur poſſeſſorio. † Sed tunc obſtat ꝯrium e: quia non debebat admitti exceptio criminis, ſed reſpondetur defendēdo hanc lec. ſ. quòd cum hæc exceptio non poterat eſſe non notoria, quia in iudicio fuerat cōdemnatus. ideò nō ob. exceptio petenti reſtitutionem, quia erat exceptio defectus proprietatis notorię, quæ obſtat petenti reſtitutionē maximè in beneficialibus, vt no. Inn. in c. conſtitutus. de filiis presby. ad idē ca. ad decimas, de reſt. ſpo. lib. 6. & de hoc dic. vt no. in c. in literis. ſ̄. de reſt. ſpol. Tertiò retentis eiſdem terminis, pōt intelligi, q̄ agebatur petitorio quod innuit litera dum perpetuum ſi lentium mandat impo ni, & in fi. dum mandat, q̄ dimittatur poſſidere in pace, & ſecūdū hunc intellectū quē ſentit hic Inn. litera eſt valdè clara. nam iſtę exceptiones continebant ꝓprietatē, & non poſſeſſionem, & in ferebāt defectū tituli ipſo iure: iō admitti debuerūt iuxta theori
9 cam Inn. in c. inter dilectos. de exceſ. præla. † Quarto modo ſubtilius, & congruentius ex litera poteſt intelligi, q̄ iſte presbyter fuit conuictus vel confeſſus de crimine, ſed antequam fuit per ſniam priuatus: fuit ſpoliatus per iſtum. G. ꝯ quē agebatur nūc poſſeſſorio. Sed apponebatur prout dicitur in litera, q̄ fuit cōuictus, vel confeſſus de crimine, q̄ ſufficit ad priuationem. ſed tūc fortiſſimè obſtat ꝯria: quia ex quo non erat priuatus nō debet admitti exceptio criminis. quæ nō infert priuationē ipſo facto, licet concludat facultatē priuandi iuxta theoricā Inno. in præal. c. inter dilectos. ſed tenēdo iſtam lec. quæ eſt notabilis & literæ cō ſentanea, vbi nihil dicitur de ſuīa, ſed tantum mādatur inquiri an fuerit conuictus, vel confeſſus, dic q̄ hoc delictum non erat notorium, quia in iure ꝓtabat de cōuictione, vel cōfeſſione. ad hoc c. cum olim. de ver. ſig. & exceptio delicti notorij debet obſtare petenti beneficij reſtitutionem, ex quo concludit facultatem priuandi, & hoc potiùs ſupplente iudicis officio, quàm vir
10 tute excipientis, non enim debet ſuperior reſtituere eccleſiam notorio criminoſo. ¶ † Quinimo debet incōtinenti ipſum priuare eccleſia etiā ſine accuſatore. vt in c. de manifeſta. 2. q. 1. & in c. euidentia ſ̄. c. & turpius eiicitur. & c. vt in c. quemadmodū. de iureiur. & criminoſis & infamibus non debent patere portę

dignitatis, & vt in regula, infamib. de regu. iur. lib. 6. nec debent
pmitti ēt in Dei eccleſia miniſtrare, vt in præall. c. inter dilectos.
11 & 2. q. 5. presbyt. † Item ſicut agenti poſſeſſorio adipiſcendæ in beneficialibus obſtat exceptio criminis infamiæ non obſtant q̄ habeat titulum. vt in c. accedens. ꝯ e. ita agēti poſſeſſorio recupe
f randæ debet obſtare exceptio criminis notorij. f licet nō cō c udat nullitatē ipſo iure. ſatis. n eſt q̄ det facultatē priuandi, & ita limita dictum c. cū inter. vt procedat quando delictum non eſt notorium. ſic etiam reſtringit theorica Inn. in præal. c. inter dilectos. & licet hæc lec. videatur difficilis ad ſuſtinendum. tamē poteſt per prædicta ſatis ſuſtineri, quia videtur magis conſentanea literæ. & facit. c. ad petitionem. infra eo. & quod not. & per eam habetur not. caſus & ſingularis hic limitans infinita iura, & per
g petuo eſt talis limitatio notanda, quia ſæpe venit in practica. g

¶ † In glo.

ADDITIONES.

a ¶ Ad tempus à ſolo papa. adde Fel. in c. fin. ver. in quantum dī officia non eſſe. & ibi q̄ etiam ſub conditione & ad tps̄ per Ro. potif. conferuntur. ſ̄. de iudi. Zach.

b ¶ Priuatione beneficij. vide Car. Alexan. in c. venter. 35. diſt. & in c. denique. 4. diſ. vbi latè attingit quando ebrietas ſit peccatum mortale.

c ¶ Declaratur. No. multiplicē intellectum huius decretalis. Sed de hoc vide omnino Dominic. in c. quo iure. De Bellentz.

d ¶ Poſſeſſorio. Adde quod voluit Lapus. alle. 38. ver. fin. Old. conſilio 224.

e ¶ Contrarium. An exceptio notorij defectus obſtet petenti reſtitutionem in beneficialib. adde tex. cū gl. in c. quia ſuſpecti. 3. qu. 5. & q̄ not. Abb. S. culus, in diſputatione ſua, quæ incipit Titius electus in 3. dubio principali, vbi plenè hunc art. cuium diſputat. Et vide Anto. in repe. c. veſtra. de cohabi. cleri. & mulier. Et quod latè ſcribit Ant. in c literis. & capitulo item cum quis. de reſt. ſpo. & ibi oīno vide Abb. & vide pulchram gl. 3. q. 1. in ſumma. Adde q̄ petenti reſtitutionem obſtat exceptio hæreſis. glo. 54. diſt. & de aliis cauſis pp quas denegatur reſtitutio. vide gl. ci. 23. di. c. in nomine domini. gl. & doc. in c. ex inſinuatione. de p̄c. & adde hic omnino quod no. Abb. poſt Ant. ꝯ e. c. ad petitionē. ſuper gl. in verbo reſtituendus. & eundem Abb. in c. accedens. ꝯ eo. Et adde hic quod ſcribit Abbas poſt Cal. in c. ex parte. de reſt. ſpo. ſuper gloſ. in verbo. deſtitutæ. & vide omnino d. de Rot. dec. 14. vbi doctrinæ hic traditæ dātur nam ſingularem limitationē. ſcilicet quod licet in beneficialib. agens poſſeſſorio recuperandæ neceſſario debeat iuſtificare poſſeſſionem ex titulo, vt dicit glo. in cle. j. de cauſa poſſ. & proprieta. tñ̄ hoc non erat opus, qñ̄ fuit ſpoliatus lite pendente. Sed ſcias aliud ſingulare verbum, q̄ regula, quæ dicit q̄ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, nō habet locum in ſpoliato beneficio, ſi poſt ſpoliationem ſuperuenit gñalis vel ſpecialis reſeruatio papæ. quia reſeruatio illa facit bñficia illa non ſolum quò ad proprietatem, ſed etiam quò ad poſſeſſionem. ſi ſit facta, maximè cum decreto. iſtud ſingulariter dicunt do. de Rot. deciſ. 16. & licet fauorabilior ſit reſtō per viam attentati lite pendēte, quam p̄interdictum vnde vi, vt ſ̄. dictum eſt, & tenet Ant. in c. j. vt lite pen. in ver. in hoc eſt differentia. tamen ſicut ſpoliatus non reſtituitur ante omnia, qñ̄ ius commune eſt contra ſpoliatum, vt in c. ad decimas. de reſti. ſpo. libro 6. Sed nec is contra quem facit ius commune permittetur in ſua poſſeſſione lite pendente. Hoc colligitur ex iis, quæ pulchre ſcribit Abb. in cap. j. in ver. ſecundo oppo. vt lite pendente, allegando ad hoc text. quem dicit ſingularem. in c. cum perſonę. de priui. lib. 6. De Bellentzinis.

f ¶ Crimins notorij. Vide tex. in c. ad petitionē. ꝯ e. ti. vbi eſt text. ſingularis. And. Barb.

g ¶ Pro hac opinione Abb. Sicul. facit capit. ad petitionem. ꝯ eodem. ſecundum intellectum, quēm ponit ibi Butrig. & Abb. Sicul. Sed iſte intellectus communiter reprobatur, & contrarium tenet Innoc. & Dom. Card. in d. cap. inter dilectos. Nam Innoc. ibi dicit, quòd, aut agenti petitorio ſuper beneficio opponitur crimē, ex quo ipſo iure eſt priuatus beneficio, verbi gratia. ſi eſt hæreticus, vel ſententialiter de crimine condemnatus, & tunc agenti petitorio obſtat exceptio criminis, ſecus ſi ageret poſſeſſorio, quia tunc non obſtaret exceptio, niſi notoriè conſtaret de crimine. vt in capit. ad decimas. de reſtitut. ſpoliato. in 6. & ſ̄. de diuort. ſignificaſti. & pondera hæc verba Innocen. ſcilicet quòd vbi crimen eſt dignum priuatione beneficij ſi iudex ſimpliciter condemnat de crimine, intelligitur etiam priuare beneficio, & idem ſi condemnatur de crimine quod inducit infamiam, vel etiam quando crimen ipſo iure inducit

12 ¶ † In gl. 2. in fi. not. gl. ex qua collige q̄ commenda eccleſiæ poteſt tolli ad libitum commendantis, nec cōmendatarius de hoc poteſt conqueri. & quæ idem ſentit gl. in c. qui plures. 21. q. 1. ſed
a glo. in præal. c. nemo. tenet oppoſitum. aquia titulus commendæ eſt legitimus, ergo non ad libitum poteſt extingui, ſed concor. quia aut commenda eſt facta ad tempus, & ex cauſa nō poteſt
b renocari, b & ſic intellige illā glo. aut eſt facta ſimpliciter, & tūc
13 renocari poteſt, ita procedit iſta gl. † In gl. pernoctauerit. not.
c ex ea q̄ iſta dictio per, c no. perfectionē, & augmentum eius cui
14 additur. † In gl. in ver. dormitione. not. gl. nam relata ad tex. vide tur ſentire. q̄ dormitio ſit de ſubſtantia digeſtionis, & q̄ non debet presbyter celebrare dormitione non facta, & aliqui hoc cau tē ſeruant in vigiliā natiuitatis Domini, quia habent celebrare media nocte præmittunt dormitionē, ſed dic quòd illud nō eſt neceſſarium, ſed ſatis q̄ ſit perfecta digeſtio ſine dormitione, nā ille dicitur iciunus, qui perfecit digeſtionem. vt in c ſacramēta. de conſe. diſtin. 2. & ideò dicit hic Hoſt. & bene, q̄ neque intrare tabernam neque celebrare dormitione non præmiſſa fuit cauſa priuationis, ſed vera cā fuit, qa ebriоſus celebrauit, quod præſumitur, quia per totam noctem ſterit in potatione. & mane incō tinenti celebrauit, ſic præſumitur non iciunus. & dicit hic Abb. q̄ habuit quendam ſocium qui per 8. dies nō dormiuit, neſcio
d tamen, an ſit verum, & tamen potuiſſet celebrare. d † In gl. in ver.
15 ante eps̄m, ibi, & præſente aduerſario. dic q̄ aduerſarij p̄ſentia requiritur in his quæ tendunt ad cōmodū priuatum, ſed non in tendentib. ad publicum, vbi iudex ſupplet ex officio, de hoc dic
e vt no. in c. cum dilectis. de appel. & in c. dilecto filio. ſ̄. de ele. e

ADDITIONES.

✻ infamiam abſque aliqua ſententia iudicis, exemplū in le. 1. & 2. ff. de his qui not. infam. & in l. j. ff. de poſtul. & dicit Abbas Sic. in d. c. inter dilectos. hæc eſſe perpetuò notanda. Aut crimen non inducit ipſo facto priuationem beneficij, & tunc ꝯ beneficiatū agentem petitorio, ſuper beneficio, nō admittitur exceptio criminis. quia etiam ſi probaretur crimen, non repelleretur à beneficio, vt in c. cum dilectus. de ord. cogn. ecce q̄ Inn vult, quòd ſi exceptio criminis ſit notoria, vt quia ſit probatum crimen. nihi lominus non repellit agentem petitorio, & cum hoc tranſit Io. And. & D. Card. ibi. & pro hoc eſt caſus ſecundum communem intellectum ꝯ e. ad petitionem. vt ibi dicam, licet Butrig. & Abb. Sic. aliter intelligant, non obſtat exceptio criminis, cū infamia retardet traditionē poſſeſſionis bñficij, vt ꝯ e. accedēs. qa loquitur in eo qui nunquam habuit poſſeſſionē beneficij. ſecus ſi habuiſſet, quia tunc non obſtaret exceptio crimi nis cum infamia, vt in d. c. item cum quis. de reſti. ſpol. Et ita dicunt Doct. in d. c. accedens, & ideò tene alios intellectus, quia iſte eſt contra cōmunem ſententiam. Alex. de Ne.

a ¶ Oppoſitū. Adde hunc tex. gl. & doc. in c. ex parte. de cele. miſſarum. gl. notabilis in d. c. nihil. 7. q. 1. De Bellent.

b ¶ Reuocari. Adde quod voluit Lud. Roma. conſ. 330. vbi an, & quando commendatarius facit fructus ſuos, & quod ius habeat in eccleſia commendata.

c ¶ Notat perfectionem. Adde Bar. in l. quinquaginta. in lect. Nicol. de Neap. de excu. tu. & in l. 3. §. fi. ff de arb. & in l. qui procurator. ff. de proc. no. in l. vrbana. §. pernoctare. & in l. ædificia. §. perfeciſſe. ff. de ver. ſig. eundem, & doct. in l. ſi cui. in princ. ff. de leg. 1. & in c. vnic. §. ſi quis p triginta. in tit. ſi de feu. fue 2tro. & omni no in apoſt. Cel. ad Dyn. in l. iuriſperitos. §. j. ff. de excu. tu. & in apoſt. eiuſdem Cel. ad Car. in cle. cauſam. ſ̄ de conſtit. Zach.

d ¶ Communiter. Doct. tenent, q̄ dicatur ieiunus qui fecit digeſtionem, etiam dormitione nō præmiſſa, & q̄ talis poteſt licitè miſſam celebrare, & hoc tenet gl. in d. c. ſacram. de ꝯſe. diſt. 1. Idē dicūt Doct. in c. ex parte. de cel. miſſ. & dicit ibi Hoſt. q̄ ſi cibus eſt ſumptus hora prima, debet abſtinere vſque ad ſextam. vt de tertia vſque ad veſperam, vel ſecundum alios debet abſtinuiſſe à media nocte citra, cum tunc incipiat dies. de of. del. conſuluit. de quo etiam per Hoſt. in ſum. de cel. miſ. §. & qualiter. ver. debet autem dormire. vſque ad §. ſed nunquid prātus. Sed D. Car. in d. c. ex parte. dicit, q̄ ſufficit digeſtio ſecundū quantitatē cibi ſumpti. dicit tamē. q̄ Phiſici dicunt, q̄ bona digeſtio perficitur in 7. horis, intellige prædicta niſi ſentiret cibum. nam tunc eſſet ſi comediſſet ante medium noctis debere abſtinere à celebratione, vt dicit glo. not. 7. q. 1. nihil dicit vlteriùs hic Hoſt. q̄ ſi quis poſt cibum, vel potum ēt minimum diuina celebrauerit, excommunicationi ſubiacebit, vt in d. c. nihil. 7. q. 1. Sed dic, q̄ eſt excōmunicatus excommunicatione minori, & non maiori, vt in c. nullus. de conſec. di. 1. & hoc tenet Hug. & Arch. in d. c. nihil. Sed qd ſi ſacerdos in mane abluendo os deglutiat aliquam ſcintillam aque, nunquid impediatur miſſa. Hoſtin ſumma. de celeb. miſſ §. & qualiter. ver. & quid ſi ſacerdos in mane. dicit, q̄ non, niſi accideret ex oppoſito, q̄ tunc potus etiam minimus impediret, celebrationem, vt in c. nihil. 7. qu. 1. vbi habetur, q̄ etiam medicina impedit celebrationem miſſæ, de quo etiam dic in præalleg. ca. ex parte. de celeb. miſ. Ale. de Ne.

c §. ¶ De quo vide Cy. in l. vn. in 6. q. C. de Confeſſ. & in c. per inquiſitionem. de elect. & vide etiam Io. An. in add. Spe. in ti. de cōfeſſ. verſ. 7. de appe. §. in quib. ver. ſed nunquid hæc tria. in add. magn. Quid autem de eo qui pro vno furto eſt poſitus ad torturam, & confeſſus eſt multa furta? dic. vt per Spe. & Io. An. in ti. de accuſ. §. 1. ver. quid ſi latro. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Abbas vel abbatiſſa poteſt appellari etiam ſi adhuc non ſunt benedicti, ſi fuerint electi. & confirmati.*
Electus & confirmatus in archiepiſcopum vel epiſcopum ante conſecrationem, dicitur electus, non autem epiſcopus vel archiepiſcopus.
2 *Contra petentem cōſecrationem epiſcopalem vel benedictionem quæ abbati datur excipi poteſt, quod non habet plenum ius.*
3 *Confirmatus à papa non poteſt conſecrari vel benedici per inferiorem ſine licentia papæ.*
4 *Inimicus manifeſtus debet repelli ex iudicis officio.*
Abbatiſſa debet benedici ſi eſt in loco vbi hoc fieri ſolet, & ſi ītra annum nō fuerit benedicta, perdit omne ius quod haberet ſi autem in loco vbi non ſolet fieri eſt ſecus.
5 *Abbas poſt benedictionem poteſt conferre ordines minores ſecus abbatiſſa. & num. 7.*
8 *Inimicitia cauſatur ſiue præceſſerit iuſta vel iniuſta cauſa.*
Teſtis teſtificans in cauſa crimi. li, tunc præſumitur inimicus.
Diſpoſitio c. omnipotens. ſ̄. eod. loquitur quando pendebat accuſatio ſeu denunciatio actualiter.

CAP. XIII.

MEMINIMVS. Inimicus etiam à voluntaria exceptione repellitur, & primo ponit mandatum non executum, & ei⁹ cauſam ſecundo cauſam improbat, & illud exqui mandat. ibi, qui a verò. Caius literalis. Quædam monacha fuit electa in abbatiſſam cuiuſdam monaſterij, cuius electionem pap. confirmauit, mandans diœce. epiſcopo, vt ei munus benedictionis conferret, Dum eam benedicere vellet quidam H. nomine propoſuit ex aduerſo q̄ eandem de ſimonia accuſare vellet, appellans ne ipſam beneficeret, propter quod eam non benedixit. Proponebat q̄ ille non debebat audiri, quia inductus fuerat in teſtem contra ipſam in cauſa electionis, quam papa confirmauit. Significatum fuit hoc domino papę, vnde mandat eidem epiſcopo, q̄ propter appellationem prædicti H. eam benedicere non poſtponat, cum fuerit requiſitus, quia cum teſtimonium tulerit ꝯ ipſam, eius p̄-
a ſumitur inimicus. b. Nor. 1. q̄ electa a in abbatiſſam, & confirmata poteſt appellari abbatiſſa ante benedictionem, & idem videb tur dicendum in abbatib. licet in eis ſit maius dubium. b ad hoc, c. 1. de ſup. neg. præ. a. ſecus in electo in epiſcopum, vel archiepiſcopum, quia licet ſit confirmatus, nō debet appellari epiſcopus vel archiepiſcopus ſed electus. vt in c. tua. de his quæ fi. à p̄la. facit quod no. in cle. vna. de baptiſ. & in c. niſi ſpecialis. de auth. & vſu pal. Et poteſt eſſe diuerſitatis ratio, quia per conſecrationem
c epiſcopi confertur ordo, c vt no. gl. in proœ. Sexti. ſed nō ſic per benedictionem abbatis, vel abbatiſſæ. ītē in epiſcopo reſtat maior dignitas. nā nō conſequitur nomen pontificale antequam obtineat

ADDITIONES.

a ¶ Electa. Vtrum electa in abbatiſſam ante benedictionem ſit vocanda abbatiſſa. & videtur q̄ tantum debeat appellari electa, per tex. in c. cum ad monaſterium. de ſtatu monach. & ibi vide per d. Ant. in pen. no. & de hoc vide Arch. qui arguit pro & ꝯ in c. alienationis. 12. q. 1. Et adde hic Old in ſuo conſilio 14. vbi concludit, q̄ electus in abbatem appellatur Abbas ante benedictionē, & ibi etiam ponit quædam de benedictione iſta. De Bellentzin.

b ¶ Magis dubium. Adde de hoc latè Old. conſi. 14.

¶ Adde quod notaui in apoſ d iſtum in c. ſuper his. §. cum verò. nu. 6. in ver. pen. & ꝯ. c. j. ſ̄. de elect. & in c. inter monaſterium. nu. 26. in Apoſt. in ver. benedicatur. & ibi Fe. i prin. ſ̄. de re iud. Zac.

b ¶ Magis dubium. Vide Fel. in c. eam te. verſ. tertio, reſtringuntur prædicta ſ̄. de reſcrip. & ibi latè de electo in epiſcopum, an poſſit epiſcopus appellari. Seb. Sap.

c ¶ Ordo. Vide gl. in clem. 1. de fo. comp. And. Barb.

Universidad de Deusto

obtineat ordinem,ex quo non exercet pontificalia. a †Not.2.q̃
sicut ꝫ petentem consecrationem episcopalem potest excipi,q̃
nondum sit consecutus plenum ius,vt in c.super his. j. eo.ita &
contra petentem benedictionem quæ solet conferri abbati vel
abbatissæ.Ex quo infero,q̃ ista benedictio nõ sit meri facti, sed
tribuit aliquid iuris,alias non admitteret exceptio ꝫ habẽtẽ ple
num ius.vt in c.constitutus.de app.& quod ibi no.†No.1.bonũ
arg.ex tex q̃ confirmatus per papam non põt consecrari,seu be
nedici per inferiorem sine licentia papæ.vt in c.distribuendis.de
remp.or.& in c.antepe. de elect.lib.6.in g.& hoc nisi aliud habe-
ret consuetudo.b No.quartò, q̃ inimicus nedum repellitur ab
accusatione.vt in c.cum P.s̃.eo.sed etiam ab exceptione volunta
ria:& dicitur exceptio voluntaria, quando non molestatus ve-
nit ad iudicium.sed sponte se opposuit vt faciebat iste:nec prę-
tendebat aliquid speciale.hæc enim exceptio voluntaria in mul
tis habet vim accusationis.vt no.Inn.c.super eo.& in c.dudum.
2.s̃.de ele.& in c.cum inter.& c.dilecti.de excep.†Item not. quòd
manifestus inimicus debet repelli ex iudicis officio.†Vltimò no,
quòd abbatissa c benedicitur sicut abbas. vt in c.indemnitatib.
de ele.lib.6.an autem de necessitate sit benedicenda.dic,q̃ in mo
nasterio vbi abbatissa solita est benedici nisi faciat se bñdici in-
tra annum est priuata beneficio iam quæsito,sed vbi non est cõ-
suetudo,bene potest omitti talis benedictio. vide tex.cum gl.in
cle.attendentes.de sta.reg.†Et aduerte quia ista benedictio non
habet eũdem effectum,quem habet benedictio abb.quia abbas,
potest conferre ordines minores.vt in c.cum contingat.de æta.
& qua.Sed abbatissa non potest conferre ordines,quia illud est
virile officium,& vide de hoc glos.in præal.cle.attendentes.quæ
hoc prosequitur plenè.†In gl.2.in fi.hæc gl.facit pro his, quæ di
xi super text. vt benedictio conferat aliquid iuris in abbatissam.
vnde potest ꝫ eam excipi,vt repellatur à benedictione obtẽta,pt
etiam accusari vt repellatur à iure iam obtento,& acquisito per
electionem,& confirmationem, & ita intellige istam gl.†In gl.
fi.in fi.ibi,& ob hoc solum,&c.No.bene gl.iuncto text. d q̃ex so
la testificatione in causa criminali testis præsumitur inimicus,&
potest in alio iudicio tanquã inimicus e repelli,& sic facit,quòd
ad ꝫhendum inimicitiam non debet attendi an præcesserit cau
sa iusta,vel iniusta,sed an potuit prouocare animũ ad inimicitia f,
de quo dixi in c.repellantur,& in c.cum P.s̃ eod.intelligi Hosti.
hoc procedere,quãdo se obtulit testimonio sine coactione, sed
spontevenit,secus si requisitus,quia tunc mãdato iudicis paruit
& bonum obedientiæ excusat ab omni calumnia,& suspicione.
23.q.1.quid culpatur.s̃.de tẽpo.ord.ad aures.§. j. & in hoc non
repellitur.& idem tenui in c.cum P.s̃.eo.& tene menti hoc di-
ctum Host.†Extra gl.op.& videtur q̃ pendente accusatione seu
denuntiatione criminis non debeat abbatissa benedici.p c.omni
potens.s̃.eo.Sol.dic,q̃ illud c.omnipotens.loquit,quãdo pende
bat accusatio seu denuntiatio actualiter:hic autem nulla pende
bat denuntiatio seu accusatio:imò tanquam inimicus fuit repul
sus.Vnde nulla infamia fuit inde orta.facit ca. cum in iuuentute,
de psum.& gl.in c.qualiter in versi.maleuolis.s̃.e. Secundo opp.
& videtur,quòd ex quo iste episcopus detulit appellationi non
debebat se amplius de negotio impedire.vt in c.cum appellatio
nib.de app.lib.6.Sol.dicunt doct.q̃ iste non detulit sed videbatur
deferre non impendendo munus benedictionis.vel etiã posito,
q̃ detulisset:tamen ex quo inuste potuit iudex ad quem remit-
tere causam ad priorem iudicem sicut fecit hic papa.ad hoc præ
allegatum.c.cum allegationibus.& quod ibi no.

d ¶Iuncto tex.ad hoc istum tex.alleg.Abb.in c.1.in 2. no. vbi latè
dixi.s̃.de iudi.Seb.Sap.
e ¶Inimicus.adde Alex.cons.99.1.lib.
f ¶Ad inimicitiam.An ex solo testimonio ꝫ aliquem quis præ-
sumatur eius inimicus.super quo vide Io.An.in additio. Spe.in
rub.de testi.circa fi.& Ant.in c.j.de iud. Adde textum & gl. in §.
itẽ tenendo q̃ causa appellationis sit diuersa à causa principali,
est bonus tex.in c.fraternitatis.de test.probans q̃ quis non põt
repelli à testimonio,ideo q̃ testificatus est ꝫ eundem in alia cã.
Et ibi vide gl.2.Ant.sed vide de hoc latius Spe.de teste.§.j.ver.ltẽ
quòd in alia causa criminali,& vide Bart.in l.post legatum. §.is
vero.circa fi.vbi alleg.istud c.& c.cum P.s̃.e.& vide tex.in l. pro-
duci.ff.de testi.& Ioã.de Imo.in l.2.in prin.ff.sol.mat.vbi dicit q̃
ex sola accusatione vel testimonio criminali ꝫ aliquẽ quis dici-
tur effici eius inimicus.ita q̃ per hæc ab alia accusatiõe vel testi
monio ꝫ eum repellit.& alle.c.cum P.s̃.eo.sed secus dicit esse in
eademmet causa.Bar.de Bellent.

SVMMARIVM.

1 *Accusator potest ante descriptionem ab accusa.desistere, tamen super hoc vlterius non audietur.4.*
2 *Accusatio non potest fieri per literas,sed denuntiatio sic.*
Citatio inquisiti an possit fieri ante inscriptionem.
3 *Inquisitus quãdo citatur an debeat in citatione poni tenor inquisitionis.*
5 *Accusator si non prosequeretur accusationem intra terminum sibi vel à iudice vel ab accusato illarum,post illum terminum non audietur.*
6 *Accusator,an & qñ potest desistere ab accusatione sine metu Turpiliani,*
7 *Inquisitio sup fama pt formari etiam nõ præcedentib. legitimis indiciis.*
8 *Citatus à iudice si ille moreretur,& venit alter,debet iterum citari,alias non comparens non est contumax.*
9 *Citatio facta alicui sub nomine dignitatis illo remoto an liget alium qui in eadem dignitate successit.*

CAP. XIIII.

a 1 LICET IN BEATO.a †Ante inscriptionem potest accusa
tor ab accusatione desistere sine pœna,& si ad terminum nõ
venerit silentium imponitur.h.d.vel aliter & sic,dicens se aliquẽ
accusaturum coram iudice ante inscriptionem potest sine pœ-
na desistere,& non accusare,sed ei desistenti silentium imponi-
tur in perpetuum,& secundum hoc summarium iste tex.est no
tabilis.Diuiditur,nam primò narrat factum.secundò ibi,nos igi
tur.duo definit,& tertium committit.secundum ibi, quia verò,
tertium ibi,ne autem.Casus literalis.Quidam canonici ecclesiæ
Bisuntinæ per suas literas super crimine periurij.simoniæ,& in-
cestus, archiepiscopum suum denuntiauerunt domino papæ
Clem.ipse iuris ordine seruato,archiepiscopo Bisuntino mãda
uit,vt ad certum terminum ante pœnitentiam suam accederet
respõsurus obiectis.archiepiscopus ad terminum sibi præfixũ
accessit.Inno.C.interim sublato de medio,cum nullus apparuis
set qui diceret aliquid ꝫ ipsum quæ fuit ab I.& O.archidiaconis
ꝫstitutis in præsentia sua si aliquid ꝫ ipsum super præmissis vel-
lent proponere,& legitimè ostendere,quod scripserat ꝫ ipsum.
Ipsi respõderunt q̃ non proposito accusandi illa scripserãt, sed
quia super quibusdam incorrigibilis videbatur, denuntiauerãt
illa d.pap.& nuntius,qui pro literis accesserat impetrandis, mã-
dati formam excessit.vnde pa.illis silentiũ duxit imponendum.
ne de cætero super his accusarent,vel infamarẽt eundẽ, & quia
circa inscriptionem desistere voluerũt non imputatur eisdem:
ne ergo pa.minus canonicè in ipsius archiepiscopi absolutione
procedere videatur, inquisitionem super fama ipsius cõmittit
2 faciendam.B.¶†No.primò q̃ licet accusatio nõ potest fieri per
b literas b vt 2.q.8.per scripta.tamen denunciatio criminum po
test fieri per literas.Item potest peti,vt reus citetur,vt veniat re
sponsu

ADDITIONES.

a ¶Licet.Adde hic Arc.in c.Steph. circa fi.5.q.6.vbi dicit,q̃ accu-
sator non potest desistere,quando inscriptio secularis est post li
belli oblationem,nisi ex causa,vt l.2.C. de abolit,& 2.q.2.c.Pau
lus.& dicit,q̃ etiam tũc licet petere abolitionem,dummodo nõ
sit passus aliquam iniuriam carceris seu membrorum.vt l fœli-
citer.ff.de abo.Ita dicit tenere Goff.in suroma.de lib.obl.§.sed li
bellus accusatorius.itẽ adde hic tex.in l.qui accusare.C. qui ac-
cu.non pos.de Bellentzinis.
b ¶Per literas.Vide tex.in c.cum dilectus.j.eo.And.Barb.

sponsurus libello,nam prima citatio de facili conceditur.ideò ẽt
hoc per nuntium fieri potest secundum Inn. quod est notandũ.
Huic tamẽ dicto Inn.& literæ obstat l.ij.C.de exhi.& introdu.re.
vbi dicitur quòd quando reus est citandus de longinquo nõ de
bet fieri citatio ante inscriptionem, ergo ille qui vult accusare,
debet esse præsens, & per se petere citationem & facere inscrip-
tionem ad pœnam talionis.doct.non tangunt, sed potest dici,
quòd illa lex procedat de iure, sed de consuetudine non serua-
a tur ĩ aliquibus locis.quod fiat citatio inscriptione præmissa.a &
b ita vult hic tex.b alias autem pa.non seruasset iudiciariam graui
tatem,sicut in principio testatur se seruasse,& potest allegari ista
litera q̃ valeat talis consuetudo.& hoc no.¶ No.secundo q̃ ca-
nonici,& sic inferiores possunt accusare proprium prælatum,&
3 eius crimina denuntiare.¶†Item no.tex.& tene mẽti perpetuò,
q̃ in citatione fienda in causa criminali non est necesse q̃ insera
c tur tenor libelli c. vnde iste fuit citatus, vt veniret respõsurus
d obiectis libello nondum oblato.& ad hoc alleg. d Barto. hanc
decretalem in l.inter accusatorem.ff. de public. iudic. Sed huic
dicto vehementer ob.c.si primates.v.q. ij.vbi non debent citari
in criminali,nisi in citatione exprimatur cã citationis.vt sic pa
ratus veniat ad respondendum,& idem no.gl.in cap.ij.de dila.&
e pro hoc quod not.3.q.2.in summa,scilicet quod dilatoriæ e non
sunt dandæ,quare puto sic dicendum,q̃ aut citatio fit de longin
quo,& tunc non est opus q̃ inseratur tenor libelli de necessita-
te,sic loquitur istud c & dictũ Bar.sed debetur exprimi i citatio
ne in effectu q̃ opponitur reo q̃ paratus veniat.vt id.c.si prima
tes.& ideò dictum Bar.non est simpliciter verum dum dicit suf
ficere q̃ citetur,vt veniat respõsurus,accusatus,vel inquisitus,
aut citatio fit de propinquo,& maximè si est in eodem loco, &
tunc procedit dictum Bar. quia citatus poterit scire, & citò se-
parare,ex quo est quasi præsens.vnde istum tex. intelligo q̃ hæc
crimina fuerunt expressa in citatione.vt probat tex.ibi, sup per
4 iurio.& crimine simoniæ iuncto versi.ibi,respõsurus.†No. viteri9
q̃ desistens ab accusatione nõ potest aliquis de illo crimine ac-
cusare reum,& iudicio meo plus probat litera ista q̃ nedum ac-
cusans,& desistens repellatur,sed etiam ille,qui dicit se accusa-
turum coram iudice,& post ea desistit.nam isti non poterant ac
cusare per literas nec per nuntium,sed dicebat nuntius q̃ vole-
bat accusare.& nihilominus istis non prosequentibus imponit
silentium in perpetuum.quod est valde notãdum.& ad hoc ne
mo allegat istum tex.licet Bar.faciat magnum festum.in l miles.
§.socer.ff.de adul.de illo tex.sed iste tex.longè melius probat in
ducendo.vt s̃.Vltimò potest colligi q̃ ad denuntiationem alicu
ius personæ probè ꝫmittitur inquisitio super fama denuntiati,
5 non super criminis veritate,& de hoc.j.†In gl.j.ibi,quia accusa
tor monendus est,no.gl.& vide quod no.4 q.v.quisquis.&Host.
f dicit q̃ ideo fuerunt requisiti,quia ante inscriptionem desiste-
bant,& non per modum accusationis,sed denuntiationis crimi
na proposuerunt.tu dic clarius.& melius,q̃ quãdoque statuitur
terminus accusatori,vt debeat accusare,seu accusationem pro
sequi,& tunc si hoc non fecit intra terminum imponitur sibi si-
g lentium gvt l.diffamari.C.de inge.ma.in præal.c. quisquis. & in l.
si ea.C.qui accu.non possunt.Quandoque terminus statuitur ac
cusatori ad instantiam accusati.& tunc si accusator non compa
ret in termino non debet incontinenti imponi silẽtium accusa
tori,sed debet iterum citari,saltem quo ad hoc vt accusatus ab
soluatur ab instantia iudicij.ad hoc l.qui crimen.C.qui accu.nõ
pos.& vide quod no.in c.consuluit.de off.deleg.& si nõ compa-
ruit post istam citationem,imponitur sibi silẽtium,vt hic.& ista
requisitio,de qua in text.fuit necessaria ad hoc, vt imponeretur
absentibus silẽtium in perpetuum.& sic potest reduci ad cõcor
diam opi.gl.In ea.gl.ibi.sed excusantur per nuntiũ. opponitur
fortiter,si enim nuntius excessit fines mandati non debebãt isti
haberi pro accusatoribus & per consequens non debebat eis im
poni silentium in perpetuum tanquam desistentibus.item vana
videtur ratio literæ,dum dicit q̃ eo q̃ destiterũt citra vinculum
inscriptionis non imputatur eis,si enim accusauerunt nec accu
sare intendebant,ergo non dicuntur desistere,quia præsupponi
tur q̃ inchoassent.Item & fortius si nuntius iste habebat potesta
tem faciendi citare archiepiscopum & proponendi accusatio-
nem,quare papa adhibuit sibi fidem,cum tamen dicatur in lite-
ra papam seruasse grauitatẽ iudiciariã, & propter hec ꝫria spe-
cificè non tacta per doctores hæc litera mihi valdè est visa itri-
cata,maxime pr̃supponẽdo id,quod dicitur hic in gl. q̃ parcitur
eis,quia nuntius excessit fines.& certe tenendo gl.hæc ꝫria vidẽ
tur insolubilia,ideo in hac materia puto sic dicẽdum q̃ ista fuit
allegatio canonicorum q̃ nuntius excessit fines mandati,cui pa
pa noluit stare.vnde processit ꝫ istos tãquam ꝫ accusatores seu
pfessos se velle accusare.& ideò in litera imponitur eis silẽtiũ
quia desistiterunt,nec imputatur eis,quia hoc fecerunt ante in-
scriptionem.vt in litera,sed in expensis non fuerunt condemna
ti,vel quia forte hic non fuit petitum vel quia illi,citatio non
fuit omnino frustratoria,nam habuit effectum respectu denun-
tiationis.vnde in fine cõmissa fuit inquisitio famæ respectu illi9
denuntiationis,posset etiam dici q̃ ideo eis imponitur si entiũ
præsupposito q̃ non accusassent,sed denuntiassent,quia ex quo
aliquis alium infamat de crimine,potest sibi terminus præfigi
ad accusandum,q̃ si non vult facere imponitur sibi silẽtium.vt
præal.l.diffamari.& licet hæc sol.sit vera in se,tamen hæc litera
non patitur,quia silentium imponitur eis tanquam desistenti-
bus,vt in litera,ideò tene primam sol.& per hoc satis declaratur
ista litera.In gl.in ver.formam excessit.ibi,nec præiudicat e.s.ꝫ
ꝫ hoc limitauit extraria,quæ formani s̃ in præcedenti gl.ideò dic
melius.vt ibi dixi.In glo.in ver.de cętero.in fin. dic q̃ de hoc est
tex.hic,nam tantum imponitur istis silentium super criminibus
contentis in tex.non autem super aliis,& facit quod no.in c.ad 6
uersario.de excep.†In glo.in vers.citra vinculum inscriptionis.
h No,ex gl.q̃ accusator hpotest ante lit.contest.desistere,nec inci
dit in Turpilianum.& hanc opi.quidam tenent vt refert Ioa.An.
& nihil vltra dicit.sed tamen aduerte latius,nam Legistæ & ma
ximè Bar.prosequitur hanc materiam in l.quæsitum.ff.ad Turp.
& dicendum q̃ quoddam est tempus post lit.conte.& secũdum
omnes post istud tempus nõ licet desistere impunè vt in l.sena-
tus ff.eo.quo idam est tempus ante lit.cõte,sed post datos fide
iussores de lite prosequenda, & adhuc non licet desistere im-
pune.vt in l.j.ad Turp.quoddam est tempus ante li.conte.& an
te datos fideiussores,sed post datum libellum,& tunc non licet
desistere si citatio est facta.vt in l.absente.ff.de pe.cum aut.q̃ se-
mel.C.quomodo & quando iu.quoddam est tempus ante datũ
libellum,& tunc licet fuerit professus se velle accusare, tamen
impune potest desistere etiam si citatio sit facta. & ita loquitur
proprie hoc c.ad idẽ.l.miles.§.soror.ff.de adul.& per hoc restrin
ge istum tex sed ideo iste tex.facit mentionem de inscriptione,
quia inscriptio soler fieri ad pœnam talionis communiter in li-
bello.vt in leg. libellorum ff.de accusa.canonizata.ij. quæstione
viij.capitu.per scripta.§.libellorum.ideo qui desistit post libel-
lum oblatum videtur desistere post inscriptionem præmissam.
& eam

ADDITIONES.

a Inscriptione præmissa.Adde an hodie sit necessaria inscriptio,
Io.de Ana.cons.ix.& Old.cons.xlv.
b Imo dicit Bart.in l.si cui.ff.de accu.q̃ inscriptio non est in vsu,
præterquam in Rom.curia,de quo etiam per Doct.j.c.super his.
vbi etiam dicunt Doc.Nunquid si est consuetudo quòd nõ fiat
inscriptio,an habeat locum pœna talionis:de quo dic vt ibi per
Doct.Alex.de Ne.
c ¶Tenor libelli.Vide quæ plenè dixi in c.2.de dila.& late notaui
ad Bar.in d.l.inter accusatorem.And.Barb.
c ¶Tenor libelli.Vtrum in citatione in causa criminali debeat in-
seri tenor accusationis,vide quod de hoc plenè notaui in meis
recollectis.in c.2.de dila.in j.gl.& 2.de Bellentzinis.
d ¶Alle.Bal.ad hoc etiam istum tex.al.Barto.in auth.offeratur. C.
de li.conte.& in extraiag.ad reprimendũ.in verbo.de dilecto cri
mine.Sal.l.ij.C.exhiben.reis.vbi late de hac materia.Seb.Sap.
e ¶ Dilatoriæ.adde an accusato sit danda dilatio ad componen-
dum Ro.sing.suis.
f ¶ Host.dicit.adde Arch.in c.quisquis.3.q.v. q̃ accusator abiens
est citandus,antequam accusatus absoluatur.ar.l.qui crimen.C.
qui accusare.& c. Epyphanium.v.q.vj.& dicit q̃ non ob textus
huius.c.quia erant præsentes illi,à quorum accusatione absolue
batur.& ita dicit hic notare Inn.de Bellentz.
g Silentium.adde Old.cons.3.
h ¶ Accusator. an autem desistens ab accusatione probatum li-
bellum ante litis contestationem,incidat in pœnam senatuscon
sulti Turpiliani.vide Angel.in rubr. de in ius vocand. tenentem
quòd non.& ita dicit tenere lac.de Aret.in l.denuntiasse.in prin
cipio.ff.de adulteriis.de quo etiam vide Bald.in l.j.C.vt iuramen.
cert.tempor.& Salic.post Cyn.in l.j.C.ad Turp. de Bellentzinis.
i ¶ Hoc intellige,nisi in casibus in quibus licet desistere ex quali-
tate personæ accusationis,ut ff.ad Turp.l.j.§.accusatorem. & in l.
in senatus.§.eos.uel exqualitate delicti.ut in l.Athletas.ff.de fals.
nam tunc non incideret in Turpil. dato, quod desisteret post
litem contestatam,vel post inscriptionem,ut dicit Bartol.in d.l.
quæsitum.Alexan.de Ne.

& eam no.a & ¶ † gl.fi.ibi.priuilegium bonæ famæ,&c.sed opp. q̃ gl.& tex.si enim papa magis delectatur in fama bona, quã in fama mala,quare hic p̃missit istam inquisitionem fiẽdam q̃ archiepm cum non appareat q̃ infamia præcesserit.& sic q̃ c.cum oportet,& c.qualiter & quando.ĩ.eo.sed fm doct.dic q̃ quædam est inquisitio famæ,& no.super veritate criminis.& ista cum non sit multum præiudicialis,potest fieri modica infamia b pcedente, vel ad denuntiationẽ probæ personæ,vt hic probatur.Quædam est inquisitio super veritate criminis.& ista non debet fieri nisi præcedat infamia.& ita loquitur,q̃rium hic enim non fuit p̃missa inquisitio super veritate,sed super infamia.¶ Et ex hoc no.singularem modum procedendi quando denũtiantur crimina nõ infamati.si enim denuntians est persona idonea non debet p̃mitti,sed debet fieri inquisitio super infamia priusq̃ super veritate. Si verò psona denuntians non est idonea,nulla fit inquisitio.ni si ad cautelam.ad hoc ca.cum in iuuentute.& quod ibi not.s.de præsum.& si p̃stiterit de infamia procedit̃ postea super veritate, vt in c.qualiter & quando.ĩ e.¶ † Opp.ij.q̃ tex.videntur q̃ cũ c citatio fuerit facta p̃ celestinũ, qui decessit ante quã reus ꝓpareret,q̃non tenebatur comparere nisi de nouo citaret.vt in l.edictum.ff.de iudi.licet enim successor in dignitate succedat in causa,vt in c.quoniã abbas.de of.de.& in l.mortuo.ff.de iud. tamen non succedit respectu edicti,sed iterum debet citari.vt in præal. l.edictum.& facit l.post edictum.ff.de iud.Solu.dicit Host. q̃ iste ꝓparuit sponte,non enim tenebatur comparere sine nouacitatione per iura prædicta.Sed cõtra hoc facit cle.ne romani. in fide cle.vbi dicitur q̃ illi qui tenentur venire ad curiam debentve nire non obstante vacantia,quia de proximo sperat̃ reformatio.Io.dicit q̃ debet attendi forma citationis.arg. c. si gratiosè. de rescr.li.6.dic plenius,vt no.in præal.l.edictum.q̃ aut numerus citationum non fuit completus per prædecessorem.& tũc successor debet complere,aut fuit completus.& tunc debet saltem d semel citare,maximè si mutauit tribunal.d facit l.oratione. in fi. ff.de fer.vbi si citatio passiuè facta est à prædecessore non trãsit in successorem,sed debet iterum citari,e& hoc puto indistinctè e procedere qualitercunque sit facta citatio siue sub nomine dignitatis,siue non,quia ilta citatio sit ex humanitate iuris ne successor possit prætendere ignorantiã vt in cle.ne romani. præal. Dicit etiam Anto.q̃ procedit in curia Rom.quia cum citatio sit f de longinquo debet iterari.tene menti f

ADDITIONES.

a ¶ Item dic,q̃ si ex libello orta est infamia, libellans tenetur actione iniuriarum reo quem diffamauit,dato q̃ non fuerit reus citatus,vt in l.item apud Labeonem.§.si quis libellos.ff.de iniu. & hoc dicunt doct.procedere.etiam ante inscriptionem.Spe.autem in tit.de li.concep.§.an actor.dicit q̃ potest accusare desistẽte ante inscriptionem,etiam post citationem rei,sine pœna Turpiliani,licet teneatur iniuriarum, quia infamauit eum contra quem porrexit libellum.& hoc videtur probari in l.in senatus. §.qui post.ff.ad Turp.licet Bar.in d.l.quæsitum,aliud dixerit. de hoc art.etiam tractatur in l.j.C.ad Turp.& per Spe.& Io.And.in ti.de accus.§.quintò tractandum.ver.sed leges,& vide Io. An. in add.mag.& hæc procedunt in manifesto delatore.secus in occulto,quia talis compellitur accusare,vt in l.i.C.de fam.li. & 5. q.1.quidam.& q.vlt.eriphanium.q̃ no.gl.4.q.5. si quis. & Butr. hic in fine commenti Secundò limita in denũciatione. nam de nunciator potest recedere à denunciatione absque pœna, etiã si nõ impetrata absolutione desistat,vt dicit Inn.& doct.in c.2. ĩ.tit.seq.Alexand.de Ne.

h ¶ Modica infamia. Addẽ q̃ etiam habente ortum à malẽuolis personis,vt per Ro.in sing.suis.

c ¶ Citatio.An citatus à prædecessore teneatur comparere coram successore sine noua citatione,adde Ant.c.dudum.ei j. de elect. & vide omnino Io.de Imo.in d.cle.ne Romani. & ad hoc facit quod no.Bal.in l.si de interpretatione.ff.de legi. vbi dicit q̃ si iudex mandauit nuntio,vt daret tenutam aliquorum bonorũ tuorum,antequam nũtius exequeretur.finitum fuit officium illius iudicis poterit nuntius dare tenutã absque alia noua licentia.de quo scripsit latè post Ant.in c.si.de offi.leg.& q̃ successor iudicis teneat mittere vnam citationem,quãdo mandauit peremptorium.tenet Arc.in c.de illicita.28.q.3.& c.caueãt.3.q.9. semper allegando Lu.de quo vide Arch.2.q.3.c. episcopus ægrotans. circa prin.& pro hoc vide quod notanter scribit Ant. post Arc. in c.qualiter.de cleri.non resid.de Bellentzinis.

d ¶ Mutauit tribunal.Adde quæ in facto consuluit Archid.consil. cccvij.

e ¶ Vnde Archid.5.qu.3.si ægrotans. dicit quod si delegatus qui ignorauit de causa citauit peremptoriè ad sententiam audiẽdã, & postea alteri committat sententiæ ꝓnuntiandam,is cui committunt,iteratò citare debet,& idem not.per gl.& Bar.in l.cõsentaneum.C.quomodo,&quand.iudex.& hoc sequitur Ioa.de Imo. in d.cle.ne Romani.de elec.quod intellige nisi iudex citasset ad sententiam ferendam per se,vel eum cui commisit, vt dicit Io. And.in Spe.de citat.§.edicto.vers. Item quæritur ecce.& hoc sequitur Butr.hic.Alex.de Ne.

f ¶ Sed D.Card.in secunda oppositione dicit,q̃ debet distingui forma verborum citationis,vt dicitur in c.si gratiosè.de excep. in 6.& sic tenet opinionem Io.An.quæ fuit etiam opinio Host. Idem dicit Butrig.& Io.de Imola.in cle.ne Romani.in fi.de ele. Quid autem si nomẽ proprium,&appellatiuum fuit expressum, dic,vt not.in c.quoniam abbas s.de off.dele.& sic quicquid dicat Butri.& Abb.sic,hic,etiam in citatione Papæ debet considerari forma verborũ,sc.an citatio fiat sub nomine ꝓprio,an sub nomine dignitatis.Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non accusare aliquem repellitur ab accusatione,si ipsum accusauerit,vide latè infra nu.25.*
Procurator non admittitur in criminalibus nisi ad allegandum absentiam inquisiti,vel alias exceptiones ipsum crimen non tangentes.15.&21.
2 *Prælatus potest accusari ab vno canonico suæ ecclesiæ.*
3 *Præstans homag ũ sine tributũ alicui cẽsetillũ superiorẽ recognoscere.*
4 *Ecclesia fundataria recognoscit vigore temporalium aliquẽ dominum temporalem in superiorẽ,alias si non sit feudataria& possideat temporalia.*
5 *Citatio ad diem feriatam an valeat.*
6 *Viæ si non sint tutę vigore inimicorum,est legitima causa non comparendi, secus si sunt lutosæ &huiusmodi.*
7 *Contumax reputatur ille,qui cum sit personaliter citatus mittit ꝓcuratorẽ.*
8 *Procurator in criminalibus pôt comparere ad allegandum inhabilitatem accusatoris,&idẽ fortè ad allegandũ q̃insitio est formata sine inaicis.*
9 *Citatus debet comparere ad instantia m illegitimi accusatoris ad allegandum priuilegium suum.*
Citatus punitur tanquam cõtumax si non comparet,licet postea appareat quod non fuit legitimè citatus.26.
10 *Cõtumax n̄ mulctat̃ īcõtinẽti,sꝫ dẽt̃ ipsa multa ponẽdaq̃ nouo citari.*
11 *Procurator ī actionib⁹ popularibus nõ interuenit ex parte actoris,nisi post litem cõtestatam,ex parte vero rei quandocunq;,idẽ in publicis iudiciis. Tutor vel curator ante lit cõtest. non ꝓhibuunt ꝓcuratorẽ,postea vero sic.*
12 *Procurator admittit in cã suspecti tutoris vt remoueat,sed vt puniat nõ.*
13 *In causa criminali admittitur procurator comparens pro interesse tertij, non autem pro interesse inquisiti.*
Superior siue per se,siue per procuratorem admittitur ad defendendum suum subditum ratione iuris quod habet in eum.
Negotiorũ gestor,vel factor alicuius si fuerit ꝺẽnatus p̃t dominus p se, vel p procuratorem cõparere,vt differatur executio donec reddat rões.
14 *Procurator potest interuenire in criminalibus,quãdo inquisita est vniuersitas quæ per se comparere non potest.*
15 *Procurator in criminalibus admittitur pro persona quæ impedimẽto iuris non potest comparere,prout est monialis.*
16 *Procurator excipiens q̃ crimen notoria exceptio admittitur, alias secus.*
17 *Procurator non admittitur quando pro crimine venit imponenda pœna capitalis vt mortis,vel amissionis libertatis vel ciuitatis.*
18 *Procurator in criminalibus non admittitur quãdo pro eis imponitur alia pœna,quàm pecuniaria.*
19 *Procurator quare non pôt interuenire in casu vbi venit imponenda alia pœna quam pecuniaria.*
Intellectus ad l.seruum quoque.§.publice.ff.de procu.
Iudex potest ex officio inuestigare innocentiam ipsius rei inquisiti.nu.22.
20 *Procurator admittitur in criminali quando reus est in vinculis,vel quando est conclusum in causa.*
21 *Excusator admittitur etiam sine mandato ad excusandum inquisitum qui non potest comparere.*
Excusator non admittitur allegando impedimentum rei, quòd non possit comparere propter inimicitias vel allegando incompetentiam iudicis.
22 *Innocentia inquisiti potest per quemcunque allegari.*
A sententia condemnatoria in criminalibus appellare potest tertius etiam condemnato inuito.
23 *Procurator vbi non debet interuenire &interuenerit,iudicium est nullũ.*
24 *Frustra,ista dictio denotat quendam annihilationem,& nullitatem actus.*
25 *Improprietates sunt excusandæ,& fugiendæ.*
26 *Contumax an puniatur habens legitimam causam non comparendi.*
27 *Infamia proueniens ex calumnioso accusatione,an sit purganda.*

CAP. XV.

a VENIENS. a † Qui iurat aliquem non accusare repellitur
1 ab eius accusatione.h.d. Sed qa hoc capitulũ ad aliud solet allegari.& ĩ hoc est valde vulgatũ,ideo aliter summo & sic.ad.p sequẽda accusationẽ criãlẽ nõ admittit̃ ꝓ.licet posset allegare causam

ADDITIO.

a ¶ Veniẽs.vid Bal.ĩ l.exigẽdo d ꝓ.vbi alleg.Inn.hic.itẽ vide Spe. de acc.§.j.ver.item q̃ facit pactũ vt non accuset.de Bellentzinis.

causam absentiæ seu alias exceptiones non tangẽtes crimen ꝓpositum,& qui iurauit stare mandato alicuius nõ admittitur ad accusandum illum si virtute iuramenti sibi fuit iniunctum,vt nõ accusaret.diuidit,nã prima pars narrat factum. Secunda pronũtiationem,citationem & purgationẽ secunda ibi,cũ igitur.¶ Casus literalis.Quidã canonicus Pragẽsis.A.nomine, in presentia Papę propoſuit q̃ episcopum Pragẽsem q̃ cum esset filius sacerdotis in Pragensem ecclesiam non fuerat canonice ingressus,& q̃ priuilegium ecclesiæ Pragensis duci Boemiæ homagium prę stitisset sic subiscẽdo ecclesiam seruituti, vnde papa citauit cũ vt ad certum terminum compareret corã ipso. Ipse verò ad suã excusationem per nuntios allegauit viarum discrimina consecrationem chrismatis imminentem, & q̃ filius ducis baptizandus erat tunc temporis per eundem.Papa audiens huiusmodi allegationes,eas friuolas reputauit &ipsum habuit contumacem, & licet procuratores eius in causa criminali recipi non possent, tamen eis concessit auditores, vt si possent ipsum aliquatenus excusarent,coram quibus prędictus A,obiecit prędicta q̃ episcopum.Sed ex aduerso fuit responsum q̃ cum olim super hoc litteræ impetratæ fuissent ad archiepiscopũ Magdeburgæ,idem A.in ꝓbatione deficiens ad pedes epi se prostrauit veniam postulans ab eodẽ,& cõfessus fuit q̃ calumnioſè processerat q̃ ipsum propter qd iurauit stare mandatis ipsius,& ipse p̃cepit ei sub debito iuramenti vt q̃ ipsum decætero proponere talia non auderet, qd totũ ĩ pñtia domini papæ fuit confessus,vnde imposuit ei silentium super impetitione epi.Tum qa cõtumax fuit citauit ipsum ad præsentiam suã,& propter infamiam induxit ei purgatio
2 nem.Bern. †Not.j.ex tex. q̃ solus canonicus põt accusare ꝓriũ prelatũ.& maximè si dicat eũ intrusum,cum.n.interfit eius talẽ in statum non habere fac.c.ex parte & qd ibi dixi. & ca. cum p.
3 s.eo.†No.2.q̃ pstare homagiũ alicui est quasi quædam species
a seruitutis,non recognoscit eum in dñm,& de homagio hodievi
4 de text.cum gl.in cle.pastoralis.de re iudic.†Et no.quia dicit litera q̃ priuilegium ecclesiæ hoc iuramentum præstiterit, ex quo infertur secundum quosdam q̃ princeps seculi habet intẽtionem fundatam de iure cõi super talibus ẽt ab ecclesia cõcessis,& tenent prælati pstare homagium rõne horũ talium, nisi exi matur priuilegio.sed ego intelligo qñ hæc bona fuerunt ꝓcessa ecclesiæ in feudum,tunc enim dño feudi licet secusari præsumitur fm.ad hoc.c.verum.de for.compe.& c.solitę.de maio.& obe. secus si hæc bona talia simpliciter essent concessa ecclesiis, & non in feudũ,quia tũc dñs talis in aliquo non recognoscitur. facit in c.nouerint.x.q.j.& l.vt inter diuinum.C.de sacrosc.eccle. qd no.Inno.in c.solitæ.præalleg.& fm hanc disc. intelligo istum
5 tex.& dicta doct.†No.ibi ad festum Resurrectionis.qd valet cita
b tio ad diem feriatam,de b de quo tñ dic vt no.Inn.in c.si. de fer. & Host.exponit text.ad festum.i.vsque ad festum.& credo q̃ tuerit mens lr̃æ apponere illum terminum non vt in eo procedat, sed ad designandũ quo tpe debeat ꝓcedi,quasi immediatè post festũ illud sit procedendum,vnde in festo debebat esse in curia
6 non tñ ad procedendum.†No.q̃ discrimina viarum non inducunt iustam excusationem non ꝓparendi,sed intellige hoc sanè qñ est allegatio gñalis,puta ꝓpter friuolam, vel quia viæ e
c rãt lutosæ cliste enim non excusatur,vt in c.cum diligenti.de do. & ꝫtu.secus si allegaret discrimen viarum propter legitimum timorem hostium seu inimicorum.vt in c.accedens.s.vt lit. non cõte.& in cle.pastoralis.§.nos.circa vers.pisana.de reiu.& sic in
7 tellige istum tex.†No.contumacem reputandum qui personaliter citatus comparet per ꝓcuratorem ér si alleget excusationes
8 friuolas.†No.sing.q̃ licet procurator non admittatur in causa criminali ad disputãdum super crimine,tamen admittitur ad ꝓponendum exceptiones q̃ accusatorem de ipsius indignitate,qd no.& nescio alibi ita bonũ tex.vt nõ admittit̃ procurator ad allegandum causam absentiæ domini sui quæ cõstitit in facto, sed ẽt causam absentiæ,quæ q̃stitit in iure ad proponendũ exceptiones excluſiuas indigni accusatoris,& sic concorda istum text. q
d videtur sibi ꝓrius,quia primò dicit,q̃ non poterat admitti procurator & postea tamen admisit.d †Item not.qd citatus ad instã
9 tiam legitimi accusatoris tenetur comparere saltem ad allegandum priuilegium suum,& si non comparet potest puniri pro cõtumacia sua.licet postea constet,q̃ accusator fuerit illegitimus, nam ex quo constabat tempore citationis debebat comparere, vñ in fine propter ꝓtumaciam papa istum denuo citat,& sic procedit.l.2.ff.si quis in ius voca.non ierit & l.circa.ff.si quis ius di. non obtem.vt possit iudex punire contemnentem præceptum suum non solum qñ adhuc non ꝓstat de indignitate actoris seu accusatoris.sed etiã postq̃ constiterit,quia iam contumacia per
10 prius erat commissa,& hoc not.†Item collige optimum argumẽtum ex fi.literæ & tex.ibi,contumacia.quòd non debet quis mulctari incontinenti,sed debet in ipsa multa infligenda de no
e uo citari,ad hoc quod no.in d.l.2.si quis in ius voca.non ierit, e dixi plenè

ADDITIONES.

a ¶ Homagium.Vide latè Iacob.de S.Georg.in tract.de homag.
b ¶ Ad diem feriatam.Adde Lantr.de Oria in c.qñ q̃ §. ſtatuim'. ver.citationes.nu.14.vers.tandem.s.de prob.Zach.
c ¶ Lutosæ.Vide Deci.in le.2.§ si quis in iudicio.ff.si quis cau.S.S.
d ¶ Sed videtur q̃ isti allegauerint causas causæ,quia exceptio de qua hic est peremptoria, Host.soluit q̃ exceptio peremptoria causæ potest ꝓponi in modum excusationis & habere virtutẽ causæ absentiæ,sicut ẽt peremptoria in modum dilatoriæ ꝓponitur,vt in c.veniens.el 2.de testibus.& dere iud.cum l.& A.sed Io.And.dicit q̃ hic exuberauit officium iudicis.Butr.autem tenet opinionem,q̃ tenet Abbas Sic.& dicit q̃ qñ concessio concernens causam principalem est connexa excusationi cõtumaciæ,potest opponi ꝓcuratorem in modum excusationis contumaciæ,& ea probata iudex poterit imponere silentiũ accusatori,ex quo constat de eius inhabilitate.& sic intelligit istũ tex. sed quantum ad istum tex.mihi magis placet opin.Io.An. Nam isti vt simplices accusatores fuerunt admissi per Papam.& ideo non debuisset attẽta forma iuris ciuilis,imponere silentiũ accusatori,sed solum pronunciare,q̃ non erat obligatus ad comparendũ cum accusator nõ erat legitimus.Nam excusatio solum fuit,vt ea probata iudex in causa non procedat,vt not.in l.quæsitum.ff.de re iud.& in c.2.de procur.Vnde non debuit imponere ꝓpetuum silentium accusationi.Nam hoc debuisset si ꝓcuratorem fuisset petitũ.Item si Papa non ꝓcessisset ex officio nõ debuisset indicere purgationem canonicam.& ideò dic concordãdo opiniones,q̃ aliquis cõparet,vt simplex accusator,& tũc nõ põt exceptionem peremptoriam ꝓponere,ꝓ quam imponatur silentium accusatori,nisi exoneret officium superioris,licet possit ad excusandum reum,quasi in futurum non teneatur comparere,aut comparet,vt procurator,& tunc põt opponere talẽ exceptionem ex quo non tangit crimen,vt dicit Bart.in l.pe.§. ad crimen.ff.de pub iud.Alex.de Ne.
e ¶ In gl.j.hæc glo.tangit materiam.an procurator interueniat in causa criminali quæ est difficilima.Sed comprehendendo oia, discurre per casus.Primus est quãdo sumus in casibus merè ciuilibus non descendentibus ex delicto, & in hoc casu regulariter procurator potest interuenire,vt in l.j.§.vius.ff.de procu.& s.de procu.per totum.Nũquid autem possit iudex compellere principalem vt compareat personaliter,vel vt periuret,vel vt respõdeat positionibus per se,& non per procuratorem,dic,vt in c.i. de iud.in vj.& in l.fi.C.de procur.& in c.in pertractandis.s.de iuram.calum.Et nunquid quis possit compelli ad comparendum per procuratorem,si non potest comparere personaliter,dic,vt in c.querelam.de procu.Secundus casus est in populari actione quæ descẽdit ex delicto,vel quasi,& in hoc casu dicit q̃ exparte rei põt interuenire procurator,vt in l.qui populari.ff.de po.act. Ex actoris autem parte,aut agit ratione priuati damni, vel ꝓsequitur suam,vel suorum iniuriam,& potest dare procuratorem, vt in l.licet.de proc.aut non agit ratione priuati damni,nec prosequitur suam,vel suorũ iniuriam,& tunc non pt ꝓstituere ꝓcu. vt d.l.licet. nam ꝓsequitur interesse pupilli,cum istud ita pertinet ad illum quem vult dare proc.sicut ad illũ qui vult ꝓstituere.nam ꝓcurator ꝓstituitur à domino,sed ante litem cont.ꝓstituens non est magis dominus q̃ ille,qui cõstituit,ergo non pt constituere.sed post litem cont.cum sit secundus dominus litis bene pt dare proc.indistinctè,licet accusatio sit popularis,vt ĩ l. si cui.ff.de ver.sig.& hoc tenet Bart.in d.l.licet.in prin.facit c.2.de proc.ĩ 6. Simile in tutorib.quia ante litem cont.nõ possunt dare proc.sed bene pòst.vt l.neque. C.de proc. Quid autẽ in prælato, dic vt per gl.5.q.3.quia epi.Tertius casus est, qñ sumus in criminalibus in quibus agitur ciuiliter de crie,& hoc casu pt proc. interuenire,vt in c.tua.de proc.& c.seq.sub isto casu ꝓhenditur casus exceptus in gl.sc.crimen suspecti tutoris,nam ille casus propriè non excipitur à regula.Nã aũt agitur q̃ suspectũ tutorem vt remoueatur ab administratione,& ista cã est ciuilis, quia tendit ad priuatum ꝓmodum,& ideò tunc interuenit procurator, hoc modo loquitur l.nõ solùm.§.fi.ff.de proc. alleg per gl. Aut agitur vt tutor suspectus puniatur, & tũc est cã criminalis,quia agitur ad vindictã,vt in l.i.& l seq.ff.de suspect.tut.& in l.i.§.solẽt. ff.de off.præf.vrb.& in l.liberti.C.de admin.tut.vnde in hoc casu non admitteretur procurator, sicut nec in actione iniuriarũ. ita dicit Bart.in pe.l.§.ad crimen.ff.de pub.iu.in prima oppositione,& sequũtur Doct.hic,sub isto casu cõprehenditur alius casus exceptus in gl.sc.quando libertus accusatur de ingratitudine.vt propter ingratitudinem redigatur in seruitutem.Nam ista causa est ciuilis,quia ad commodum partis redigitur in seruitutem,& hoc tenet Bart.in d.§. ad crimen.in 2. oppositione. & sequuntur

Doct.hic

Universidad de Deusto Biblioteca

Docto hic. Quartus casus est quando criminaliter agitur de crimine,& tunc,aut tertius comparet pro suo interesse,& tunc potest interuenire,quia quo ad eum non dicitur causa criminalis. Et sub isto casu comprehenditur casus exceptus in glo.dum dicit quòd dominus potest defendere seruum pro crimine, quia comparet pro suo interesse,vnde iste casus non rectè excipitur, idem dicendum si comparet Abbas pro monacho,vel pater pro filio,vel superior pro subdito,de hoc Bart.in d.§.ad crimen.in 5. col.arg.l.1 ff.de lib.hom.exhib.& dicit Bart. hoc esse notandum propter statuta quarundam ciuitatum, quæ dicunt,quòd si quis accusatus,vel inquisitus declinauerit iurisdictionem potestatis, vel capitanei possit impunè offendi. Nam cautela est quòd cleri cus,vel monachus inquisitus non declinet, sed abbas,vel superior. Eodem modo declinauit pater pro filio, & sic pœnam euitabit. Et his sequitur quòd si factor, vel procurator alicuius esset condemnatus ad mortem, potest dominus petere vt differatur executio,donec administrationem reddat, & hoc tenet Cy. in l.1.C.de bon.dam. Not.bene hæc verba Bartol. quæ sequuntur Doct. hic. Nam per ipsa habes quòd quantuncunque sit causa capitalis,tamē admittitur pro suo interesse ad defensionem rei, pater pro filio,vel abbas pro monacho,& hoc tenementi, præsertim in eo quod dicit de patre,ideò sis cautus,quòd facias sic scribi vel dici,talis pater pro tuo interesse comparet ad defensionem filij,quia si tanquam simplex procurator posset repelli per iudicem,si causa esset talis,in qua procurator nō potest interuenire. Quintus casus est quādo causa est criminalis,in qua terti⁹ non potest comparere pro suo interesse,sed tamen reus contra quem proceditur non potest personaliter propter impersonalitatem facti,in qua est vniuersitas,& tunc potest interuenire procurator,vt in c.dilectus.cum ibi no. j.de simo.in l.aur facta.§. fi. ff.de pœn.Sextus casus est quando non potest comparere personaliter propter impossibilitatem,quia est monialis,quę pro nulla causa debet egredi monasterium,vt in c.1.de stat.reg.lib.6. & in hoc Doct.videntur dicere,quòd potest interuenire procurator.Sed Abba.Sic. distinguit, quòd aut est talis iudex qui potest accedere ad monasterium,vt si est episcopus,& tunc procurator potest interuenire,vt in simili dicitur in reste,in c.2.de iud.in 6.Mihi videtur q̄ indistinctè possit dare procuratorem,cum nō possit recedere de monasterio quemadmodum dicimus,quando reus est in carcere,de quo j.dicam. Vnde videtur,quòd in q̄bus casibus reus existēs in viculis potest dare procuratorem ad causam criminalem,in eisdē casibus possit monialis dare procuratorē.etiam si superior,ad quem spectat punire de crimine ꝫ monialem. Septimus casus est,quando potest reus per se comparere,& sumus in casu in quo vult constituere procuratorem ad proponendum exceptionem dilatoriā contra accusatorem,vel contra iudicem,vel similem,& tūc potest interuenire procurator cum non disputetur de crimine,& hoc vult hęc glo. in prin. dum dicit quòd ad excipiendum potest procurator interuenire.Idē tenet gl fi.5.q.3.reos.&Inno.&.c.prox.& Bart.in d.§.ad crimen.in 7.col.& hoc probatur in hoc c.vbi proposita fuit exceptio ꝫ accusatorem per procuratorem,& fuit admissa, & secundum eam fuit pronūciatum,quia Papa imposuit perpetuum silētiū super accusatione episcopi.& sic fuit repulsus tanquam nō idoneus accusator,& ideò Butr.& Abbas Sic.dicunt Io.An. nō bene dixisse,q̄ hic exuberauit officium iudicis,in eo quod Papa imposuit silentium accusationi,accusato absente contumaciter,& in eo q̄ suppleuit in alio, quia admisit excusationem sup principali. Nam hoc nō est bene dictū, quia potuit procurator interuenire cum non disputaretur de crimine.tamen quantum ad istum tex.Ioan.And.videtur dicere verius vt dixi in apostilla, quam feci in quarto notabili.tamen etiam Io. And. tenet quòd admittatur procurator ad excipiendum,quando exceptio est dilatoria,& dicit q̄ aduocati ciuilis fori si possunt perēptorias adaptare declinatoriis,volunt ipsas p̄ ꝓcuratores ꝓponi, & per hoc dicit Io.and.q̄ per procuratorem potest opponi accusatori q̄ est excōmunicatus,quia non tāgit principale,nec potest dici causa causę,nec defensio criminis,sed hoc intellige nisi dilatoria esset talis quæ concerneret crimen,puta si dicitur,quod accusator non potest accusare reum,quia aliàs fuit absolutus, vel q̄ nō potest accusari,quia interfectus poterat occidi impunè ex forma statuti,vt refert Bart.in d.§.ad crimen,disputauit Iac. Butr. & finaliter determinauit,q̄ aut ē notoriū illam exceptionem esse veram,& procurator admittitur,aliàs secus. Idem etiā tenet Cy. in l.reos.C.de accus.& idem disputādo tenuit Iac.de Belusio,& consuluit Franciscus Tigrini in ciuitate,vt refert Bart. qui idem tenet,& dicit ita se consuluisse.& addidit rationes. Nam quādo est notorium debet iudex absoluere reum,ēt nemine petēte, vt in l.qui cum maior.§.si libertus.ff.de bon.li.& qd no.in l.vbi patrum.C.de transl. Sed q̄n est dubium,tunc ꝓcurator non pōt admitti,ne factum ꝓcuratoris noceat reo. Hoc tū vī limitari Ioa. And. inquantum Bart. loquitur de illa exceptione,q̄ accusator non pōt accusari,quia occisus erat bannitus. Nam dicit Io. An. q̄ si statutum diceret,q̄ querelæ bannitorum non audiantur,q̄ tunc talis exceptio posset opponi per ꝓcuratorem.& istud sequitur D.Car.in 4.q. Idem tenet Butr.in 12.col. Ego puto mentem Io.An.& doctor.esse q̄,aut exceptio banni opponitur cōtra accusatorem,& tunc talis exceptio pōt per procuratorem opponi,qa q̄ repellatur accusator ab accusando.ista est merè dilatoria,& pōt per procuratorem opponi, aut dicitur eum non posse accusari,quia ritè occisus erat bannitus,& statutum disponit,q̄ querelæ bannitorum non audiantur,& hoc casu non putarem istam exceptionem posse opponi per procuratorem, nisi esset notoria,nam ista exceptio tangit crimen.quia per illā exceptionem declaratur reum iustè potuisse occidi. Vtrum autem si statutum dicit q̄ querelæ bannitorum non audiantur,an hoc casu si aliquis occidat bannitum possit accusari,vel an saltem iudex possit ex officio ꝓcedere ꝫ occisores,vide notabilia verba Bar. in l.non solùm.§.quanquam.ff.de iniur.& Bar.ibi formal quæstionem in statuto disponente,q̄ non soluens collectas non audiatur,nec in ciuili,nec in criminali,& dicit q̄ nedum nō potest accusari interficiens ipsum,sed nec ēt iudex ex officio pt inquirere,quia cum ipse non possit conqueri,nec ēt Resp.poterit.& dicit q̄ disputando ita determinauit Iac.But.Octauus casus est, qñ est exceptio peremptoria merc.quæ in vim perēptoriæ proponitur,s.post litem cōtest.ad perimendum crimen,& tunc sine dubio non pōt ad eam proponendam ꝓcurator interuenire,qa discutitur crimen,& pronunciatur super crimine, & non super exceptione,vt in l.1.C.de ord.iud.& in c.1.de ord cog. vnde videtur constitui procurator ad causam criminalem,perinde ac si constitutus esset ad totam causam,quia cum iudex procedat super ista exceptione,& super crimine.& ex sententia lata super crimine,videatur facta pronunciatio super exceptione peremptoria,saltem incidenter,non pōt negari quin procurator intelligatur datus ad causam criminalem,& hoc tenet Bart.in d.§.ad crimen.in fi.vij.col.seu in principio octauæ,& idem tenet Abb.Sic. & etiā Butr.qui dicit,q̄ si exceptio proposita in vim perēptoriæ sit notoria,non pōt super ea ꝓcurator interuenire vt ꝓcurator, sed tene,vt simplex allegator,non assumens in se iudicium. Nā dato,quòd peremptoria sit notoria si venit vt procurator non excusatur à modo proponendi,licet excusetur à probando, vt in cap.accedens el j.vt lite non contesta. Et nota.gloss.in clem. appellanti.de appellat. Sed si dubium est de illa exceptione propter ius non propter factum,puta, certum est quòd occisus fuit bannitus,sed dubium est an sit bannitus de iure. an super isto dubio iuris examinando sc.an fuerit bannitus, de iure possit procurator interuenire.Barto.in d.§.ad crimen.in 8.col.tenet,q̄ non,quia dubium iuris æquiparat dubietati facti,vt in l.an prolatis.de re iud.& in le.non possunt.ff.de leg.& in prima constitu. Cod.§.quibus.iuncta glo.& istud procedit quando exceptio peremptoria non examinatur separatim à crimine. Sed quid si examinatur separatim,puta,excipitur coram iudice corā quo fuit pfecta accusatio q̄ occisus fuerat bannitus,accusator replicat, q̄ fuerat cancellatus de banno. Iterū replicat accusatus q̄ cācellatio nō valuit,iudex cōmisit alteri cognitionē isti⁹ exceptionis, an possit ꝓcurator interuenire,Bar.in d.§.ad crimen.in pe.col.& terminat,q̄ nō,qa tēdit ad decisionē criminis.nā aut cācellatio tenuit,& occisor venit puniēdus,aut non tenuit,& venit absoluēdus.non pōt ergo dari procurator,cū hæc exceptio cōcernat crimē,secus si exceptio non concerneret decisionē criminis:sed ad aliū finē opponeretur. nam tūc ꝓcurator posset interuenire, vt in l.1.§.& si præses.C.ad l.Fla.de pla.& Bar.dicit q̄ ita fuit obtētum,& q̄ pro ista parte venerūt multa cōsilia.Idē sequunt Doct. hic.Sed intellige supradicta q̄ nō pōt interuenire procurator super exceptione qñ nō pōt cōstitui ad totā causam:eadē ratione posset constitui ad proponēdas.& ꝓbandas quaslibet exceptiones,quia si admittitur ad totam causam, fortiùs ad actus particulares ipsius causæ.Nonus casus est quando cōstituitur ad totā causam,& tunc,aut venit imponēda pœna capitalis, vel mortis, vel amissionis ciuitatis, vel libertatis,vel ciuitatis,& tunc nō pōt procurator interuenire vt i l.j.ff.an p al. cau. app. & in l.absente. ff.de pœ.& in præal.§.ad crimen.pōt tn dari procurator ad appellationem interponendum.licet causa sit capitalis,vt in l.non tā tùm.ff.de app.& hoc tenet Spe.in 2.pte.Spe.in ti.de ac. §.1.in vj. col.ver.si verò crimē.Itē in casibus in quib pōt damnari absens, pōt interuenire accusator,vt dicam statim,aut venit imponēda pœna relegationis,vel minor,& tūc glo.ista tenet,q̄ pōt interuenire procurator,& idē tenuit gl.iuris ciuilis.ī pręal.l.pen.§.ad crimen.ff.de pub.iud.& in l.seruum quoq;.§. publicè.ff.de proc.& hanc opi.tenuerunt Fran. Acc.Ia.But. & Gul.de Cu. Sed Iac. de Ar.Pe.&

Ar.Pe.& Cy.in l.reos.C.de accu.tenent contrarium.sed Bartol. in d.§.ad crimen.in 3.col.dicit quòd opin.gloss.communiter tenetur,& quòd minimè sint mutāda, quæ certam interpretationem semper habuerunt.& sic dicit se iudicaturum, dicit tamen quòd in puncto iuris,opin.Iac.de Ar.& Cy.est verior.Præmittit tamen Barto.vnum,videlicet,Anin casibus,in quibus potest absens damnari possit procurator interuenire. Nam de iure communi in tribus criminibus capitalibus potest absens damnari. Primus, quando aliquis facit aliquem spadonem,seu amputauit ei testiculos ad hoc vt sit eunuchus,nam talis tenetur lege Cornelia de sic. & tamen potest absens damnari, vt in l. lex Cornelia. §. item diuus Adrianus. versic.& qui crimen.ff. ad l. Corne.de sic Secundus est quando proceditur contra aliquem apparitorem de crimine capitali. nam & hoc casu potest absens damnari, vt in l.ne diu. C. de pœn. Tertius est in crimine læsæ Maiestatis, nam & hoc casu potest absens damnari, vt patet in quadam constitutione Hentici Imp. quam ipse fecit in ciuitate Pisarum.Modò dubium est an in istis casibus possit procurator interuenire, & videtur quòd sic, vt in l.seruum quoque. §. publicè. ff.de procur. Sed Bartol.in d. §. ad crimen. dicit quod quando potest quis damnari absens, admittitur quilibet qui vult allegare pro eo causas innocentiæ,vt in d.§.publicè.imò si nemo alleget,iudex deberet quęrere de eius innocentia,vt in l. fi.in fi.ff.de quæstion.& in l.si non defendantur.& ista est regula, vbicunque ferri potest sententia diffinitiua contra absentem, tunc potest iudex tupplere de facto,& quærere defensiones absentis,vt in authen.qui semel.C.quomo.& quan.iud.& in l. ampliorem.C.de app.licet glo.ibi dicat,quòd ibi est speciale in causa appellationis.Sed malè dicit,& communiter reprobatur, & istud etiam sentit Inn.hic,de quo Bart.quo adhoc se remittit ad l.quartam.§.hoc autem iudicium.ff.de dān.inf.dicit tamen Bar. quòd licet quilibet admittatur ad allegandum causas innocentiæ,tamen iste non est procurator qui hoc facit.sicut etiam dicitur in casu l.non tantum.ff. de appella. vnde si vellet facere aliquem actum in præiudicium, rei absentis non admitteretur, quia ei non potest præiudicare,& mouetur Bart.per d.l. penul. §.ad crimen.vbi ad literam sic dicitur, Ad crimen publici iudicij prosequendum frustra procurator interuenit,multoque magis ad defendendum.Sed excusationes absentium ex Senatusconsulto iudicibus allegantur,& si iustam rationem habeant.sententia differtur,& pondera illum text.quia vult quòd non possit cōstitui procurator nec per accusatorem, nec per reum, sed vult quòd debeat admitti excusator.Item pondera illum text. dum dicit,Et si iustam rationem habere videatur, sententia differtur. Nam per hoc innuit quòd erat casus in quo absens poterat dānari,nam sententia non posset differri propter excusationes, si absens damnari non posset.& sic frustra excusaret se excusator, quando absens damnari non posset.vnde ille textus,apertè probat,quòd licet absens possit damnari,nō potest interuenire procurator,nec ex parte accusatoris,nec ex parte accusati,sed bene accusator potest interuenire,vt ibi dicitur.& dicit Bart.de hoc esse casum in l.j.ff.an per al.cau.app.Nam in causa appellationis sententia potest ferri contra absentem,vt in l.fin.§. illud. C.de temp.app.& tamen non potest procurator interuenire si causa est capitalis,vt in d.l.j.ff.an per al.cau.app. Vnde concludit Bart. quòd quando absens potest damnari,non admittitur vt procurator,quia posset domino prodesse,& obesse,sed bene admitti tur vt excusator ad allegandum causas innocentiæ,vt in l.seruū quoque.§.publicè.ff.de procu.vbi ad literam dicitur publicè vti le est absentes à quibuscunque defendi.Nam in capitalibus iudicibus defensio datur vbicūque.ergo itaque absens damnari potest ibi,quamuis verba facientem pro eo,& innocentiam excusantem,audiri æquum est,& ordinarium admittere.Et aduerte, quis sit verus,& communis intellectus illius tex.Nam ille tex.intelligitur,quòd vbi sententia fertur in absentem quæcunque sit causa, quilibet admittitur,etiam sine mandato ad ostendendum de eius innocentia,& ad verba illa,quamuis verba facientem,quæ sunt posita in d.§ publicè.debet subaudiri,siue cū mandato,siue sine mandato,siue sit masculus,siue fœmina, seruus, vel liber,conuenta persona,vel non conuenta. Idem tenet Io. And.in tit de procu.§.j. versi.item quòd causa est criminalis. & Io.Cal.& Doct.hic.quod perpetuò notabis.hoc præmisso, dicit Bar.quod Vltramontani,verius dicunt quàm gl.ista &quàm gl. iuris ciuilis.sc.q̄ in criminalib.non possit interuenire procurator,nisi vbi ꝓponit pœna pecuniaria.& dicit probari in d.l.pe.§. ad crimen.ff.de pub.iud. vbi dicitur q̄ ad crimen publici iudicij non interuenit procurator,& hoc modo debet intelligi l.j.ff.an peral.cau.app.quia dictio,vsque,imponitur inclusiuè,& ad ham, in illa l.dicitur in versi.sin autē.non sit cā pecuniaria, sed capitalis per procuratorem agi non licet,sed,& sic ea cā sit, ex qua se qui solet pœna,vsque ad relegationē, non oportet per aliū cās agi,sed ipsum adesse auditorio debere.scieadū est planè si pecuniaria cā est,ex qua ignominia sequitur,p̄ potest &per ꝓcuratorē hoc agi,& sic ille tex.distinguit triplicē cām Nam quædā est capitalis,& in ista non pōt interuenire ꝓcurator.Quædā est nō capitalis,in qua imponitur pœna,vsq; ad relegationē,& in ista similiter non pōt ꝓcurator interuenire,vnde dictio,vsq;,stat inclusiuè ſm Bar.quia etiā vbi imponitur pœna relegationis non pōt ꝓcurator interuenire.Quædam,& tertia est cā pecuniaria,& in ista pōt procurator interuenire,etiā si ex tali cā re⁹ debet effici infamis,& dicit Bar.esse casum in l.fi.ff.de iniur.coniuncta l.fin. C.eo.ti.Nam in crimine iniuriarum imponitur pœna relegationis,vt in l.fi.ff.de iniu.& tamen non pōt ꝓcurator interuenire in tali cā,nisi in personis illustribus.Nec obstat si diceretur, q̄ in crimine iniuriarū pōt imponi maior pœna.sc.fustigationis,vt d.l.fi.ff.de iniur.vnde propter dubium non debet admitti procurator,quia ſm Bart.in illustribus non pōt imponi talis pœna,vt in leg.mortis.§.iste fere.ff.de pę.Et ista est conclusio Bar.in d.le. pe.§.ad crimē.ff.de publ.iud.& in l.seruū quoq;.§.publicè.ff.pe. Sed primā opinionem,sc.q̄ in criminalibus possit interuenire procurator,qñ ex eo sequitur pœna relegationis. vel minor,tenuit Host.hic,in c.tua.de ꝓcur.& idem consuluit Federic.de Se. suo consilio 198.& secundū omnes Doct.secundum istam opinionē est ꝓsulendum,& hanc opinionem tenendo dicendum est q̄ dictio,vsque,quæ est in d.l.j.ff.an per al.cau.app.stet exclusiuè.Nec obstat argumentū dicētium,q̄ si staret exclusiuè, non esset dare casum,in quo non posset interuenire procurator, si cā nō est capitalis.Nam ille tex.dicit q̄ triplex est cā,sc.capitalis, & in ista non potest interuenire procurator.Item non capitalis,sc.vsque ad relegationē,& in ista similiter non pōt interuenire ꝓcurator,vt dicit ille tex.Ité pecuniaria, & in ista pōt procurator interuenire.etiā si ex cā sequatur infamia, modo dicūt ipsi si tu intelligis,q̄ dictio,vsq;,stet exclusiuè,sc.vbi cā est non capitalis vsque ad relegationē non possit interuenire ꝓcurator &sic q̄ possit ꝓcurator interuenire in causa relegationis,sequeretur q̄ poterit ꝓcurator interuenire in quacunque cā non capitali.qa non est dare cām non capitalē maiorem relegatione, q̄dicunt esse contra illam.le.Sed profectò isti malè sentiunt in hoc,qa est dare pœnā non capitalem maiorē relegatione,vt si est corporis afflictiua,puta amputationis membri,tamen mihi videtur q̄ opinio Vltramontanorū,& Bar.sit verior in puncto iuris.& ipsam etiam tenet Abb.Sic.hic.dicit enim q̄ licet sit communis opinio, q̄ vbi imponitur pœna relegationis,vel minor, possit ꝓcurator interuenire.Tamen inspecta veritate potius est tenenda opinio contraria,sc.vt in nullo crimine possit interuenire ꝓcurator,nisi vbi imponitur pœna pecuniaria.Inter alias rationes,dic q̄sibi placent duæ vrgentes.Prima qa ꝓcurator non pōt defendere aliū,nisi legitimet personā suam per satisdationē, de iudicato soluēdo,vt in l.qui ꝓprio.ff.de proc.& Inst.de satisf. §.si verò.& dicit hoc esse clarissimū,sed vbi nō venit imponenda pœna pecuniaria,sed alia,non pōt procurator suscipere in se iudicium.Nā si quis est ꝫdemnatus vt sit relegatus in certa prouincia,ꝓcurator nō pōt soluere hanc pœnā,nam ex relegatione hoc fieri pōt,vt in l.relegatorum.ff.de interd.& releg.Idē dicendū est si ictus fustiū,vel alia similis pœna venit imponenda. pro hoc facit l.4.ff.de cust.reo.vbi est casus singularis,sc. q̄ fideiussor,qui ꝓmisit repræsentare reū, qui erat accusatus non punit similitudine supplicij,dato q̄dolo nō repræsentauerit ipsū,sed punitur pœna arbitraria,vñ qñ venit imponenda corporis pœna afflictiua nō pōt ꝓponi ꝓcuratori ꝓdelicto dñi,sicut nō ꝓponit fideiussori.vt in d.l.4.ff.de cust.reo.& hoc ꝓbatur ēt in l.furti. ff de his qui not.in fa.& in l.nihil.eū ibi not.C.de ꝓcur.Sed qñ venit imponenda pœna pecuniaria,dicit Abb.Sic.q̄ tunc pōt ꝓcurator optimè legitimare personam suā,qa pōt soluere illā pœnā. Et ideo non sine mysterio iura aperte dixerunt, q̄ vbi imminet pœna pecuniaria pōt ꝓcurator interuenire,& nō sic dixerūt de alijs pœnis.Secūda rō est ſm Abb.Sic.licet nō sit ita efficax.nam vbi venit imponenda alia pœna,quàm pecuniaria,tractat de magno ꝓiudicio, qa quælibet pœna corporalis maior est qualibet pecuniaria,vt in l.in seruorū.ff.de pœ.Sed p ꝓcuratorē qs nō ita diligēter ꝓsequitur factū suū,sicut p se ipsū,ergo &c.vñ interest rei ne qs dānetur innocēs,vel nocēs absoluatur: quare vt hoīes inducant ad ꝓsistendū in iudicio p se ipos,nolueruṅ q̄ in istis gra uib⁹ interueniret ꝓcurator.& dicit Ab.Sic.q̄ tota difficultas cōsistit in respōdēdo ad l.absentē.ff.de pœ.& ad l.seruū quoque. §. publicè.ff.de pœ.Ex quib.cōiter dixerūt gl.(& est cōis opin.) q̄ vbicūq; absens pōt dānari,pōt interuenire ꝓcurator,qa melius est q̄ defēdat p aliquē, q̄ à nemine,vt in d.§.publicè.sed ll.absentē clarè ꝓbat,q̄ pœna relegatiōis pōt ī fligi ꝫ absētē,ergo dbet posse iteruenire procurator,vt d.§ publicè. Sed ad hoc resp.Ab.Sic

q̄

Universidad de Navarra Biblioteca

quia licet absens contumaciter, possit relegari, tamē nō potest procurator interuenire, quia non potest legitimare personam suā, & sic non potest iudicium recta via in se suscipere. Item homines consilii, q procurator possit interuenire, de facili eos constituerent, & quandoque p negligentiam procuratorū damnarentur. cui est obuiandum. ad §. publicè. resp. secūdum quod Bar. respondet, quia nō loquitur in procuratore, sed in excusatore. nec obstat q ille textus dicat q admittatur. ad ostendendum in nocentiam, & sic super crimine, quia excusator admittitur etiam super crimine. vt dicitur in d. §. publice. & inferiùs dicam. & hoc procedit in illo casu, quando iudex ꝫ absentem potest procedere ab sententiam, quia ex officio supplere potest præsentiam absentis, & inuestigare de eius innocentia, qđ dic vt §. latiùs dixi referendo Bar. ad idem facit l. inter accusatorem. ff. de publ. iud. vbi admittitur excusator quando ꝫ absentem potest ferri sententia. & est casus in l. pen. §. ad crimen. ff. eo. tit. vbi non admittitur ꝓcurator ad crimē publici iudicij, sed si absens potest damnari, ad mittitur excusator, & si excusatio habet iustam rationē, sententia differtur, quia non proceditur ꝓtra absentem, vt ibi dī. Tamē concludendo quid debeat is tenere dic q quædam est pœna capitalis, videlicet quę imponit mortem, vel aufert libertatem, & ciuitatem, vel ciuitatem tantum, quod quando sit vide Inst. de ca. diminut. in prin. §. 1. & 2. per Inn. ff. eod. qualiter, & quando. el secūdo. & hoc casu secundum omnes non potest procurator interuenire. Quædam & secundò est pœna non capitalis maior relegatione, vt puta, abscissionis membri, tunc etiam secundum omnes non potest interuenire procurator, & hæc probantur in l. j. ff. an per al. cau. app. Quædam, & tertiò est pœna non capitalis, s. relegationis, vel æqualis. & in hoc sunt opiniones, vt supra vidistis. Sed potes dicere pro cōcordia quòd, aut talis pœna est exequibilis in absentem, vt putà, q relegatus non possit amplius stare in tali ciuitate. & hoc casu q ista pœna est exequibilis in absentem potest procurator interuenire, & hoc modo procedat ꝫmunis opinio. aut quis est relegatus, vt stet in certo loco, & q de illo non possit recedere, & hoc casu non potest interuenire procurator, quia ista pœna non est exequibilis in absentem, nec procurator potest interuenire, quia nō potest satisdare de iudicato soluendo, & ista fuit opinio Gulli. de Cunio. cum qua videtur transire hic Butrig. & istud videtur tenere Pau. de Cast. in d. l. seruum quoque publicè. ff. de procur. Et ex hoc infertur quòd si reus venit puniendus pœna fustigationis, q non possit ꝓcurator interuenire, quia talis pœna nō est exequibilis in absentem & hoc etiam tenet Guilli. de Cunio. plus dicit Pau. de Cast. in d. §. publicè. q etiam si pœna non est corporis afflictiua, si tamen exigit p̄sentiam personę nō potest procurator interuenire. Quædam, & quartò est pœna minor relegatione, & hoc casu videtur q procurator possit interuenire. hoc videtur probare in d. l. j. ff. an per al. cau. app. quod tamen intelligas si sententia potest exequi in absentem, alias non posset procurator interuenire, vt ꝓximè dixi. Quædam & quintò est pœna abdicatiua alicuius honoris, puta priuatio dignitatis, vel alicuius commodi inhærētis p̄sonæ, puta si priuatur. vt non sit amplius de consilio ciuitatis, & ista pœna est exequibilis in absentem, quia trahit secum executionem, vnde potest procurator interuenire, vt dicit Pau de Ca. in d. § publicè. Sed ꝫ hoc videtur tex. in c. super his. j. eo. Nam ibi dicitur, q quando agitur ad depositionem per viā accusationis non potest procurator interuenire. & tamen potest ferri ꝫ absentem, vt no. in c. veritatis. de dolo & contu. Butr. in hoc multum se inuoluit. Non curo referre, sed mihi, videtur, q si ageretur ad solam depositionem ab officio, vel beneficio q posset ꝓcurator interuenire, quia talis sententia est exequibilis in absentē. Sed quia qñ aliquis accusatur vltra depositionem potest condemnari ad perpetuos carceres, vt in c. tuæ. de pœn. & isto respectu ꝓcurator nō potest interuenire, & sic intelligo c. sup his. j. eo. Quædam, & sextò est pœna pecuniaria, & hoc casu etiam si ex ea sequatur infamia potest procurator interuenire, vt in l. j. ff. an per al. cau. app. Sed aduerte in omnibus casibus in quibus dixi ñ posse interuenire procuratorē, eo quia sententia nō est exequibilis ꝫ absentem, tamen potest excusator interuenire. Et ad uerte ne erres, aliud est dicere q sententia posset ferri ꝫ absentē, aliud est q possit mandari executioni. Nam in multis casibus potest ferri ꝫ absentem, sed non potest executioni mandari, vbi ergo potest ferri ꝫ absentem, sed non potest executioni mandari non potest procurator interuenire, sed excusator, & sic intelligo s. dicta. Ex prædictis infertur nunquid si reus est in vinculis posit procurator interuenire, & Bar. in d. l. pen. §. ad crimen. dicit q potest constitui procurator ad omnes actus præterquàm ad sententiam & ita dicit practicari quia cessant rationes prohibitæ quia iudicium non potest esse delusorium cum reus sit in vinculis, & hoc tenet Butrig. Sed Abbas Sicul dicit, q licet obseruetur opinio Bar. & etiā sit æqua, tamen ipse dicit, q de subtilitate iuris potest dici oppositum, ga licet esset ratio, q iudicium non erit delusorium. non tamen cessant rationes aliæ prohibitiuæ. nam non potest procurator legitimare personam suam p satisdationem. Item melius quis agit causam suam per se, quàm per alium, & dicit, q hoc vī probari in l. j. ff. an per alium cau. ap. vbi dicitur, q reus debet interesse in auditorio iudicis. & dicit, q iō in aliquibus locis obseruatur, q reus ducitur vinculatus ad iudicium, & per seipsum se defendit. Sed Ange. & Pau. de Cast. in d. l. seruum. §. publicè. ff. de procu. dicunt, q ad respondendum inquisitioni, aut accusationi, vel positionibus, non potest reus ꝓcuratorem ꝫstituere sed debet personaliter duci ad bancum, & per se ipsum respondere. Nam procurator ꝫ si rendo inferret grauissimum præiudicium carcerato, vel negando inferret difficultatē curiæ in probando. Nam si reus esset præsens, fortè non audiret negare, ideò iudex debet videre qua trepidatione, &c. vt ī l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. ad alios verò actus, vt ad producendos testes, & ad dandū articulos, procedit dictum Bar, & istud mihi placet, quod tene mēti. Item prædicta sunt vera an te conclusionem in causa, sed post potest interuenire procurator in causis criminalibus, vt no. in l. quamuis. C. de adult. & hoc tenet Bar. in d. l. pe. §. ad crimen. & Abb. Sic. hic. qui dicit, q si crimen est probatum, nihil obstat quin ex parte accusatoris procurator possit interuenire post conclusionem in causa. & sic sentit, q ex parte rei nō possit procurator interuenire, quia ex quo constat reum esse condemnandum non potest ꝓcurator satisdare de iudicato soluendo si sententia non est exequibilis in absentem, vt s. dictum est. Sed de hoc artic. latius vide in d. l. quamuis. Sed vlterius pro declaratione prædictorum quęro de aliquibus. Primo, quid si pro delicto capitali per statutum imponatur pœna pecuniaria, an possit procurator interuenire. Guid. de Suz. vt refert Io. An. in Spe. de procu. §. j. ver. Item q causa est ciuilis. tenet, q non admittatur procurator, quia subrogatum sortitur naturam principalis, vt lit. pen. eccles. ia. el 2. Sed cōiter tenetur ꝫ rium per l. 2. C. de ꝓcur. vbi dicitur, q in causa, quæ est pecuniaria indistinctè potest interuenire procurator, & hoc etiam probatur. s. de procur, tuæ. Item in hoc casu cessant rationes ꝓpter quas in causa criminali non potest procurator interuenire, & cum hoc transit D. Car. hic in 6. q. Sed Bar. in d. §. ad crimen. in 6. col. dicit q hoc procedit ex parte rei, quia ex genere pœnæ iudicatur crimen capitale, vel non capitale, de quo plene per eū in l. 2. ff. de pub. iu. Sed ex parte accusatoris dicit esse distinguēdū. an crimen sit publicū. Nam si est publicū nō potest procurator interuenire, nisi secūdum distinctionem legis, licet in princ. ff. d ꝓcur. qđ declara. vt dixi in prin huius ar. In secundo casu, quæ cicantur crimina publica, vel non, d. c vt plenè per Bar. in l. j. ff. d pub. iud. Ex hoc sequitur hic Butrig. in 8. col. & dicit q idem tenet Fede. de Senis. consi. 299. Secundo quæro circa hoc, quid si pro delicto imponitur pœna mille lib. & si non soluitur infra mēsem reo debeat manus amputari, an possit procurator interuenire Bar. in d. l. pe. §. ad crimen. remittit se ad l. 2. c. ti. & ibi tenet q ꝓcurator non potest interuenire, & fuit originaliter opinio Dyni: quam tenet Io. And. in Spec. de procur. §. 1. versi. Item si est causa capitalis criminalis. Nam sufficit, q causa potest esse capitalis reo non soluente. Non obst. l. 1. ff. de in lit. iur. vbi dicitur q non debet inspici q obligatio possit excrescere, quia ibi loquatur de augmento quod venit extrinsecus: non ex natura obligationis, sed iudicis officio. l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco, & hoc sequitur hic Do. Car. in 8. q. Dicit tamen, q deberet fieri commutatio ex officio iudicis, tunc prima causa non esset capitalis, & sic in ea procurator admitteretur, sed cū per officiū iudicis debebit fieri commutatio, tunc tanquam causa sit capitalis procurator non potest interuenire. sed optimè declarat Bart. in d. l. 2. ff. de pub. iud. de quo dic, vt ibi per eum, & in l. quicunq;. C. de seruis fug, vbi per Doct. Tertiò quæro, qnid si pro crimine imponitur pœna capitalis, & pecuniaria alternatiuè, Bart. in l. 2. ff. de pub. iud. videtur tenere, q procurator non possit interuenire, dicit enim Bartol. quod talis causa videtur capitalis. Nam sicut legatum dicitur conditionale quando vna pars alternatiuè contenta in legato est conditionalis. vt in l. cum illud. & in l. cū ita. ff. quando dies legat. Ita hoc crimen etat totum capitale cū vna pars sit capitalis. l. si ex toto. in fin. ff. de leg. 1. & licet Bartol. non dicat expresse q non possit procurator interuenire, tamen satis colligitur ex eius verbis. quia in causis capitalibus procurator non debet admitti, vt in l. 1. ff. an per al. cau. app. Sed Do. Car. in 8. q. nullam facit mentionē Bart. dicit, q si electio est iudicis non admittitur procurator, quia sufficit q potest eligere capitalem. Est aūt electio iudicis qñ verba referuntur ad iudicem, vt in l. j. §. expilatores. ff. de effract & expil. & C. de seruis fugitiuis. l. quicunque. postea dicit q etiam si electio esset iudicis debet eligere minorem pœnam. mouetur per glos. fi. in c. sicut. de homic & qñ electio sit iudicis, remittit se ad no. in c. sicut. de iud. in gl. fin. Sed si electio est rei dicit q procurator pōt interuenire, qđ tamē intelligit, qñ electa pœna pecuniaria nō fit transitus ad corporalem, mihi magis placet opi. Bar. s. q nō possit interuenire procurator indistinctè ga tota censetur causa sanguinis, vnde siue sit electio iudicis, siue rei non poterit procurator interuenire. Nā quando electio spectat ad iudicem, iudex potest imponere pœnam quam vult, siue minorem, siue maiorē, ex quo datur ei electio, dicit Bar. in §. expilatores. ff. de effractor. & in l. quicunque. C. de ser. fug. Bald. in l. si fugitiui. e. ti. Si ergo cum causæ cognitione potest eligere q pœnam vult, poterit eligere maiorem, si ex circunstantijs apparet reum dignum maiori pœna. facit ca. quoniam frequenter, in fi. s. vt lite non contest. fatetor tamen quòd vbi circunstantiæ non assuaderunt maiorem pœnam imponi, q tunc iudex debet eligere minorem, quia in pœnis est eligenda via mitior, vt in reg. in pœnis. de reg. iur. in 6. & hoc modo debet intelligi. gl. fi. in d. c. sicut dignum. de homic. Quartò quæro, quia s. dixi procuratorem interuenire posse in criminalibus. in quibus imponitur pœna relegationis, vel minor, si talis pœna est exequibilis in absentem, an iudex teneatur admittere procuratorē interuenientē, Bar. in d. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procu. dicit qđ cōiter iudices nolunt procuratores admittere, & dicūt volumus q veniat principalis qui melius nouit veritatem, vt in l. fi. C. de procur. sed dicit Bar. q Iac. Butr. dabat tale remedium, videlicet vt fiat instrumentū procuratoriū limitatè, ad sic respōdendū. Nam tūc procurator sm eū debet admitti, ex quo apparet apud eū instrm de veritate. Bar. tenet ꝫriū, si q procurator ēt cū tali ꝓcuratorio limitate ad sic respōdendū, nō debeat admitti, ga veritas colligitur ex aspectu, ga iudex ppendit quo vultu, & qua trepidatione, & qua ꝫstantia qs loquatur, vt in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstion. vnde in his iudex nō pōt informari per procuratorē, quia alius est aspectus dñi, alius procuratoris, & per hoc dicit q est in arbitrio iudicis facere cōparere per se, non per procuratorē. Idem dicit Pau. de Cast in d. l. seruum quoque §. publicè. ff. de procur. dicit enim q iudices seruāt talē modum, q nūq admittitur procurator, etiam in causis, in quibus de iure debet admitti. Nam citant vt cōpareat formaliter ad informandum curiam de veritate, quæ sine sui præsentia nō habetur, quæ citatio permittitur iudici ex causa, vt in c. 1. de iud. in 6. & in l. fi. C. de procur. & dicit, q si hoc non fieret nūq daretur aliqua sententia in criminalib. quia mitteretur procurator, qui cum suis cauillationibus obuiaret. Sed Bal. in d. fi. de procur. distinguit, q aut iudici sint probata indicia ꝫ reum, & tunc potest reum compellere personaliter, siue locus sit torturæ, siue simplici interrogationi, & quali quali districtione, aut ꝫ reum nō sunt aliqua indicia legitimè probata. & tūc dic, qđ nunq̄ potest sibi auferri beneficium legis, qđ est immittendo procuratorem legitime constitutum. sed tu indistinctè tene opinionem Bart. quæ cōiter tenetur. & hoc bene probat in isto c. vbi dicitur q iudex causa legitime subsistente potest cōpellere reum ad comparendum personaliter corā se, sed in criminalibus sæpe datur causa legitima, quia iudex melius inueniet veritatem à reo q à procuratore, ergo &c. Puto tñ qđ admittitur procurator in omnibus præterq̄ vbi erit responsio faciēda per reum, & sic restringo opinionem Bar. Nam rationes assignatæ per eum solum militant in respōsionibus faciēdis, nō autem in aliis actibus faciendis, ita limita opinionem Bar. nisi cōpareret tertius pro suo interesse, vt pater pro filio, abbas pro monacho. nam iudex tenetur talem admittere quod declara, vt s. dixi in prin. huius arti. in 4. casu. & hoc tenebis menti. Quintò quæro, quia s. dixi, q excusator pōt interuenire, qñ sententia potest ferri ꝫ absentem, & in causis capitalibus qđ sit officium iudicis excusatoris, & quas excusationes possit proponere. Inn. hic dicit q quidam est simplex excusator sine mādato, & iste non potest proponere excusationes nisi circa factum. puta q reus est infirmus, vel q fuit impeditus, & similia, & de tali excusatione loquitur l. inter accusatorem. ff. de pub. iud. & l. liberto. §. fi. in fi. ff. de neg. gest. Excusatiōes verò circa ipsa puta q reus non venit, quia non tenebatur venire, quia accusator est excōicatus, & similes excusationes circa ius non possunt proponi sm Inn. per simplicem excusatorem, sed oportet q habeat mandatum. & hoc probatur sm eū in c. cum dilecti. de dolo, & contu. & hic sm Bar. in l. pe. § ad crimen. ff. de pub. iud. dicit q quædam sunt excusationes necessariæ, quæ impediunt reum venire, velit vel nolit, puta est infirmus, vel incarceratus ab alio, vel non potest transire per iter, & istæ exceptiones possunt opponi per quemlibet, nec requiritur q excusator habeat mandatum, vel q caueat de rato. quia velit nolit absens nō potest comparere. Quædam sunt excusationes probabiles, quæ excusant reum à veniendo, posset tamen venire si vellet, vt puta si ī loco

habet inimicitias, nam excusatur à veniendo, vt in c. accedēs, vt lit. non ꝫtest. & in cle. pastoralis. de re iud. posset tñ venire si vellet, & tunc sm Bar. excusator non admittitur sine mandato ad alegandā talem excusationē, ga nescit, qđ ille absens velit. Quæ dā sunt excusationes merè voluntariæ, vt puta, tu non es meus iudex, & hoc casu dt Bar. qđ reꝰ si vult pōt ꝓgare iurisdictionē: iste excusator nō pōt ꝓponere sine mādato. cū hoc ꝫsistat in voluntate absentis, & istā dist. Bar. segtur But. & Ab. Si. Et ex s. dictis infertur, q si excusator habet mādatū, pōt proponere exceptiones seu excusatiōes, & ꝓbabiles, & volūtarias. & satis hoc ēt colligitur ex verbis Inn. & Bar. Sed si exceptiones seu excusationes ꝫcernerēt crimē, excusator nō admitteret ēt cū mādato, vt s. dixi, nisi esset casus, in q̄pt ferri ꝫ absentē sn̄ia, ga tūc admitteret excusator ad allegandu cās cāæ vt ē casus fin. l. d. l. seruū quoq;. §. publicè. ff. de ꝓc. & hoc tenet ibi Bar. in d. §. ad crimē. Nā text. ibi dt q admittit ad excusandū innocētiā, & sic loq̄, qñ excusat de crīe ostēdēdo reū innocētē, & fa. ad hoc sm Ab. Si. nō tm. ff. de ap. vbi in criali, qs appellat, palio, de quo 2. q. 2. in sum. & dt q excusator absentiæ admittit, qñ nō pt ꝓ ꝓcuratorē ꝫparere, vel pp naturā cāæ, vel ga citatus fuit, vt ꝓsonaliter ꝫpareret. sed si poterat ꝓcuratorē, mittere, tūc excusator absentiæ n̄ admittit, ga imputatur ei quare nō miserit ꝓcuratorē. sicut excusatorē, vt ē casus in c. cū dilectus. de do. & ꝫtu. talis aūt excusator absentiæ nō tenet cauere de rato. nec de p̄sentādo absentē. vt ē tex. cū gl. ī l. ī eo. §. j. ff. de re. iu. Sed ꝫrium sensit gl. in l. j. ff. in ius vo. vt eant, vel satisdēt. Sed Pau. de Ca. in d. l. seruū quoq;. §. publicè. d ꝓc. soluit. & dt. qđ si excusator vult ꝓbare impedimētū absentis, n̄ ꝫpelliē ꝓbare de rato, nec de reo p̄sentando. Sed si solū allegat impedimētū, & nō ꝓbat. iudex nō tenet a limittere, sed si vult admittere, p̄t, dū tñ excusator caueat de repræsentādo. & sic loq̄. l. t. & 2. ff. in ius vo. vt eāt, vl p̄satisdēt. Et sic intelligo Io. An. ī add. Spe. ī rub. de defensor. q dt q excusator nō tenet de repræsentādo reo finita absentia, & alle Tho de Pipe, & Gui. de Su. hoc tenuisse. nā debēt intelligi sm, qđ dt Pau. & Ca. ité excusator allegās cās absentiæ, vel aliud iustū impedimētū debet iurare, q nō aīo calūniādi allegat, seu excusat reū vel accusatorē absentē, vt dt Gui. d Su. ī d. l. seruū quoque. §. publice. & istud segt Io. And. in add Spe. in ti. de iur. cal. §. seqt videre. ver qdde qōib. incidētib. in add. mag. ī fi. Vltq̄ro circa ꝑdicta, qd si ꝓcurator interuenit vbi nō debet interuenire, an teneat iudiciū? gl. in c. 1. de iud. in 6. tenet, q sic. Idē tenuit gl. ī l. j. quis. C. de adul. Sed Bar. ī d. §. ad crimē. ad fi. q mēti tenet q iudiciū sit nullū, siue ꝓcurator interueniat ex parte accusatoris, siue ex parte rei. & movet p tex. ibi dicētē, q frustra procurator interuenit. ergo iudiciū nullū, alioqn no esset frustra, ga si iudiciū esset aliqd, ꝓcurator nō interueniret frustra, qa snia saltē posset mādari executioni, qñdocūq; caperet reꝰ, si nō pt habere d priti, sicat dicim⁹ in iudicio cępto ꝫ cedētē bonis. vt s. d sol. Odoard⁹. ité vna d rōib. quare ꝓcurator nō pt ītervenire ē, ga principalis diligēt⁹ ageret cām ipe q p. ꝓcuratorē. Est. n. detrimētū Reip. q ꝓcuratore interuenīēte ex parte accusatoris reus absoluatur ex facto ꝓcuratoris. ité esset indignū q reꝰ ꝫdēnaret ex negligētia sui ꝓcuratoris Io. de Li. tenet primā opi. s. q iudiciū teneat, & ad ꝓdictū §. ad crimē. rñder, q dictio, frustra, ñ reddit iudiciū nullū, vt in c. qa frustra. d vsur. & istā ēt partē tenet d. Car. q dictio inducat nullitatē ipso iure, debet ergo sm ipsum ītelligi ꝓd. l. pe. §. ad crimē. dū dt, q frustra ꝓcurator interuenit. s. opposita exceptiōe, vt in l. rescripta. C. de diuer. resc. But. aūt dt, q̄ casib. in qb. dictū ē ꝓcuratorē posse ītervenire clarū ē, q tenet ꝓcessus. in casib. verò vbi dictū ē ꝓcuratorem nō posse interuenire, dt distinguēdū, q aut sumus in casib. in qb. absens pt ꝫdēnari. & tūc tenet iudiciū: qñ tm ē defectꝰ ī solēnitate, videlicet, qa non potuit p̄stare cautionē de iudicato soluēdo, q cautio nō pt peti post ꝫtest. litis: imo eiꝰ defectꝰ p litis ꝫte tollit, vt in l. Pōponi⁹. §. rari. ff. d ꝓc. Aut sumꝰ in criālib ī qb. absens nō pt dānari, & tūc dt q ꝓcedit opi. Bar. f. q ꝓcessus sit nullꝰ. Ab. Si. dt, q licet ꝫsideratio But. videt optima: tū tutiùs ē tenere opi. Bar. f. vt iudiciū sit nullū, qa, aut interuenit ꝓcurator ex parte accusatoris, & fortè reus fuit absolutꝰ, qđ nō interuenisset si accusator fuisset pn̄s, qa diligētiùs tractasset cām suā. aut interuenit ex pte rei, & tūc fortè ex negligētia ꝓcuratoris innocēs fuit ꝫdēnatꝰ, & si fuisset pn̄s, euitasset ꝫdēnationē, vñ interest Reip. ne innocēs ꝫdēnet, vl nocēs absoluat, & hoc ī fauorē publicū statū fuit, vñ ptes renūciare ñ pn̄t, vt l. j. publicū. ff. d pac. Itē qa tex. id §. ad crimē. dt, frustra interuenit ꝓcurator, & de ꝓpria ſignificatione huius est denotare q̄dā annihilationē, & actus nullitatē, licet quandoque aliud importet, & ita loquitur ca. quia frustra. de vsur. & improprietates sunt euitandæ, & fugiendæ, non autem ad cōsequētiam trahendæ, vt in c. intelligentia. & in c. ex parte. de ver. sig. Sed Io. de Imo. & D. Domin. super verbo, criminalis, aliter dicunt. sed me non extendo vlteriùs, & hæc sufficiant de isto arti. Alex. de Ne.

dixi plenè

Universidad de Navarra Biblioteca

dixi plenè in c.j.de iud. ¶† In gl.j.hæc gl.procedit in hac difficilima materia ponendo regulam, excipiendo casus, & comprehendendo omnia contenta in glos.& alibi scripta tam per Legistas, quàm per Canonistas. sic potest distingui, ꝙ aut quæritur, nunquid in criminali a potest interuenire procurator, aut nunquid possit intercedere excusator, qui scilicet nullum habuit mandatum, primo casu in procuratore dic comprehendendo etiam casum ciuilem, ꝙ in ciuilibus regulariter interuenit procurator. vt in l.1.§.vsus.ff.de procu. & ℈.de proc. per tot. Sed in accusatione populari, licet interueniat procurator ex parte rei, nõ tamen ex parte actoris. vt in l.licet.ff.de proc. & in hoc casu procedit dictum huius gl. nam illa lex propriè loquitur in ciuili, vn de puto, ꝙ nõ recte iste casus excipitur à regula formata. in prin. gl.& est ratio, quia ex parte agentis non interuenit procurator, quoniam non potest dici causa ista propria, cum sit popularis, ergo non habet locum constitutio procuratoris, quia procurator constituitur à domino, vt in præalleg.l.1.item nõ magis interest constituentis, quàm constituti, ex quo popularis est actio, frustra ergo dicetur procurator alterius. l. neque tutores. C. de procu. & hoc procedit ante lit.cont. sed postea cũ sit effectus dominus ex lit.cont.l.si cui.ff.de ver.sig.& in d.c.2.de proc.li.6. poterit iste constituere procuratorem, licet actio sit popularis, quia tenet Bar. in præal.l.licet. simile in tutoribus. & curatorib. qui ante lit. cõt. non constituunt procuratorem, quia non sunt domini. sed post lit.cont. sic, vt in præal.l. neque tutores. & ex hac ratione infertur ꝙ in publicis iudiciis ante lit.cont. nullo casu potest interuenire procurator, quod etiam voluit Bart. in præal.l.licet. & sic limita, & intellige istam gl. quo ad istam partem. †In criminalib. verò nunquid possit interuenire procurator. vt in c.tuæ. de proc. & ℈. c.prox. in fi. & sub isto casu ꝓhenditur casus exceptus. in gl. vi delicet in crimine suspecti tutoris, nam ille casus propriè nõ excipitur à regula, quia aut agitur contra suspectum tutorem ad hoc vt remoueatur, & ista est causa ciuilis, quia tendit ad cõmodum priuatum, ideò interuenit procurator, aut agitur vt suspectus tutor puniatur, & tunc quicquid dicat ista gl. nõ interuenit procurator, sicut nec in actione iniuriarum, cum pœna sit arbitraria. ita dicit Bar. in l.pe.§.ad crimen ff.de pub.iud. Item sub illo casu potest comprehendi alius casus exceptus in gl.ſ. cum quis accusatur de ingratitudine, illa. n. cã est ciuilis, cum agatur ad cõmodum priuatum vt libertus redigatur in seruitutẽ, vt etiã voluit Bar. in præal.§.ad crimen. & ideo non rectè excipitur à regula. †Quãdoque agitur de crimine criminaliter, b tunc aut quis comparet vt tertius pro interesse suo, aut tanquam principalis, si tanquam tertius, tũc potest interuenire procurator, quia quo ad eum non potest dici causa criminalis, & sub isto potest intelligi casus exceptus in gl. dum dicit ꝙ dominus defendit seruum in crimine, nam dominus venit pro interesse suo, & sic nõ rectè excipitur iste casus à regula. Idem fm Bar. in præal.§.ad crimẽ. Si abbas venit ad defendendum monachum suum, eps pro clerico, omnes. n. isti, & ℈similes admittuntur, & per se & per procuratorem. l. si seruus. ff. de pub. iud. & ideò si factor alicuius esset ꝑdemnatus ad mortem, potest dominus petere vt differatur executio donec administrationẽ reddiderit. vt no. per Cy. in l.1. C. de bo. dam. †Si verò venit tanquam principalis, & tunc aut nonpõt ꝓparere per se ꝓpter impossibilitatẽ facti, quia est vniuersitas d, & tũc potest interuenire procurator, vt no. in c.dilectus. desimo. & in l.aut facta. ff. de pœ. & dixi in c.1. ℈.e. vel si non põt impedimento iuris, vt quia est monialis quæ pro nulla causa debet egredi monasterium, vt in c.1. de sta. mo. li.6. & tunc potest interuenire procur. In monialibus tamen potest distingui, qa si iudex potest accedere ad monasterium debet ibi causam agitare, sed si esset talis iudex quem si decet ire, vt eps, & tunc potest interuenire procurator, vt in simili dr de teste. in ca.2. de iud. li.6. †Si verò potest per se interuenire, & tunc ad exceptionem e proponendam non concernentem crimen potest procur. interuenire. vt puta ad proponendam exceptionem dilatoriam cõtra accusatorem, vel ꝙ iudicem, vel similem, nam cum non disputetur de crimine

vbi examinat. Et an si ex statuto pro homicidio veniat imponẽda pœna corporalis, in illa causa possit interuenire ꝓcurator. Et an illis casibus, quibus absens potest de crimine dãnari possit interuenire procurator. vide Alb. in 2.par.ſta q. 125. Item an ꝓcurator simpliciter constitutus in cã criminali possit allegare causas absentiæ, vide do. de Rot. decis. 302. Adde ꝙ in his casibus, de quibus potest qs accusari, si accusatur memoria alicuius defuncti potest tũc interuenire procurator. Ita dicit Bal. in l. reos. cir. fi. C. de ac. Ad quod vide tex. in l. fi. in fi. ff. de bo. co. qui sibi mor. conſci. & l. fi. §. pen. ff. de adim. leg. Item adde ꝙ quando agitur d crimine capitali, per viam inquisitionis, fm canones admittitur procurator. secus de jure ciuili. Ita sing. dicit Bal. in d. l. reos. vbi ponit quamplurima singularia dicta in hac materia, vbi omnino vide. Item adde hic An. in l. absentem. cir. med. C. de ac. vbi dt, ꝙ etiam ad dicẽdum de nullitate sententiæ in causa criminali, nõ admittitur procurator. Ire de isto arti. an in criminali admittat procurator, vide omnino Arch. tria genera causarũ distinguentem in c. in criminibus. 5. q. 2. & vide quæ hic no. super Inn. Item materiam istam quando in causa criminali interuenire possit ꝓcurator, vide latissimè examinatum per Sal. in d. l. reos. C. de ac. & vide ad ꝓpositũ pulchram qõ. quam ponit Sal. in le. præses. C. ad leg. Fla. de plag. Item rationes quare in crimininalib. nõ possit interuenire procurator. vide omnino Arc. & Domi. in ca. q generale. in prin. de proc. in 6. Item quando per statutũ ꝙ crimine venit imponẽda pœna corporalis in defectũ solutionis pecuniariæ, vide omnino Spec. de procu. §. ratione igitur sui. Item an quis possit promoueri per inquisitionem, vel procuratorem, vide Maria. in repet. c. qualiter. & quando. in 12. q. 6. q. prin. de ac. & vide quod ipse no. in eã. repet. in 12. q. 7. Item an in causa criminali, quæ agitur per viam exceptionis, possit interuenire ꝓcurator, vide Ant. post Bar. distinguentem in c. cum dilectus. de or. cogn. de qua q est tex. in ca. super iis. in fi. ℈. et item alium casum, in quo in causa criminali regulariter, & licitè interuenit ꝓcurator, vide l. Lucius. ff. de ap. sed vide ibi gl. Item adde quando ĩ iudicio venit cã criminalis ratione cõnexitatis, quam habet cũ cã ciuili in iudicio principali põt tractari per procuratorem, quem admodum ipsa ciuilis principaliter deducta. ita not. determinat Dom. post doct. in c. ex antiquis. vers. nota primò incidenter. 54. di. item adde ꝙ defensor potest interuenire in crimine, pro quo veniret imponẽda pœna priuationis beneficij. Et similiter in cã inquisitionis potest interuenire procurator, vel defensor, dummodo non sit tale crimen ꝙ impediat ordinis executionẽ, etiã post peractam pœnitentiam, ita latè examinando firmant do. d rot. decis. 402. vbi et ponunt an talis defensor possit substituere. item adde ꝙ vbicũq; possibile est ꝙ pro crimine imponitur pœna à relegatione supra, fortè quia lex vel statutũ imponat pœna alternatiuam, quarum vna excedit relegationem, tunc non potest interuenire procurator, fm Bar. & Bal. in l. fi. C. de iureiur. Et idem de mente Bar. ibi, quando pœna delicti crescere possit per inficiationem relegationis, vel qñ in defectum pœnæ pecuniariæ imponetur corporalis excedens relegationem. de Bell.

b ¶ Criminaliter. Vide Feli. hanc materiam plenè discutientem in c. meminimus. ℈. eod. Seb. Sap.

c Administrationem reddat. Et idem tenet Bar. in l. fin. in prin. ff. d pub. & idem dicit Pau. de Cast. in l. si maritus. la j. ff. sol. mat. Et ad hoc est bo. gl. in c. cum apud. xj. quę. 3. Item alios casus in quibus differtur executio in criminalibus, enumerat Lud. Rom. in repe. l.j. in fi. ff. de re iud. Vnus est casus singularis, quem ponit tex. in l. ad bestias. ff. de pe. Alius est in casu legis, diu. ff. atres. ff. de pœn. Alius in casu l.j. §. si quis ex pluribus. de hoc etiam vide Lud. Ro. in l. interdum. in prin. ff. de pub. vbi dicit ꝙ ille tex. ꝓcueit allegari, ad hoc tamen non probat hoc, sed dicit ꝙ melior text. est de mundo in l.j. C. de bon. dam. Sed pro isto dicto adducas tex. in l. Pomponius scribit. in prin ff. famil. er. & in l. si. vbi ex hæredibus. in prin. ff. de leg. j. & idem dicit Bart. in l. 3. §. exhæredi. vltra med. ff. de custo. reo. vbi alleg. d. l. 1. C. de bon. dam. Et idem dicit Ang. in d. l. interdum. in prin. ff. de pub. & Bar. in d. l. j. de Bellentz.

1 *Agenti possessorio adipiscendæ non obstat exceptio criminis nisi de eo sit infamatus. nu. 3.*
Infamatus si se non purgauerit habetur pro conuicto, de quo vide plenè in nume. 4. & 5.
2 *Filius clerici legitimus non potest immediatè consequi ecclesiã, si bene fuit ficium paternum, nepos verò potest.*
3 *Nepos propriè dicitur filius ex filio vel filia, ex fratre verò vel sorore dicitur nepos etiam sed improprie.*
4 *Collatio beneficij facta alicui homicidæ est ipso iure nulla.*
5 *Vbi proceditur ex præsumptione iudex debet multum temperare sententiã suam, intellige de præsumptione hominis non iuris. nu. 6.*
7 *Infamatus si est in possessione bñficij, & non se purgauerit non per hoc priuatur beneficio, sed si tñ petebat, & nõ se purgauerit priuatur beneficio.*
8 *Exceptio contra petentem beneficium an & quando admittatur.*
9 *Electus ad aliquam dignitatem, indistincte potest repelli exceptione criminis, idem est in electo, & confirmato petente confecrationem, nisi illa fuerit opposita & discussa tẽpore electionis, nõ tamen si fuerit admissa. nu. 10.*
11 *Agens possessorio recuperandæ in beneficialib. non repellitur exceptione criminis etiam cum infamia, nisi tale crimen esset notorium vel infamia manifesta.*
Clericus vigore vehementis infamiæ potest suspendi à suo beneficio.
12 *Agens petitorio in beneficialib. non excluditur per exceptionẽ criminis.*
13 *Clericus agens pro iurib. sui beneficij nõ potest aliqua exceptione repelli.*
14 *Clericus an teneatur ostendere titulum sui beneficij, & petit possessionem, quam nunquam habuit, an possit aliqua exceptione repelli.*

CAP. XXIII.

a ACCEDENS. a ¶ Exceptio criminum possessionem prela
1 tionon retardat nisi fuerit de his publicè infamatus, & sic sũmatur communiter, sed ego summo sic, agenti possessorio adipiscendæ in beneficialib. non ob. exceptio criminis nisi de eo sit infamatus, & infamato accusatore non probante. vel non apparente indicitur purgatio, in qua si defecerit, punitur vt conuictus, & sunt duæ partes. In prima narrat factum. secundò sub certa forma diffiniendum committit, ibi: mandamus. ¶ Casus litera lis. Quidam subdiaconus domini papæ *H.* nomine, canonicus Cremon. apud sedem apostolicam decessit, papa præbẽdam quã obtinuerat in ecclesia Cremo. *H.* nepoti huius H. concessit super hoc executorib. sibi datis, qui concessionem prædictã executioni mandarent, & dum executores vellent mandatum apostolicũ adimplere ex parte capituli Cremo. in modum exceptionis, q̃ positum fuit corã eis q̃ dictus *G.* de periurio & homicidio erat publicè infamatus: vñ præbenda nõ erat sibi ꝓferenda, sed potiꝰ auferenda, ꝓpter ꝙexecutores in negotio non processerunt, vn de G. ad se, apost. accedens prædicta in præsentia domini papę al legauit petens vt concessionem sibi factam faceret executioni mandari, contradictores in expensis puniendo. vnde mandat Papa executorib. quatenus concessionem factam dicto G. debeant executioni mãdare, nisi ipse super obiectis criminib. in modum exceptionis publicè fuerit infamatus, quo facto si legitimus apparuerit accusator, audiãt quæ hinc inde fuerint proposita. si crimina illa vel alterum eorum probatum fuerit q̃ ipsum super eadem prębenda silentium imponant eidem, si verò nullius contra ipsum apparuerit accusator, & ipse prędictis criminib. fuerit infamatus purgationem canonicam indicant eidem, in qua si defecerit, imponent ei silentium. si autem eam præstiterit, contradictores ab eius molestia compescant eos qui nixi sunt eum im
2 pedire in expensis legitimis condemnando. Ber. † No. 1. ex text. quòd licet filius clerici legitimus non potest immediatè ꝓsequi ecclesiam. si est beneficium paternum. vt in cap. ad extirpãdas. & quasi per totum de fil. presby. secus tamen est in nepote, vt hic.
b Et aduerte quia aut iste erat nepos. quia natus ex filio vel filia b istius clerici, & tũc est aliud dubiũ, de quo plenè in d. c. ad extirpandas, & ille propriè dicitur nepos, vt in l. iurisconsultus. §. nepos. ff. de gradi. affinit. Pòt etiã intelligi de nepote impropriè, vt est filius fratris, qui propriè non dicitur nepos, vt ſ. dixi. & tunc in dubio potest habere immediatè beneficium patrui, vel auun culi. ad hoc c. ex parte. de offi. dele. & c. 2. de arb. quia ille ti. de fil. presb.

ADDITIONES.

a ¶ Accedens. Decretalem multipliciter limitat Inn. in c. sciãt. de elect. & ibi vide Anto. versi, hic Inno. ponit. Item ad intellectum huius decr. inquantum loquitur in purgatione indicenda infamato, vide quod latissimè scribit Maria. in repet. cap. qualiter & quando. in 16. q. principali. ĩ. e. ti. de Bellent.

b ¶ Natus ex filio vel filia. Et iste propriè dicitur nepos, vt no. gl. Bal. Cy. & doct. in l. fi. C de succe. edicto. Bal. in l. j. de cond. inser. & in c. j. §. similiter quibus mo. feud. amit. in vsi. feud. & in l. vxor. C. qui accu. non pos. & omnino Alex. in l. quæro. de inoffi. testa. & in l. si dotale. ff. solu. matr. & plenissimè cons. 36. volum. 4. Zacharias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

presby.non extenditur ad transuersales: imò nec ad descẽdẽtes
a vltra filios.sm quosdam.vt no.in præalleg.ca. ad extirpandas. a
3 †Secundò colligo,q agenti possessorio adipiscendæ b in bene
b ficialib.nõ obst.exceptio criminis,siue infamię, etiam si inferat
nullitatem tituli ipso iure,& sic intellige istum text. nam hic op-
ponebatur de homicidio,q præcedens collationem ipsam insi-
cit ipso facto.vt no.in c.cum nostris.de concel.præben. & exce-
ptio hic non admittitur, & verisimile videtur,q hic opponere-
tur de ipso delicto precedente collatione,quia nõ est verisimile,
q post collationẽ & ante adeptam possessionem, in breui tem-
4 pore commisisset homicidium,& periurium.†Tertiò not.q de-
c ficiens c in purgatione punitur,vt conuictus sm modum agẽdi
qui præcessit.Et dicit Abb.alibi non ita bene probari,& quoti-
die ad hoc allegatur iste text.Sed contra hoc insurgit do.meus
Card.de Zabarel.nam purgatio indicitur de officio iudicis,ergo
deficiens in purgatione debet puniri tanquã cõuictus per inqui
sitionem,quasi velit q licet præcessit accusatio,& per infamiam
remanentem sit indicta purgatio,deficiens in ea non debet puni
ri tanquam conuictus per inquisitionem,sed tanquã cõuictus
per accusationem,& pro hoc q no.in c.inter.in fi.de pur. cano.
Item quia ratio quare deficiens in purgatione punitur vt cõui-
ctus est,quia probabilis præsumptio ĩsurrexerit ratione infamię
contra reum quæ transit in violẽtam præsumptionem si postea
5 deficit in purgatione.& ita dicit glo.not.in c.insinuatum,ĩ.de si-
d mo.†Cum ergo procedatur in hoc casu ex præsumptione de-
bet iudex multum temperare d suam sententiam. vt dicit Inn. in
c.quia verisimile,& no.in c.afferte.de præsump.Sed hoc dictum
non puto verum,& contra hoc apertissimè induco istum text.
nam hic opponebatur crimen homicidij, de quo condemnatus
per viam inquisitionis debet deponi ab officio.vt in ca.inquisi-
tionis.s.eo.& tamen deficiens hoc casu in purgatione, non de-
ponitur ab officio.sed tantum imponitur sibi silentiũ super be-
neficio.& sic non punitur tanquam conuictus per inquisitionẽ.
& ideo vltra alios in hoc pulchro articulo sic distinguo, quòd
aut nullus modus agendi præcessit indictionẽ purgationis, sed
propter infamiam iudex à principio indixit purgationem infa-
mato,& deficiens in ea non punitur tanquam conuictus per in
quisitionem,vel accusationem sed extraordinario,& particula
ri modo,quis suspendetur ab officio.iste est tex.fin.in c. signifi-
c. casti.de adul. e & sic debet intelligi.vt ibi not.Io.An.aut præces-
sit aliquis modus agendi,& tunc deficiens in purgatione puni-
tur secundum illum modum agendi,vnde si præcessit accusatio
punietur vt conuictus de accusatione,vt hic apertè probatur,si
præcessit inquisitio punitur vt conuictus per inquisitionem, vt
in capitulo,inter,& quod ibi no.in gl.fi.de purg.can.& hanc arbi
trõr rationem,forte,quia iudicium purgationis non facit ex to
to primum iudicium cessare,sed propter infamiam ortam transi
fertur onus probandi innocentiam per purgationem, in qua si
defecerit habetur p conuicto.s.in primo iudicio instituto.ar. opti
nũ in c.cum nostris.de concel.præ.& in c.ordinarij.§.2.de of.or.
6 lib.6.& c.dist.ẽ morem.†Nec ob.qđ dicitur q iudex debet tẽpe-
f rare sniam f suam qñ procedit ex præsumptione hois, non autẽ
ex præsumptione iuris,quia non ita fallitur sicut præsumptio ho
g minis. g Sed ẽ prædicta ob.ille tex.nam si conuincitur p accusa
tionem debet deponi.cũ ista crimina sint grauia.ergo deficiens
in purgatione deberet etiã sic deponi. Sol.vt hic sentiunt do.&
satis innuit litera,hic non agitur de vera accusatione,sed de qua
dam ciuili accusatione,seu ciuili modo agendi, quia accusabat
tantum vt priuaretur beneficio,ideo si deficiente probatione in
stituta accusatione indicitur purgatio accusato, debet deficiẽs
7 beneficio tantũ priuari,quia ad hoc tẽdebat accusatio. ¶††Sed
ẽ id quod dixi in principio distingue,q vbi non præcesserit cer
tus modus agendi,debet deficiens tantum suspendi. ¶Op.forti
ter de isto tex.in ver.si verò.vbi dicit,q si nullus appareat accu-
sator debet indici purgatio infamato,& si deficit imponitur si-
bi silentium,& nõ tm suspẽditur,sed priuatur beneficio,q est ẽ
dictum.c.significasti.sol.contrarium videtur difficile,& non ta-
ctum.& ideo puto per hunc tex.dari posse no. limitationem ad
d.c.significasti.& ad dictum Io.An.ibidem,q illud procedat,qñ
infamatus erat in possessione beneficij.vt suspendatur tãtum,si
deficit in purgatione nullo modo agendi præcedente. sed si de-
ficiens nõ est in possessione beneficij,sed eam petit.& tunc etiã
non præcedente aliquo modo agendi debet tali beneficio pri-
nari.& super eo imponi sibi silentium.Ratio,quia turpius eiici-
tur, &c.vt in c.quemadmodum.de iureiur.Item quia infamato
non debet tradi possessio beneficij.vt in c.inter dilectos.de ex-
cess.prælat.& hic.Item cum non habeat possessionem beneficij i
frustra ab eo suspenderur.Item quando petenti possessionẽ pur
gatio indicitur,tacitè videtur agi, vt repellatur si se non purga-
8 uerit,& hoc propriè videtur velle ista litera,quod no.¶††In glo.
in fi.de hac materia,an,& quãdo admittatur exceptio cõtra pe
tentem beneficium,aliquid fuit tactum in c.super his.s.e.& no.
in c.cum olim.de ele.& in c.post cessionem.de con. præbend.&
in c.constitutus.de app.& per Inn.in ca.inter dilectos. de excess.
præla.& per Compo.in c.q sicut.de ele.d.Ant. hic colligẽdo for
mabat duas regulas.Sed prosequere hanc mãm plenius per p-
9 secutionem casuum.†Primus casus sit,qñ quis est tm electus,&
tunc in dubio admittitur exceptio tam ẽ personam quàm con
tra formam,siue sit infamatus de crimine obiecto, siue non,de
quo dicendum,vt in c.j.& c.vt circa.de elec.lib.6.& in c.sup his.
s.eo.Ratio huius casus est.quia electus non habet adhuc plenũ
ius in beneficio,ideò exceptio indistinctè admittitur,quia venit
10 ad cõflictum actionis,vel iuris petiti,quod est in facultate petẽ-
di,vt in præal.c.super his.vbi dixi.†Secundus casus, qñ quis est
electus,& confirmatus,& petit consecrationẽ,vel ordinẽ annexum
illi beneficio,& admittitur etiã exceptio, vt in præall.c.su
per his.& est rõ.quia licet iste habeat ius in beneficio,tm petit
aliquid iuris consectuium ad ius obtentũ.ideo exceptio opera-
tur hoc casu officium suum,vt differant,cum(vt dixi)exceptio
veniat ad cõflictum actionis seu iuris,hoc tm intelligo prout di
xi.in d.c.super his.nam si exceptio fuit discussa tẽpore cõfirma-
tionis non debet admitti tempore consecrationis vel ordinis, qa
de delicto vnius sæpius quærendum nõ est,vt in c.de his.s.eo.&
l.licet possumus.ff.nau.cau. sta.sed si non fuit exceptũ tpe cõfir
mationis,potest excipi nunc,ex quo petit aliquid iuris,vt in præ
alle.c.super his,vbi de hoc per Inn.& sic limita c.fi.de elect.lib.6.
& vide quod no.Fed.consi.23.& consi.28.& idem est si petit ali
quid,quod habet in se executionem alicuius iuris, exemplum
h in petente sigillum,iuxta not.in cap.vt nostrum.de appellat.h
11 ¶† Tertius casus est quando quis ius plenum i consecutus est
i in beneficio,& tamen petit aliquid facti. Et aduertendum, quia
aut ille

ADDITIONES.

a ¶De quo dic,vt ibi per Io.An.& doct.in ca.ex transmissa.eo.tit.
& per gl.8.q.1.apostolica.& ibi per Doct.Alex.de Ne.

b ¶Adipiscendæ.Adde hic Ang.in l.cert.C.de interdi. vbi dicit q
agenti possessorio adipiscendæ obstat exceptio dominij,si obij-
ciens vult incontinenti probare.& allegat l.2.C. de edicto diui A
dri.tollen.aliàs secus,vt est tex.in l.fi.C.quorum bonor. vbi hoc
idem replicat vtrobique reprobando gl.in l.si de vi.ff.de iud.Sed
tu sup hoc distingue omnino,vt elegãter tradit d.An.post Host.
in c.2.de cau.pos.& propr.Et multò elegantius per d.Ant.& In.
in c.cum olim.de cau.pos.& prop.de Bellent.

c ¶Deficiens. An deficiens in purgatione habetur pro conuicto,
& an debeat puniri ordinaria pœna delicti,vide Arc.in c.primis.
in fi.2.q.1.vbi dicit,q si agatur de crimine per viam exceptiõis,
& infamato sit indicta purgatio,si deficiat in purgatione nõ de
bet indici aliqua pœna pro illo crimine,nisi quæ fuisset imposita
probato crimine per viam exceptionis.Et ita dicit tenere Goff.
in hoc c.accedens.de accu.in glo.fi.& in c.inter solicitudines.de
purg.can.Et vide omnino q de hoc no.Ab.in c.insinuatum.cir-
ca prin.ĩ.de simo.de Bellent.

d¶ Temperare.hinc est,q ex præsumptionibus,& indiciis,etiam
indubitatis,non potest quis puniri capitaliter,vt latissimè dispu
tat Tancr.in suo tract.sub rub.de præsum.& indiciis indubitatis.
idem concludit Ias.multos referens in l.vt vim.ff.de iust.& iu.d
quo Ab.Sic.in c.afferte.in ver.inducitur præterea. s. de præsum.
& in c.literas.nu.3.& nu.5.eod.ti.vide quæ scribo ad Bar.in l.si
quis mihi bona.§.pater Seio.ff.de acq.hær.Aen.de Falco.

e ¶De adult.Ad hoc allego alium tex.in ca.inter solicitudines.de
purg.can.de Bellentz.

f ¶Temperare sententiam.Vide Ias.post Alex.in l.j. si cert.peta.&
quæ dicatur præsumptio,& quæ præsumptio hominis,declarat
Bal.in l.siue possidetis.C.de prob.& Fe.in c. afferte.in 4.not.s.de
præsumpt.Seb.Sap.

f ¶Temperare sententiam.No.limitationem ad doctrinam Inn.
in c.quia verisimile.de præsum.quam sequitur Ant.in c.afferte.
eod.tit.de Bellentz.

g ¶Opinio Abb.Sicul.est verior,quàm opinio Dom.Card.& com
munior,quàm distinctio Abba.Sicul. est distinctio, quam facit
Io.Andr.& Butrig.& communiter Docto.in d.c. significasti.A-
lex.de Ne.

h ¶Idem dicas in petente benedictionem post confirmationem,
vt ĩ.eod.meminimus.Alex.de Ne.

i ¶Ius plenum.quid autem si obijcitur crimen cum infamia con
tra iam cõsecratum ad impediendam acquisitionem possessio-
nis,& non probat,qua pœna puniri debeat, vide Inn.in c.super
his.s.eodem.Sebast.Sapia.

aus ille petit possessionẽ quam alias habuit,& agit possessorio
recuperandæ.& tunc non admittitur exceptio criminis etiam
cum infamia.arg.in c. itẽ cum qs.de rest.spo.no.Inn.in præal.ca.
inter dilectos.& no.in præall.c.quod sicut.hoc puto verum,nisi
infamia esset adeò manifesta.vt reddatur notoria.vt iudex tunc
sine aliqua probatione ex officio suo possit differre restitutio-
nem.nã cum possit propter vehementem infamiam eum suspẽ-
dere.2.q.4.presbyter.idẽ & fortius pòt in differendo restõnem.
suspendere.2.q.4.presbyte.idẽ.& fortius potest in differendo re
12 stitutionem.†Idem puto si crimina essent notoria per id quod
dixi in c.præcedenti.& c.si constiterit.s.eo.& sic limito præall.
a dictum Inn.a aut non petit restõnem,sed agit contra occupan-
tem dignitatem,vel beneficium suũ petitorio cuius possessionẽ
iam habuerat.& tunc non admittitur exceptio criminis,etiam
cum infamia,nisi crimen sit tale quod inducat priuationem be
neficij ipso facto,vt puta exceptio hæresis, vel homicidij præce
b dẽtis collationem vel similis b Ratio est,quia probata exceptio
ne adhuc iste remaneret prælatus,nec finis exceptionis eum pri
uaret,ergo cum illa exceptio nõ vulneret actionem non debet
admitti,ita sin.dicit Inno.in præal.c.inter.sed hoc dictum etiam
13 intelligo cum limitatione præcedenti. †Aut quis est in posses-
sione beneficij,& nihil plus petit,sed agit nomine beneficij pro
iurib. ipsius,& non debet admitti aliqua exceptio,quia ex quo
toleratur in beneficio debet sibi responderi de iuribus ipsius. 8.
q.4.nonne.& quod in simili no.in ca.scisscitatus.de reseriptis.
14 ¶† Nunquid autem possunt compelli ad ostendendum titu-
c lum.c dic vt no.Inn.& Host.in c.j.de concess.præben.lib.6. Quan
doque quis petit confirmationem collationis sibi factæ vel suũ
titulum declarari legitimum,& tunc dicendum vt in seq.mem-
15 bro. ¶†Quandoque,& vltimò quis consecutus est plenum ius
in beneficio,& petit possessionem, quam nunquam habuit,&
tunc distingue prout habetur in hac litera cuius mẽs est hæc se
cundum Host.Aut excipitur de crimine cum infamia, aut sine.
Primo casu admittitur exceptio,& differtur executio,& si crimẽ
fuerit probatum imponitur sibi silentium, si non fuerit proba-
tum,& tunc si remaneat infamia indicitur isti purgatio.in qua si
defecerit,ipso iure imponitur sibi silentium,si autem præstiterit
absoluitur.Ex hoc habes tres effectus huius infamiæ,primus qa
differt executionem collationis,secundus,qa suspensa possessio
ne admittiẽ probatio exceptionis.tertius indictio purgationis,
& si præstat purgationem,absoluitur,vt hic.Si verò op. crimen
d sine infamia.d tunc fit executio,& facta executione si apparet ac
cusator,debet admitti,& probato crimine imponitur isti silen-
tium.si non apparet,non debet molestari,& dicit hunc intelle-
ctum non mutandũ,quia sic hactenus hæc decret. intellecta est,
& minimè sunt mutanda.&c.ff.de legi.l.minimè.& ita Clemẽ.
tertium obseruasse in facto dicit,etiam qđ ẽ petentem possessio
nem beneficij.q nunq habuit.ideò non admittitur exceptio cri
minis sine infamia,quia exceptio proportionatur iuri venien-
tium ad conflictum iuris,sed ille qui petit possessionẽ non petit
aliquid iuris,sed aliquid facti consecutiuũ ad ius obtentum de
præterito,ideò exceptio nõ admittitur nisi qñ subest infamia p
rõnem glo.alia autẽ exceptio concernens defectum potestatis
conferentis,vel surreptionẽ gratiæ admittitur:quia exceptio in
trinseca vulneransipsum ius principale rõne cuius petitur pos-
sessio,vt in ca.cum olim.de cau.pos.& propri.quod no.

ADDITIONES.

a ¶Sed Inn.quem sequitur Ioan.And.in c.inter dilectos.de excess.
præ.tenet cõtrarium.quia si notorietas est super crimine,quòd
ipso iure non inducat priuationem beneficij.Sed vide apostillã
quam feci in fi.c.præced.vbi latius dixi,&c.Alex.de Ne.

b ¶De exceptione homicidij,vel irregularitatis an fundit vitiet
collationem,vide Inn.& Doct.in c.cum nostris.de concess.preb.
Alex.de Ne.

c ¶Ad ostẽdendum titulum.vide Bal.plenè disputantem in l. inci
uile.C.de fur.in j.opp.& in l.cogi.C.de pe.hære.Gemi. in c.j.nu.
7.& ibi remis.in apost.Cels.in versic.probare titulum. de eo qui
mi.m pos.causa rei ser.li.6.& do.de Ro.decisi.65.& decisi.679.in
antiquis.Zach.

d ¶Sine infamia.Limita hæc vt per Abb.in c. cum olim. s.de cau-
sa posse.& proprie.Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio geri non debet nisi infamia præcedat.* (causarum
2 *Authoritas Noui,& Veteris testament. possunt allegari in decisionibus.*
Authoritas alicuius sancti fulcita authoritate Noui vel Veteris testamen
ti præfertur constitutioni Papali,etiam in depositionibus causarum.
Papa condens constitutionem contra legem diuinam, dicitur potius erra-
re,quàm legem condere. (ciuili.
3 *Ius canonicũ hẽt dependentiã à iure diuino in multis, & ĩ multis à iure*
4 *Administrator diffamatus de dilapidatione potest compellivt reddat admi*
nistrationem.
5 *Fama habet se ad bonum & malum,& differt à clamore.*
6 *Episcopi non possunt exercere iurisdictionalia sine capitulo de iure,sed fa*
cus est si ipsi præcipserint.
7 *Duplici officio incompassibili nemo potest fungi.*
Iudex in inquisitionib. non tenet locum partis.
8 *Iudex debet esse omnib.idem,& nemini complacere contra veritatem.*
9 *Contra prælatos,& alios superiores non inquiritur,nisi præcedente infa*
mia,quę scandalum,& periculum potest afferre, sed contra alios sufficit
simplex infamia,quod dic vt hic 13.
10 *Depositio verbalis ab ordine dicitur degradatio,& in ea requiritus nume*
rus episcoporum, non autem in actuali.
11 *Inquisitio sine generalis,siue specialis dummodo non fiat ad pœnã imponẽ*
dam sed tantum ex debito officij non requirit quòd precedat infamia.
12 *Inquisitio quando fit ad denunciationem alterius puta officialis, vt sunt*
syndici castrorum non requirit quòd precedat infamia.
14 *Infamia an , & quando debet præcedere ad instantiam inquisitionis siue*
fiat per ordinarium,siue per delegatum.
15 *Appellari potest à iudice si excedat modum corrigendi.*
Iudex non recusatur si ab eo non appellatur.
16 *Iudex ordinarius non potest repelli,vel reculari per exceptionem criminis,*
quid autem de delegato.
17 *Inquisitio facta ex officio,& facta ad instãtiã alterius differunt in multis.*
Inquisitus ex officio nõ potest producere probationes super bona fama,sed
si est inquisitus ad instantiam alterius potest.
Testis in causa criminali admittitur post publicatas attestationes quando
scilicet est processum ex officio,secus ad instantiam partis.
18 *Dictio,omnino,vel nullo modo,excludit omnem gratiam,& dispẽsationẽ.*
19 *Eps potest dispensare super crimine adulterij,de quo sibi constat per viam*
inquisitionis,& super omni crimine quod non impediat ordinis executio
nem,vel beneficij retentionem,etiam post peractam pœnitentiam.
20 *Inquisitus mitius punitur de iure cano.quàm accusatus,quia non punitur*
extraordinariè.
Confessus mitius punitur quàm conuictus.
21 *Inquisitio propriè est illa quæ fit ex officio iudicis puro,& mero nemine*
deferente,vel impetrante inquisitionem.
22 *Semiplena probatio excusat quem à calumnia vel à pena talionis.*
Accusator si desistat ab accusatione pòt iudex ex officio prosequi & inqui
23 *Parochianus potest denunciare suum prælatum.* (rere.
24 *Prælatus,presbyter,parochialis,& similes,an possint accusari aut denun*
ciari per alios,quàm parochianos,vel subditos.
25 *Prælatus non potest assimilari tutori,curatori,aut procuratori.*
26 *Administratores quando reddunt rationem administrationis nõ fiatur re*
gulariter eorum inramento, nisi in minoris.
27 *Fama posito quòd aliquib.casib.faciat aliqualem probationem,tamen qñ*
est causa quòd inquiratur contra aliquem, tunc nihil probat.
28 *Infamia a malenolis orta,an,& quo casu debeat per taliter infamatus*
purgari.30.
29 *Inquisitio non debet fieri contra aliquem ex sola infamia à malenolis orta.*
30 *Episcopo asserenti aliquem criminosum an credatur.*
Vel,ista dictio exponitur aliquando pro &.
31 *Contra iudicem non ita de facili præsumitur sicut contra alium.*
32 *Pena vbicunque non est in iure expressa est arbitraria.*
33 *Denuntiatio canonica quos effectus operetur.*
34 *Condemnatus ciuiliter de aliquo crimine potuerit postea per inquisitionẽ*
ex officio condẽnari criminaliter& sententia lata in prima causa pariet
præiudicium in secunda.
Acta facta in uno iudicio cum de crimine agitur ciuiliter, non faciunt fi-
dem si de eodem crimine post agitur criminaliter.
35 *Confessio facta in iudicio in quo de crimine agitur ciuiliter non præiudi-*
cat si de eodem crimine agitur postea criminaliter, potest bone compelli
confessus vt perseueret in confessione,& quod interpretatur illam.

CAP. XXIIII.

1 QVALITER, ET QVANDO.† Superior contra sub
ditum maximè prælatum de his tantum inquirer,sub qui-
bus processit infamia,& tunc vocabit eum, & tradet sibi capitu
la,& nomina testium,dicta publicabit,& ipsius legitimas exce
ptiones admittet,& probato graui crimine,cum ab administra
tione remouebit.in regularibus verò prælatis ad vnguem ser-
uandus nõ est hic ordo.h.d.Et quatuor sunt partes. In prima di
cit quãdo est fienda inquisitio.In secunda qualiter.in tertia cõ
tra quem.Quarta ibi.hunc tamen.& per se patet quid sintendat.
Et quanquam in hac summatione communi videatur modica
agi differentia inter prælatos, & subditos contra quos inquiri-
tur.in veritate tamen fienda est.vt patet in litera,& subiiciam ĩ.
¶Casus literalis.In c.præsenti ostendit papa,quando prælati de
beant inquirere de subditorum excessibus, & qualiter eos de-

Universidad de Do

beant punire cum in culpa fuerint inuenti.quod euidenter col
ligitur ex authoritatibus Noui,& Veteris testamenti,ex quibus
authoritatibus processerunt postea canonicæ sanctiones,prout
2 in tex.istius c.videre poteris.B.†No.q in decisionib. causarum,
& super modo procedendi possunt allegari authoritates Noui&
Veteris testamenti,nam lex Dei præfertur legi positiuæ,& papa
condens constitutionem contra legem diuinam potius dicitur
errare,quàm legem condere.25.q.1.in c. sunt quidam, quod in-
a tellige.vt no.Inn. a in c.quæ in ecclesiarum.de consti.& vt not.
b in fi.de consue.& vide bonam gl. b in cap.de libellis.20.dist.quæ
c sing.dicit c quòd dictum aliquius sancti fulcitum authoritatibus
Noui,vel Veteris testamenti,præfertur constitutioni papali etiã
in decisionib causarum,secus autem si cessaret lex diuina: quia
tunc constitutio papæ in diffinitione causarum præfertur dicto
cuiuslibet sancti,quia Papæ,& nõ sanctis fuit data potestas legis
d condẽdę,& vide q no.in c.ne innitaris.ś.de consti. d † Secundo
3 no.q ius canonicum habet dependentiam à iure diuino. ideo in
quibusdam locis appellatur ius diuinum.vt in c. nimis. de iure-
e iu. e non tamen intelligas q totum ius canonicum f processerit
f ex authoritatib.Noui & Veteris testamenti,quia in multis habet
g dependentiam à iure ciuili. g sed intelligeistum tex.q canonicę
sanctiones processerunt ex authoritatibus Noui,& Veteris testa
menti,scilicet quo ad modum procedendi per inquisitionem,vt
4 subijcit in litera.†Tertiò no.argu.opt.quia prælatus diffamatus
h maxime de dilapidatione h potest compelli vt rationem admi-
nistrationis reddat.ergo ante diffamationem non tenetur hanc
administratio.rationem reddere quòd limita vt no.in ca.cum &
5 plantare.j.de priuj.†Quarto no.ibi,cum per clamorem & famã,
&c.differentiã inter ista.& dicunt quidam vt Host.q clamor est
paucorum,& cum scitur author,fama est multorum cũ author
ignoratur,vel melius secundũ Inn.pro eo hic ponitur,& expo
ne per clamorem,& famam.i.per famam clamosam.ſ.bñ sparsã.
6 Et collige ex hoc,& ex tex.q fama est nomen gñale, habens se
cundum ad bonum,sed etiam ad malum,pro hoc l. capitalium.§.
famosos ff.de pœn.†Quintò no.superiorem non debere proce-
dere contra subditum etiam per inquisitionem,nisi habeat secũ
canonicos ecclesiæ cathedralis,nam iurisdictionalia,nõ exercet
episcopus sine consilio capituli.15.q.7.eps nullus.vt in ca.nouit.
& in cap.quanto.de his quæ fiunt à præla.sed hodie (vt arbitror)
per ignorantiam canonicorum episcopi præscripserunt contra
canonicos,vt ipsi soli iurisdictionem exerceant.&valet talis pre
scriptio,seu consuetudo.vt in cap.cum non est.de consuet.lib.6.
7 †No.6.q in inquisitione iudex non tenet locum partis, sed infa-
mia est loco accusatoris,seu denuntiatoris,& sic iudex non est
accusator,quia non fungitur duplici officio incompassibili,quia
alius debet esse accusator,alius judex.4.q.4.c.1.& 2.& in c.forus.
de verbo.signi.Not.7.ordinem debitæ correctionis.nam primò
debet prælatus subditum arguere.i.reprehendere.secundò increpare,i.comminari.tertiò suspendere.interdum ligare, id est ex-
communicare.& vide quod no.in tex & in gl.in c.cum non ab
8 homine.ś de iud †No.8.contra inquirentes officio. incurrunt
enim odium plurimorum, vt in litera cum non possint omni-
9 bus complacere,& quanto quis est iustior, tanto minus potest
omnibus complacere, cum diligenter habeat suum officium
exequi sine acceptatione personarum,hinc apostolus, Si homi-
nibus complacerem, Christi seruus non essem.47.distin. cap fin.
& in Psalm.Dissipat Deus ossa eorum,qui hominibus placent,& intellige quando placent contra veritatem, alias autem vnus-
quisque tenetur proximum,vt seipsum diligere,& ei complace
re,& ita succedit illud philosophi,Amicus Plato, amicus Socra
10 tes,sed magis amica veritas. ¶†Not.ix. differentiam in inquisi-
tione fiendam inter subditum & prælatum,nam contra subditum
sufficit præcedens fama,etiam nõ scandalosa: sed contra præla-
tum oportet,q præcedat fama,quæ sine scandalo& periculo dis
simulari non potest,& sine scandalo dic, vt quia diffamatur de
delicto incõtinenti,& subditi multum scandalizantur,ita quòd
timetur scãdalum futurum nisi fiat inquisitio,& dic sine pericu
lo,vt quia est infamatus de dilapidatione, vel de hæresi.vnde si
superior dissimularet,posset interim sequi rerũ ecclesiasticarũ
distractio.& respectu hæresis aliorum infectio.& est speciale in
prælato propter rationem literæ, quia de facili infamatur sine
iusta causa cum incurrat propter executionem officij odium
10 plurimorum.¶Decimo†not.ibi, quæ ad diminutionẽ capitis,
&c.ar.q depositio est capitis diminutio,sed certè impropriè est
ista capitis diminutio,quia nec minimam capitis diminutionẽ
quis consequitur ex amissione dignitatis,ex quo personæ status
non mutatur,vt instituto de cap.dimi.post princ.& in l.3. ff.de se-
na.&ideò tex.posteà hic exponit,id est,degradationem intẽdit,
11 &c. ¶Not.xi.ibi,degradationem. q depositio verbalis ab ordi-
ne dicitur degradatio,qa à gradu suo dicitur remotus,sed actua
lis degradatio quæ fit secundum formam ca.2.de pœn.lib.6.est
huiusmodi verbalis executio,quia iam per prius degradatus ẽ.
vnde in verbali non autem in actuali numerus episcoporum re
quiritur,vt in præal.c.2.& in nouel. & tango in c.at si clerici.de
iudi.Not.12.quòd non quodlibet delictum sufficit ad depositio
nem nec etiam ad remotionem à beneficio,sed debet esse gra-
ue Et in hoc tex.not.cui concor.16 q.7.inuentum.& q delictũ
dicatur graue relinquẽdum est arbitrio iudicis,qui fm alia delic-
ta à iure notata,& comprehensa informabit conscientiã suam,
vt plenè dicam in præal.c.at si clerici. Not.13.in §.debet.ordinẽ
procedendi in inquisitione,& procedit iste §.secundum doct. in
inquisitione speciali,sed cum sit inquisitio generalis non datur
capitula,quia non est cui detur.Nunquid autẽ valeat processus
in inquisitione speciali si sit inquisitio capitalis, non traditio,di
co q sic,si non fuit oppositum,vt habetur in c.j eo.ti.lib.6.Not.
14 quatuor modos procedendi super crimine.Primus est in cri-
minib.notoriis, in quib.iudex procedit puniendo.2.q.1.de mani
festa.& vide in gl.& qd ibi dixi in c.ad nostram de iureiu.Secun
dus modus per acculationẽ.Tertius per denunciationem.Quar
tus per inquisitionẽ Et largo mõ potest dari quintus,ſ.per excep
tionẽ,vt in c.super his.ś.e.Sextus per viã actionis q̃ impropriè
dr̃ accusatio.ad hoc c.per tuas.j.de simo. Itẽ no. literã q̃ ad hoc
quoridie allegatur,vt in quolibet istorũ modorum iuxta formã
iudicij sequi debeat forma sententiæ.& dicit lex fatuũ esse iudi-
k cem qui aliter cõdemnat.q̃ fuerit petitũ l.fi.C.de fideic.lib.& cõ
cor.c.licet Heli.kj.de sim.l Et declaro,nã si processum est per in-
l quisitionem debet iudex imponere pœnam ordinariam,& non
pœnitentiam tantum. Si verè est actum per denunciationem
euan

ADDITIONES.

a ¶Vt no.Inno.Vide Abb.in ca.cum apostolica.in 5.notab.de his quæ fi.à præla.& q ibi latissimè scripsi in meis recollectis.Et vi de Maria.in repetition.in j.notab.Et vide quod notat Dominic. post gl.20.dist.in summa.circa medium.Et vide Pau.de Cast.om nino post Iac.Bu.in l.j.circa medium ff.si cer.pe.& omnino vide do.Abbat.in cap.ne innitaris.de constitu.& quod ibi plenè scri psi post domi.Ant.de Bellent.

b ¶Bonam gl.Hanc gl.in d.c.de libellis.inducit ad quæstionẽ Iaſ. in §.quædam.Inst.de actio.& in l.j.ff.si cer.per.Seb.Sap.

e ¶Dicit.Vide alium tex.& gl in § fi.36.q 2.de Bellent.

d ¶Non tamen Papa potest statuere aliquid indecens seu inhone stum,quia sicut omne indecens vel inhonestum est Deo impos-
sibile,ita etiam Papæ,quia qui est Dei vicarius,vt dicit Hostien.
quem Docto sequuntur in c.constitutus.de religio.domib.Alex.
de Ne.

e ¶Idem dicitur 50.dist.si quis diaconus.in prin.& c.si ille.& j.de simo.ex diligẽti.iuncta gl.in ver.diuinis.& de ætat.& qualit.tuã. Alex.de Ne.

f ¶Ius canonicum.Circa hoc vide tex.& doct.& quod ibi not. de iuramento calumniæ. Quotuplex sit fama,& qui sint eius effe-
ctus,& quot modis oriatur,vide latè per Arch.in ca.restes.2.q.8, qui hoc examinat latissimè latius per Bar.in l.de minore.§. tor-
menta.ff.de quæst.& latissimè Sal.in l.ea quidem.in vlt.parte re
pe.C.de accus.de Bellentz.

g ¶Sed nunquid omnino gl.in procem.Clem.in glos.2.ibi,super ver.iuris,sed intelligeistum tex.q canonum sanctiones proces-
serunt ex auctoritatibus veteris.& noui testamẽti,ſ.quoad mo
dum procedendi per inquisitionem,vt dicit hic litera.Al.de N.

h ¶De dilapidatione.Adde bo.gl.Bart.& doct.in l.is, cui bonis.ff. de verb.oblig.Bal.plenè in l.2.ad fi.C. de hære.vel act. ven.dixi aliquid in apost.ad istum in c.venerabilis.num.9.in apost.in ver. etiam prælatum.ś.de offi deleg.Et quid de illo, qui cõuertit in suos vsus,vide Bal.in c.j §.sancimus.in tit.quo tempor.miles.in vsib.feud.eundem in l si fideiussor.§.fi.ff qui sat.cog.Ange.in l.si seruus.§.ait prætor.ff.de acqui.hæred.& Arch.in ca.ecclesiæ.12. quæst.1.Zach.

i ¶Est iustior.Vide ad quid allegatur text.iste per Abb.in ca.1.in 2.not.ś.de iu i.Seb Sap.

k ¶Licet heli.Vide ibi Fel.ponentem regu.cum pluribus limita tionibus.& Iaſ.in l vinum ff si cert pet.

l ¶Sed vide omnino Inn.in c cum Bertholdus. de re iud. vbi di-
cit.q Papa adiudicando ecclesiam censetur confirmare,si in li-
bello petita est confirmatio quia non est ius in verbis, & idem
dicit D.Car.in c.causam.in 5.col.prope prin.ś qui fil.sint leg. Ex
quo nota.q sufficit sententiam quo ad effectum esse conformẽ
libello,licet in verbis videatur deformis. & hoc perpetuò not.
pro saluandis sententiis.Alex.de Ne.

euangelicam non debet imponere pœnam ordinariam, sed tan-
tum ad pœnitentiam compelere,& sic de similibus, quilibet e-
nim modus procedendi habet suum separatum finem & effe-
a ctum.a ¶ Vltimò in fi.litera,no.tria specialia in regularib.præla-
tis,primo vt ꝫ eos non seruetur ordo vsque quaque. i.ad vnguẽ.
deberet tamen seruari aliquis ordo & intelligo q remouetur or
do quo ad subtilitatẽ non quo ad veritatem. illa enim omitten-
da non est,vt in cle.sæpe.de verb sig.Et huius specialitatis dupli
cem arbitror rationem.Prima quia regularibus facilius permitti
tur iura ignorare,q̃ secularibus,iuxta no.in c.cum in cunctis. de
elect.per Inn.& q no.in c.veniens.& c.qm̃ de simo.ideo cum eis
non debet strictus ordo iuris seruari.Ratio,quia non habẽt titu
los ita fixos,& ita firmos sicut seculares,cum non multũ debent
curare q remoueantur ab administratione. Secundum speciale
est,quia facilius potest remoueri:nam leuiores causæ & proba-
tiones ꝫ eos sufficiunt,secundum Io.An.Tertium speciale,quia
liberiùs remouentur,non enim tot exceptiones admittuntur,si
cut quando agitur ꝫ secularem,nec superior tenetur formã exa
ctam seruare.& sic quodlibet istorum verborum positum est hic
cum ministerio.In gl.j.hanc gl.pro faciliori intellectu diuido in
octo partes.In prima ponitur quãdo prælatus debet inquirere.
In secunda ibi,& tunc distingue,prosequitur qualiter debeat in
inquisitione procedi.In tertia ibi,crimine verò sic probato. po-
nit pœnam imponendam vel effectum inquisitionis. & in hoc
gl.aliquantulum ineptè procedit,quia interseruit istam q.j.tra-
ctatam secundæ partis,sed prosequere,vt dixi.In quarta ibi, &
cum proceditur,quærit nunquid admonitio debeat procedere
quando fit inquisitio per viam denuntiationis.In quinta parte
ibi,item nunquid reus queritur,nunquid inquisitus possit recõue
nire suum denuntiatorem, scilicet petendo vt etiam ꝫ eum fiat
inquisitio.Sextò ibi,item testes,quærit nũquid in causa inquisi-
tionis testes sint compellendi.In septima parte ibi,item & illud
querit nunquid præcedente infamia potest prælatus non inqui
rere,sed statuere terminum accusare volentibus.In octaua,& vl
tima parte ibi,quid si aliquis quærit nunquid homo alterius diœ
11 cesis,vel parochiæ potest inquisitionem ꝫ alium impetrare.†In
ea.gl.ibi,cum per famam & frequentẽ clamorẽ, &c.gl.ista exi-
git indistinctè famam vt prælatus valeat procedere ad inquisitio
b nem.Sed tu aduerte latius post Hosti.nam quædam inquisitio d
generalissima est,vt qñ prælatus inquirit super statu totius pro-
inciæ,& de hac materia in c.seq.& in c.romana.de censi.li.6.& in hac non est opus infamiam præcedere.Imo tenetur quolibet
anno hanc generalem inquisitionem facere.vt in c. cum vene-
rabilis.ś.de censi.&iuribus superius alle.Quædam est inquisitio
generalis,vt quãdo inquiritur super statu ciuitatis vel castri vel
alicuius loci,& tunc nõ exigitur q infamia proceda.ad hoc c.
j.de offi.or.& l.congruit.ff.de offi.præſi. Quædam est inquisitio
specialis,vt illa,quæ fit ꝫ certam personam,& fit,non ad pœnam
imponendam, sed ex debito officij,vt matrimonium carnale
nõ ꝫhaꝫ propter aliquod impedimentum,vel vt non promoueatur quis ad prælaturam, seu non confirmetur electio si reperire
tur promouendus vitiosus.& etiã nõ exigitur infamia, quia, vt
dixi,non agitur ad pœnam ex quo fit ex debito officij,ad hoc c.
postq̃.&c.cum dilecti.& c.nihil.cum multis simi.de ele. & c.fi.de
clandesti.desp.& vide quod no.Inn.in c.j.de excess.præla.Host.in
12 c.vnico.vt eccle.benefi.†Quandoque ista specialis fit ad pœnã
imponendam,& tunc si ad denuntiationem publici officialis ñ
est etiam opus,q infamia præcedat.l.ea quidem.C.de act & c.pre
terea.de test.cog.sed non denuntiatur nisi notoria,aliàs non cre
ditur denuntiatoribus,de quo tamen dic,vt in iuribus præl.no.
13 4.q.4.c.nul'us.§.aliquando.†Quandoque fit ex speciali infamia
deferente,& tunc aut procedit ꝫ prælatum secularem,aut cõtra
subditum etiam secularem,aut contra regularem. Primo casu
contra prælatum secularem non debet fieri,nisi præcedat tanta
infamia,vt sine scãdalo,vel periculo dissimulari nõ possit,vt hic
in tex.& declara vt ś.dixi in no Sed contra prælatum secularem nõ
requiritur scandalum,vel periculum.sed satis est infamiã clamo
c sam præcessisse.vt in litera.Tertio casu cõtra regularem cauit agitur
ad pœnitentiam seu ad correctionem & non est necesse seruare
hunc ordinem,licet de facili & sine strepitu procedi possit.vt in
c.reprehensibilis.de app.Si verò contra prælatum regularẽ, vt cõtra
abbatem,priorẽ cõuentualem,vel alium habentem curam auctori-
tate episcopi debet iste ordo seruari,sed non ad vnguem.vt ś.di
xi.si contra aliũ regularẽ obedientiariũ, & tunc non seruatur iste
ordo,quia potest remoueri ad libitum abbatis ab administratio
ne.vt in ca. cum ad monasterium.de stat.re.An autem talis sine
causa remotus possit implorare officium superioris,vide Inn. in
c.insinuante,qui cle.vel vouen.& per Io.And.in c.cum singula.
d de præb.li.6.dputo tamẽ q si agitur cõtra regularem ẽt simplicẽ
ad depositionẽ ab ordine,tunc si non seruatur ad vnguẽ, aliquis
tamen ordo seruari debet cũ agitur de grauissimo præiudicio.
Et quia

ADDITIONES.

a ¶Sed Inn.j.de simo.licet Hely.in verbo,formam.dicit,q quando agitur per accusationem fertur sententia depositionis. Sed si
procedit per iquisitionẽ,fit remotio ab administratione,&hoc
secundum ꝑbatur in hoc c.versi.sed si super excessibus. Sed si
proceditur per denunciationem inungitur pœnitentia,vt ś. eo.
super his.& ista doctrina Inn.est verissima,& eam sequũtur Do
&o.in d.c.licet Hely.Alex.de Ne.

b ¶Inquisitio.No.hic de multiplici genere inquisitionum,& quæ requirat præcedentem infamiam,& quæ non,& adde quod scri
bit Ant.in c.j.super gl de off ord.& ibidem quando requiritꝫ q
infamia ꝑcedat,puta quando fit inquisitio de speciali delicto ꝫ
specialẽ personam si adsit grauis suspicio, siue infamia,episco-
pus poterit indicere purgationem,aliàs procederet ad inquisi
tionem,vt dicit Inn.in c.cũ oporteat.ś.eo.tit.in fine gl.magnę, licet in prin.in ver.si aliquis petat,&c.videatur dicere ꝯrium.Et
idem dicit Spe.in ti.de inquisition.§.j.ver.propter suspicionem.
Arch.in c.non enim.de consuet.lib.vj.&do.de Rota decis.cxvij.
idem etiam Domini.de indictionepurgationis,vt propter vehe
mẽtem suspicionem sine infamia possit fieri,vt notat Inn. in c.
ex parte.de off.or.& dicetur.j.super gl.in verb.à maleuolis. Itẽ
adde q quando proceditur ad inquisitionem præcedente infa-
mia,prius debet præfigi terminus accusare volentibus,vt si qui
sunt volentes accusare,proponant intra tale tempus.gl.est sin-
gularis in c.presbyter si à plebe.ij.quæst.v.qd alleg.Ludi.in suis
singulari.Et de multiplici genere inquisitionum plenè Bald.in l.
videmus.C.de prob.Et an valeat statutum episcopi quòd possit
procedere ad inquisitionẽ nulla præcedente infamia his casib.
quib.alias deber procedere.Dic q non,vt refert Ioa.de Imol.in
cle.j de off.or.Item de hac materia,adde omnino q scribit dom.
Abbas in c.fi.de purg.can.post Inn in ver.in gl.oppo.Item dum
dixi posse procedi ad inquisitionem,sine infamia præcedẽte,qñ
adest suspicio,adde quòd idem dicit Archi.in c.omnib.ij.q.v. &
de multiplici genere inquisitionum vide Ange.in l.ea quidẽ.&
ibi plene Sal.C.de accu.vbi ponit de inquisitione generali quo
ad delicta,&speciali quòd ad personas,&eꝫ ibi ponit de speciali
quò ad delicta &personas,&an in eis exigatur solennitas.& vi-
de qd ponit Ange.plenè in l.fi vacantia.C.de bonis vacan.li.x.ĩ
repet.Et de multiplici genere inquisitionum,vide per Bar.in le.
congruit.ff.de off. præſi.& aliqui casus in quibus ratione scan-
dali proceditur ad inquisitionem non præcedente infamia,vide
singulariter Inn in c.licet Heli.in j.gl.de simo.Pro quo facit tex-
tus notabilis in c.cum in tua.de ſponſ.ibi,fama,vel scandala.vbi
textus non probat,q tantum operatur scandalum,quantum fa
ma.Item adde q licet ꝫ iam promotum nõ possit procedi ad in
quisitionem,nõ præcedẽte infamia,tñ ꝫ promouendum potest
inquiri nulla præcedente infamia.ita dicit notanter Anto.post
Inn.& Io.An.in c.x.ver.secundum cõtrarium.de post.prela,&se
quitur ibi,& multũ cõmendat Abb.in fi.& ratio diuersitatis ꝑ
esse,quia maior solennitas exigitur ꝫ promotum,q̃ qñ agitur ꝫ
promouendum,cũ agitur de maiori præiudicio.c.super his.e.ti.
item de multiplici genere inquisitionum,vide Bal.ĩ rub.ś.de iu-
reiu.item adde q contra argentarium seu nummularium potest
procedi ad inquisitionem non ꝑcedẽte infamia,textus est quẽ
ita ad hoc allegabat singulariter d.meus Fran.de Aret.in l.j.pre
terea.ff.de off.præfec.vr.& de multiplici inquisitione, vide om-
nino Spe.in ti.de inquisitione.§.nunc tractemus.versi.sed neque
vt præmissa.& late Maria.in repetitione huius ca.qualiter,&qñ
diffiniatur inquisitio.vide latissimè d.Maria.in isto ca.in ij.q. prin
cipal.Item vigintiquinque casus in quibus proceditur ad inqui
sitionem non præcedẽte infamia,vide enumeratos pulcherrimè
per do.Maria.in repe.huius ca.in vj.q.ix q.principalis.materiam
inquisitiõis plenè prosequitur Bar.in l.ij.§.si publico.ff.de adult.
& in extrauag.ad reprimend.in verbo inquisitionem. & latissi-
mè Ang.in rep.l.si vacantia.C.de bo.vac.lib.x.& Sal.in l.ea qui-
dem. C. de acc.& latissimè & diffusissimè plus præ cæteris per d.
Maria.in rep.huius c.de Bellentz.

c ¶ Contra regularem.Vbi agitur ad pœnitentiam,vel vertitur pe
riculum animarum iudex potest procedere ad inquisitionem,
non præcedente infamia Hoc est dictum singulare Inno. quem
sequitur ibi Host.& dom.Abb.in c.ad nostram.de iureiur. Item
adde quòd vbicunque iudex vult procedere non præcedente in
famia secundum dom.An.post Host.in c.j.vt eccle.benefi.per il-
lum textum. Item adde hic quod notatur j. eod.capit. olim.de
Bellentzinis.

d ¶ Lib.6.Et per cundẽ Ab.in cle.j de supp.neg.præl.de Bellentzinis

d ¶ Ibi vide Do. Dom. & Butr. & Io.de Imo. in clem. vn.de supp. ne
neg.præl.Alex.de Ne.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et quis possit inquirere contra regularem, plenè tetigi in repe. capituli, si quis contra clericum. de fo. comp. hęc in dubio procedunt de iure canonico. Ex quibus habes quòd modus inquisitionis a regulariter, & ordinariè permissus de iure canonico, & maximè cum infamia præcedit: vnde hunc ordinem procedendi p inquisitionem appellat Inn. ordinarium. c. delicto. de verb. sig. li. vj. in c. cum oporteat. s̃. c. appellauit extra ordinarium, sed vide q̃ dico super rub. de iud. de iure autem ciuili regulariter non admittitur iste modus procedendi per inquisitionem, etiam præcedẽte infamia, sed fallit in quibusdam casibus. vnde nos facimus regulam affirmatiuam, & Legistæ faciũt negatiuam, licet excipiãt aliquot casus, & de iure ciuili prosequere. vt eleganter no. Bart. 14 in l. ij. §. fi publico. ff. de adult. ¶ † Item limita istam gl. inquantũ requiritur infamiam præcedere, vt dixi in c. cum oporteat. s̃. eo. nam si fit inquisitio per ordinarium de officio mero non est necesse recipere testes super infamia, sed satis est sibi cõstare, vt hic, vbi tantum exigit q̃ ad aures superioris perueniat à viris prouidis, & honestis, &c. secus in delegato, vel ordinario procedente ad instantiam alterius. quod tamen prosequere. vt dixi in præl. c. cum oporteat. s̃. e. & per hoc remaneat expedita prima pars gl.

b ¶ In gl. ibi. potest illum recusare. b † Not. bene gl. q̃ iudex potest 15 recusari vt suspectus, non solũ si procedat via ordinaria, sed ẽt si procedit ad correctionem per viam inquisitionis. Non obst. si dicatur, q̃ à correctione non appellatur, vt in c. reprehensibilis. de ap. ergo nec recusari potest cum illa procedant à pari. vt in c. super eo. el. 2. de app. ad hoc enim respondetur q̃ iudicant à pari quòd ad hoc, vt neutra sine causa admittat, vnde appellari potc test à iudice procedente ad correctionem si excedat modum c, vt in c. vt debitus. de app. vt no. in d. c. reprehensibilis. & vide q̃ 16 no. gl. fi. in c. si s̃ vnum. de offi. dele. li. 6. † In ea gl. ibi q̃ iudex cri d minosus, d. Spe. in ti. de inqu. §. fi. ad fi. tenet, q̃ iudex ordinarius non potest repelli per exceptionem criminis. Idem tenet Io. An. hic. & bene. quia q̃diu prælatus toleratur ei obediendum est. 8. q. 4. nonne. nec modus excipiendi sufficit ad priuationem. vt in c. super his. s̃. e. accusat ergo prælatum de crimine, si vult, de delegato verò an possit repelli prętextu criminis. dic vt no. In. & alij 17 in c. sciscitatus. s̃. de rescrip. † Et pondera gl. in hac secũda parte dum tractat qualiter sit fienda inquisitio nam videtur tacitè ponere tres differentias inter processum fiendum ex mero iudicis officio, & illum, qui fit alio impetrãte, & promouente inquisitionem. Prima differẽtia est, quia quando procedit ex mero officio tunc recipit iuramentum ab illis q̃ quos est fiẽda inquisitio. sed quando procedit ad instantiam alterius tunc non recipit hic iuramentum, ne instruat aduersarium. Sed ipse aduersarius habet probare ea quæ denuntiauit. Secunda differentia est, quando procedit ex officio non tenetur recipere probationem super fama, satis enim est q̃ constet sibi, secus quãdo procedit ad instãtiã, quod dic vt dixi s̃. plenius in c. cum oporteat. s̃. c. Tertia differẽtia est quia si procedit ad instantiam alterius admittit probationes q̃rias super bonam famam. secus quando procedit ex officio. ratio diuersitatis est, quia non ita præsumitur q̃ iudicem sicut q̃ partem. arg. in c. in nostra. de proc. & in c. ad audientiam. de præscri. Quarta differentia vltra gl. ponitur per Doc. quia q̃ conceditur ad instantiam fit lit. conte. cum prom̃uente inquisitionem, vt in c. cum dilectus, de nunc. cano. secus quando ex officio proceditur, quia ibi nõ est cum fiat lit. conte. sed fit quædã quasi conteſt. inter infamiam, quæ tenet locum accusatoris, & responsionem inquisiti. Quinta differentia, quia quando procedit ex officio, possunt recipi testes. etiam publicatis attestationibus, tunc enim cessat ratio timoris subornationis, cum semper dicta testium sint nota iudici. secus quãdo procedit ad instãtiam partis. vt no. in c. cum clamor. s̃. de testib. & has differẽtias bñ no. In ea glo. ibi. debet remoueri ab administratione. ex hoc dicto gl. colligitur concor. inter hoc c. & c. inquisitionis. s̃. e. vt si crimẽ graue probetur q̃ prælatum per inquisitionem, fiat remotio ab administratione, & sic pœna in prælato non erit arbitraria, sed si non habet inquisitus administrationem, tunc pœna est arbitraria. & ita loquitur. c. inquisitionis. s̃. e. & plures alias solut, ibi tradidi. & Io. An. hic sensit super tex & Host. in præl. c. inquisitionis. q̃ licet in prælato sit pœna remotionis ab administratione, tamen poterit secum misericorditer agi vt dimittatur in administratione, & imponatur alia pœna. & sic quasi volunt intelligere illud c. inquisitionis. dum dicit, q̃ potest moderari pœna, scilicet. ex dispensatione & misericordia. & hoc dictum commu 18 niter tenet. † Sed cõtra hoc adduco istum tex. fortiter in eo. q̃ dicit q̃ debet remoueri omnino ab administratione, hæc enim dif dictio omnino, excludit omnem gratiam, & dispẽtationem, sicut & illa nullo modo. vt dicit gl. no. in cle. vt hi qui. de æta. & quag li. & ideò pro concor. hic distinguerem, q̃ aut non potest prælatus conuictus remanere in administratione sine scãdalo, vel periculo, & potest fieri dispensatio, sed omnino debet remoueri ab administratione. & ita loquitur iste tex. si bene põderetur, & omnis ratio hoc suggerit. arg. c. venerabili. de offi. dele. & in c. nisi cũ pridem. de renun. & ibi Inn. in c. 2. de no. oper. nun. & in c. nihil cum scandalo. de præsc. Aut ista cessant, & tunc potest fieri dispẽh satio, & pœna moderari, & ita loquitur c. inquisitionis. h † Gir19 ca hoc moueo dubium vnum, quod expresse hactenus non reperi tactum per doct. nunquid cum constat de crimine per viã i inquisitionis possit episcopus dispẽsare i cum prælato in maioribus criminibus adulterio. Et inclinãdo in humaniorem partem credo q̃ sic, & hanc sententiam arbitror probari per d. c. inquisitionis. in prin. vbi dicitur, q̃ potest superior pœnam moderari, nisi tale sit crimen q̃ impediat ordinis executionem vel beneficij retentionem etiam post peractam pœnitẽtiam. ergo vbi ista cessant quantuncunque crimẽ sit graue, semper poterit superi or dispensare, vt non remoueatur ab administratione pro hoc, qa videm' q̃ vbi ꝓceditur p viã inquisitiõis venit imponẽda pœna mitior. nec etiam fm vnam opi. inquisitus efficitur infamis. nõ mirũ, si potest hoc casu dispẽsare in maioribus criminibus adulterio. secus qñ ꝓceditur p viã accusationis. & ita intelligo c. At si clerici. s̃. de iud. Et ex hoc hẽ sing. limitatio, alias non consi derata

ADDITIONES.

4 stus accusari, siue redargui. ¶ † In glo. in ver. catholicus admittitur in testimonium, &c. hoc non est verum simpliciter. ideò dic q; aut quæritur nunquid quilibet admittatur. & dic. vt le. & nor. in c. per tuas. j. e. vbi dicā aut quæritur vtrum quilibet admitta
5 tur ad accusandū, & dic vt plenè dixi in c. cum P. s. de acc. ¶ † In gl. fi. in

ADDITIO.

a ¶Vide Bart. qui in hoc optimè distinguit, in l. post legatum. §. his verò. ff. de his quib. vt ind. dic tamen quod non licet testi se offerre iudici, quia per hoc esset suspectus, vt in l. quæ omnia. ff. de procur. quod intellige, nisi esset causa in qua nutriatur pactū, vt matrimoniale, quia tunc posset testis se sponte offerre, vt in c. iuranit. & ibi per But. s. de prob. & in c. præterea. el 2. s. de spō. tamen quando testis exoratur, & producitur per partem, licet valeat eius testimonium, nō dicitur inuitus deponere, vt dicit Bart. in d. §. his verò. Sed si aliud non apparet, præsumitur depositus inuitus, & ideò cautela est, quòd in actis scribatur, quòd volentes deposuerunt, vt dicit Cy. & Bart. in auth. presbyteros. C. de episc. & cler. & hoc not. quia sunt aliqui testes, qui non debent testificari nisi volentes, de quibus in l. Iulia. & de his vide per Butr. in c. de iudi. vbi etiam vide an testes præsumantur citati, & requisiti. Alex. de Ne.

gl. fi. in fi. de hoc an, & quando testes possunt compelli in criminalib. dic, vt in c. dilectorum. alle. in gl. & iste tex. posset intelligi fm Io. An. q; primò sit exorādus per partē, sed cōpellendus per iudicem. & not. primū qđ potest licitè exorari per partē, vt s. dixi-
d tissimè per Dāic. in c. ad hæc no. ver. si. ad primum dictum. 32. dist. Et aliquid per Archi. in c. his. el 2. l. dist. de Bellentz.
d § De hoc art. vide In. & doct. in c. tanta. & c. per tuas. el 2. j. e. & j. de schismat. c. 1. & de hæret. c. 3. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Simonia propter immanitatem criminis dicitur hæresis, quid autem sit hæresis. vide j. proxi. c.*
3 *Papa de hæresi accusatus, non autem de simonia, nisi concurrentibus tribus.*

CAP. V.

1 QVOTIES. Item dicit q; præcedens, nisi q; illud c. loquitur in accusatione, & c. istud loquitur de simoniaco in genere, i
1 stud declarat de ordine. Et ex his colligūtur oppositiones q; pos-
a sunt formari de superfluitate. † No. primò ex tex. q; simonia dici
a tur hæresis. Nūquid aūt quilibet simoniacus sit hæreticus, & c. b dic
b fm Inn. q; non, sed ille esset hæreticus, qui crederet gratiā Sācti spiritus posse pretio acquiri. Alij verò hoc non credentes, sed dantes pecuniam pro auiditate habendi beneficium, vel cōsequendi ordinē non sunt hæretici, sed simoniaci, sed propter immanitatem criminis appellatur hæresis, & ex his infero ad id qđ not.
2 gl. in c. si quis pecunia. 79. dist. † Nunquid papa possit accusari de
c simonia. c cum possit accusari de hæresi. 40. di. si papa. & dicendum, q; non potest accusari nisi concurrant tria, quæ no. in gl. in
d illo c. si papa. præal. & tene meanti. d

ADDITIONES.

a ¶Simonia dicitur hæresis. Adde Fel. in rub. s. isto ti. quem omnino vide, quia multa ponit ibi circa hoc. Zach.
b ¶Hæreticus. Vtrum simoniacus dicatur hæreticus, vide Archi. j. c. frater. j. q. j. de quo vide Abb. in c. per tuas. el grande. inf. e. Et vide tex. in c. vt eos. j. q. j. & gl. in c. licet Heli. prope fi. eo. Et de hoc vide multum eleganter, & philosophicè per S. Tho. in 4. Sen. dist. 25. q. 1. art. 1. post mediū. vbi inter cætera dicit, q; simoniaci, pprię & perfectè loquendo non sunt hæretici, cum non habeant opinionem. sed dicuntur hæretici ppter similitudinē actus, quia actus ita operatur. si existimarent spiritum sanctum pecunia possideri: quæ existimatio esset hæretica. de Bellentz.
c ¶De simonia. Vide de hoc etiam gl. in c. 1. 79. dist. de Bellentzin.
d § Et de hoc vide gl. in terminis. in d. c. si quis pecuniam. 79. dist. vbi & tractatur, an Cardinales qui papam eligerent possint de simonia accusari. & si fuerit probata simonia, nūquid Papa possit deponi, & concludit quòd non, vide ipsam. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus deponitur, si est sacerdos.*
2 *Simonia est pestis inficiens hominem.*
3 *Simonia, & hæresis puniuntur per sola signa, & præsumptiones propter atrocitatem tanti criminis, & idem esset in aliis grauib. criminib.*
4 *Homicidium an sit horribilius crimen quàm simonia.*

CAP. VI.

1 SICVT SIMONIACA. † Simoniacus est deponendus. h. d. Casus literalis. Quærebatur de pœna iniungenda simoniaco. Et rñ. Pa. q; sicut simoniaca pestis sua magnitudine alios morbos vincit, ita sine aliqua dilatione. cum de ipsa constiterit, de eccle-
2 sia debet eliminari, atque expelli. B. † No. 1. ex tex. q; simonia appellatur hic pestis, sicut. n. pestis inficit hominem, & multos, ita simonia inficit, quia reddit ipsum inhabilem ad executionē offi-
a cij. tanta est cupiditas consequendi būficia, vt multos inficiat, si-
2 cut pestis. a † No. 2. casum speciale vbi in crimine graui. & gra-uissimo

ADDITIO.

a ❋ Dēēt labes, vt infr. c. pxi. & c. qm. & iō dē labes, qa multi eā labūtur. Df. & rabies, vt s. e. si dūs. Dicit & hæresis, vt s. e. quoties. quod tñ intellige, vt ibi dicit Inn. & etiam Abb. Sic. Alex. de Ne.
a ¶Sed Goffr. & Host. sentiunt, qđ exigatur plena, pbatio ad probandā simoniā. nā in verbo. signa, subaudiūt sc. euidentia, & reū quincentia xj. q. 3. eorū. & C. de. pb. l. fi. & istud est verius fm D. Car. & vī ēt transire Bu. & pbatur j. e. licet Heli. vt pp simoniam nō proceditur ad cōdēnationem, sed ad inqsitionem tm. ad idē de pīsum. lfas. vbi pp vehementem psumptionē qs nō ademnutur de hæresi. Nō obst. l. 2. C. de hæret. nā ibi dī, q; si qs deuiat à fide, leui argumento censetur hæreticus, tñ illud debet plenè pbari. Non obst. c. cū acumacia. de hæret. in 6. qa ibi erat violenta præsumptio de hæresi, qđ declara, vt per gl. ibi, & in d. c. lfas. de præsump. sic etiā dici debet in crimine simoniæ, q; non sufficiat infamia, nisi deficiat in purgatiōe, & de hoc est casus j. eo. insinua tū. Vñ dic, q; aut crimē simoniæ est publicū, & notorū, vel pōt plenè pbari, ēt tūc debet deponi, vt j. c. insinuatū. 1. resp. Aut nō pōt pbari, sed laborat publica infamia, & tunc pōt phiberi à celebratiōe missarū, & sic suspēdi ab offō, vt in duob. cc. pced. Sed nō poterit imponi pœna ordinaria nisi deficiat i purgatione, vt in c. insinuatū, iūcta gl. fi j. e. & iste tex. ideo vtit verbo, signa, qa de mēte alteri° nō pōt pstare, nisi p signa, vt dī D. Car. Al. de Ne.

Universidad de Deusto Biblioteca

uissimo ꝓceditur ꝙ sola signa.i.ꝙ verisimiles ꝓbones,nã regulari ter in cri.b.debẽt esse,ꝓbones luce clariores,vt in l.sciant cuncti. C.de ꝓb.canon.zata.2.q.8.c.sciãt cuncti.& 5.q.6.epiphaniũ.& c. Sed m isto crimine simonię in odiũ sui admittũtur ꝓsumptiones,& ita in crie hereſis,de quo in c.cum contumacia.de hæ.li. a 6.& in l.6.de hær.†In gl.1.in fi.vel dic fm Hosti.ꝙ homicidiũ est horribilium,sed crimen simoniæ est grauius,vel simonia est grauius delictũ quo ad inficiendum characterem,vnde puto sic dicendum.ꝙ aut quis credit ꝙ possit acquirere mediante pecunia gram Dei,& tũc cũ iste sit hæreticus grauius peccat,vt dixi in c. ꝓcedenti,sed vbi euitatur hereſis,tunc homicidium est graui⁹ delictum respectu committentis,& illius,in quem commissum est,sed quò ad inficiendum characterem simonia in ordine est grauius delictum,quod bene no.

SVMMARIVM.

Simoniacus potest accusari per q̃ũcunque crimino ſos,& alias ĩhabiles.
Criminoſi ſi ad aliquem actum vocentur contra regulas iuris communis, non venit meretrix.
Simoniacus in ordine etiam occultus eſt vitandus,& ſine peccato non audiuntur diuina ab eo.
Excommunicatus toleratus non eſt vitandus in diuinis ſed in occulto ſic, vt erubeſcat.
Simoniacus in ordine eſt ſuſpenſus,& quò ad ſe,& quò ad alios,& non diſpenſatur niſi per ſolum Papam.
Simoniacus in beneficio an & quando ſit ſuſpenſus.

CAP. VII.

TANTA. a † Simoniacũ accusare põt seruus,meretrix,& criminosus.h.d.& duas hẽt partes sicut duas reddit rõnes.se cũda ibi,itẽ oĩs.Casus ſralis, dubitabaꝫ circa crimẽ simoniæ q̃ ꝓsonæ in ipsius ꝓbationeesſent accipiendæ.Et rñ.pap. ꝙ propter magnitudinẽ crĩs simonię serui aduersus dñm,& qlibet crimino ſi admittuntur ad accusatiõnẽ q̃ simoniacos.itẽ oĩs peccator ꝓt cãtare missam ꝓter simoniacũ,quẽ qlibet accusare põt ẽt vt me b tretrix,ab ordine male accepto remoueat.B.†No.j.ex text.casum in quo seruus põt esse in iudicio,etiã accusando dñm,& est spã le in crimine simoniæ.regulariter aũt serui nõ stãt in iudicio.de c quo.ff.de iud.l.vix certis.3.q.11.c.pen.§.fi.in fi.& c.fi. in prin.†Secũdò colligo,ꝙ sub disp̃one gñali qua crĩoſi admittuntur ad ali d quos actus,non comprehenditur meretrix.b nisi ſpecialiter de ea cauetur,ꝙ clarè innuit hęc lra.nã primò dixerat quoslibet ad mitti ẽt crioſos,& postea ſubiũgit meretrices.licet.n.& ipſa criminoſa sit, tñ ꝓpter eius vilitatẽ repellit gñaliter à legitimis actibus,& spãlis ꝓuiſio requiritur circa ipſius habilitatem.arg.l.qm Alexandrũ.C.de adul.& l.quæ adulteriũ,& facit hoc c.ad ſtatuta loquẽtia de criminoſis.In gl.1.ibi,ſi accuſatus fuerit infamatus. hoc limita qñ clericus accuſatur à laico crĩoſo.tũc.n. requiritur vt accuſatus clericus sit malæ famæ.sec⁹ ergo vbi laic⁹ à laico vl e clericꝰ à clerico.ꝺ quo plenè dixi.c.cũ p.all.in gl.& in c.per tuas. ĵ.eo.ti.†In gl.2.in prin.hæc ſol.licet prima fronte videaĩ vera,tñ f in veritate non procedit.nã & simoniacus ordine est ꝓcisus ab ecclesia.ergo nullũ ſpeciale poneret iſte tex.in simoniaco,& ẽt sequẽs ſol.gl. posſet impugnari.ideò clude breuiter post Inn ꝙ alios peccatores ẽt præcisos ab ecclesia toleratos,non teneмur vitare etiam in diuinis.nam licitè audimus diuina,etiã ab excõi cato tolerato,& facit c.cũ nõ ab hoſe.ĵ.de sen.excõ.licet possumus in occulto eos vitare,vt erubeſcẽtes agant pniam,ar.c.ve ſtra.de coh.cle.& mu.Sed simoniacũ in ordine quãtũcunq; occeultũ tenemur vitare in diuinisevt in c.præter.§.verũ.32.dist.sic intellige tex.qd peccator ẽt si præcisus toleratus,tñ in ecclesia põt quo ad alios celebrare,licet peccet celebrando.Sed simoniacꝰ in ordine quãtũcunq; tolerat⁹,nec quo ad ſe,nec quò ad h alios nõ ꝓt missam cãtare.d¶†In ea gl.ibi, nisi renũtiet bñficio i &c.Conclude latiùs assumẽdo aliqua dicta Inn.ꝙ aut quis est simoniacus in ordine aut ĩ bñficio. Primo casu ſuſpẽsus est quò ad ſe,& quò ad alios,nec ꝓdest renũtiare bñficio, nec diſpẽsat cũ eo nisi per ſolũ papã.j.q.j.in c.gram.Si verò est simoniacus in bñficio.& tunc si est occultus non est ſuſpẽsus quò ad alios,sed quò ad ſe tantũ,& si renuntiat beneficio,põt ordinẽ ſuũ exequi post pactã pniam,sed illo bñficio retentio in quo fuit simonia cõmissa non põt agere pniam.vt in c.inquisitionis.in prin.s.de ac en.Si verò est manifeſtus,& tũc est ſuſpẽsus etiã quo ad alios,& licet renuntiet beneficio,eget tñ diſpẽsatione,sicut quilibet notorius criminoſus,vt in c.fi.de tẽp.ord.Sed põt cũ isto diſpẽsari ꝓpẽm,dummodo non sit ille epͤs, qui cõmisit simoniã.vt no.3. q.5.ꝓsentium.Ixẽ qd dixi notorius simoniacus in bñficio est ſuſ

pensus quò ad alios est verum,qñ simonia fuit cõmiſſa,eo ſciẽte.secus ſi eo ignorante,puta per patrem,vel amicum,tunc.n.nõ est ſuſpensus quò ad alios,sed nõ potest illud beneficium licitè e retinere sine diſpensatione,vt præal.ca.præſentium.& quod no. in c.ſicut.& c.nobis.ĵ.eo.e

ADDITIONES.

a ¶Tanta.Ad materiam huius decretalis,vide not.per doct. in c. veniens.lo j.s.de testi.Seb.Sap.

¶Tanta.An sit indiſtinctè verũ,ꝙ quilibet criminoſus, vel alius admittatur ad accuſandum,vel teſtificandum in crimine simoniæ,videtex.& gl.in c.ſanè.12.q.3.in c.quæro.§.porrò. 6.qu.j.& gl.6.q.1.in ſumma.& 2.qu.4.in ſum. Et vide ꝙ latè habetur de hoc in c.licet Heli.& in c.per tuas.el j.ĵ.e.& elegantiſſimè per d. meum Fran.de Are.in c.veniẽs.el j.de testi.in ſuis recollectis. de Bellentz.

b ¶Meretrix.Ex hoc vr̃ posse inferri quòd meretrices non admittũtur ad teſtificandum in crimine simoniæ, quia nulla iura ſpecialiter dicunt meretrices admittendas,ſed criminoſos tãtũ. Et licet tex.iſte velit ꝙ meretrices admittantur ad accuſandũ, nõ ſequitur.ergo eſiam ad teſtificandum, quia maior idoneitas requiritur in teſtificando ꝓp maius periculum c.licet Heli.in fi. ĵ.eo.Contrarium tamen tenẽt gl hic, in fi.& Alex.in conſil.11. inci.circa primum dubium,quo quæritur.in j.vol.

b ¶Meretrix. Quando in diſpoſitione generali fit mentio de criminoſis,eis aliquid permittendo non cõprehenditur meretrix. Et no.quia est vtile in practica,& adde ꝙ meretrix non est infamis.Gl.est in l.Pantonius.ff.si quis à paren.manu.fue.&Dña Lupanarij est infamis.Gl.est in c.j.32.q.5. Quæ autem propriè dicaĩ meretrix,vide textũ,& gl.in ca.meretrices.32.q.4.& in c. viduæ. 34.distin.Et vide quod de istis meretricibus ſcribit d. Abb. in c. inter opera,& quod ibi notaui.de ſponſ.& vide opti.text.in l.palam.in princ.ff.de rit.nu.Item vide quod ſingulariter ſcripſi poſt Domini.in c.mulieres.§.j.in prin.de iud.libro ſexto.Itẽ vide pulchrum tex.in l.per adulterium.C.de adul. Et adde ꝙ illud,quod dicitur de meretrice,habet etiam locum in illa, quæ fuit meretrix.Tex.est notabilis in l.palam.§.non ſolum ff.de ri.nup.Et bene facit text.in l.prætor.§.his etiam ff.de eden.& quod ſcribit d. Anto.in procœmio Gregoria.in j.char.Sed forte illud est verum ſolum quò ad pœnam infamiæ.Tex.tamen ibi reddit rationem generalem.Et pro hoc facit quod not.Barto.in l.j.in princ.ff.de ædil.edict.Et dic,vſurarius dicitur etiam ille,qui deſiit fœnerari. De quo vide Bar.in d.l.palam.§.non ſolum.Item adde ꝙ priuilegio,quo gaudent mulieres,vt non poſſint capi pro debito ciuili,iuxta l.j.C.de offi.di.iud.& auth.nouo iure.C.de cuſt.reo. non gaudet mulier meretrix.fm Bal.in l.conſentaneum.ver. in gl. ad cogendum.C.quomodo,& quando iu.argumento tex.in auth, reſti.& ea quæ par.§ ſi quod limitat Lu.to.in l.ſi verò.§. de viro. in 2.fallen ff.ſo.ma.niſi mulier eſſet nupta,& luxuriosè viueret. Et alle.in ſimili notata per Io.An.in rub.de iniur.arg.l.ſi vxor §. j.ff.de adul.Sed dictum Bal.in d.l,conſentaneum.amplio eſſe verum etiam in muliere,quæ deſiit eſſe meretrix,per tex.in d.l.palam.§.non ſo.um.ff.de ritu nupt.Et iſta tenementi ad ea,quę habentur per gl.& do.in l.plerique.cum l.ſeq.de in ius voc.de Bellentzinis.

c ¶Tenetur vitare in diuinis.Adde Fel.pulchrè in c.accuſatum.in fi.ſ.eo.tit.Zach.

d ¶Et ideo gl.in prædicto §.verum dicit,ꝙ ſi quis ſcit aliquem ſimoniacum,licet sit omnino occultus,non debet audire eius officium,& idem dicit hic Inn.pro hoc ergo quod no.gloſſ.j.q.j.ſi qui à simoniacis,quæ dicit,ꝙ ſi aliquis ſcit epiſcopum ſuum ſimoniacum,licet ſit occultus, potiùs debet pati excommunicationem,quàm ab eo ordinẽ recipere.& inquantum Abb.Sic.dicit,ꝙ alij criminoſi tolerati non ſunt vitandi, & ab eis ſunt recipienda diuina,intellige,niſi ſint per ſententiam ſuſpenſi,vel depoſiti,quia tũc toleratio non prodeſſet,vt dicit Inn. Alex.de Ne,

e ¶Et adde remiſſiones,quas dedi in fin.ca.accuſatum.ſ.eodem. Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Simonia in quibus rebus committatur.*
2 *Quicquid datur vt quis recipiatur in aliquam religionem ſimoniacum eſt.*
3 *Simonia committitur ſiue detur aliquid quando beneficium confertur ſiue datur poſtea in progreſſu temporis.*
4 *Simoniam incurrunt recipientes,dantes,& mediatores.*
5 *Conſuetudo tolerans ſimoniam vel inducens eſt nulla.*
6 *Moniales quando recipiunt aliquam in ſororem, non debẽt ab ea,vel eius conſan-*

conſanguinei aliquid petere,ſed vel ipſi conſanguinei aliquid ſponte offeriant monaſterio, vel quod ipſi dicant volẽti intrare,vt aliquid portet pro victu non autem paciſcantur.
7 *Simonia non committitur eo quòd beneficiati recipiunt beneficia reſeruata eis annua penſione dantes reſiduum fructuum alteri.*
8 *Cardinales locantes beneficia ei commendata ſub certa penſione non committunt ſimoniam.*
Simonia non committitur ſi inſtituens in beneficio ſoluit certam penſionẽ alicui Cardinali,quæ pẽſio fuit impoſita beneficio vacanti ſoluenda per inſtituendum.

CAP. VIII.

a NON SATIS.a† Simoniacũ est pretiũ recipere pro ingreſſu religionis,& pro prioratib.vel capellis concedendis pro 1 prælatis inſtituendis,& ꝙ cõcedẽda ſepultura,ꝙ chriſmate,pro eo facto,pro benedictionibus nubentiũ, vel aliis ſacramẽtis, nec valet cõſuetudo in ꝯrium.h.d.cum ſeq.Diuiditur.nam primò ponit conciliũ tripliciter prohibitiuum diuiſim cuius transgreſſores,& contemptores dicit simoniacos. ſecundò coniunctim ponit aliam triplicem prohibitionem damnans contrariã conſuetudinem,& causam reddit.tertiò ibi,pro ſepultura.¶Casus literalis.In ca.iſto prohibetur,ne ab his qui tranſeunt ad religionem,aliqua pecunia requiratur nec prioratus,vel capellania pro aliquo pretio alicui committatur,& qui contrafecerit tam ille qui dedit,quam qui recepit,vel conſenſit ſimoniam cõmittit nec pro aliquo ſpirituali vlla exactio attentetur non obſt.ali qua conſuetudine,quia diuturnitas temporis non diminuit pec 2 catum,ſed auget,& in ſe.c.idem dicitur.Ber.¶†Not.j.ex tex.ꝙ b ingreſſus religionis est quid ſpirituale.vade pro eo non debet aliquid temporale exigi.alias cõmittitur simonia,vt hic.de quo pleniùs dicetur.vt in cap.qñ.ĵ.c.vbi habetur de illis monialibus. 3 †No.2.ꝙ pariter simonia committitur ſiue à principio temporis inſtitutionis aliquid tẽporale ex pacto detur,ſiue annua pars redituum conſtituatur,nam videtur conferre beneficium propter illum annuum red tum,qui eſt quid temporale de quo aliquid ſupra tangam.†Not.3.quòd tam recipiens temporale pro ſpirituali quàm dans,& conſentiens ſiue mediatores inuoluuntur vitio simoniæ.ad hoc c per inquiſitionem.ſ. de elc. & c.2.de conſ.†Vltimò no.ꝙ conſuetudo non excuſat in iſtis.imò aggraꝫ peccatum,quod intelige quãdo diu perſeuerauit in peccato prætextu cõſuetudinis.de quo 6.q.j.imitare.in c.ſi.de cõſue. 6 & ĵ.c.prox.¶†In gl.j.in fi.no.ex gl.duas bonas theoricas,& practicas conficiendi inſtrm quando aliqua puella recipitur in mo c nialẽ,vt non detur aliquid ex pacto,ſed purè,ꝙ deuotione ſua ipſa puella, vel eius pater offerat monaſterio aliquid. Secunda practica est,vt ſi hoc contingat ex defectu facultatis reddituum monaſterij,& per viam cuiuſdam protectionis ſue intimationis dicetur volenti intrare,vt ſecum aliquid quęrat,& aportet,vnde poſſit viuere,non autem debet duci in pactum, & ita intelligo Innoc.in c.tua ĵ.eo.vbi videtur ſentire contra iſtam gl.de quo 7 etiam Ioan.And.in c.quoniam ĵ.eo.†Sed quæro extra gloſſ.di citur hic ꝙ non debet concedi eccleſiæ,ſeu capellaniæ ſub annuo redditu,nunquid religioſi quibus ſunt conceſſæ aliquæ ecclesiæ ad vſum proprium poſſint licitè concedẽdo omnes fructus retinere ſibi annuam penſionem,& cõcludunt hic doct.ꝙ ſic.Nec ob.c.prohibemus.nec c.ſignificauit.ſ.de cenſi.quia verũ est,quod cenſus non debet imponi eccleſiis.ſed fructus qui debentur alicui bene poſſunt vendi,vel locari,vt in c.veſtra.de loc. & facit quod not.in c.de monachis.& in c.auaritiæ.de præben. 8 & in cle.j.de iurepa ¶†Et hæc faciunt ad q quotidianam, nunquid Cardinales poſſunt concedere beneficia eis commendata ſub annua penſione.Et circa hoc ſic conclude,ꝙ aut volunt locare commendam exiſtentem apud eos. & poſſunt ſicut quilibet beneficiatus vendere, & locare fructus ſui beneficij, vt in præalle.c.veſtra.ſpirituali tamen non debent locari.de quo dic vt dicam in c.quoniam.& c.fi.ĵ.ne præla.vi.ſu.aut volunt renũtiare titulo commendæ,vt beneficium conferatur alij per papã, & tunc ſi præcedit pactum,vt habeat certam pecuniam non est dubium ꝙ committitur ſimonia,& magis cõmitteret ipſe Cardi.quàm ille qui confert,quia ipſe nihil confert, ſed tantum renuntiat commendæ & recipit pecuniam ex pacto, eſt enim illa renuntiatio ſimoniaca.ad hoc quod no.gl.in c.ex parte.ſ.de ofd fi.deleg.Sed cautela poſſet ſic adhiberi dum tamen non præcedat prius priuata pactio,vt Pa.ex officio ſuo inducet Car.ad renunciandum & poſtea opponeret certam pẽſionem beneficio vacanti ſoluendam Car.annuatim per inſtituendum.& hoc trã ſiret ſine vitio ſimoniæ.argu.opti.c.niſi.de præbend.nã & ſi pro vita religioſorum quandoque apponuntur iſtæ penſiones ecclesiæ fortiùs pro ſuſtentatione Cardinalium quorum conſilio regitur orbis,& abſque dubio conſultus prouideretur vniuerſa

li eccleſiæ apprehendo huiuſmodi penſiones potius quàm concedendo eis eccleſias in commendã,quia deſtituuntur ſic eccleſię proprio rectore,& malè deſeruitur ipſis eccleſiis in ſpiritualibus,& temporalib.

ADDITIONES.

a ¶Non ſatis.Extende hunc tex.vt per Abb.in c.ad noſtram.ĵ.eo. & in c.ea,quæ.ĵ.eo.Seb.Sap.

a ¶Non ſatis.Vide Bar.in l.Titia.in fi.principij.de ver.ob.& Bal.in l.fi.in fin.C.de ſponſal.& Bar.in l.Titio centum.ĵ.1.& ibi Imo.de condi.& demon.De Bellentz.

b ¶Ingreſſus.Vide Abb.in ca.2.in primo notã.de ſtatu monacho. Seb.Sap.

c ¶Qñ puella recipitur in monialem.Adde ad dilucidationẽ huius dubij Bar.in l.2.C.de inſti.& ſubſti.& ibi omnino Ale.in fi.eidem Bar.& malius in l.Titio centum.§.1.ff.de cond.& demon.& in auth.res.q̃.C.com de leg.& fideic.ver.quæro.an pro filia Zac.

d ¶Dum tamen Vide mirabilẽ deciſionem adverba Abb.hic,quã ponit Fel.in c.ad audientiam ſ.de reſcri.Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo licet praua,& inhoneſta excuſat à pœna temporali.*
2 *Simonia an poſſit committi circa ſacramentum matrimonij.*
3 *Marītus ignobilis ſi aliquid dat vxori nobili in recompenſationem parentelę licitè dat,& huiuſmodi donatio valet.*
4 *Donatio remuneratoria inter virum & vxorem valet,etiam non expecta morte alterius coniugum.*
5 *Presbyter ſi non vult baptizare aliquem ſine pecunia an debeat illi dare dictam pecuniam,an vero baptiſmum relinquere.*
Pro baptizato habetur qui habet voluntatem baptizandi ſe.
Baptiſmus etiam collatus à laico tenet.
Simoniam non committit ille,qui eſt neceſſitatus dare pecuniam pro ſpiritualitate.
6 *Vſuram non committit ille,qui neceſſitatur accipere pecunias ſub vſuris.*
7 *Simonia non committitur ſi quis dat,vel pollicetur pecunias alicui pagano vt faciat ſe chriſtianum,niſi ille paganus efficeretur chriſtianus ob illas pecunias.*
8 *Simonia committitur ex parte recipientis ſi accipit pecuniam ne conferat ſpiritualia ſimoniacè.*

CAP. IX.

CVM IN ECCLESIAE.Summatim est ſ.in c.præced.& diuiditur,quia primò ponit factũ horribile,& excuſationem conſuetudinis improbat.ſecundò illam reprobat,quia simonia 1 cam ibi,ne igitur.†No.1.ex tex.ꝙ prauа conſuetudo poteſt appellari lex mortis,appellatur enim lex,quia ab impijs,vt lex.& priuilegium obſeruatur,ideò radicitus,& velociter extirpanda. vt 8.dis.mala conſuetudo appellatur lex mortis,quia infert mor a tem æternam.ſed quò ad pœnam temporalem multũ excuſat, a vt no.4.dist.denique.& in c.cum venerabilis.de conſue. Secũdò ex eodem verbo colligo quòd peccatum ſucceſſiuum est grauꝰ & grauiori pœna afficiendum,quàm ſit momentaneum,& quòd peccatum detinet temporaliter,& inuiſibiliter animam vinculatam ſeu alligatam ſicut vincula tenent corpus viſib liter. Vltimò not.quòd omnia ſpiritualia largo modo poſſunt appellari ſacramenta,vt colligitur ibi ſeu a iis ſacramentis, &c.propriè tamen ſunt ſeptem ſacramenta de quibus in capitul. veniens de tranſact.per gloſſ. ¶ In gloſſ.ij in fin. vel dic ſecundum Vincen. quòd hoc procedit de iure ciuili.de iure verò canonico non valet conſuetudo aliqua, vt pro ſpirituali aliquid detur temporale,& an, & quando poſſit aliqua conſuetudo in b talibus introduci,dicam in capitu. ad apoſtolicam. infrà eod.b ¶†In

ADDITIONES.

a ¶Quo ad pœnam temporalem multum excuſat. Adde Lu.Ro. ſing.19 inci.an conſuetudo.& Fran.de Cre.ſing.149. quod inci. nos puerorum.allegat vterque ad hoc gl.ſi.in ca.cum venerabilis.per iſtum hic alle.ſ.de conſue.quam diligenter vide,& quod ibi notaui in apo.ad iſtum.nu.5.in apo.in ver.quò ad pœnã.dixi inſuper in apo.ad eundem poſt alios in c.quoniam.nu.13.in apo.in verſi.tex.cum gl.ſ.de conſtit.Fel.in c.j.ſ.de re iudic.Alex. conſi.22.volu.1.& conſi.108.vol.2.Bald.conſi.39.vol.2.Rom conſi.466,Card.conſi.132.& Petr.de Ancha.conſi.46.inci.cõſuetudo.& conſil.271.incip.iure ſcripto. & conſuetudine. Zacharias.

b ¶Habetur etiam in c.ſuam.& in c.ſicut pro certo,& in ca.Iacobus.ĵ.eo.Alex.de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶†In glo.ver.benedictionibus nubētium a &c. ibi gratia non
a confertur.Io.An.hic & in c.vnic.de fac.vnc.determinat contra
rium,dicens q̄ ēt in matrimonio gratia confertur, & ad c.cōnu
bia.allc.pro contrario resp q̄ in benedictionib.nubentium,& in
aliis sacramentis adest præsentia sancti spiritus, & gratia,sed in
matrimonio in actu.f copulæ carnalis licet non adsit præsentia
sancti spiritus propter horrorem, & quia homo efficitur totus
carnalis,potest tamen ibi adesse gratia,puta si facit causa reddē
di debitum.nam tunc coniux meretur.3.q.5.c.1.27.q.2.si tu abs
tines.Nec etiā valet ar.gl.dum dicit,q̄ pro benedictionibus nu
bentium non debet aliquid exigi,quia confertur gratia Spiritus
sancti,& tamen prohibetur exactio pecuniæ,exemplum in ele
b ctione. b Et an sit indistinctè verum,q̄ in matrimonio possit li
citè interuenire pecunia,concludę q̄ pro dote,& pro donatiōe
propter nuptias licitè potest interuenire, quia propriè non da
tur pro matrimonio.i.vt ꝓtrahatur ipsum matrimonium,sed p
onere matrimonij.vt in c.per vestras.ś.de dot.post di.restit.Item
ante matrimonium contractum potest interuenire donatio in
ter sponsos,dummodo conferatur in tempus matrimonij,vt in
l.j.C.de don.an.nup.sed in matrimonio ꝫhendo si inducatur al
ter ad matrimoniū non valet donatio,seu promissio facta ab al
c tero coniugū c : quia vē fieri ob turpē cām.f.libidinis extorquē
dæ.ita vult tex.not.in l. si ita stipulatus.§.si tibi.& in l.si diuortio.
3 ff.de ver.obli.†Dictum tamen sing.Bar.in vtroque loco,q̄ si puel
d la deret nobilis,& vireſſet plebeius,tunc licitè potest aliquid do
nari vt ꝫhatur matrimonium,quia vē donatio remuneratoria,
& in compensationem parentelæ, & non causa libidinis,quod
4 est valde notandum.†Et per hæc dicta Bar.audio Bar.de Sal.cō
suluisse,quòd valet donatio facta inter coniuges,quando est re
muneratoria seruitij recepti,vt vitra affectum coniugalem ma
ximum beneficium collatum est vxori per virum,& eē, ita q̄ al
ter alteri sit obligatus ad antidora.tunc.n.tenet donatio,& obli
gatio facta etiam non expectata morte alterius cōiugum,quia
simplex donatio prohibetur inter coniuges,vt in c.fi.de don.in
ter vir.& vxo.non aūt donatio remuneratoria:illa.n. propriè &
strictè non est donatio,cum non procedat ex mera liberalitate:
vt l.i.ff.de don.sed procedit vt satisfiat obligationi ad antidora.l.
sed & si.§.cōsuluit.ff.de pe.hæ.& in c.cum creatura.de cel.mis.&
5 in c.cum in officiis.de testa.& hæc no.†Extra gl.quæro nūquid
e possit licitè dari pecunia e sacerdoti,qui non vult aliter baptiza
re,an potius sit sacramentum baptismatis relinquēdum, de hoc
vide bo.gl.in c.baptizandis.1.q.1.vbi videt ꝛcludere,q̄ aut iste
baptizandus est adultus,& non debet aliquid cōtribuere,sed po
tius baptisma relinquere,quia ex quo credit,& non deficit p eū
quominus baptizetur,habetur pro baptizato.arg.in c.debitū,&
qđ ibi no ś.de bap.& in c.2.de presby.non bap.& qđ ibi no.in gl.
alias baptizet seipsum fm illam gl.hoc tñ vltimū parum prodes
set, quia differētia debet esse inter baptizārem,& baptizatum in
præall.c.debitū. Item dic q̄ pōt se facere baptizari à laico, quia à
quocunq; collatū sit tenet.vt in ca.1.in ver.sacramentum.ś.de
sum.tri.Si verò est infans,tunc sunt opi.Quidā.n.dicūt nihil esse
tribuendū,sed potius infantē dimittendū sine baptismo, ga nō
dēt quis peccare,vt infans acquirat vitam æternā,14.dist.quod
ait Zot.& ibi glos.& 46.dist.sicut.alij dicunt,q̄ licet non deberet
dari,tamen potius quā dimittere infantē sine baptismo pecunia
esset danda,& hoc intellige qñ non reperitur alius qui sciat bap
tizare,& putarē,q̄ licitè pōt hoc casu dari pecunia,licet illicitè
recipiatur,ga iste donat ductus necessitate,nō vt emat spiritua
le,sed potius tollat impedimentū illicitè præstitum huic testa
6 mento.¶†Sicut in simili dicimus de recipiente pecuniā ad vsu
ram,vt si voluntariè hoc faciat inducēdo aliū ad vsuram cōmit
tēdam peccet,secus si hoc faciat ex necessitate,vt no. in c.super
7 eo.ī.de vsur.& facit quod no.ś.c.proximo. ¶†Secundo quæri
tur nunquid licitè detur pecunia pagano,vt se baptizet, de quo
vide gl.in c.quam pio.j.q.ij.& recipiāt opin. & quidam dicunt
q̄ licitè potest dari exēplo beati Siluestri,qui bona temporalia
pollicebatur paganis,vt facerent se Christianos, alij contra,mi
hi placet hæc opi.quòd aut faciunt propter paupertatem,quia
pagani nolunt venire ad fidem christianā,& tunc licitè eis pos
set pecunia promitti:nam multi iudæi multas diuitias congesse
runt ex vsuraria prauitate,& timent venire ad fidem,quia opor
tet eos omnia malè ablata restituere.hoc enim casu licitè puto
pecuniam eis posse ꝓmitti,vt veniant ad fidem, sed si nō habēt
propositū veniēdi ad fidē,nisi ex cupiditate pecuniæ promissæ,
tūc puto ꝫrium,quia in talibus parū ꝓdesset baptismus. xv.q.j.
non est.imò peccant,quia abutuntur bono,& dantes non euā
derēt peccatū ar.33.q.5.ad fidem,sed fm primū membrū arbi
8 tror fecisse beatū Siluestrū.¶†Vltimò quęritur quid si pecunia
datur ep̄o,vt simoniacè non conferat spūalia.dicunt Doc. q̄ si
monia est ex parte recipientis,non autem ex parte dantis.

ADDITIONES.

a ¶Nubentium. Adde hic bonam.gl.32.qu.2.in gl.j.& gl.in ca.ad
applicā,in verbo desponsata.ī.e.& gl.in c.licitè.32.q.2.quæ mani
festè sentit.q̄ per sacramentū mrimonij non cōfertur gratia.Et
vide omnino d.Ant.in c.j.de sacra vnctio.& vide oīno quod ibi
notaui,vbi latè examinando concludit etiā ipse q̄ per sacramē
tū matrimonij confertur gratia.Itē inquantū gl.dicit hic licere
dare pecuniā pro matrimonio,intellige hoc prout elegāter di
cit B.Tho.2.2.qu.1.art.2.in fi.vbi dicit q̄ matrimoniū non solū
est sacramentum ecclesiæ,sed etiā est officium naturę,& ideò di
cit pro eo inquantū est naturæ officium,licitè datur pecunia.Et
de isto articulo,an liceat dare pecuniam pro sacramento matri
monij,vide gl.fi.in c.significante.qui matri.accusa.pos.& omni
no per Dominic.in c.his ergo.circa fi.23.di.post gl.& Bart.in l.
fi.ad fi.C.de transact.de Bellentz.

b ¶Dominus Cardi.hic.in 2. oppositione dicit,q̄ quando copula
est meritoria,non videtur sibi ratio quare spiritus dedigneē ad
esse in opere diuinitus instituto. Mihi tñ magis placet illud qđ
dicit Abb.Sic.f.q̄ præsentia spiritus sancti nō adsit operi carna
li.etiam si sit meritoria,quia de hoc est tex.apertus in præalle.c.
connubia.32.q.2.& qñ copula sit meritoria,& quando incurra
tur peccatum mortale,vel veniale,ex ipsa,vide gl.in c.quicquid.
32.q.2.& 5.di.ad eius vero concubitū.plenè dixi post Butr.in ru
br.de spons.Nunquid autem gratia spiritus sancti maneat sp in
sacramētis,donec sunt in corpore mortali,dic q̄ sic, quò ad vir
tutes, sed quò ad miracula, & virtutem prophetandi manet ad
tempus,& recedit ad tempus,vt de pœ.dist.2. quærendum,& c.
potest.Alex.de Ne.

c ¶Ab altero coniugum.In contrarium ponderat Abb.text. in c.
de illis.ś.de condit.app.vbi respondet duob.modis,vt ibi per eū.
Seb.Sap.

c ¶Ab altero coniugum.Valet donatio,per quam alter coniugū
inducitur ad contrahendum matrimonium, nisi sit remunera
toria. Et adde omnino quod not.dom.Abb.in ca.gemma.ś.de
spons.& in c.fi.de dona.inter virum,& vxorem.& quod ibi latè
notaui.De Bellentz.

d ¶Quòd si puella.Vide Ias.in l.si non sortem.versi.secundus effe
ctus.ff.de condi.inde.& latè in l.ex hoc iure.versiculo, tertius ef
fectus.ff.de iust.& iure.vbi ad hoc plura allegat.

e ¶Pecunia.Nunquid liceat dare pecuniam ei,qui alias non vult
baptizare infantem morientem Et idem determinat in termi
nis Beatus Thomas.2.2.q.c.ar.2.circa med.vbi omnino vide. Sc
tu de hoc omnino vide elegāter in terminis per Sanctum Tho
mam.in 4.Sent.di.5.q.2.art.2.in fi.quantum ad adultum volen
tem baptizari concludit illud idē quod dicitur, sed quātum ad
petentem infantem baptizari,dic quòd si sacerdos non vult illū
baptizare,poterit ipse baptizare,& si non habet aquam, potest
emere ob hoc,& etiam poterit emere aquam consecratam, ga
emit eam,vt puram aquam,non vt consecratam, quia ipse nō
baptizat aqua illa, & nonnullam dicitur committere simoniā.
Item vide Sanctum Thomam.in 4.Sent.di.2.q.2.art.j.ante fi.vbi
dicit,q̄ si baptizans intendit baptizare,vt lucrum ipse consequa
tur,baptisma verum est,quia conformatur intentioni ecclesiæ.
Et de hoc an possit pecunia dari pro baptismo,vide gl.& ibi om
nino Dominic.super ea in c.qui syncera.45.di. Quare autē non
est danda procuratio pro baptismo,sicut pro consecratione,de
clarat gl.in c.relatum.4.q.4.De Bellentz.

SVMMARIVM.

1 *Procurat onē non debet petere prælatus, nisi in casib.à iure expressis,vel his similibus.*
2 *Procuratio debetur episcopo non solum si visitat, vel conferat loca remota,sed etiam vicina.*

CAP. X.

1 CVM SIT.Breue est,nec pōt summari.¶†No.primò casum,
in quo præter visitationem debetur procuratio,quando.s.
a eps,siue prælatus vadit ad ꝫsecrandū a ecclesiā.& dicit hic Vinc.
b & doct.cōiter post eum, q̄ in nullo casu præstabitur ꝓcuratiō
prælato

ADDITIONES.

a ¶Consecrandum.idem esset si episcopus iret ad recōciliandum
ecclesiam solutam,vt dicit Ant.in c.proposuisti. de consec.eccle.
vel alta.Sed cōtrarium dicit Io.An.in addi.Spe.in tit.de salario.
§.j.in ij.char.De Bellentz.

b ¶Procuratio.Episcopus, vel alius prælatus non debet habere
procurationem à subditis,nisi in casibus à iure expressis. Et idē
dicit Vinc.in c.conquerente.de off.ord. prout refert Ant.in d.c.
proposuisti.Et idem dicit Vinc.in c.cum ab omni.de vita & hone
.cle.prout latè referendo dicit Archid.in c. quærendum.iiij.q.
vj.Et

prælato pro officio suo impendendo nisi in casibus à iure expres
sis.& no.hoc dictū,tanq̄ singulare.quia quotidie allegat.Exigēs
ergo procurationem debet allegare casum expressum secūdum
doctores.Sed ego putarē,quod in similibus expressis possit pro
curatio exigi ad hoc q̄ no.gl.& doct.in cap.sicut.supra,de accu
satio.& tex.iuncta gl.in simili.in l.j.C.de condictio.indeb.& in c.
statutum.post princ.de reser.li.vj.non.n.omnes iuris articuli pos
sunt lege cōplecti, sed est de similibus ad similia ꝓcedendū. vt l.
non possunt.ff.de legib.& in c.cum dilecta.de confirmatio. vtili
a vel inutili.a ¶†In gl prima.ibi,potiùs pro labore,&c.hanc opin
2 tenuerunt quidam,sed non placet Host. quia sequeretur q̄ data
vicinitate locorum nō deberetur ista procuratio. No.bene hoc
dictum Host.ex hoc.n.sentit.q̄ quantumcunque ecclesia conse
cranda sit vicina episcopatui, nihilominus potest à cōsecratore
exigi procuratio.quod placet, tum quia ista litera loquitur indi
stinctè,tum quia idem videmus in procuratione debita ratione
visitationis,quia debetur etiam ab ecclesiis,quæ sunt in propria
ciuitate,vt in c.venerabili.de censi.Est ergo hæc procuratio an
nexa visitationi,& consecrationi.& datur non pro labore sacra
menti,quia daretur pro ipso sacramento,cum sit connexa.j.q.iij.
si quis obiecerit. sed prælatur in signum cuiusdam superioratis
& vt facilius prælati inducantur ad visitandum,& consecrandū.
facit pro no.Inn in c.Romana.de censib.li.6.Quare autem in cō
b secratione b& visitatione exigi potest procuratio. & non sic à
baptizandis.vide gl.x.q.3.relatū. quæ dicit hoc fieri ne propter
auaritiam,seu paupertatem hoies subtraherētur seu submoue
rentur à sacramento baptismatis.Et no.hanc gl.in qua tum di
cit,propter defectum facultatum ecclesiæ,debet episcopus pro
priis sumptibus ecclesiam consecrare.tene menti.

ADDITIONES.

¶ iij.Et ideo dicit quòd episcopi vocati ad depositionem clerico
rum debent venire sumptibus propriis.Et idem dicit de episco
pis,qui vocantur ad consecrationem eporum,de quib. dicit Ar.
in c.si forte.xij.di.Et dicit notare Arc.in v.c.cauendū.q̄ qñ aliqs
tenetur aliquid præstare,debet illud præstare sumptib. propriis,
nisi iure reperiatur expressum.Sed in ꝫrium videtur gl.& ibi Ar.
in c.nos autem.xvj.q.j.& gl.in l.quoniam liberi.C.de testi. Attа
men illam gl.approbat ibi Bal.Et cum eo quod ś.dixi episcopos
comprouinciales vocatos ad depositionem clericorum,debere
venire propriis sumptibus.vide quodno.do.Abb.in c.quibusdā.
circa prin.de pœnis.& do.Ant.in c.cum veteri.de elect. Et vide
c.cum pro causa.de proc.& quod no.gl.in c.cupientes.in fin.de
ele.li.6.& omnino quæ plenissimè notaui post gl.in d. c.nos au
tem.16.q.1. De Bellentz.

a ¶ Sed ego tenerem indistinctè dictum Vincentij, ex quo Doct.
ipsum sequuntur simpliciter.nec est bonum argumentum à si
mili,quia in exorbitantibus non procedit argumentum de simi
libus ad similia,vt in auth.quas actiones.C.de sac.sanc.ecc.& in
l.si verò.§.de viro.ff.sol.matr.cum simi.& ideò cum sit contra re
gulas iuris,quia episcopo debeatur procuratio, non est faciен
da extensio.Nam est dicendum,quòd debeat habere,nisi vbi re
peritur expressum.& ideò tene opinionem Vinc. quæ est com
munis. Alex.de Ne.

b ¶Consecratione.Et pro ista gl.facit tex.in c.statutum.§.insuper.
de rescrip. i.6.& ibi etiam gl.dicit q̄ ordinarius à pauperibus li
tigantibus non exigit sportulas.vt in auth.de manda.prin. §.si ti
bi.Pro ista gl.etiam facit l.vna.C.de sala.hospi.non præstan.li.xij.
Sed ꝫ istam gl.facit tex.in c.procuratores.de censib.& pro sol.vi
de Ant.ibi. de Bellentz.

SVMMARIVM.

1 *Conuictus de simonia,vel infamatus si se non purgauerit deponendus.* 5.
2 *Electus simoniacè in prælatum est deponendus.*
3 *Notoriè simoniacus punitur tanquam si foret,vel confessus,vel cōuictus.*
4 *Simonia non punitur per solam famam.*
6 *Principes etiam laici,qui accepta pecunia consentiunt electioni alicuius in prælatum,committant simoniam,& tenentur illas pecunias restituere il li ecclesiæ de cuius prælatura agebatur.*
7 *Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam,& aliquando ad pę nam,& est sufficiens ad priuandum quem beneficiis suis.*
Glorians se commisisse tale crimen ponitur pro delicto gloriationis.
8 *Confessus in iudicio timore futuræ probationis,non dicit sponte confessus.*
Confessio spontanea quę dicatur.
Confessus per viam inquisitionis acrius punitur,quàm conuictus.
9 *Simoniacus in ordine debet deponi ab ordine malè accepto.*
10 *Patronus laicus alicuius ecclesiæ collegiatæ an habeat consentire in electionem prælati.*
Collatio beneficiorum non potest fieri per laicum,nec per ipsum acquiri etiam ex consuetudine,de cuius initio non sit memoria.
11 *Pecunia simoniacè accepta per regentes ecclesias, quomodo distribuatur,*

& qualiter accipientes puniantur.

CAP. XI.

a 1 DE HOC.a†Conuictus de simonia deponendus est. Idem
est in infamato qui se purgare non potest secunda pars prin
cipalis ibi,regē.Casus literalis Episcopus Exon.ante suā electio
nē promisit Arch.quoddam beneficium,& cuidam clerico quē
dā prioratum,vt vterque electioni suæ consentiret.Item rex, &
alij principes pecuniam receperunt,vt electioni consentirent,q̄
fuit archiepiscopus quid esset ibi agēdum super prædictis. Rñ.
papa q̄ si notorium est dictum Archi. & clericum recepisse pro
missa ob causam illam,vel exinde confessi fuerint in iure vel le
gitimè cōuicti ab altaris ministerio perpetuò sunt deponendi.
Si verò non est notorium,nec conuicti sunt,vel cōfessi,ſ3 publi
ca laborant infamia,indicenda est illis purgatio,in qua si defece
rint sunt puniendi.Rex autem,& principes sunt inducendi,vt si
quæ receperunt à dicto episcopo,vt electioni præstarent assen
sum ecclesiæ Exon.restituant.cum illa sine periculo animę reti
2 nere non possunt.B.†Nota.j.ex tex.q̄ propter vitium simoniæ
eriam commissum in electione prælati debet quis deponi ab of
ficio,& beneficio.quod intelige,vt dixi in c.inquisitionis.ś.de
3 accu.†No.2.q̄ pariter punitur de simonia is,de cuius crimine
4 notoriè constat,vel confessus,seu conuictus.†Not.3.q̄ licet cri
mē simoniæ sit exceptum,& multa in ea sint specialia,sola tamē
b infamia non sufficit ad puniendum de hoc crimine.bItem no.q̄
infamato etiam de graui crimine potest à principio indici pur
gatio,& deficiens in ea potest puniri , vt author sceleris,quod
5 limita secundum ea,quæ dixi.in ca.accedens.ś.de accusa.† Vlti
mò no.q̄ reges,& principes,& alij laici recipientes pecuniam,vt
consentiant electioni seu promotioni ad aliquam prælaturam
tenentur illam pecuniam restituere ecclesiæ,de cuius prælatura
agebatur,licet non prouenerit ex bonis ecclesiæ,& hoc ideo,ga
in ignominiam illius ecclesiæ fuit data pecunia,ideò in recom
c pensatione iniuriæ est illic ecclesiæ restituenda,quod bene no.
in practica,nam confessores principum,vel ignorātia ducti,vel
vt applaudant principibus,negligunt eos ad pœnitentiam indu
cere.& multi tales sunt hodie in orbe de quorum salute diffidē
dum est,cum decedant in tali peccato , nam peccatum non di
mittitur nisi restituatur ablatum.vt in regula,peccatum.de reg.
6 iur.li.vj.& in c.cum tu.ī.de vsu.†In glo.in ver.confessi. ibi extra
iudicium nō præiudicat.&c.intellige gl.q̄ confessio facta extra
iudicium super crimine non præiudicat.f.ad plenū,producit ta
d men indicium validum ad supponendum cōfessum torturæ.vt
nor.gl.& doct.in l.capite quinto.ff.de adult.Et quando trānsit in
nomen specificum delicti etiam pœnæ præiudicat , vt si quis ex
tra iudicium gloriatur se commisisse tale crimen.nam tūc puni
tur pro delicto gloriationis,vt est tex.in ca.quàm sit.infra,de ex
ces.præla.& sentit Inn.in capit.per inquisitionem.de elect.quod
confessio extra iudicium de crimine est sufficiens ad priuan
dum quem

ADDITIONES.

a De hoc.Quando prælatus donat suo promotori,an hæc dona
tio censeatur simoniaca,vide Bal.in le.ab Anastasio. circa fin.C.
mandati.DeBellentz.

b Quod dic,vt plenè dixi in apostilla quam feci in ca.sicut.ś.cod.
Alex.de Ne.

c Restituenda.Pro hoc facit,q̄ illi cui est facta restitutio , debet
applicari pœna,vt dicit gl.magna.in fi.in c.sacrilegium.xvij.q.4.
& in c.si quis in atrio.in textu & gl.ea.causa & q.& tex.in c.pres
byteri.ī.de pœnis.De Bellentz.

d ¶ Adde supponēdum confessum torturæ. Adde Bar.in l.quoniā.
ff.de iis,qui no.infa.Bal.in l.iustus fustium.e.ti An.in l.j.ff. de con
fes.iustum,& Io.de Ana.in c.ij.ś. eo. & illum in c. at si clerici.vers.
sed quia supra facta est mentio.ff.de iudi.Ro.decis.clxxx.incipit.licet
confessio extraiudicialis.& Rom.consil.vij.incip.visis necessarijs
in facto proposito.Quod tamen dictum limita.vt notaui in apo.
ad istum in c.olim.in 6.in ver.subijci torturæ,vbi etiam Fel.versi.
secundò,nisi reuocet.ś.de reser.Zach.

d ¶ Torturæ.Adde,quòd huiusmodi confessio facit plenam pro
bationem.quando est verisimilis,vt concludit Tindarus in tra
ctat.de probatio.vbi tractat de confessione. ver.nunc d crimina
lium.in princ.Et cuius sit effectus talis confessio , tradit Paris de
Puteo in trac.syndicatus.col.iij.vbi dicit quòd licet talis confes
sio non probet.Facit tamen quòd confessus possit extraordina
riè puniri quòd gloriatus fuerit de delicto. Et de tali confessio
ne,vide multa per Ang.de Arc.in trac.malefi.in verbo , fama pu
blica.ver.quæro an vnum iudicium,& in verbo,necnon ad den
citiationem.ver.quæro an confessio.Seb.Sap.

Universidad de Deusto

dum quem beneficiis suis,cuius ꝓrium ipsemet sensit in præall.
7 c q̃ sit.de hac materia plenissimè dixi in c.at si clerici.de iudi.†In
a ea gl.ibi.timore probationū ,a no.sing.gl.qui a quotidie solet alle
gari.& idē no gl.15 q.vlt.in sum.& dicitur confiteri timore pro
bationis quando iam accersitus erat ad iudicium, secus autem
quando non præcedente aliquo stimulo,ponte iuit ad iudiciū.
& confessus est crimen, quia tunc hæc confessio dicitur omni-
b no spontanea.& per hanc gl dico limitandum dictum In.b in c.
8 qualiter & quando.2.de accus.vbi dicit,q ¶† si quis cōfitetur cri-
men quantumcunque graue,non præcedente directo ordine,ꝑ
eum poterit imponi pœna quantumcunque grauis, statuta pro
delicto confessato,intelligo.n.quando iam vocatus erat ad iudi
cium,licet nō per accusationem,secus si ponte accessisset. Host.
tamen dicit hic,quòd ēt si timore probationis quis confiteꝛ
ēt in aliquo,parcendum est sibi,licet non in totum,& erit arbi
trarium quanta pars pœnę indulgeatur.ar.in c.fi.de transac.sed
hoc dictum Host.nullo iure probatur,quinimo omnia iura parē
pœnam infligunt convictis & confessis in iudicio.vt hic & in l.si
confessus.ff.de cust.reo.& in ca.2.de confess.cum multis similib.
& facit illud notabile dictum Inn in præal.c.qualiter. vbi vult a-
crius puniri confessum pervia inquisitionis,ꝙ convictū.vt ibi di
c xi.†In gl.in ver.deponendi.ibi,si agatur in modū inquisitionis,
9 &c.hoc procedit vbi agitur ꝙ simoniacum in ordine,tunc.n.in-
distincte fit depositio etiam ab ordine,quia retēto ordine malē
accepto,non potest agere pœnitentiam.& ita intelligo c. inqui
sitionis.alleg.in gl.& ibi dixi.Sed si esset simoniacus in benefi.o
tunc non videtur,q per viam inquisitionis debeat fieri deposi-
tio.ar.j.e.c.insinuatum.& plenè tetigi in præal.c.inquisitionis.
10 & die vt ibi.In gl.in ver regem.ibi,nō confirmatur electio,&c,
pondera gl.quia apertè sentit,q patronus etiam laicus eccleſiæ
collegiatæ habet consentire in electione prælati adeo q eo no-
lente consentire non firmatur electio.sed in veritate hoc est fal-
sum de iure.si patronus non prætendit aliq̃ causam legitimā ꝙ
dicendi,nisi hoc haberet de iure speciali,& à solo Pa.de quo vi-
de bo.ex.cum gl.ſ.de iurepa.c.nobis.facit tex.in.c.cum terra &
de elect.& forte iste tex.habebat hoc priuilegium sicut audio re
gem Fraciæ & aliquos principes orbis habere ex priuilegio po
d testatem conferendi certa beneficia de consuetudine.tamē hoc
non posset acquiri per laicum etiam si esset tanti temporis cui⁹
initij memoria non esset,vt no.dicit Io.An.in c.2 de præb.l.b.6.
11 in nouella.†In gl fi.Vel distingue clarius e ſm Host.& d.Ant.
e q̃ aut quæritur de ecclesia seculari,aut regulari.Primo casu vt il
le qui dedit pecuniam non habet vnde viuat,& tunc restituetur
isti qui dedit.ar.in c.veniens.ſ.eo.& ar.eorum quæ no.in c.quod
te.de cle.coniu.Aut habet vnde viuat,& tunc aut omnes de ec
clesia delinquerūt,aut particulares de eccl'a, primo casu omnes
de ecclesia debent deici,& pecunia debet applicari illi eccleſiæ
quia non applicatur ipsis criminosis,cum inde eiciantur.secus
si non ejicerentur,quia tunc debet applicari fisco principis.ſ.pa
pæ,ſm Host.qui distribuat in pias causas.turpia enim lucra à fi-
co extorquentur.l.fiscus.ff.de iur.fisci.Si verò solus prælatus seu
particularis de ecclesia reliquit,tunc ipse solus punitur,& pe-
cunia applicabitur ecclesiæ in cujus ignominiam data fuit,vt
hic.Secundò membro principali cum quæritur in ecclesia regu
lari aut omnes in ecclesia deliquerunt,& tunc datur pecunia ei,
q dedit vt iret ſm monasterium.vt in c.veniens.ſ.e.Si verò par
ticularis de ecclesia deliquit,tunc ne delictum suum noceat ec-
clesiæ,tenetur dare pecuniam secundo monasterio quo ad vſū
fructum tantū,& mortuo ingresſo,redibit ad primum mo-
sterium.& sic potest intelligi finis glosſæ,vt limitet illud capitu
lum veniens.

ADDITIONES.

a ¶ Probationum.Cum ista etiam concordat gl'o.in c.j xv.quæst.
8.& glo.in c.noua,24.dist glo.in c.ex literarum, de tempo ord.
& gl in c.presbyteri.l.dist.Ité an ille,qui semel negauit, si postea
confitetur,gaudere beneficio debeat statuti.vel iuris canonici,
vel canonis premiantis confitentem,vide multum latè Bal.in l.
ꝙ negantem.ver.quæritur,circa hoc nunquid. C.ad legem Aq-
uil.Et vide Bal.in l.j.circa fi.C.de fur.Et an ille qui cōfitetur fa
ctum,si negat qualitatem facti,gaudere debeat beneficio statuti,
vide per Bal.in c.j.§ porro.in tit.quæ fuc.pri.caut.benefi amit.&
plenissimè Bar.in disp.sua quę incipit,per Italiam coiter sunt sta
tuta.Item de prædicta quæstione,videlicet an ille,qui primò ne
gauit.& modo confitetur gaudere debeat beneficio confitentis
concesso à iure communi vel statuto vide omnino Bar.& Pau.
de Cast.in l cum qui in prin.ff.de iureiur.Et de isto beneficio co
fessionis,vide omnino Bar.in d.disputa.per Italiam.& per Bal.in
l.ea quæ.C.de condic.inde.Et alias quæstiones tangit Bar.in d.l.
cum qui.in prin.Item si statutum pro certo maleficio imponit
pœnam centum aureorum,& si confiteatur, dimittit quartam
pœnæ,an fidejuss.simpliciter intercedens sit obligat⁹ ad integra
centum.Dic sic.Ita eleganter.no.Pau.de Cast.in l.j de in ius vo-
can.Item no.istam limi.& eius concor.& intellige,vt Pau.& ele
ganter tradit Dominic.in d.ca.fin.vltra medium.xxiiij.distin.De
Bellentzinis.

b ¶Dictum Inn.Vide ibi eum in gl.magna.versi.sed non magnus.
& ibi d.Abbatem post eum.Et per illud dictum Inn.videtur ꝙ
bari,ꝙ mitius agitur cum confesso,quàm cum convicto.Quod
etiam aliter probatur,nam condemnato in actione p̃sonali p
sententiam diffinitiuam dantur quatuor mēses,vt in c.ꝙ ad cō
sultationem.de re iud.Sed confesso non dantur nisi decem dies,
vt no.gl.in l.si debitori.in fi.ff.de re iudic.quòd videtur esse cō
tra doctrinam hic traditam.de Bellentz.

c ¶Illud posset procedere,quādo proceditur.vt infligatur pœna,
secundum quod debet imponi inspecto iure communi,vbi au-
tem deberet procedi dispensatiuè, potius esset dispensandum
cum confesso quàm cum convicto,ad hoc quod not.Bart.in l.
eum qui.in princ.ff.de iureiu.& hoc casu potest procedere opi-
nio Host.Alex.de Ne.

d ¶Et hoc etiam priuilegium habet rex Apuliæ,vt dicit gl.16.qu.
7 in summa.Alex.de Ne.

e Clarius.7u de hoc articulo vide per Beatum Thomam.in 2.ij.
q.lxij.art.v.circa medium vbi conc udit,qci,qui ded.t per simo
niam non est faciendā restitutio,licet is,qui accipit illam, non
possit eā retinere,e,sed debet eam cōuertere in aliquos pios vsus.
Sed vide de hoc latius per beatum Thomam.ij.ij q.c.art.j.in fin.
vbi dicit,q licet ille,qui recipit pecuniam eam retinere non pos
sit,tamen ille,qui dat,cū turpiter facit,eam repetere non potest.
Et si pro ecclesia consequenda datum est,debet pecunia,vel pos
sessio,vel fructus simoniacè percepti restitui eccl'się in cuius in
iuriam data sunt,non obstante,q prælatus,vel aliquis de collegio illius eccleſiæ fuerit in culpa.quia eorum pactum nō debet
nocere aliis,ita tamen q quantum fieri potest ipse qui peccaue
rit in de commodum non consequatur.Si vero prælatus & totū
collegium fuit in culpa debet tunc auctoritate superioris, vel
pauperibus,vel alteri eccleſiæ erogari.item pro illo dicto Tho
mæ in q.lxij.art.v.ad idem vide Thomam in 4.Sen.dist.xvj.qu.3.
art.4.vltra medium.de Bellentz.

SVMMARIVM.

1 *Simonia est,& quādo pro aliquo obsequio promittitur beneficium ecclesiasticum.*
d ¶ Sed Inn. in c. illud de præsump. tenet quòd etiam si factum sit antiquum, q̃ ex hoc non probetur titulus beneficij. Dicit enim quòd licet quis probet multo tempore stetisse in ecclesia, vel cum vxore, & famam viciniæ sic se habere, q̃ ecclesiam tenebat pro sua, & mulierem pro vxore, non tamen valet sibi in tantum quòd sententia feratur pro actore, quia cum vtroque casu perat ecclesiam, vel mulierem, vt suam. nisi probet de iure suo reus absoluetur, vt C. de probat. l. actor. Sed Host. 10. An. & Butr. videntur dicere quòd satis probat de iure suo, si est factum antiquum. Sed mihi plus placet Inn. & puto quòd dicat verissimum. Nam Inn. loquitur quãdo agitur petitorio, & actor dicit beneficium suum, vel aliquam esse vxorem suam. Nam tenetur probare ex quo agit, vt d. l. actor. Sed D. Dom. in ista materia distingult post Paul. post Gasp. Cal. in c. ordinarij. §. quòd si forte. de off. ordinar. in vj. supplendo ipsum in aliquibus considera tres casus. Primus est, quando possessor beneficij, vel qui dicit ad se spectare beneficium agit. secundus, quando conuenitur ab ordinario, electoribus, vel præsentatore, vel à parochiano, vel ab alio cuius interest, vt institutus habeat titulum canonicum. Tertius, quando conuenitur à tertio, & extraneo. In primo casu principali consideo tres casus. Primus est quando agit super titulo beneficij, puto, quia petit declarari se habere titulum, & tunc debet probare titulum, vt in l. actor. C. de probat. & vj. q. vlt. actor. & istud fuit dictum Inn. in c. ex insinuat. one. de procur. in verbo, institutione, vbi Inn. dicit quòd obligatus fuit probare titulum suæ possessionis, quia petebat suam possessionẽ ratam decerni. & hoc intelige, etiam si actor longo tempore tenuisset beneficium illud, vt dicit Inn. in d.c. illud. de præsumpt. licet Host. & Io. And. & Butr. aliud dicant ibi. Sed non consideraverunt causam in quo loquitur Inn. Nam loquitur quãdo agitur petitorio, & actor petit beneficium pronunciari suum. Secundus casus est quando nõ agit super titulo beneficij, sed super re spectante ad beneficiũ. & opponitur quòd non habet titulum canonicum, & tunc nõ cõpellitur titulum probare, per notat. in c. nihil. de elect. per Compostellanum, quod debet intelligi, dum tamen constat de colorata possessione, vt ibi nota. ur. Tertius casus est, quando agitur possessorio recuperandæ super beneficio dicendo se spoliatum, & tunc an habeat probare titulũ, dic vt in c. literis. de rest. spo. & per gl. fi. in cle. vn. de causa poss & propr. vbi plenè per Io. de Im.

✻ agens

Universidad de Deusto

SVMMARIVM.

1 *Criminaliter aliquãdo non dicit agi, licet nõ agatur ad cõmodũ priuatũ.*
2 *Testes crimin osi & etiam infames an admittantur in crimine simoniæ, sicuti in hæresi. 3. 6. 11. 12. 13.*
4 *Testes alias inhabiles si in aliquo casu ad mittantur, non faciunt plenam probationem, nisi addantur alia adminicula. 9.*
5 *Præsertim, ista dictio si stet comparatiuè, stat propriè. si stat taxatiuè, stat impropriè non pro statutis. 13.*
7 *Abbatia non dicitur dignitas excellens, sed potiùs numeratur inter dignitates inferiores.*
8 *Æqualitas est seruanda in iudicãdo data pſonarũ æqualitate, aliàs secus.*
10 *Simonia quæ habet communionem cum hæresi videlicet quia credit gratiã spiritussancti posse emi, est forte maius crimen, quòd reperiatur, aliàs simonia, quæ in communi solet committi habet alia crimina maiora.*
12 *Testes criminosi si admittuntur ad aliquam probationem, non comprehendentur periuri, nisi de eis fiat specialis mentio.*
Improprietates sunt fugiendæ.
14 *Inquisitus si pendente inquisitione efficiatur episcopus an ab inquisitione sit desistendum.*

a PER tuas.a ¶ Hoc est precedentis.ca nã rẽdit ad declaratio nem illius an & quando testes criminosi admittuntur in crimine simoniæ, & in effectu idẽ dicit q̃ pcedẽs. Diuiditur in duas partes principales.in prima consultatio, in secunda resp̃õsio, ibi, noueris. Et hæc secunda pars diuidit in quatuor, nã prima distinguitur circa quinque, secundo coaptat illa quinque proposita repetens factum & declarans interlocutoriam præcedẽtis de cretalis.tertiò transsumendo cõcludit, quarto recitat cessionẽ. secunda ibi, hæc omnia.tertia ibi, talis.quarta ibi, vnde. Casus literalis.In decretali præcedẽti dicitur q̃ abbas Pomposianus plures exceptiones opposuit contra testes inductos contra ipsum in crimine simoniæ.& papa quasdam exceptio.admisit, quasdã repulit.vnde videbatur q̃ testes criminosi admitti debeãt in crimine simoniæ, quæsitum fuit à pa.qualiter esset intelligenda. & ipse respondet vt in tex.ibi, noueritis igitur.B. No. 1.ex tex.quòd cum agitur cõtra beneficiatum, vt remoueatur tolum ab administratione, dicitur agi ciuiliter, & non criminaliter, nec proprie
1 tunc dicitur accusari. †Et ex hoc bene no.& singulariter q̃ licet
b non agatur de crimine ad commodum priuatum non dicitur agi criminaliter, licet agatur de crimine, agitur ergo criminaliter quando tendit ad vindictam.vt crimen puniatur pœna condigna.sed quando agitur solum ad remotionem beneficij, tunc
c principaliter non agitur ad puniendum delictum, sed ad bonũ
2 publicum vt immeritus.& damnosus non præsit ecclesiæ. †No. 2. quòd

ADDITIONES.

¶ agens possessorio recuperandæ licet non teneatur probare titulũ tenetur iustificare suam possessionẽ, probãdo se habuisse possessionem auctoritate superioris, vel q̃ possederit patiẽte superiore. Sed Abb. Sic. in c. in literis. de restit. spolia. & in c. ex insinuatione. de procur. dicit q̃ non tenetur eam iustificare possessionem, per præallegata in literis. vbi dicitur q̃ ẽt prædo est restituendus. & dicit esse casum de hoc in c. ex insinuatione. de p̃cur. vbi fit restitutio ex sola probatione, q̃ reuocauit procurato rem ante sententiam. nec ibi fit mentio de aliqua iustificatione possessionis. Sed But. ibi respondet, q̃ cõstabat illum possedisse scienter, & patiente superiore. Sed Ab. Sic. & q̃ hoc est destruere illũ tex. vbi dr. si eius restõni aliud canonicũ nõ obstat. dicere. n. aliqd canonicũ obijcere, si q̃ dicẽte, vel ignorãte superiore. In secũdo vero casu principali, scil. quũ conuenitur ab ordinario, electoribus, confirmatore, vel præsentatore, vel parochiano. fac etiam tres casus. Primus est quando ius commune restituit possessori, vt qa possidet plura beneficia incompatibilia de iure. & tunc compelli tur ostendere titulum canonicum, & si infra terminũ non ostẽderit poterunt illa conferri, & iste est casus in c. ordinarij. de offi. ordin. li. 6. Sed Abb. Sic. limitat hoc, vt viditis ibi. Sed aduerte Ab. Sic. videtur sibi ipsi cõtrarius, quia primo dicit q̃ vbi factum est antiquũ, licet nõ fit ille, qui tolerauit, sed suus prædecessor. erit arbitrio iudicis relinquendum. an debeat stare iuramento beneficiari considerata longa inquitate temporis & qualitate beneficiari, & prædecessoris, qui eum tolerauit sed postea dicit. q̃ non obstante, q̃ idem superior, qui petit vt ostendat titulum, tacitè eum tolerauit nihilominus, iste tacitus consensus non sufficit vbi possidet q̃ ius commune. quia etiam consentire non potest, vt in d. c. ordinarij. qd loquitur indistinctè, & sic tenebitur ostẽ
d de titulum, ex quo possidet contra ius commune. Sed salua ip
e sum, & dic. q̃ in primo casu loquitur quando possessio est valde antiqua. In secundo quando non est multum antiqua, licet nõ sit multum recens, & sic loquitur Ab. Sic. in Secundo casu. Secũ
dus casus est quando non possidet contra ius commune, sed superior constituit se eius aduersarium, & tunc nõ potest compelere, vt ostendat titulum, nec cognoscere, an habeat titulum canonicum, vt dicit gl. pe. in c. conquerente. de restit. spoliat. quam tenemẽti. Sed Hostien. intelligit hic illum tex. quòd constituit se aduersarium, quia nullus ordo fuit ibi seruatus. sed episcopus clericum non citatum, non conuictum, non confessum, nec aliqua præmissa inquisitione, voluntate capitanea spoliauit. Sed hoc melius declara, vt dixi in apostilla, quam feci super gloss. in verbo, & iudex. Tertius casus est, quando superior non constituit se aduersarium, & tunc si nõ est visus consensisse tacitè, vel expressè, tenetur ostendere titulum. Sed si est visus p̃sentire, tũc Gasp. Cald. & D. Dominic. vbi s. distinguunt, an consenserit expresse, & tunc non tenetur ostendere titulum, pone exemplum, si eum inuestiuit de beneficio. tamen licet non teneatur ad petitionem eius ostendere titulum, nõ tollitur, quin via directa possit contra ipsum procedere, & ostendere, vt nõ habeat titulum canonicum, vt in c. diuersis fallaciis. de cler. coniug. & istud fuit dictum Arch. in d. c. ordinarij. & ponit Io. And. in reg. j. Aut tacite consensit, vt quia in eius aduentu recepit ad osculum ipsum cum aliis clericis, & tunc hoc non obstante poterit eum compelere, vt ostendat, vt in c. dilecto. de præb. & quod ibi not. Sed certe illa opinio Gasp. Cal. & D. Dom. non videtur vera, & Innocẽt. tenet. de contrarium. vt ca. ex insinuatione. de procur. in ver. institutione, vbi dicit, q̃ si quis probat collationem beneficij ad se pertinere, possessor beneficij debet probare se canonice institutum per eum, ad quem pertinet, nisi tacite, vel expresse in eũ consenserit. Sed hoc non obstante poterit collator ostendere collationem q̃ ius fatuum. & sic intelligit c. dilecto. de præb. Idẽ etiam intelligit Abb. Sic. in d. cap. dilecto. vbi tenet opi. innoc. & hoc cõiter tenent doct. vt dicit Abb. Sic. & s. viditis. vnde non insto circa hoc. Sed dubium, quid si successor illius qui tacite vel expresse consentit, petit vt ostendat titulum. Abb. Sicu. hic sentit, q̃ teneatur ostendere titulum, nisi factum sit antiquum, quia tunc admittitur probatio per iuramentum, & sic intelligit opi. Host. quod not. & indistincte vbi factum est antiquum, etiam si non constet de cõsensu superioris tacito, vel expresso, quia non tenetur ostendere titulum. si dicit se instrumenta sua perdidisse, & debet stari eius iuramento. vt dicit hic Host. & sequuntur docto & idem dicit Paul. Gasp. Cal. & D. Dom. in d. c. ordinarij. Sed Io. Cal. & Lapus de Castellhono hic dicunt hoc procedere quando iudex ex officio compellit ostendere titulum. Sed si procederetur via ordinaria, vt quia daretur libellus. & agens vult probare non canonicam institutionem, tunc debet admitti. quantumcunque possessio sit antiqua. alleg. c. dilecto. de præb. Sed melius facit reg. j. de reg. iu. in 6. Sed ad vnum aduerte. q̃ licet quis non possit consequi beneficium sine canonica institutione quantũcunque possessio sit longa, tamen illa possessio sufficit ad p̃scribendum contra illum qui ius habebat, vt dicit glo. sing. in c. cõtingit. circa med. ver. si vero petit ecclesiam. de dolo & contum. Quando autem dicatur possessio longa. siue factum antiquum, dic, vt per Inn. & Doct. in c. 2. de rest. in in. eg. & in c. illud. de p̃scrip. & per D. Dom. post Io. And. in cap. 1. de præscr. in 6. Tertius casus principalis est, quando conuenitur ab extraneo, & tunc secundum Paul. nõ tenetur probare titul. quod intelligit verum Gasp. Cal. etiam si agatur contra pluralem. Sed Io. & Lau. tenent contrarium in c. contra morem. c. di. & idem videtur tenere ibi Io. de Fant. Sed ego teneo opi. Gas. Cal. quam etiam tenet D. Domi. in d. c. ordinarij. quia tenet gl. in reg. 1. de reg. iur. in 6. & idẽ sentit Inn. in c. ex insinuatione. de procur. in ver. institutione, & est communis sententia. Vnde no. dixit Inno. in c. capitulum. de rescr. q̃ si quis impetrat beneficium ab alio concessum tanquã vacans, debet ipse probare q̃ valet, nec tenetur possessor ostendere titulum, & Abb. Sicu. refert, & sequitur hoc dictum in c. ex insinuatione. de procurat. vbi Innocẽ. idem tenet in ver. institutione, & dicit ibi Abb. Sic. hoc notandum contra practicam quorundam executorũ qui ruditer & iniustè citant possessorem beneficij, vt veniat ad docendũ quare non debeat prouidere impetranti de beneficio per eum possesso, & dicit Abb. Sicu. q̃ hoc casu possessor dẽt comparere & dicere q̃ iustè possidet. & si aduersarius dicit oppositum, debet hoc probare & hæc tenebis menti. Alex. de Ne.

a ¶ Per tuas. Vide Bar. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. ma. de Bel.
b ¶ Agi criminaliter. Quando dicatur agi criminaliter. vide Mod. in rub. de iudi. vbi latẽ. & vtiliter insistit Aretinus. Seb. Sap.
c ¶ Et per istum textum Abb. Sic. in rub. de iud. reprobat opinionem gl. & Bar. in l. 3. ff. de sepul. vio. vbi gl. & Bart. dixerunt, quod si agitur ad pœnam applicandam parti, dicitur agi de crimine ciuiliter. sed si agatur ad pœnam applicandam fisco, dicitur agi criminaliter, siue pœna applicanda fisco, sit pecuniaria, siue corpo-

q̃ cum agitur de simoniæ crimine criminaliter ẽtiã contra regulares nõ admittuntur testes criminosi. & ex hoc patet differentia inter hoc crimen, & crimen lesæ maiestatis, qa ibi admittunẽ ẽt infames, l. 1 agatur criminaliter. vt s. c. px. & hoc intellige, nisi simonia sit hæresis, vt dixi in c. proxi. sup gl. in ver. indifferenter.
3 & dic vt ibi dr. †No. 3. q̃ simoniacum habilitãtur testes criminosi concurrentib. istis qualitatib. de quib. in tex. Vnde secus vr in excõicatis, quia illi nõn videntur hic habilitati. ar. c. decernimus. de sent. exc. lib. 6. nam requiritur specialis dispositio nec veniunt habilitari criminosi. ar. c. in fidei fauorẽ. de hære. lib. 6. † Itẽ
4 no. fm cõem intellectum, quòd in istis criminib. exceptis admittuntur testes criminosi concurrentib. qualitatib. de quib. in tex. non tñ, vt faciant plenam probationem, sed oportet, q̃ adsint alia adminicula. hoc notanter probat tex. in ver. qm̃. Item vltimo colligo q̃ contra regulares prælatos non solũ remittit in parte ordo iuris, sed etiam fit remissio, iustitiæ cã, qa ex facilioribꝰ. causis ẽt nõ seruato vsquequaque ad vnguẽ ordine iuris possunt removeri. In gl. j. ibi qui emendati sunt de crimine, &c. Gl. hic succinctè tangit duas lect. ad istũ tex. Prima vt criminosi admittant in testes si sint emendati, & tunc dictio, præsertim, posita in ver. quoniam sit pro tantum. Secunda lect. est q̃ criminosi etiam perseuerantes in criminibus admittuntur in testes cum aliis ad
5 miniculis, † & tunc dictio, præsertim, potest exponi dupliciter fm varietatem lecturarũ, & quæ istarum sit vera plenius discutitur. j. in gl. in ver. taliter. & ibi dicam. & per hoc sit declarata gl. quæ est in ver. præsertim. si exponitur, p tñ, est expositio impropria. Nota tñ eã sing. in eo qd vult q̃ qñ hæc dictio præsertim, exponitur pro tantum, est expositio impropria. propria ergo expositio est, vt stet comparatiuè, vt etiam voluit gl. præal. sup. ver. taliter, prope fi. & dr stare cõparatiuè, qa idẽ præsupponit in suo positiuo seu in casu contrario, vt sit sensus, præsertim cũ testes fuerint de crimine emendati. q. d. q̃ etiã si non sunt emẽdati admittuntur. sed maximè admittuntur qñ sunt emẽdati. Et ex his infertur q̃ cum in statutis verba debeant stare propriè, vt no. in c. in nostra. de iniur. & in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. ge. hæc dictio præsertim. in eis propriè stabit comparatiuè. Et idem dic de dictione maximè, vt stet comparatiuè. vt no. gl. in ca. auditis. de e-
a lect. & in c. q̃ frequenter. in §. porro. vt lit. nõ contest. a † In gl. in
6 versi. de simoniacè. in fi. gl. simpliciter vult q̃ idẽ sit in aliis trib. exceptis. & licet doc. simpliciter transeant, tamen hoc non videretur verum q̃ q̃ non fateor q̃ illi qui admittũtur in simonia admittuntur in aliis criminib. exceptis, sed non omnes qui repelluntur hic repelluntur in aliis criminibus exceptis, instantia patet in crimine hæresis, & in crimine læsæ maiestatis, vbi indistincte admittuntur infames, & criminosi. vt s. c. proxi. & in c. fidei fauorem. de hære. libro 6. & tamen hic in simoniæ crimine indistinctè non admittuntur, imo debent haberi considerationes de quibus in tex. licet. n. hæc, & quædam alia dicantur crimina excepta, quia non per omnia sequuntur regulam aliorũ, vnum tamen est magis priuilegiatũ quàm aliud propter magnitudinem criminis, vel propter priuilegium principis, vel ecclesiæ vel ex
7 alia consideratione. ¶ † In gl. in ver. excellentioris. no. istam glo. iuncto isto tex. quod abbas non dicitur habere excellentem di
b gnitatem, b sed potius iudicatur abbatia in numero dignitatum
c inferiorum. c † Et in fi. gl. aduerte quia finis huius gl. non soluit
8 contrarium imo fortificat, quia in iudicio seruanda est æqualitas, ergo non debent aliter puniri maiores, & aliter minores, & ideo rectius soluendo potest dici q̃ æqualitas seruanda est in iudicio data æqualitate personarũ, nã ibi est differentia tunc seruare æqualitatẽ, & esset potius illa dicẽda inæqualitas. ar. c. de multa. in fi. de præb. & de hoc vide q̃ no. in c. nouit. de iud. ¶ In glo. in ver. minora ibi, quia socius non admittitur, & c hodie dic me
9 lius, vt habetur in c. j. de test. lib. 6. ¶ † In gl. in versi. paria. ibi, quãto maiora crimina, &c. No. gl. q̃ in istis criminibus exceptis admittũtur testes etiã inuoluti maioribus criminibus quàm sint illa, super quibus deponũt, sed tunc nõ adhibetur tanta fides. vn de secundum qualitatem, & quãtitatem criminis obiecti iudex
10 meretur fidem eis adhibendam. ¶ † Sed contra hoc opponitur, nam crimen simoniæ est maius crimen aliis. nam certa crimina ad p̃parationem huius pro nihilo reputantur, vt hic dicit tex. ergo nõ possunt obiici maiora crimina. So. dicunt doc. super tex. q̃ etiam in ipso crimine simoniæ est dare maius, & minus. vt qa agitur de simoniaco, quia prohibito, & excipitur de prohibito, quia simoniaco. iuxta ea quæ habentur per gl. in ca. ex parte. de
d of. del. & dixit in c. j. s. c. d & sic videntur sentire. simpliciter, q̃ crimẽ simoniæ sit maius aliis criminib⁹, quod ego putarẽ verũ vbi simonia haberet in se hæresim, vt quia credit gratiam spũssancti posse ẽtio acquiri. Sed secus puto in simonia, quæ committitur hodiernis temporibus. dãtes enim pecuniam dant potiùs vt inducant superiorem ad ordinãdum, vel ad conferendum beneficium, quàm quod æstiment illam gratiam posse emi, vel vendi, quam ipsi in veritate intendant emere, vel vendere, & ideo puto quòd

ADDITIONES.

§ Oralis. Nam Abb. Sic. ibi dicit hic esse tex. in contrarium, quia qñ agitur ad priuationem beneficij, pœna non applicatur agenti, & tamen dicitur agi ciuiliter, & ideo ipse dicit q̃ tunc propriè dicitur agi criminaliter, quando directa via crimen deducitur in iudicium vt puniatur acrius quàm potest, & sic vt imponatur pœna ordinaria, siue applicetur fisco, siue parti, quia debemus p̃sidere, quòd venit principaliter, & non per consequentiam. vt in l. 1. ff. de aucto. tut. & in c. de cætero. de homic. cum ibi not. Aut crimẽ nõ sic deducitur via directa, vt s. dictum est, & dicitur agi ciuiliter quanquam pœna non veniat applicanda parti, & hæc optimè probatur secundum ipsum in hoc ca. & c. super his. de accusat. Sed D. meus Ant. de Rosell. à quo didici hunc tex. vt singulariter dicit q̃ quando agitur ad remotionem beneficij, istud concernit commodum illius ecclesiæ particularis à quo debet priuari, & ideò dicitur agi ciuiliter. Sed quando agitur vt deponatur ab ordine agitur pro interesse ecclesiæ vniuersalis, & ideò dicitur agi criminaliter, & hæc opinio huc vsque mihi placuit, & sæpe ita allegaui hunc tex. Sed modò non placet, quia etiam q̃ quis remoueatur à beneficio respicit cõmodum publicum, scilicet, quòd indignus non habeat beneficium. Item ius publicum constituit in sacris, sacerdotibus, & magistratib. vt j. di. ius publicum, quomodocunque ergo agatur ad correctionem sacerdotis, vel ad eius cõmodum, dicitur agi ad publicam vtilitatẽ. Sed mihi videtur q̃ Abb. Sic. non bene cõsideravit istam materiam. Nã istud c. & c. super his, & c. qualiter, & quando. de accusa. loquitur in materia pœnitus diuersa. Nam aliquando agitur ad pœnam, & tunc procedit distinctio gl. & Bar. in d. l. 3. ff. de sepul. vio. Aliquãdo nõ agitur ad pœnam. sed vt quis remoueatur propter defectũ inhabilitatis, & tunc dicitur, agi ciuiliter, licet pœna non applicetur agenti, sed remoueatur ad publicam vtilitatẽ, & hoc vult iste tex. dum dicit, tanquam immeritus, & damnosus. Idem dicit text. in capit. qualiter, & quando. el 2. vers. verum. de accus. But. in c. super his. in fi. commenti. co. Host. & Compost. in c. quærelam. de elect. Archi. 2. q. 1. ca. si quis. Nam illi Doct. dicunt quod vbi agitur ad priuationem beneficij, videtur agi ciuiliter, quia nõ tendit ad vindictam delicti, sed agitur propter inhabilitatem, vt excludatur inhabilis, si ageretur, vt remoueatur ab ecclesia, tanquam non habeat titulum, ratione præcedentis criminis, quod quando sit, not. de elect. q̃ sicut dudum. el 2. Sed But. in d. capitu. super his. dicit hoc procedere, nisi remotio à beneficio imponatur specificè in pœnam & vindictam delicti, & hoc sequitur Abb. Sic in d. c. super his. Illud tamen caput videtur facere in contrarium, dum dicit, quòd excipiens contra ordinandum, vel consecrandum debet se subscribere ad pœnam extraordinariam, quia exceptio illa nedum repellit ab obtinẽdo, sed etiã deiicit ab obtento, & sic videtur ille tex. q̃ priuatio beneficij sit pœna. sed dic q̃ finis agendi non est pœna, sed defectus inhabilitatis, vt hic, & d. c. qualiter, & quando. vers. verum. in gl. licet ex priuatione reus sentiat pœnam, & propter hoc agens, vel excipiens debet se inscribere ad pœnam extraordinariam. sicut in simili dicitur in interesse respectu agentis, & pœna respectu rei, si actor est passus dãnũ, & reo nullũ lucrum adest. l. si per alium. ff. ne quid per eũ. & l. 1. §. si plures. ff. de eo per quem factum. A. e. de Ne.

a § De hoc plenè dixi in c. sponsam. de sponsa. Alex. de Ne.
b ¶ Excellentem dignitatem. Adde, q̃ imo dicitur habere excellentem & primam post episcopalem, ita no. Bal. in ca pastoralis. in gl. in ver. superiores. s. de offic. dele. quem ibi sequitur Fel. gl. in versi. superiores. & ver. virũ ergo abbatia. & ibi. eum etiam sequuntur moder. pro quo alle. text. in aut. habita. C. ne fi. pro pa. & in c. decernimus. s. de iudic. bonum text. in c. fi. de offi. dele. li. 6. vbi primo nominat abbates, quàm qui habẽt personatus. Quibus adde, q̃ notaui in apo. ad istum in c. exposuisti. in apo. in ver. dicitur officium s. de cor. vit. & in alle. c. decernimus. num. 2. in ver. dignitatem s. de iud. Zach.
c ¶ Quidam tamen dicunt, quòd Abbas dicitur habere dignitatẽ superiorem aliis qui sunt in diœcesi citra episcopum, & sic debet habere locum immediatè post ipsum ante alios prælatos. vt in ca. ex orc. de priuil. de quo dic, vt ibi tangitur. & per Abb. Sic. ibi. Alex. de Ne.
d ¶ Vult dicere, q̃ si agatur de eo, quod de iure positiuo est simoniacum, & excipitur contra testem. qui commisit simoniam in his quę de iure diuino sunt prohibita, & simoniaca, & sic crimẽ simoniæ, quod obiicitur testi, est maius quàm simonia, super qua agitur contra reum. Alex. de Ne.

Universidad de Deusto

q̄ multa alia sunt grauiora isto gñe simoniæ sic acceptæ.q̄ patet
11 ex facultate dispensandi,iuxta no.in c.de simoniacē.s.eod. †In
gl.in ver.distinguenda,ibi tunc ꝺ̄ secularem ꝓlatū non admittūt
testes criminosi ēt in crimine simoniæ,nisi sint emendati,& de
clara hanc gl.vt dicam j̄.in gl.in ver.taliter,vbi declarabitur in
tellectus huius c.In gl.in vers.capitales,&c.no.gloss.&loquitur
melius,& clarius,quàm gl.in c.cum oporteat.s.de ac.& quæ di
cantur capitales inimicitiæ,dic,vt ibi dixi,&no.hanc gl.prope fi.
12 †In gl.in ver.vt furti,& adulterij.in fi,no.bene gl.q̄ sub generali
dispositione,qua habilitātur testes criminosi non videtur habi
a litatus periurus,nunquam ergo debet admitti periurus ꝫ in te
stem nisi de eo admittendo specialiter caueatur,& facit ca.testi-
b monium,s.de test. b In gl.in ver.debilitarent.Aduerte,quia hæc
gl.videtur sentire illam lect.Lan.vt emendati tm̄ non admittan
tur:nisi cum aliis adminiculis.& in hoc videtur ista gl.dicere ꝺ̄
tex.expressum in c.testimonium.de testib.vbi patet q̄ nedum in
crimine excepto,sed ēt in aliis criminib.admittuntur testes emē
dati cum agitur ciuiliter ēt sine aliis adminiculis,& ideo dicme
13 lius,vt j̄.in ver.taliter †In gl.in ver.taliter. c in fin. ex hac glosſ.
c colliguntur duæ lect.ad istum tex.Prima vt intelligatur in testib.
criminosis emendatis tm̄ vt sic dictio præsertim posita in tex.po
d natur pro tm̄,d & fuit ista opi.Lan.Sed hęc de modico,vel nihilo
seruiret hodie per c.testimoniū.s.de testi.vbi text.generaliter in
quocunq; crīe.& ꝺ̄ quēcūque agat admittit testes crīosos emē
datos,ex quo agitur ciuiliter.& iō hæc lec.nō est sequēda.arg.l.
qd̄ labeo.ff.ad carb.vt euitet iurīū correctio,vt in c.cū expediat.
de ele.lib.6.Itē qa ꝑ hāc lec.impropriatur tex.ī illa dictiōe ꝑser
tim,nā de eius vero significato ē,vt ſter ꝓpriatiue,&vt imponat
idē in casu ꝯrio,vt s̄. dixi.Et istæ impropietates fugiendæ sunt,
vt no.in c.intelligētia.& in c.preterea j̄.de ver.sig. & in l.nō a
ff.de leg.3.Secunda lec.fuit Io.Vin & Lan.ꝑ q̄ dñt admitti tes
tes criminosi ēt in crīb.perseuerātes in hoc crīe simoniæ,cū sit
exceptum concurrentib.tamen cōsiderationib.de quib.in litera,
quas specificē j̄.subiiciam,& tunc d.c.testimonium,non cor
rigitur nec restringitur,sed procedit regulariter.& hoc c.proce
dit in hoc crimine simoniæ cum sit exceptum,& hæc lect. est a
mica literæ.probatur in c. quoniam,intelligendo præsertim pro
maximè.secundum q̄ debet exponi.Host.tamen dicit q̄ licet in
hoc multa sint sparsa & in multis instruantur iudices,per hoc c.
tamen tenendū est,q̄ hæc materia sit arbitraria cū papa hic spe
cifice non loquatur quasi posuerit istas considerationes genera
liter ad institutionem iudicum.vnde dicebat ipse & Inn.iudicē
debere considerare,an agatur per viam denuntiationis, & tunc
admittentur omnes testes criminosi, & etiā mulieres,& īfames
dummodo sint emendati tam ad denuntiandum,quam ad testifi
cādū.ad hoc no 2.q.1.si peccauerit.& in c.nouit.de iud.si verò
agitur per viā inquisitionis.& crimē est exceptū.& tunc admit-
tentur criminosi & mulieres nō ꝑm rigorē iuris,sed ꝑm temperā
tiā equitatis,q̄ habebit iudicis arbitrio moderari,debet.n. iudex
multas considerationes hīe.Prima est circa modū procedendi,
vt magis ꝓcedat æquitate pēsata per viā inquisitionis.sēda cōsi
deratio circa psonā ꝺ̄ quā agitur.vt facilius admittat testes crimi
nosos ñ regulārē.Et faciliùs si regularis est inferioris gradus quā
excellētioris dignitatis.Item facilius si est infamatus & possit re
moueri sine scandalo q̄ si sit bonæ opinionis & immineat scāda
lū in eius remotione.Tertia cōsideratio circa psonas testiū vt ad-
mittat facilius honestos,quā criminosos,& faciliùs criminosos
emēdatos quā pseuerantes.Item facilius si testificanē zelo iusti-
tiæ quā odij fomite.Quarta cōsideratio circa crimina quæ obii-
ciuntur an sint crimina minora vel paria,quā maiora.Quinta cō-
sideratio,an subsint adminicula,vt facilī admittātur testes alij,
adminiculis existētibus,quā cessantibus. Alij aliter dūt,sed ipse
met Inn.posteà recessit ab hac opi.& tenuit,q̄ ista rēperantia cē
quitatis ñ sit relinquēda arbitrio iudicis, cū sit iure expressa ge
neraliter.ar.c.fi.de trāsa.qd̄ tm̄ non placet Host.qa ꝑm eum licet
sit iure expressa,tm̄ exprimitur gñaliter, vt nō appareat an & qñ
sit ea præcise vtēdum.& cū hac opi.trāseūt do.cōiter.satis puta
rē opi.Inn.posse saluari,vt vbicunque agatur de crimine simo-
niæ ciuiliter & ꝑm ætatē & psonā ꝺ̄ quā agitur sit irregularis
inferioris gradus malæ famæ & sine scādalo possit removeri,&
subsint adminicula,tūc testes criminosi debēt admitti etiā non
emendati velit nolit iudex.s.quanta fides sit eis adhibēda iudex
cōsiderabit secundū qualitatē & quātitatē criminū obiectorū,
minor em fides adhibetur vbi obiiciuntur crimina maiora,quā
paria vel minora,& minor qñ paria,quā quando minora,& ma
ior fides saltē qñ sunt aliquatenus emendati quā qñ ex toto p-
seuerant,& ad hanc fidē mittendā fiunt istæ cōsideratiōes cir-
ca crimina obiecta,& etiam sensit glo. hic in ver.an pia.Si verò
deficeret aliquod ex prædictis,nō putarem testes criminosos ad
mittendos, vt si persona ꝯtra quā agitur esset secularis vel si es
set regularis ageretur criminaliter vel esset excellentioris digni
tatis vel non subesset alia adminicula,&c.nā cū ꝑ dispositionē
huius c.recedatur à cōib.regulis iuris ꝑm quas criminosi perse
uerantes non dūt admitti,debet hoc c.restringi intelligēdo ma
ximè,vt s̄.dixi,qñ est crimen simoniæ nō habens annexā hære-
sim.nā sequendo opi.Host.nimis esset larga iudicis ptās in hoc
iure relaxando & restringēdo.Clare ergo cōcludēdo dic q̄ hoc
c.debet intelligi in criminib.exceptis,& specifice simonia,vt ad
mittantur testes criminosi,licet non emendati cōcurrētib.qua-
litatib.supius expressis,sec⁹ si aliqua illarū deficeret.ar.l.si vnus,
C.de testi.& c.quia pp.de elect.& per hæc remanent ferè declara
e tiones gl.huius c.In fi.gl.Host.dicit gl.procedere si iste paratus
est agere pœnitentiam,alias secus.2.q.1.si peccauerit.Item cer
tat iudex ab inquisitione vbi potest prætendi aliquod interesse
rōne expensarum,vel fructuum,vel vt sciatur à quo, & de quo
f sit ecclesiæ prouidendum.ar.c.ex parte.de arbi. Satis putarem
attendendum finem agendi,vt si agebatur solum ad remotionē
tunc iudex nō procedat,facta cessione nisi subsit aliquod aliud
interesse.ar.in l.post finitam.alle.in gl.nam & sententia formān
da est ꝑm conclusionem libelli.vt s̄.c.proxi.Sed si agebatur sim
pliciter ad correctionem,tunc qa facta cessione crimen non est
g punitum poterit procedere opi.Host.g†Et quærunt hic doc. de
14 alia quæstione consimili quid si pendente inquisitione contra
abbatem abbas promoueatur in epm,nūquid iudex desisteret ab
inquisitione,& concludunt,quod procedit inquisitio,vt impo-
natur pœnitentia non vt remoueatur ab ep̄atu.promotio tamē
facta pendente inquisitione non valet.73.di.tantis. Quo ad pri-
mam partem satis posset distingui,vt s̄.distinxi post gl.vt consi-
deretur finis agendi. Quō ad secundam partem,an teneat pro-
h motio,dic,vt plenè dixi in c.omnipotens s̄.de accu.h

ADDITIONES.

a ¶Periurus. Quod semel periurus non debeat admitti amplius
ad testimonium.tradit Fel.in c.ex parte.ver.no.quinto.s.de test.
& in di.c.testimonium.ver.tertia cōclusio.e.tit.q̄ non possit ad
mitti ad iurandū generaliter tradit Sal.in repe.l.admonendi.ver.
trigesimo octauo.ff.de iureiu.Seb.Sap.

b ¶Sed iste tex.multūm facit in contrarium,quia prætextu crimi
nis neminē repellit,dum tm̄ non sit præsumptio odij ad hoc c.in
fidei.de hęret.in 6.vbi comprehendit periuros sub vocabulo cri
minosorum,sed non excōicatos.Non obstat c.testimonium qa
loquitur in alio crimine,q̄ simoniæ,& iste tex. loquitur speciali
ter in crimine simoniæ,tamen Butr.& cōmuniter Doct.sequūtur
gl.vnde in practica deberet seruari.Alex.de Ne.

c ¶Taliter.No.hic plenissimè,vtrum criminosi & non emendati
de crimine indistinctē admittantur ad testificandum in crimine
simoniæ.& vide q̄ de hoc scripsi post Ab.in c.tanta.in prin.s̄.eo.
Et de hoc latè scribit subtiliter Fran de Are.in ca.veniens.el j in
suis recollectis.de test.De Bellent.

d ¶Ponatur pro tantum.Adde Car.in cle.j.de re.permu.no. in c.j.
s̄.de exce.in c.continebatur.de spon.impub.Zach.

e ¶Idem dicit D.Card.hic,in ver.tales.in fi. primæ qō. Ale.de Ne.

f ¶Host.exigit ista duo copulatiuè,s.q̄ sit paratus agere pœniten-
tiā,& quod nō prætendatur interesse,quod refert Ab.Sic.Alex.
de Ne.

g ¶Ista distinctio est de mente Host.& Doct.Alex.de Ne.

h ¶Et vide hanc quæstionē,& similes in Spe.de inquisit.§.pe.ver.
quid si inquisitio.& vers.seq.Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacè electus non dicitur ille,si eo prohibente pecunia fuit datæ,vide latè in nu.7.an teneatur beneficium dimittere in fine.*
2 *Monachus potest promoueri ad rectoriam ecclesiæ secularis,vel episcopatum,an ad inferiores ecclesias.*
3 *Electus in abbatem debet confirmari per episcopum,cui subest ipsum monasterium.*
4 *Simoniam committit etiam ille qui pro alio promouendo pecuniam soluit.*
5 *Capitulum habet potestatem sede vacante electum confirmare, non autem conferre beneficia.*
6 *Prælatus si præcipit alicui sub pœna excommunicationis vt aliquid faciat si non fuerit paritum non per hoc quis incurrit excommunicationem.*
8 *Ratum habere an possim illud quod nomine meo gestum non est.*

CAP. XXXIII.

1 SICVT TVIS.¶†Nō imputatur electo cōfirmato,si eo pro-
hibēte pipsius ꝓfirmationē pecunia data fuit.h.d.In prima po
nitur cōsultatio.in secūda rōne ibi,quāuis.in tertia parte poni-
tur quædā determinatio.ibi,illos.¶Casus literalis.Vacante mo
nasterio Iamblacen.quendam monachum suum prouidum &
discretum elegerunt in abbatem,& quia Leodien. ecclesia Ca-
thedralis pastore carebat,ad Colenensem ecclesiam metropoli
tanam ipsius accessit,& de licētia ipsius interim ministrauit in mo
nasterio Iāblacen.postmodū in Leodiēsi ecclesia fuit institutus
eps:qui requisitus ab ipso electionē ipsius noluit cōfirmare,sed
cōperto q̄ hoc fiebat pro extorquēda pecunia,ꝓtulit excōica-
tionem ne pro facto huius aliqua pecunia persoluatur,& qui ꝺ̄
faceret esset excōicatus,sed quidam de fratrib.eius eo ignoran-
te,promiserunt pecuniam,& etiā exoluerunt, & sic ab epo inui
tus ꝓfirmationē,& institutionem accepit liberē,quēadmodū
postulauit.Mō peruenit hoc ad notitiā ipsius abbatis,& dubitās
an possit licitè ministrare in officio abbatiæ quæsiuit à do.papa
quid facere deberet.rū.pa.ls ꝑm canones ēt paruuli,qui cupidi-
tate parentū ecclesias ꝓ pecuniā sunt adepti eas dimittere reně
tur,tm̄ qa illud est longè diuersum non pbēre ꝓsensum,& aliud
est expresè prohibere,nihil dēt sibi ad pœnā,vel culpā imputa-
ri eo q̄ ꝺ̄ phibitionem,& voluntate suā, à qua postmodū ñ re-
cessit alius pecuniā,pmisit & exoluit eo ignoranter,pertim cū ille
nō sit ei aliqua consanguinitate ꝓiunctus nisi posteà cōsenserit
soluēdo pecuniā,pmissam aut reddēdo solutā,alioquin ꝓtinge
ret q̄factū alicuius parātis insidias inimico suo ei dānosum exi
steret,cui oīno displiceret,& sic aliqs de dolo suo cōmodū re-
portaret.Illi vero q̄ pecuniā dederūt aut ēt receperūt intātū cul
pabiles sunt q̄ si eorū excessus manifest⁹ esset eccl'æ,pœna essent
2 canonica feriendi.Ber.†No.ex tex.ibi,aut regimē eccl'æ florē.
ar.q̄ monachus ꝓmoueri pōt ad rectoriā eccl'ę secularis,de epa
tu,non est dubium,vt in cle.j.de ele.Sed an ad eccl'am inferiorē
secularē possit promoueri.vide tex.cū gl.in pal.cle.j.& plenè tā
3 go.in c.qd̄ Dei timorē.de statu.reg.†No.2.q̄ confirmatio electi
in abbatem spectat ad epm loci cui subest ipm monasteriū.vide
tex.cū gl.18.q.2.c.j.& bonā gl.p̄sequentē gñaliter circa prouisio
nes electorum.in c.quāq̄.de ele.li.6.No.3.q̄ monachus habetur
loco filij,abbas vero loco patris,facit ad mām no.in ca.in pntia.
de proba.Itē no.q̄ 13 taciturnitas qñq; habeatur pro ꝺ̄dictione,
tñ veritate inspecta maxima est differentia inter expresā prohi
4 bitionem,& taciturnitatē.†Vltimò no.q̄ cōmittentes simoniā
a ēt in fauorē aliorūsunt deponendi facit.c.2.de confes.†In gl.2.
5 in fi.vel ꝑm In.forte ista eccl'a Metropolitana erat patrona mo
nasterij,vnde vacante monasterio sicut habet potestatem custo
diendi,vt in c.cum vos.de offi or.ita potuit hic electo dare ptā-
tē administrandi.Sed hodie ista opi.In.non procedit p ca. auari
tiæ.de ele.lib.6.qa electus ante cōfirmationē nō pōt aliquo qīs
to colore administrare,alias in pœnā incidit vt ibi,ideo tenę opi.
gl.Et quare capitulū pōt vacāte sede electū cōfirmare,nō aūt pt
cōferre bñficia ad epm spectantia,dic vt no.in c.cū olim.alle.in
b gl.b†In gl.in ver.sub interminatione.in fi.No.gl. quia quotidie
6 solet allegari,& quotidie venit in practicam inter istos regula
res præcipientes simpl'r aliquid fieri sub pœna excōicationis,nā
c in dubio nō fertur excōicatio,eportius est quædā cōmunatio de
excōicando si nō fuerit paritū ꝑcipiēti,& facit qd no.Tit.cōmi.
vel epi.quasi ꝓ totū.Et facit ad illam qōnē qñ iudex præcipit ali
cui,vt aliqd faciat vel nō faciat,sub pœna mille librarū, vt nō pa-
rēs nō incidat incōtinenti in pœnā,cū illa fuerit quædam cōmi-
natio de pœna infligenda,vide tñ q̄ no.Spe in ti.de sen.exc.in §.
j.post prin.Et habes plures gl.cōsimiles in c.a.de matri.ꝺ̄ duo ꝯ in
terdi.eccl.& in c.salonitanæ.63.di.& in c.vnico.j̄. de sagittariis.
& ibi plenius dicam post Ant.an aliquo casu habeantur loco ex
d cōicationis.dīn gl.in ver.non præbere.in fin.de hoc, an & qñ ta
cens habeatur pro consentiente,dic vt not.in regula qui tacet.
de reg.iur.lib.6.plenius dixi in c.nōne.de pēsum. Sed aduerte qa
hoc c.non loquit̄ de præsente & tacente,sed de absente & igno
rante,vnde longè diuersum est expresè contradicere, & igno-
e rare:qa ille,qui ignorat in veritate nō cōtradicit.e ¶†In glo.in
ver.imputari.in fine.aduerte qa licet gl. ponat differētiam quo
ad casum huius c.inter ꝓfirmatū & electū,tñ apertè non aperit,
nunquid ꝓfirmatio fuerit inualida rōne simoniæ. & Inn.loquit̄
hic generaliter secundū gl.Sed Io Phi.& Host.tenēt, q̄ licet nō
valeat electio taliter facta,ꝺ̄firmatio bñ valet.sed Gof.tenet op
positū dicēs,q̄ illa ꝓfirmatio tanq̄ emptitia,& simoniaca nō va
let.Et ad istū tex.dū dicit,q̄ nō debet ei imputari,rñdet q̄ debet
intelligi quo ad hoc vt nō reprobet electio pri' facta de eo.Pro
opi.Gof.facit ꝑm Io.An.qa pe ēs cōfirmari tractat de iure quæ
rēdo,vñ vr̄ acquisiuisse ius,mediāte simonia licet p aliū ꝓmissa.
Sed ꝓ opi.Host.& aliorū facit iste tex.qui facere vr̄ differentiam
inter ignorātē & expresè ꝺ̄dicentē,tenens aliquē ꝺ̄dictionis ef
se effectum:Vnde ipse Io.An.sic distinguit,vt ignorāte & cū ꝺ̄di
cēti ꝓcedat opi.Gof. vt nō teneat cōfirmatio,sed in expresè ꝺ̄-
dicēte ꝓcedat alia opi.Ant.vr̄ sequi opi.Gof.qa quātūcūq; ꝺ̄di-
xerit non poterit negari gn talis ꝓfirmatio sit simoniaca.Vnde
adhuc qdā alij magis restringētes hanc materiā dicunt idē esse
etiā qñ pecunia fuit data in fraudē ipsi⁹ q̄ debebat eligi.vel ꝓfir
mari.vt talis electio siue ꝓfirmatio dicat simoniaca.Nec ob.iste
tex.q̄ debet intelligi,q̄ nō debet imputari ad pœnā vel quo ad
facultatē dispensandi,sed certè hæc rigiditas nō placet.vnde se-
quor aliā opi.& siue pecunia sit data cōfirmatori sine fraude vel
cū fraude ꝺ̄dicēte electo,vel etiā eo non ꝺ̄dicēte vbi interuenit
fraus,nō debet talis ꝓfirmatio annullari.& vt hęc opi.pbari per
istū tex.sic inducendo.nā ver.quis.venit aduersatiuè ad sequen-
tia.& dicit,q̄ quis etiā paruuli teneant dimittere bñficia acqui-
sita per simoniā eis ignorātib. tñ qa lōgè diuersum est,&c.nō de
bet imputari ꝺ̄dicēti ad culpā vel pœnā, debet ergo intelligi ad
pœnā vt annullet ꝓfirmatio.& teneat dimittere bñficiū.alias aūt
iste ver.quis,nō aduersaret in aliquo.nā certum est q̄ ignorans
nō ꝺ̄dicens nō inuoluitur culpa cū pœna,nec etiā erit aliqua du
bitatio de ignorāte,vel ꝺ̄dicēte,qd̄ esset extra oēm noxam,& iu
ra debēt reduci ad casum dubiū.l.qd̄ Labeo.ff.ad carbo.nec ob.si
dicat q̄ ista ꝓfirmatio sit simoniaca, qa & si interuenit simonia
expte dātis ne factū dānabile ipsius ꝑiudicet expresse ꝺ̄dicti,tole
ratur tm̄ talis ꝓfirmatio.nā exquo alias erat idoneus forte,fuisset
cōfirmatus etiā sine pecunia.Itē ꝺ̄dicens expresse æquiparat ei,ī
cuius fraudē data fuit pecunia.sed factū illi⁹ nō debet retractari,
vt clārē probat nō cauillādo literā in c.nobis.s̄. eo. qcqd alij di-
cāt.ergo nec factū ipsius expresse ꝺ̄dicētis erat retractandū.Et pos
set ēt dici ꝺ̄dictis rōnib.cōiuncto.d.c.nobis.vt ita sit in electione.
s.annullet ꝓp interuentum pecuniæ datæ ꝺ̄dicēte vel eo ignorā-
te in eius fraudē.qa nō apparet rō diuersitatis inter electionem
& confirmationē,nā vtroq; casu agitur de iure quærendo,& for
tius & pinguius ius acquiret ꝓfirmationē q̄ per electionem.nā
vtroque casu agitur de iure querēdo,vt patet in c.sup his.s̄.de ac
f cusa. †In gl.in ver.consenserit.ibi,qnon sit simoniacus.ꝓ hoc fa
cit ꝑm Io.An.in c.cum quis.de sen.exc.lib.6. potest tamen illud
c.ꝑm eum adduci in contrariū,& nihil aliud plus dicit nec ipse,
8 nec alij. †Ideo aduerte,q̄ aut quæritur nunquid de iure canoni-
co possum

ADDITIONES.

a ¶In fauorem aliorum.Videtur iste innuere q̄ soluens pecuniam
vt alicui conferatur beneficium,committit simoniam, q̄ est ve-
rum,vt per vulgaria iura.Sed vtrum ille qui pro alio taliter pecu
niam soluit possit ab eo pro quo soluit illā repetere,dic q̄ non,
vt per istum in c.bone memor.q̄ el 2.& ibi Barb.& apost.ad ipsum
s̄.de post.præl.& Ant.Cor.sing.suo in ver.simonia.

b §¶Item dic,quod capitulum sede vacante potest instituere pre
sentatū perpatronum,licet institutio spectet ad solumepiscopū.
vt est casus in c.1.de institt.lib.6.Ale.de Ne.

c ¶Nō fertur excōicatio.Adde istū in c.relatum.in vlti.no.vbi idē
tenet q̄ hic.s̄.de iure patr.Inn.tamen in c.1.in gl.in vers.sub ana
themate.j̄.de sagittariis.paulus videtur ab eo declinare.& Ge.
in c.salonitanæ.63.dist.Seb.Sap.

c ¶Excommunicatio.VideFel.in c.dilecte.versi.secundo dicta sunt
vera.s̄.de exceptionib.vbi dicit q̄ talia ver.intelliguntur ferēdæ
sententiæ,non latæ.Seb.Sap.

d §¶Sed gl.in c.relatum de iure patrona. dicit,q̄ aut aliquid præ-
cipitur sub pœna excōicationis,vel sub pœna anathematis,& tūc
est quædam comminatio,non autem excommunicatio,aut præ
cipit sub interminatione excōicationis,vel anathematis,& tunc
est canon latæ sn̄iæ,seu per illa verba quis incidit in excōicatio-
nem.sed illa gl.est falsa,& loquitur contra illum,& contra c.cle
ricis.ne clerici,vel monachi.vñ ista gl.melius dicit.Item gl.pe.in
c.1.de loca.dicit quod per illa verba profertur excōmunicatio.
Sed illa gl.non dicit verum,& ad illum tex.resp.vt ibi per doc.&
vide quod dixi post Abb.Sic in d.cap.clericis.ne cleri.vel mona.
Alex.de Ne.

e ¶Hoc ꝓbatur hic,& i c.nobis s̄.e.vbi simonia cōmissa ignoran-
te electo vitiat electionem.& etiam collationem ordinis,vel di
gnitatis.& j.q.j.præsentium.& c.j.& hic, & etiam collationem
beneficij,vt in c.pe.de elect. ergo plus est contradicere, quàm
ignorare,vel quàm scire.Alex.de Ne.

f ¶Butr.nititur resp.ad c.nobis.s̄.e.& dicit,q̄ vbi pecunia est data
ab æmulis,nō præiudicat quantum ad cu'pam,vel pœnam pro-
moti,nec quo ad difficultatē dispensandi.qa episcopus poterit
illa vice ēt dispensare cum electo,sed si nō esset data ab æmulis
nō posset illa vice dispensare, vt dictū est s̄. eo.de simo.ꝑiudicat
tamen secundum eū quo ad validitatē electionis,& cōfirmatio
nis.& idem dicit quādo pecunia est data ꝺ̄dicente electo,vel cō
firmato.Sed Bu.loquitur ꝺ̄ tex.illius c.nobis.vbi tex.dicit quod
si pecunia est data ignorāre electo,electio est reprobanda.nisi in
fraudē & dispēdiū ipsius electi sit data pecunia, ergo si in fraudē
electi esset data non esset reprobanda.& sic nulla exigit dispen-
satio,aliās non esset bona exceptio.Item Butr. loquitur contra
hunc tex.circa quod nō insto, quia hoc satis declaratur per Ab.
Sic.hic,quæ est opinio Io.An.quam etiam D.Car. sequitur in §.
oppositione.Alex.de Ne.

Universidad de Navarra Biblioteca

co possum hꝫ̄atū ꝙ meo nolē gestū non est,& dicēdū ꝙ non, intelligendo de ratihabitione.vt trahaꝫ retro.tex.est in regula ratū.de re.iur.lib.6 & dicit no.in c.cū qs.de sen.excō.lib.6.& no.in ꝓl iur.vbi rndi ad alle.hic à gl.Et ex hoc infero ꝙ iste soluēs pecuniā post ꝙditionē,& ius acqsitū nō ꝓprie ꝙmittit simoniam, qa aliud est vēdere seu emere,& aliud vēditioni seu emptioni iā factæ postea cōsentire.vt in haliud.ff.de reg.iur.nec hēt hic locū ratihabitio,ex quo venditio seu emptio,seu pecuniæ dario non fuit facta nōie suo:sed fateor ꝙ inuoluitur peccato approbādo factū dānabile.& ita intelligo dictū.c.cū quis.qđ Io.An.dicit facere ꝓ & ꝙ.An aūt teneatur iste ex hoc dimittere bñficiū,vl̄ possit priuari.Et dico,ꝙ sic, ꝙiungendo simoniā à principio commissam cum eius facto,& pacto cōsecuto postea.& hoc vult tex.hic in ver.nisi postea consenseris &c.alias non esset bona exceptio.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur si aliquis dat bona sua sub conditione alicui ecclesiæ, vtin ea recipiatur in canonicū,& ipsa bona pro sua præbenda retineat,secus si non præcessit pactum.4.*
2 *Simonia non committitur,si quis emit preces,vel dat aliqua bona temporalia ex mera liberalitate,pro aliquo beneficio consequendo.*
3 *Præbenda quæ consistit in temporalib.potest esse penes laicum,secus si est annexa canonię.*
5 *Simonia an inducatur per solam simoniacam intentionem.*
Simonia conuentionalis non remittitur nisi per restitutionem rei datæ & acceptæ,simonia verò mentalis per solam pœnitentiam aboletur.
6 *Simonia committitur si quis corrūpit iudicem, vel vestem in cā spirituali.*

CAP. XXXIIII.

1 TVA NOS.†Si clericus cum pacto ꝓfert eccl'æ bona sua,vt in ipsa recipiaꝫ in canonicū,& illa sibi retineat pro p̄benda,simonia committitur,secus si hoc fiat sine pacto.h.d.Et sunt duę partes.in prima qsultatio.in scđa rñsio.ibi,deuotioni tuæ,qui distinguendo prosequitur duo mēbra.fm.ibi,si vero. cuius determinatiōē submittit ibi.licet.Casus literalis.Aliqs clericus aliqua de bonis suis obtulit alicui ecclesię perens,vt idē cleric⁹ in canonicū admittatur.& eadē bona sibi retinere liceat pro p̄bēda in vita sua,q̄rit,vtrum illa bona recipere liceat,& idē clericus in canonicum assumi absque vitio simoniæ.rñ.pa.ꝙ si qs cleric⁹ cū ꝙditione,vel pacto offerat bona sua,vt ea postmodū retineat ꝓ præbenda & in canonicū admittaꝫ, hmōi oblatio vel receptio fieri nō poterit sine vitio simoniæ,cū in talib.oīs pactio,aut conuentio cessare debeat iuxta canonicas sanctiones. Si verò purè ac sine pacto,& conditione qualibet offerat rogās humiliter vt in canonicum admittatur,& bona sua retinere sibi liceat ꝓ p̄bēda,& clerici pure ꝙsentiant,talis receptio bene pōt fieri absque simonia.in fi.dt pa.quis talr duxerim⁹ rñdēdū,si tñ ille q talē facit donatiōē ea intētione ducatur,vt per tpalia bona,q̄ offert,spūalia valeat adipisci,clerici eū alr non recipiēt alr sine dubio tam isti,q̄ illi apud Deū,cui nullū latet secretū,culpabiles iudicāt.B.

2 †No.1.tex.ꝙ humiles p̄ces emissæ à digno pro bñficio spūali ꝙ-
a sequendo,no inducunt simoniā : a nec aliquod aliud pactū est ambitiosum ꝙ ꝓcedit ēt si p̄cesserit donatio rei tpalis ex libera litate tñ facta,& optimè hic colligitur ex tex.ꝙ semper tenemē ti pro istis cardinalib.seu aliis plat̄is qb.aliqua munuscula,seu xenia conferunt rogantes pro aliquo beneficio consequendo,si.n. non ducuntur principali intentione vt spūalia adipiscātur,q̄q̄ secundario habeāt talē spē extra oēm noxā iudicātur. nam vix ista possunt fieri sine spe secūdaria,vt dicūt Inn.& Hosti.hoc facit ꝙ legitur &no.in c.quid proderit.6 i.dist.1 q.sunt nōnulli,& in c.tu.
b de æta.& quali.b † Secundo collige ꝙ p̄benda pōt ꝙsistere in re
3 bus temporalib.tm̄,& talis p̄bēda pōt cadere etiā in laicū,& de hac intellige gl.in c.cū M.de ꝙsti.q̄q; tū p̄benda appellatur ius spūale.& ꝓcedit illud, qñ est annexa canoniæ,& ita intelr c.dilecto filio.§.de p̄bē.& vide qđ no.Inn.in c.maiorib.e.ti.item no. ꝙ ius canoniæ est qđ spūale,hinc est,ꝙ nō cadit in laicū,vt i c.ij.de insti.& ꝙ ibi no.In.& iō ꝓ eo hndo nō licet ꝓmittere, vel
4 donare tpalia,vt hic & in c.Iacob⁹.j.e.¶† In gl.i ver.purè.ibi tpe ingressus.no.gl.ꝙ ēt tpe receptiōis spūaliū pōt fieri donatio alicuius tpalitatis,dūmō liberaliter fiat.& facit c.in pūtia.de ꝓb.& in c.ad aplicā.j.e.& vide gl.q̄ hoc disputat in c.emēdari.j. qō.j.
5 & c.q̄ pio.i.qō.ij.¶† In gl.fi.in fi.In.dicit,ꝙ in prohibitis,qa sola simoniaca intētio inducit simoniā, & illa dūr ꝓhibita,qa simoniaca,qa sunt spūalia & de iure diuino.vt vēdere scra &similia, sed in simoniacis,qa ꝓhibita sola intentio nō inducit simoniā, vt si qs renūtiat bñficio suo cū intentione hūdi aliquid tpale.de quo vide ꝙ no.gl.in c.ex pte.de of.dele. Io.An.tenet indistinctè ꝙ nunq̄ sola intētio inducit simoniam nisi mētalem & bñ loquitur quia dr̄ia maxima est inter simoniā mentalē. & quentionalē.Nā in quētionali teneē qs restituere talia spūalia,vel tpalia illicitè recepta nec pt aliter pœnitere.vt in c.inquisitiōis.in prin. §.de acc.sed in mētali pōt aboleri p̄cm̄ p solā pnām, vt ꝓbatur in c.fi.c.ti.vbi tex.loquitur indistinctè de oīb.spūalib.,ꝓcedit ergo siue sint spūalia de iure diuino siue ex cōstōne eccl'ę,ex quo aliter nō distinguit.xix.dist.si Romanorū.& 3 i.q.1.qđ si dormie
c rit.& optimè illud c.sic inductū probat opi.Io.An.c† Extra gl.q̄-
6 ro quid si aliqs corruperit iudicē,vel testē in cā spūali, nunquid cōmittitur simonia.Hos.concludit,ꝙ sic ꝓ quandam connexitatem,q̄ habet cum reb.spūalib.vel erit quasi simonia.arg.c.nemo.§.eo.secus si datur pecunia in causa merè temporali.ꝙ not.

ADDITIONES.

a ¶Simoniā.Vide ad hoc,q̄ scribit Car.in c.tuā.§.de æta.& quali. vbi ponit.an q dat pecuniā familiari alicuius prelati,vt solliciter cām bñficij,an cōmittat simoniā.Et ꝓcludit,ꝙ non,nisi ille familiaris sit talis,quòd eius intuitu daretur beneficium.Seb.Sap.

b ¶Hoc dicit In.hic.in verbo,intentione.dicit.n.ꝙ tex.debet intelligi,qñ princip'r quis dat tpalia vt per tpalia ꝙsequatur spiritalia.Nam vix est ꝙ quis hanc intentionē secundariò nō habeat, & hoc sequitur Host.Io.And.& D.Car.hic in 2.oppositione.dicit esse signandū,ꝙ secundaria intentio non inducat peccatū,& quia hic sit mētio de precib.si vis scire qñ preces sunt licitæ, vel non,§.pro beneficio obtinēdo,dic vt per gl.magistram in c.tuā. de æta.& qual.& ibi Doct.Alex.de Ne.

c ¶Cum ista opinione transit hic D.Car.& But.ambo in fi.sui cōmenti.Sed aliter dicit Butr.in ca.fi.eo.vbi dicam,quid sit tenendum.Nam ibi Abb.Sic.non firmat pedem.Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Ordines sacri non debent recipi à prælato simoniaco.*
2 *Prælatus simoniacus non potest conferre ordines.*
3 *Contra suam conscientiam erroneam non debet quis venire antequam ipsam deponat,& aliter veniens præparat sedem ad ignem æternum.4.*
5 *Simoniacus an sit ipso facto suspensus siue sit simoniacus in beneficio,siue in ordine conferendo siue in ordine recipiendo.*
Suspensus ab officio an sit etiam suspensus à beneficio.
6 *Simoniacus ignoranter tantum deponitur à simoniacè receptis, & ab aliis non legitimè receptis,vel recipiendis.*
7 *Simoniacè conferens ordines est perpetuo,& ipso facto ab ordinib.suspensus, nec ab eo licitè recipiuntur sacramenta,nisi in casu necessitatis.*
8 *Simoniacus in beneficio notorius est suspensus ipso iure,si verò occultus est suspendendus.*
Episcopus qui simoniacè emit episcopatum non potest validè clericos ordinare,& ab eo ordinati non habent executionem.
9 *Intelligere legem vel canonem,male non est peccatum, nisi ex hoc male intellecto committatur aliquod peccatum.*
e clesiam, sed scholares siue sint missi, siue non habeant hoc priui legium per quinquennium, nam ista determinatio per quinque annos, &c. debet determinare omnia precedentia non ea, quę habent specialem determinationem, docentes enim habent hic suam determinationẽ, quia quandiu docuerint &c. ideò non determinatur per clausulam generalem in fine positam. vt in c. cũ dilecti. de don. & quod ibi no. & sic non ob. c. inquisitio. alle. hic in
f gl. pro ꝯrio. Sn gl. in ver. de licẽtia. in fi. potest dici fm̃ doctores quòd si est contentio inter prælatum & capitulum an transmittẽdi sint
g docentes quia tũc expectanda est licentia superioris. g † Et in fi. gl.
6 quæro qui gaudeant hoc priuilegio h sol. dicit hic Host. & cõiter
h alij doct. quòd studentes in theologia in studiis generalibus, non autem in villis, seu castris, vt in c. tuę. ſ. de cle. non resi. Item non sufficit morari in studio, sed quod dent operam, vt addiscãt. xvj. q. j. generaliter. Et licet qñq; diuertant ad curiam romanam, vel aliũ locũ, gaudent tamen priuilegio, ex quo habent animũ redeũdi.
i de pœ. di. j. diuortium. i Item oportet quòd nedũ in scholis, sed etiam in domo studeant in theologia. vnde dicit Host. quòd si quis in scholis audiret theologiam, & post reditum scholarũ haberet baccha
k laureum in domo qui sibi legeret ius canonicũ, vel ciuile nõ gau
l deret hoc priuilegio. k Et per hoc sentiunt hic doc. quod studentes in iure ciuili, vel canonico non gaudent hoc priuilegio, vt percipiant fructus in absentia. Sed ꝯrium tenet Arc. in c 2. de priuil. in vj. & in c. de quibusdam 37. dist. quia in præal ca. 2. loquitur indistinctè. hunc articulũ latius prosequor in c. tuæ. præl. & ibi sequor opi. quòd saltẽ in iure canonico studentes dẽt habere hoc priuilegium. nam promouent vtilitatem nedum propriæ ecclesiæ, sed etiam ecclesiæ vniuersalis q̃ ad sui regimen indiget viris literatis, nedũ in theologia sed etiam in iure canonico, vt in c. cũ ex eo. de elec. li. 6. & in c. j. de constan. & aff. tex. est ſ. ca. proxim. vbi dicit quòd sacerdotes debent addiscere ea maximè quæ concernũt curã animarũ, & promouentes nedum vtilitatem ecclesiæ particularis, sed etiam vniuersalis habentur pro residentib. vt possint percipere

ADDITIONES.

a ¶ Doctor. Vide quod dicit An. de Iser. in proœ feu. quòd doctores legentes non minus merentur quàm sacerdotes, vnde doctorib. attribuit illud Danielis. Fulgebunt sicut stellæ in regno Dei, de quo etiam per And. Sic. in c. proposuisti. ſ. de prob. Seba. Sap.

b ¶ Sui magistri. Et tm̃ est verum, quòd si iudex in iudicando sequitur singularem opi. magistri sui, non tenetur ipse syndicatu. & debet ex cusari à condemnatione expensarum. Fuit originale dictum Old. in l. quæsitum. § 1. ff. de fund. instr. quod sequitur Abb. Sic. in cap. 1. ver. sed vide. ſ. de postul. prælat. & sequitur Ias. in l. generaliter. ad fi. ff. de in ius vo. quod dictum solet intelligi dummodo talis magister sit doctor insignis, prout sunt præceptores mei Vin. de Her culanis, & de perusio, & d. Camillus de Balionib. doctores celeberrimi, prout eorum fama per totum orbem vagatur. Aeneas de Falco.

c ¶ Idem est in iure ciuili: quia quinque anni dantur ad proficiendum in legib. vt in procemio D. gestorum §. pro responsis. Vnde Hyeronimus super Ezechielem Pythagoricorum doctrina est tacere per quinquennium: & postea eruditos loqui. Idem dicit Seneca epist. lij. Sed in iure Canonico dantur septẽ anni, vt in c. cũ ex eo. de ele in 6. D. Car. hic in d. §. docentes. in 2. notabili dicit, quòd nó potest tradi certum tempus cum vnus propter ingenium, & diligentiam citiùs proficiet quam alter vt dicit gl. in c. tum ex literis. de resti. in integ. Dicit tamen, quòd si quis vult attentè studere potest in vna prędictarum facultatum infra quinquennium adeò proficere, quòd ampliùs Doctore non indigebit. Dicit tamen Io. de imo in prælegato c. cum ex eo, quòd hodie propter multa scripta Doctorum exigitur adhuc maius tempus. Dicit tamen quòd infra quinquennium quis potest adeò proficere quòd per se poterit omnia intelligere, vt dicit D. Car. Ale. de Ne.

d ¶ Iacobus. & Philippus, cum quibus Doctores transeunt dicunt quòd differentia est inter missos, & non missos, quia electi, & missi prælatos, & capitula possunt petere, vt suppleatur illud quod deest ad substentationem studij si reditus proprij non sufficiunt illis non qui non sunt missi, licet assignentur propria beneficia, nisi tamen suppletur. Sed in quantum quòd hæc gl. dicit quòd hæc constitutio membranas occupat inutiliter Host. dicit quòd non est culpa statuti quod in se fuit rationabile, & vtile, sed subditorum inobedientiũ excessus, & prælatorum negligentia. Vnde caueãt sibi de eo quod legitur, de simon. licet Hely. 1. resp. ttẽ dicit quòd adhuc possent superiores exequi, & ad hoc compellere. de accus. sicut olim. & sic etiã hodie possunt prælati facere hanc constitutionem seruare. Alex. de Ne.

e ¶ Pone exemplum si à prælato vel capitulo reuocetur magister vt id quod erogauit extraneis, in remotis partib. cõicet his à quibus est beneficiatus de testa. cum in officiis. Ale. de Ne.

f ¶ Quid si tempus quinquennij est prorogatum, nunquid stu dẽtes gaudent priuilegio huius ca. But. dicit quòd sic: quia prorogatio intelligitur facta cum eisdẽ qualitatib. ff. de precario, sed & si manente. Alex. de Ne.

g ¶ Ista sunt verba Host quæ truncatè refert Nã vlterius dicit Host. quòd si secus diceremus, sequeretur absurdum quòd omnino inhabilis posset ire ad discendum, quod non est dicendum per notata in c. 1. & 2. ſ. eo. Item secundum Host. obstaret nimis multitudo. arg. de cle. non residen. c. pe. hoc etiam voluit Inn. in c. 1. ſ. eo. Alex. de Ne.

h ¶ Qui gaudeant hoc priuilegio. Adde quod no in apost. ad istum post eum in c. si diligẽti. n. 30. in vers. in scholares clericos. ſ. de fo. comp. de quo Bal. ad plenum in auth habita. ver. sed hic quæritur. iuncto ver. prox. C. ne fil. pro pa. Zach.

i ¶ Nã intelliguntur præsentes in loco studij, ex quo habent animũ redeundi, & idem est dicendum de eo, qui debet esse continuus per mensalis. vel cõtinuè cum aliquo manere. Nã censetur continuè manere, licet qñque se absentauerit animo redeundi. de quo vide optimũ tex. in fi. de verb. sig. in 6. Quãtũ autẽ tẽpus requiratur vt scholaris per absentiam perdat priuilegium: vel desinat esse in matricula, dic, vt per Bar. in l. aut facta §. tẽpus. ff. de pœ. & ibi Bar. videtur dicere quòd ex eo quòd scholaris assumat aliquod exercitium, puta, si est factus assessor, vel aduocatus desinat esse in matricula, seu perdat priuilegium scholaris. Aut non assumat aliquod exercitiũ, & tunc dicit quod per lapsum quinquennij desinat esse in matricula.

k ¶ Hoc intellig. But. qõ principaliter vacaret erga studium aliud, q̃ Theologiæ, secus si teneret locum in domo, qui ipsum declararet in iure ciuili, vel canonico necessariò ad eius eruditionem. Nã hoc casu gaudet priuilegio cum veniet accessoriè ad declarationem ipsius Theologiæ. Ale. de Ne.

l ¶ Studentes. Non solũ studens theologiæ, sed etiã studens iuri canonico priuilegio gaudet perceptionis fructuũ beneficij in absentia. Et idem concludit Abb. in c. licet. ver. an autem studens in iure. de præb. Et de hoc vide elegantissimè Dom. in d. c. de quibusdam. 37. dist. de Bellentz.

percipere fructus a beneficiorum suorũ in absentia. pro hoc bo. rex. in c. cum dilectus & c. ad audientiam. de cle. non resid. facit c. cum expediat. de elect. li. 6. vnde ad tex. istũ supplerẽ maximè. An autem isti studentes possint vendere fructus beneficiorũ per quin quennium, & in principio percipere pensionem totius temporis? doct. hic q̃ non, quia rex. iste permittit q̃ per quinquennium percipiant fructus in absentia: debent autem capere annuatim. Quid autem si hoc faciunt, nunquid succesſor teneatur stare ꝛ̃ctui, dictum fuit in c. fi. ſ. ti. prox. vide ibi, & c.

ADDITIO.

a ¶ Percipere fructus. Quid autem si essent plures studentes in theologia de vna ecclesia, an omnes gaudeãt hoc priuilegio, an verò solum vsque ad certum numerum vide doct. in c. ad audiẽtiam. ſ. de cle. non resi. Seb. Sap.

a ¶De Iudæis [a] & Saracenis, & eorum seruis. Tit. vj.

¶Continuatio Rubricæ.

¶ Supra visum est de his qui spiritum sanctum per simoniam vendendo blasphemant, consequenter submittit de his qui Deum de honorãt male colendo vt Iudæi, & Saraceni, & de his author tractaturus submisit etiam de eorum seruis. Et aduerte quia serui dicuntur stricto modo carentes libertate, sed largo modo etiã seruientes pro mercede. vt famuli dicuntur etiam serui à seruiendo,
b & de vtrisque tractatur in hoc ti. Et dicũtur Iudæi [b] à tribu Iuda, quia illa trib. erat præstãtior cæteris. Saraceni verò dicuntur à Sara. vxore Abrahæ, sed po ius deberent dici Agareni ab Agar quæ fuit ancilla Abrahæ, ex qua descenderunt Saraceni, &c.

ADDITIONES.

a ¶De Iudæis. Quare puniatur Iudæus transiens ad sectam Saracenorũ, vide Old. cons. 51. Et de quo Iudæo, qui improperabat christiano, q̃ sua secta est Deo magis accepta, quàm nostra, vide qd scribit Are. & ibi Do. in fi. in c. vſq; adeo. 33. di. Adde q̃ dispositio faciens mentionẽ de iudæo, non habet locum in pagano, nec ecõtra, secundum Do. in c. qui vero. odij 33. dist. de Bellent.

b ¶Iudæi. Vide omnino Do. post Arch. in ca. dominus, circa mediũ. 56. dist. de secundo quare appellentur Saraceni, vide omnino Do. post Raymum. & Arch. in c. 1 smael. circa fin. 56. dist. de Bellent.

SVMMARIVM.

1 *Christiani prohibentur habitare cum Iudæis in loco aliquo.*
Iudæi scholares non prohibentur intrare scholas cum christianis.
2 *Iudæus non potest doctorari.*

CAP. I.

a PRAESENTI. [a] Si seruus à Iudæo emptus causa mercimonij factus est, vel fieri desiderat Christianus pro xij. sol. redimitur. Et primò ponit constitutionem de baptizato vel baptizari volente. Secundò eius causam, ibi, qa. Casus literalis. Iudæi retinebant seruos christianos, statuit concilium istud quod de cætero iudæi seruos christianos non retineant, sed liceat christiano datis xij. solidis pro quolibet mancipio ipsum redimere, siue ad libertatem, siue ad seruiendum sibi: & si seruus Iudæi Christianus fieri desiderat, & non permittitur, idem fiat, quia nephas est iudęum in seruitutis vinculis retinere illum, quem Christus sanguine suo redemit. B. No. ex tex. ibi pro quolibet bono mancipio, & c. quod istud pretium xij. sol. ſtatuitur pro mancipio bono. est ergo istud supremum pretium. si ergo mancipium non est ita bonum non debetur tantũ pretium. No. 2. christianum posse emere seruum christianum, tamen ad ingenuitatẽ. i. vt producat eum ad ingenuitatem. ſ. vt non sit ad tricius vinculis alicuius seruitutis, & nõ potest emere ad seruiendum sibi. Tertiò no. quod Iudæus non potest habere seruum christianum, siue erat christianus tempore emptionis, siue post emptionem fuerat factus christianus, vel desiderat fieri christianus. Sed cõtra textum, & prædicta opp. c. 1. de na. ex li. ven. & inſt. de inge. in princ. & in c. 1. de pur. c. nam ingenuus dicitur ille, qui statim cum nascitur liber est. ergo iste qui fuit seruus non potest produci ad ingenuitatem. Sol. ingenuitas capitur hic largo modo, & ille fit ingenuus quò ad commoditatem, & omnem effectum vt etiam iuſ
1 patronatus in eo non retineatur. † In gl. 1. in prin. no. ex gl. & in iurib. alle. in ea quod non solum prohibetur christianus seruire iudæo: sed etiam prohibetur cohabitare. vnde non debent simul cõmorari in eadem domo, imo euitanda sunt consortia iudęorum. vt in c. sæpe. alle. in gl. quia malorum consortia sæpe bonos corrumpunt, vt ibi dicit tex. nec debet à iudęis recipi medicina: nec debemus cum eis esse in balneo, vel lauari. vt in capitul. nullus. al-
b leg. in glo. [b] Ex his infero ad quæſt. de qua alias fui interrogatus, nunquid sit permittendum iudæo intrare scholas christianorum causa addiſcendi, & p iura superius allegata videtur saltem de rigore q̃ non, quia ibi ꝛ̃hitur consortium & quædam cohabitatio, nam si ꝛ̃hiberur sola balneatio, vbi est cohabitatio tpalis & qua si momentanea, fortius debet prohiberi ingressus scholariũ vbi inter scholares ꝛ̃hitur nedum consortium sed ẽt intrinseca amicitia, & quia iuuenes habẽt annos ætatis molles, de facili possent subuerti ex astutia, & perfidia Iudęorum, consuetudo tamen ha-
2 bet ꝛ̃tium. † Tamen illud est verum quod Iudæi non debent do-
c ctorari quia cum doctoratus sit dignitas vt dixi. in c. quanto. ſ. ti. prox. non cadit in Iudæum. vt j. c. c. cum sit. no Bar. in l. fi. C de Iudę. In gl. 2. in fi. sed distingue latius. aut iste est seruus vernaculus.
d i. natus ex ancilla Iudæi, aut est seruus emptitius. Primo casu si est, vel desiderat fieri christianus statim eripitur in libertatẽ nullo dato pretio. l. Deo nobis. C de episc. & cle. Aut est seruus emptitius, & tũc erat christianus tpe emptionis, & statim est liber, quia Iudæus non potest habere commerciũ christiani. 54. dist. mancipia. Aut nõ erat christianus tpe emptionis, licet postea effectus sit christianus, & tũc aut fuit emptus à Iudæo, vt sibi seruiret, & statim eripitur in libertatem cũ efficitur christianus nullo dato pretio, vt 54. dist. fraternitatẽ. Aut seruus fuit emptus causa mercimonij & si non fuit expositus venalis intra tres menses statim eripitur in libertatem nullo dato pretio, ex quo vult effici christianus, vt in c. fi. j. c. Aut fuit expositus venalis intra tres menses, & habet locum iste text. vt tredimatur xij. solidis. pro prædictis vide bo. gl. 54. dist. c. generalis. §. hoc tunc obseruandum. de hoc no. in fi. j. eo d. Sed quæritur de quibus solidis intelligatur ista litera. Et conclude q̃ debent intelligi secundum consuetudinem loci, & olim 72. solidi constituebant vnam libram auri Venetorum seu Florentinorum, vel quoties. C. de suſce. & prępoſ. arca. li. x. hodie verò isti aurei Venetorum seu Florentinorum non sunt tanti põderis, sed solidi. xcvj. faciunt vnam libram auri. vnde nunc esset inuestigandum nunquid debeant dari duodecim aurei currentes, & vtuales, an verò habito respectu ad illam antiquam mone
e tam quæ erat maioris ponderis equàm nunc. In gl. o. 3. ibi §. dominus. no. gl. quia tamen probatur à simili, sicut. n. seruus datus pro noxa, i. pro delicto eripitur in libertatẽ auxilio prætoris, si nouo domino pretium attulerit. vt in §. dñs. allegg. in gl. ita & iste debet eripi in libertatem, dato pretio. cum hic etiam concurrat fauor christia

ADDITIONES.

a ¶Pro intellectu huius c. & c. fi. e. ti. vide gl. nostram in c. obseruandum. 54. di. & vide omnino Domi. post Arch. in ca. mancipia. vbi bonus tex. & gl. de Bellentz.

b ¶Nec etiam debet manducare eorum azima, vel comedere cum Iudæo, nec recipere ipsum ad prandium. & pœna ꝛ̃ facientis in aliquo de istis, in clerico est depositionis, in laicovero excommunicationis, in d. c. nullus. cum seq. Alex. de Ne.

c ¶Doctorari. Iudæus non potest doctorari. Et idem dicit Bar. in l. curiales. C. de decurio. li. x. vbi dicit se habuisse id. cum essent duo Iudæi valẽtes scholares, q̃ volebant doctorari in medecina. Quid autem de excommunicato, an possit doctorari, dic q̃ sic, ſm Car. in repeti. c. perpendimus. de sen. exc. circa fi. ver. an excommunicatus possit doctorari, tenet Bar. in l. generaliter. §. fi. ff. de decur. & Abb. in c. cum sit nimis. circa prin. j. e. ti. de Bellentz.

d ¶Iudæi. Et ita se respondisse duobus Iudęis dicit Bar. in l. omnes. C. de decur. li. x. & in l. generaliter. §. fin. ff. de decu. Pet. de Anch. in cle. 2. de magi. Seb. Sap.

e ¶Maioris põderis. Istud est notabile dubium, in quo reperio veritatem quam nullus consideravit, quem viderim, valet q̃ tempus attendatur super valorem monetæ, an tempus, quo facta fuit dispositio. an tẽpus in quo non est. Iaſ. in l. cum quid. in j. lec. ff. si certet. refert quosdam, quos ipse sequitur, q̃ debet attendi tempus factæ dispositionis, per tex. no. hoc probantem in l. vxorem. §. testamẽto. el. j. ff. de le. 3. Contrarũ tenet Bar. in l. j. § cum certum. ff. de aur & arg. leg. per illum tex. qui est fin. secundum Rom. in fin. ccccxiiij. inci. modo quæro. vbi idem dicit. Ego verò pro primo dicto allego fin. dec. Pau. de Ca. in l. fi. in prin. C. communia de le. quem refert Iaſ. non tamen ad illud propositum in l. puniri. C. si contra ius vel vti. publ. qui voluit, q̃ ad donationem quingentorum solidorum insinuandam attenduntur solidi non valor. l. sancimus. C. de dona. Cogita pro decisione in materia, faciunt dicta in c. pen. ſ. de censi. & vide vnam qõ. per Ang. in tractatu de male. in gl. dictum Sempro. in ccc. & c. verſ. quæro. vide Iaſ. per opi. Pau. de Caſt. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. obl. No. quia sunt vtilia. Primã opi. sequitur Cor. in pulchro casu in cons. 287. inci. in hac. in primo volumine. vbi voluit, quod dos est restituenda secundum æstimationem monetæ tempore quo fuit data, vide eundem in cons. cclxxix. incip. consul. eo. li. & in cons. cix. incip. viſo. in princip. in 4. vol. Aene. de Falco.

christianitatis, & facit l. fi. C. de cap. In ea. gl. ibi, locus erit gratificationi, & dicit Io. An. q̃ episcopus dẽt eligere magis idoneum, vt in c. cum autem. de iurep. & in l. si plures. ff. de accu. fa. c. si duob. de reſcri. lib. 6. & est semper eligendus, qui meliorem offert conditionem, & ideò si vnus vult emere, vt perducat in libertatem alius vt sibi seruiat per aliquod tempus, primus præferendus est, quia potior est eius causa, arg. præal. c. si duobus.

CAP. II.

MVLTORVM. Iudæus christianum in seruum habere nõ potest, in adscriptitiũ verò habere potest. Et sunt duo dicta ſm ibi, Hi vero. Casus literalis. Q̃ærebatur à domino papa vtrũ liceret Iudæo christianum mancipium in suo dominio retinere. Et respondetur, quod nulli Iudæo licet christianum mancipium in suo dominio retinere, sed si apud eos inueniunt, libertate. donentur. Secundò dicit, q̃ originarij qui in possessionibus iudæorum sunt qui in colendis terris eorum diutius adhæserint quam uis liberi sint ad colenda rura illorum, iura sua eis exhibeant & nihil amplius ab eis exigant. Tertiò dicit q̃ si aliquis iudæorum aliquẽ de originariis suis, vel colonis, ad alium locum transferre voluerit, vel in seruitio suo secum retinere ius coloniatum, q̃ habet in eo, amittat. B. Not. j. q̃ licet iudęus non potest habere christianum in seruum, potest tamẽ habere originarium, seu adscri-
a ptitium. [a] Et dicitur originarius q̃ qui est natus ex obligatis & ad-
b scriptitiis ad colendum certas possessiones, ita q̃ non possunt in de recedere deferendo possessiones. de his vide gl. 54. dist. c. generalis. C. de agri. & censi. per tot. li. xj. Itẽ no. q̃ adscriptitij sunt libe
c ri. licet teneantur ad certa seruitia. Item quia non tenentur domi nis vltra ea quæ iure ex pressa sunt, vel quę consueuerunt exhibere. In gl. 2. ibi, non repellantur à legitimis actibus. Et ex hoc infertur q̃ possunt condere testamentum, & vide notab. in Spe. in tit. de instr. edi. §. cõpẽdiosè. circa prin. In gl. in ver. diutius. in fin. dic q̃ illa l. vlt. loquitur de libertate contra quam ex tpe non præscribitur, sed iste tex. & alia iura alle. in gl. loquuntur in iure colonario, q̃ ex tempore præscribi potest. quia, vt ſ. dixi, isti coloni retinent libertatem, licet ad aliqua seruitia teneantur præstanda dominis prædiorum incolæ. d

ADDITIONES.

a ¶Adscriptitium. De his differentiis inter originarium, adscriptitium, & censitum, vide plenè Ant. in c. diaconatum. de imm. ecc. Adde hic Arch. 4. qõ. 2. hoc ius. super ver. immobile. vbi dicit, q̃ adscriptitius, vel originarius dicitur esse res immobilis. Et de differentiis inter prædicta nomina vide Host. in sum. de na. ex li. vẽt. §. in quibus. de Bellentz.

b ¶ Originarius. Iste originarius non habet filios suos in potesta te, secundum gl. in c. j. in ver. neptis. 32. q. 3. de Bellentz.

c ¶Liberi. Vide de hoc bo. gl. Inſt. de iure perſo. & adde hic gl. mirabilem. 29. q. 2. in sum. Et vtrum adscriptitius possit ordinari sine aliqua licentia domini, vide Ant. c. fi. de fer non or. Et adde q̃ adscriptitius potest esse testis. Glo. est in auth. si testis productus. in ver. impleatur. C. de testi. Et idem dicit Spe. & ibi Io. An. in addit. de testa. §. j. ver. quid de adscriptitiis. Item adde q̃ adscriptitij scientes, & tacente domino contrahere possunt matrimonium, per hoc tamen non liberantur serui, qui contrahunt sciente, & tacente domino. Ita dicit Host. in sum. de nat. ex li. ven. §. & quibus. ver. itẽ adscriptitij. de Bellentz.

d ¶Adde q̃ Host. inducit istum text. in argumentum in verbo, trãs ferre, q̃ si quis habens ius pedagij transfert illud de loco ad locũ debet amittere ius pedagij, & de his pedagiis vide per Host. in summ. de cens. § ex quibus causis. & de pedagiis, vide q̃ plenè dixi in c. innouamus. ſ. de censi. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Acquisitione prohibita non prohibentur acquisita retineri.*
Synagoga quid dicatur.

CAP. III.

IVDAEI. Iudæi antiquas synagogas retinere possunt, nouas exigere non possunt. & synagoga apud iudęos idem est quod ecclesia apud nos. & synagoga græcè latinè interpretatur congregatio, quia ibi se congregant, sed nos appellamus ecclesiam græcè, latinè idem est quod conuocatio, & nostrum vocabulũ est præstantius illo. nam conueniunt etiam pecoribus illud, quia cõgregantur, & inde dicitur grex. quia congregantur. de his p Arc. de consec. dist. j. ecclesia. Saraceni verò appellant mesquitam. vi
1 de gl. cum tex. in cle. j. eo. tit. † Not. quod d. spositio vetans aliquid
b de nouo acquirere non vetat iam acquisitum retinere, de quo vide tex. latiorem in c. consului. j. eo.

ADDITIONES.

a ¶Synagogas. vide Alexan. in l. j. §. si quis ædificium. ff. de oper. nouũ & Iaſ. in l. ius autem ciuile. ff. de iuſt. & iure. vbi allegat hunc tex. ad hoc q̃ prohibitus de nouo facere non ptohibetur reficere. Seb. Sap.

b ¶Acquisitũ. Per istum tex. dicit hic Ant. q̃ si vigore statuti de quolibet instrumento debeat solui gabella, non soluetur de renouatione instrumenti. de Bellentz.

CAP. IIII.

QVIA SVPER. Breue est, vel potest sic summari. In die veneris sancta, nõ licet Iudæis tenere ostia, vel fenestras apertas & vocatur illa dies Paraſceue: quia iudæi in die veneris solẽt parare escas pro die sabbati, & dicitur Paraſceue ab apparatu ciborum, vel escarum, &c.

SVMMAIRVM.

1 *Iudæi ad fidẽ conuersi non tenentur dimittere bona iuste acquisita exvsuria prauitate.*
2 *Iudæi conuersi ad fidem non perdunt ius succedendi in o. ſc.*

CAP. V.

a IVDAEI. [a] Excõicari debent christiani, qui in domo seruiunt Iudæis, vel saracenis, siue paganis, & principes seculares excommunicari debent, qui iudæos baptizatos suis bonis spoliare præsumunt. h. d. Secunda pars ibi, si qui. Casus literalis. Primò dicitur q̃ iudæi siue saraceni christianas mulieres nulla de causa secũ debent habere, & quicunque christianas cum his habitare præsumpserit excommunicetur. Secundò dicitur: quòd si aliqui iudæi, vel saraceni Deo inspirante ad fidem christianam se conuerterint à possessionibus suis nullatenus expellantur cum propter hoc melioris debeant esse conditionis quàm ante fidem receptam. Si autem secus factum fuerit præcepit Pap. potestatibus locorum vt portionem hæreditatis suæ & omnium bonorum suorum ex integro faciant eis exhiberi. B. Not. 1. q̃ indistinctè prohibetur hic cohabitatio cum iudæis: pro hoc bo. tex. j. eo. ad hæc,
1 & ibi dicam. † No. 2. quòd iudæi conuersi ad fidem non perdũt eo
b rum bona, [b] nec tenentur illa distribuere in pauperes, contra cõmunem opinionem vulgarium. sic inualuit illa opin. quia iudæi habent, vt plurimum bona ex vsuraria prauitate acquisita, & talia tenentur dimittere: quia non dimittitur peccatum nisi restituta
c tur malè ablatum. j. de vsur. c. cum tu. c sed iste tex. intelligitur de bonis iustè acquisitis, pro hoc de consec. dist. 4. iudæi. nam etiam existentes iudæi licitè habent rerum dñia dummodo iuste acqui
2 sita. vt not. Innocent. de voto. quod super his. † Vltim. not. quod iudæi non perdunt agnationem post conuersionem ad fidem, vn
d de debent succedere d suis attinentibus, & parentibus, sicut primò. non. n. debent esse deterioris conditionis conuersi ad fidem.
f quàm quando erant in iudaiſmo. e In gloſſ. in ver. permittrãtur. in fi.

ADDITIONES.

a ¶Iudæi. An & quando licitum sit auferre iudæo bona sua, vide omnino eleganter Do. post Arch. in c. fraternitatem. vltra mediũ. ver. oppono secundò. 54. dist. de Bellentz.

b ¶Bona. An iudæi, qui conuertuntur ad fidem, cogantur relinquere bona. vide cons. Andreoli, quod habeo in recollectis super tertio. Et audio q̃ in vltimo concilio Basilienſi fuit statutũ, vt iudæi, qui conuertuntur: nequaquam teneantur restituere acquisita ex vsuris. Et motum fuit concilium ex hoc, q̃ propter hoc multi retrahantur à conuersione. Dicit tamen Ant. in c. debitũ. circa prin. de bapt. q̃ vsurarius non potest baptizari, nisi restituat vsuras. de Bellentz.

c ¶Imò non debet baptizari, nisi priùs restituat vsuras, vt dicit gl. no. de conſe. dist. 5. Iudæi. in gl. ſi. Ale. de Ne.

d ¶Succedere. Vide bo. gl. in c. iudæi. 1. q. 4. & c. iudæorum. 24. q. 1. vbi etiã dicit, q̃ filius iudæi, si conuertatur ad fidem, liberatur à patria potestate. Itẽ ex isto tex. probatur, q̃ iudæi possunt acquirere bona immobilia. quod etiã probatur per tex. in c. multotũ. ſ. eo. ita consuluit Bal. cõſ. 5. Et de hoc fuit qõ Ferrariæ. Sed credo hoc verum, vbi vellent acquirere immobilia ad exercendas vsuras, vt puta domum: quia cũ domus prohibeatur locari: vt in simili not. in cle. 1. de reb. eccl. non al. Et quòd iudæi possint acquirere immobilia, probatur per tex. in c. quanto. in fi. de vſu. & in c. de terris. de deci. de Bellentz.

e ¶Sic etiã melior est conditio illius, qui religionẽ ingreditur, vñ non debet tãquã ingratus à paterna, vel ab alia hæreditate excludi, vt in auth. de sanctiſ. epiſc. §. pe. in fi. & § nullã. & C. de epiſ. & cle. l. Deo nobis. §. 1. excepta cã feudali, de quo in c. mutus. ſi de feud. fue. atre. & c. si clericus, & de bene fi. semel. c. ex hoc. vide plenè, in c. in præsentia. de prob. Ale. de Ne.

f ¶Permittantur. Huic gl. addo alium actum ad quẽ inhabiles sunt iudæi, videlicet ad præscribendum contra ecclesiam secundum vnam opi. quam recipit gl. 16. q. 3. in c. porro. de Bellentz.

Universidad de Navarra Biblioteca

in fi.dic idem in simlib.casib.nam isti casus positi sunt hic causa exempli,vide quod no.Inn.in præalleg.c.quo super.de voto. & ibi ponit quam iurisdictionem habeat ecclesia in infideles.In glo.in ver.excõicationis:ibi vbi iudex secularis est negligens. hoc intel
a lige vt no.de fo.com.c.licet.a

ADDITIO.

a ¶ Inn.not.q̃ ideò ecclesia se intromittit de laicis nouiter ad fidẽ conuersis:quia hi personæ miserabiles singuntur,de verb.sig.sup quibusdam.& cum hoc transit 10.An.& But.Sed D. Card.q̃ hoc non procedit,niũ illi cõuersi ad fidẽ alias sint pauperes,& remittit se ad notata in c.significantib.de off.dele.& credo hanc fuisse mentem Inn.& hoc modo loquitur c.super quibusdam de ver. sign.alleg.per Inn.

SVMMARIVM.

1 *Victualia portantes ad saracenos qua pœna puniantur*
2 *Papa habẽt iurisdictionem in laicos in concernentib.decorem fidei.*
3 *Excommunicatio quos effectus pariat.*
4 *Excommunicatio quò ad ecclesiam triumphãtem parum aut nihil operatur. Excommunicatio euidenter nulla non est timenda.*

CAP. VI.

ITA QVORVNDAM.Christiani deferẽtes Saracenis merces prohibitas,vel in ipsorũ nauib.nauigantes excõicandi sunt & reb.ipsorum priuandi,& efficiuntur capientium serui. Primò ponit duplicem christianorum excessum Secundò tripliciter punit ibi,tales.Casus literalis.Quidam christiani nimia ducti cupiditate deferunt,Saracenis arma,& ferrum, & lignamina galearu,& dum ad impugnationem christianorum prædicta eis ministrant pares aut etiam superiores fiunt illis in malitia.Item sunt alij qui cupiditate sua in galeis & in nauibus saracenorum curam gubernationis assumunt omnes prædictos Lateran. concilium excommunicauit, & præcipit illos per potestates locorum bonis suis priuari,& capiẽtium seruos fieri,& præcipit vt per ecclesias maritimarum vrbium crebra & solẽnis excõicatio proferatur.B. No.j quod præstantes auxilium ad delinquendum pari delicto se
a altringunt de quib.dicendum,vt no.in c.1.de offi. dele. a † No.2.
1 triplicem pœnam illorum qui deferunt arma ferrum,& lignamina saracenis.primo sunt excõmunicati ipso facto, secundò priuari debent omnib.suis bonis.tertiò efficiuntur serui capientium, & de iure ciuili capite puniuntur cum confiscatione bonorum.
2 l.2.C.quę res expor.non de.†Tertiò no.q̃ vbi delictum concernit totam christianitatem.seu decorem fidei,papa iurisdictionẽ etiam in laicos exercet:ad idem tex.in c.pro humani de homi.li.
b 6. b No.vlti.quod etiam ecclesia potest imponere pœnam seruitutis,& sic ingenuus christianus propter delictum suum potest redigi in seruitutem de iure canonico. In gl.inver.ferrum.ibi.n.nõ habet ferrum ista gl.videtur velle quod pœna huius c. locum habeat etiam si xp̃iani deferunt huiusmodi res prohibitas absque ĩtentione vt impugnentur christiani:quia satis est quod christiani possint impugnari.& idem 10.An.licet quidam contra exigentes intentionem,vt christiani impugnentur: sed primum verius. ĩ.e.in c.significauit.Expone ergo tex.ibi,ad expugnandum christianos,i.ex quib.possunt expugnari christiani.In ea.gl.ibi fustes. & lapides.vide tex.qui loquitur magis specifice.ĩ d.l.2.vbi fit mẽ
c tio de loricis,ensib.& similib.armis c vide bo.gl in cl.ne in agro d
d sta.reg.in ver.arma. d In gl.in ver.subministrant.in fi.no.gl.& di
3 cam plenius de hoc in c.audientiam.† In gl.fi.in fi.no.bene e gl.q
e quotidie solet allegari & tenetur cõiter per doc. omnes.& dicit no.Host.q̃ excõicationis iustæ triplex est effectus quòd ad primã pronuntiationem.Primus quia excõicator declarat istud separamentum,nam nõ excõicatio sed pactum est illud quod separat à Deo,nec põt quis separari à Deo nisi velit 11.q.3. illud facit.ca.
f cum æterni.de re iu.lib.6. f Secundus effectus est,quia separat à cõmunione fidelium,& quò ad istos duos effectus secunda excõicatio nihil operatur.Tertius effectꝰ est retinendi eum extra cõionẽ donec fuerit absolutus:& quò ad istum operatur secunda excõicatio,nã declarat eum proiectum à deo ex nouo delicto:& quod non debet cõicari secum,nisi prius absolutionẽ obtineat ẽt à se
g cunda,& idem dicẽdum de tertia,& quarta,& infra,& vlteriori,g & illud firmiter tenendum est secundum Hosti. quod excõicatus non ita faciliter resurgit nec recipit gratiam dei, sicut ãlius peccator non excommunicatus.& quia orationes & alia bona opera,sunt in eo debiliora.quã in alio.Et q̃ angelus deputatus ad custodiendum eum non ita operatur in eo,sicut in alio.Et quod angelus malus.id est diabolus habet maiorem potestatem quàm in alio peccatore,vnde si rusticus vrit ur asino vel iumento ita dia-
4 bolus excommunicato.†Ex quib.patet quòd etiam quoad ecclesiam triumphantem, aliquid operabitur excommunicatio lata per prelatum bsic limita gl.24.q.1.quodcunque. quæ dicit qd nullam vim potestatis quo ad ecclesiam triumphantem exercet prælatus excommunicando. hoc procedit intelligendo in iusta excommunicatione vt dixi. Iniustæ verò excommunicationis vnicus est effectus,quia non debet illi communicari,donec fuerit absolutus.& idem dicendum de secunda & tertia. Si verò excommnnicatio euidenter est nulla,nullũ habet effectum, in c.cũ contingat.de off.dele.&in c.per tuas.de sen.excom.Vlt.quæritur nunquid illi qui incidunt in seruitutem propter delictum possunt manumitti.Io.An.dicit quòd non,ad hoc l.j.qui.ad liber.proclama.non li.1.tenementi.

ADDITIONES.

a ¶ Et vide omnino gl.in cle j.in verbo,destinauit,de pœn. & plenè per Bart.in l.non solùm. §. si mandato.ff.de iniur.& in l.sed si vnus.co.ti.Alex.de Ne.
b ¶ Goff.dicit q̃ Papa hic ostendit quicquid principi facere incumbat,& D.Car.in 2.oppositione.dicit q̃ hæc solutio est cum præcedenti iungenda,vult dicere,q̃ ratione huius criminis Papa potuit per constitutionem suam declarare quæ pœna sit imponenda,debebit tamen imponi per dominum temporalem,& hoc tenet Inn.ĩ.e.ad liberandam.quem Doct.ſ.quuntur.Ale.de Ne.
c ¶ Armis,Quæ dicantur arma,vide Car.in cle.ne in agro.§. ne potestate.vt v.q.de sta.mon.refert Fel.in gl.j.proœ.huius li. vers.sic etiam,& hic.de quo Alb.in 2.par.sta.cxxvij.Seb.Sap.
d ¶ Sed aduerte,illa lex 2.exprimit loricas,scuta,arcꝰ,sagittas,spata, gladios,ferrum,factum,vel infectum, & generaliter cuiuscunq; generis arma secundum l.cotem.ff.de publica.quę etiam allegatur in gl.loquitur de lapidibus necessariis ad ferrum acuendum, qui appellantur cotes.Et de ferro in frumẽto,& sale.Nam omnia ista sunt prohibita deferri hostibus,& deferentes sunt decapitãdi vt in dictis iurib.Et idem dicẽdum est de illis, qui docent eos facere naues cum prius illius rei peritiam non haberent vt in l.fi. C.de pœn.In quantum autem Abb.Sic.allegat gl.in cle. ne in agro.§ quia verò.in verbo,arma.de stat.monach.dic q̃ illa gl. dicit,quid veniat appellatione armorum, & dic quod hoc verbũ, arma,accipitur in communi significatione,nõ autem in latissima,vt patet ex hoc.& ĩ.e.ad liberandum.Alex.de Ne.
e ¶ No.bene.Vtrum excõicatus possit excommunicare, vide glo. nostram.3.q.4.in c.Engeltrudam,& tex.in c.3.quod met.cau.lib.vj.gl.in cle.j.de sepul.Bar.in l.de pupillo § si in pluribus.de no.opnun.gl.Cy.& alios in l.2.C.vt intra certũ temp. causa cri. termi. Bal.in l.nihil.de manda.prin.& aliquid per gl&.doc.in c.capitulu. de resc.& vide gl.in c.cum pro causa.de sen.exc.&c.cum ex parte.de off.or.Item an suspensus pendente suspensione possit iterũ suspendi,vide tex.& gl.ord.in cle.2.de magiſ.& Io.An.in ca.cum in cunctis.de elect.Item de illo art.an requirantur plures absolutiones quando quis fuit pluries excõicatus, vide omnino Arch. in d.c engeltrudam.3.q.4.An autem infamis possit iterum infamari,vide glo.& ibi Sal. latè in d.l.2.C.vt intra certum temp.Item q̃ bannitus ex vna causa possit iterum bãniri ex alia,tenet Sal.in l.si seruus.C.de sepul.viola.Et ita dicit practicari.Item de.q. hic posita vide tex.optimum in cl.j.circa fi.prin.de vsur.Et q̃ excommunicatus possit iterum excommunicari,tenet apertè sanctus Tho. 4.sen.di.18 q.2.art.3.circa fi.de Bellentz.
f ¶ Sed dic q̃ excommunicatio non est ferenda ab homine,& cõtra criminorum,nisi sit contumax in se non emendando,&sic excommunicatio ab homine non est ferenda nisi pro contumacia de quo vide gl.notabilem. 11.q.3.nemo.Alex.de Ne.
g ¶ Idem dicendũ in bannito,vt possit iterum banniri,& dicit Bar. in l.de pupillo §.si pluribus de noui oper.nun.vbi declarat hanc materiam & vide de hac materia in c.cũ pro causa.de sent.exc.& de off.ord.ex parte.& 3 q.4.engeltrudam.Alex.de Ne.
h ¶ Hinc est q̃ cõstitutio militãtis ecclesiæ ligat delicta omnino occulta,quò ad censuras ecclesiasticas,licet de ipsis non iudicet.vide gl.notab.in clem.1.inverbo,eo ipso incurrant.de hæret.Alex de Ne.
i ¶ Hoc est verum nisi alia l publica libertas comperit etiam inhabili,& incapaci,vt est tex.in l.3.hi quoque.ff.ad Syllani.Lex enim facta ob publicam vtilitatem non excipit de personarum habilitate,facit quod no.Bal.in l.j.in fi.C.de prec.Imp.of.Al.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Prohibita noua constructione alicuius ædificij an videatur prohibita reformatio.*
9 *Licet comedere porcum illis diebus quibus licitum est comedere oua. Mutata forma rei,substantia mutata videtur.*
3 *Synagoga antiqua funditus diruta non licet nouo in eoden loco synagogã ædificari.*

Co-ſu

CAP. V.

a CONSVLVIT. Iudæi veteres synagogas in priorẽ statum reformare possunt,de nouo erigere nõ possunt. & duæ sunt partes.secunda ibi,verum.Casus literalis.Quærebatur à domino pa.vtrum iudæi nouas synagogas erigere possint. Et respondet, qd̃ iudæi nouas synagogas erigere non debent,sed antiquas, si corruerint possunt reædificare in pristinam formam siue statum, & non amplius exaltare,aut ampliores, & pretiosiores faciant, quã antea fuisse noscuntur & hoc pro magno beneficio habere
1 debent.B. †Not. primo quod cui prohibetur noua constructio alicuius ædificij,non videtur prohibita antiqui ędificij reformatio,& facit pro constitutione quorundam locorum, qua cauetur vt non liceat alicui priuata castra de nouo erigere. nunquid
b liceat antiqua castella ruinam minãtia,vel corrupta reformare,b & dicendum quod sic,vt hic probatur ad hoc quod habetur in
c l.j.§.si quis ædificium.ff.de no.ope.nun.cita tamen vt noua reparatio non commutet antiquam formã,vt fiat ædificium prætiosius vel amplius,nam vbicunque mutatur pristina forma videtur nouum ædificiũ,& cadit sub protectione noui ædificij.vt singula
2 riter probatur in isto tex.† Et facit qd̃ in simili no gl.33.q.2.admonere,&c.proposuisti.82.dist.quæ singulariter dicunt licitum esse comedere sagimẽ illis diebus quibus licitum est comedere oua,
d d licet tunc non sit licitum vti carnib. quasi mutando formam videtur rei substãtia mutata,facit quod no.ſ.de testib.c.cum causam.in ver.tempore,& in gl.magna,& ff.ad exhi.l.Iulian°. §.sed si quis.† Sed circa hũc text. & declarationem prædictorum posset dubitari quid si antiqua synagoga funditus corruit nũquid liciẽ tũ sit de nouo ædificari in loco,vbi fuit antiqua,& potest dici qd̃ non,quia videtur omnino nouum ędificium ex quo funditus destructum est.ad hoc quod leg.& no.in l.inter stipulantem.§.sacrã ff.de verb.obli.vide bo.gl.in simili in c.3.de iure patro.& quod ibi no.intelligitur ergo iste tex.quando antiqua synagoga minatur ruinam seu corruit,non tamen ex toto,vel funditus. Sed quæro, Iudæi tolerantur in antiquis synagogis.Sol.dicit Ioan.An. quod spes est de eorum cõuersione.& vt facilius trahantur ad fidem,ar-
f xlv.di.qui syncera.& quia ipsi semper sunt parati seruire. f In gl.j. ibi Constantinus imperator.dic melius quod ipse Christus morte sua subiecit iudæos in seruitutem,& ecclesiam erexit.ſ.co.c. iudæos.in princ. sed Constantinus imperator fuit executor,&c cedendum.In ꝑrium tamen facit glo.in cle.fi.de re.in gl.pen. quæ dicit q̃ beneficium extinctum,&postea renouatum non censetur nouum,sed illud est, quia suppressio non extinguit ipso iure beneficium,sed solùm facit cessare eius effectum,vt dicit But. & Io.de imo.Sed requisitus fuit,quid si antiqua synagoga Iudæorum est iuxta nostram ecclesiam,ita q̃ iudæi inde quicquid faciũt clerici,& clerici audiunt iudæos sua sacrificia facientes,an hoc sit tolerandum?puto q̃ non:quia secreta nostræ fidei non sunt indelib.reuelanda.43.di.in mandatis.item pagani non debent exercere sua sacrificia in loco vbi audiantur à Christianis,vt in cle.ieo.ti.Et per hoc puto illam synagogã,licet veterem destruẽdam, non tamen poterit concedi licentia vt alibi ædificetur ab alio q̃ à papa:quia ista secũda esset noua synagoga ergo nullus inferior à papa poterit hanc licentiam concedere:quia ꝑ ius dispensare nõ potest,vt in c.dilectus.de temp.ordinat.& hoc tenet D.Card.ſ.eo. iudæi. Ale.de Ne.
f ¶ Nunquid autem posset ecclesia concedere iudæis licentiam faciendi sua sacrificia:& suas ceremonias,gl.multùm notab.in d.c. qui syncera dicit q̃ non:quia non potest consentire peccato,sed solum ecclesia eos tolerat,& liberat à pœna,& aufert impedimẽta,quod tene mẽti. Ad idem vide gl.4.di.denique.inverbo,veniaplenè dixi in c.nam magno.nec cler.vel monachi.& in c.inter opera.de sponſ. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Socius malus corrumpit mores alterius socij.*
2 *Iudæi an possint habere nutrices christianas extra domum.*
3 *Argumentum a contrario sensa validum est in iure.*
4 *Episcopus an possit dispensare quòd iudæus habeat nutrices christianas.*

CAP. VIII.

a AD HAEC. 2 In familiari seruitio iudæorum, christiani esse non debent prohibet,& prohibitionis causam reddit ibi, quoniam.Casus literalis.Præcipit hic papa prælatis ecclesiarum, quod ipsi prohibeant omnib.christianis:& compellant si necesse fuerit per censuram ecclesiasticã,ne seruitio iudæorũ assidue morentur nec infantes iudæorum nutrices mulieres in domib. eorũ nutrire præsumant: quia iudæorũ mores morib.christianorum non concordant.& ipsi de facili per assiduam conuersationẽ simplices ad suam superstitionem inclinarent.B Not.1.christianum non debere se exponere seruitio iudæi,per quod ꝑhat familiaritatem intrinsecam cum ipso iudeo,& ideò prohibetur hic assidua
1 mora,& seruitium in domo.No.2.quod non debent illi cohabitare & coniungi quorum studia sunt diuersa.† Item no.ex fi.text. ꝑ malam societatem sæpe.n.ex malo comite socio,corrumpuntur mores alterius.ad hoc 23.q.1.sæpe malorum,& collige ex mẽte literæ in fi.quod magis prohibetur simplicib.conuersatio cum iudæo quã cum viris literatis.quia simplices de facili subuertuntur:sed literati possent porius eos ad christianitatem adducere, facit quod no.de diuor.quanto.& c.gaudemus. in gl.1.ibi.ſ.e.multorum.dicit Host.quod ibi assiduitas non reprobatur,imò approbatur ibi:indissolubilis astrictio.ideo cõcludit quod extra domũ potest christianus seruire iudæo,sed in domo ipsius iudæi nõ:sic videtur intelligere istum tex.quando in domib.iudæorum christiani se exponebant seruitio. b Sed puto quod alia sit mens.cap.
b ſ.quod extra domum nõ debet christianus assidue seruire iudeo, nec etiam in domo licet nutrite infantes eorum vnde iste tex.voluit æquiparare assidue seruitium extra domum & seruitium qd̃ sit in domo,& certe ista videntur paria habito respectu ad causã prohibitionis,nam si bene omnia iura huius materiæ ponderentur duæ sunt principales causæ prohibitionis:vna est ne propter continuam conuersationem & assiduam familiaritatem subuertantur animi simplicium,vt hic in fi.literæ.Secũda ratio ne iudæi videantur superiores si christiani eis famularentur:cum potius iudæi debeant recognoscere se seruos christianorum vt dicit tex.in c.si iudæos ĩ.eo.& certè quælibet istarũ rõnũ militat in seruitio continuo extra domũ:cũ & ibi ꝑhatur familiaritas,& denotetur quædã superioritas. Item iste tex.facit mẽtionẽ de domib. qñ loquitur de nutricib,sed cum in præcedenti casu nullã facit mentionẽ de domo,intelligo prædicta:& tex.qñ christianus vult seruire personæ iudæi,secus si ædificium vel aliquod aliud fabricet ad vtilitatẽ
2 eorum mercede constituta. † In glosſ. 2.ibi, eadem prohibitio est not.

ADDITIONES.

a ¶ Ad hęc.Ad materiam huius decretalis vide Abb.in c.post miserabilem.ĩ.de vsu.Seb.Sap.
b ¶ Ista sunt verba Host.in domib.aũt iudæorũ, & si qñq; qs intret nõ astringat se ad morã ꝑpetuã nec ꝑmn.nec Hosti.ꝑdicit Ab.Sicnã Host,cet intelligi vbi nõ seruit psonæ,sed colit possessiõẽ iudæi,nã hoc est licitũ,& si qñq; intret in domũ iudæi,& si qs bñ sideraverba Host.loqt d his q̃ stãt ĩ possessiõib. iudæorũ.A.de N.

Universidad de Deusto Biblioteca

est.no.tamen glo.quia quotidie venit in practica,& loquitur nimis succincte,potest habere duos intellectus, primus quod eadē prohibitio est etiam extra domum, & hūc intellectum videtur etiam sensisse 10.And.hic qui super hac particula gl. dicit supple extra domum,& nihil vltra dicit,& idem videtur hic sentire Anto.Et breuiter se expediendo Card.sentit oppo.& sic secundum intellectum vt extra domū liceat habere,& credo q̄ iste vltimus fuit intellectus gl.vt referatur ista cauda glos.ad tex.& non ad id quod proxi.dixerat,quāuis voluerit dicere quod similis prohibitio huius de qua in tex.habetur in c.fi.j.co. Et pro hoc intellectu facit d.c.& si iudæos.in fi.vbi indirectè excommunicantur iudæi si non dimiserint nutrices christianas,& sic videtur innuere quod non habeant eas in domo,ex quo compelluntur ad dimittendū & iste intellectus est humanior:nam possent iudæorum creaturę perire si non reperirent nutrices christianas extra domum. Itē ille tex.expresse facit mētionem de domib.à contrario ergo permittit extra domum.arg.à contrario sensu est fortissimū,si nō reperitur oppositum.de his quæ fiu.à prę.cum apostolica. † Sed quęro nunquid ex dispensatione episcopi possit iudæus habere nutricem christianam in domo,& videtur concludendum q̄ nō quia episcopus non dispēsat p̄ ius nisi expresse,vel tacite permittitur,vt no.inn.de temp.ord.dilectus.& arch.in c.licet canon. de elec.lib.6.plenè dico in c.at si clerici.in §. de adulteriis de iud maximè,quia ista prohibitio iuris tenditad fauorem,& decorem fidei christianæ,& dispensatio tendit in dedecus fidei,& ad cōmodū priuatum ipsius iudæi,& pro hac parte consuluit Car.quod satis mihi placet.

a ¶Sed profectò But.tenet opinionem gl.s. q̄ etiam extra domum non liceat nutrire pueros iudæorum.D.autem Car.dicit q̄ cessāte effectu de quo j.& si iudæos videret permitti quòd extra domum retineantur per hunc tex.à contrario sensu.Dicit tamen,q̄ melius est indistinctè ab hoc abstinere.Ego autē puto opinionē Ioannis.& But.esse veriores.s.q̄ etiam extra domum non liceat nutrire infantes iudæorum,& de hoc est tex.in d.c. & si iudæos. ibi.n.dicitur quòd iudæi inhibētur habere nutrices,vel seruiētes Christianas,vt filij liberæ dominentur filiis ancillæ.Nec obstat q̄ dicit ille tex.in fi.quia ibi ponitur casus separatus,vt patet per diuisionem versi,& per verbum:& infra. Vnde illud quod dicit in fi.illius capituli non debet referri ad superiora, quia vbi diuisio est facta per §.vel ver.clausula in vno posita nō refertur ad aliud, vt dicit glos.notab.in capi.vnic.de postul.præl.in 6. & hoc tene Ale.de Ne.

b ¶Nutricem christianam.Adde de hac plenè Fel.in c.at si clerici. §.de adulteriis.ver.episcopus non potest.s.de iud. Zech.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi inuitinec baptizandi,nec sine iudicio puniendi sunt,nec reb.suis spoliandi,nec in festiuitatib.molestandi,nec eorum cœmeteria violanda sunt aut eorum corpora exhumanda.*
1 *Iudæus fugiens ad christianos, & petens baptismum non debet incontinē ti baptizari.*
3 *Iudæi non compelluntur suscipere fidem christianam.*
4 *Pœnæ alcernatiuæ impositæ iudicis est electio.*

CAP. IX.

SICVT IVDAEI.a† Iudęi nolentes non sunt inuiti baptizandi,nec ad hoc cogendi sunt,nec sine iudicio puniendi, aut reb.suis spoliandi,vel in suis festiuitatib.molestandi,nec ipsorum cœmeteria violanda,aut eorum corpora exhumanda. partes patent.Casus literalis.Statuit Clemens pa.q̄ nullus iudæus compelatur ad fidem vnire inuitus,& si aliquis ad fidē confugerit Christianam postquam voluntas eius patefacta fuerit,absque impedimento Christianus efficiatur.Fidem Christi habere non creditē.q̄ non spontaneus ad fidem accedit.Secundò dicit q̄ nullus christianus sine iudicio secularis potestatis iudæum occidere,vel mutilare,vel pecunias suas auferre præsumat,vel bonas consuetudines iudæorum immutet:nec in festiuitatib.suis perturbet vel coacta seruitia exigant.Tertiò statuit,vt nullus cœmeterium iudęorum mutilare,aut inuadere,aut obtentu pecuniæ humana corpora et fodere,præsumat.Si quis contra hoc fecerit honoris & officij sui
2 periculum patiatur,aut excommunicetur nisi satisfecerit.B.†No. ibi:postquam voluntas eius fuerit patefacta.q̄ iudæus fugiens ad christianos,& postulans baptismum non debet incontinenti baprizari,sed expectari debet,donec voluntas eius fuerit patefacta, i.q̄ non rancore animi:vel ex aliqua causa venerit ad baptismum sed recta deuotione: vnde debet stare inter christianos xl.dies antequam baptizetur.vt in c.ne absit.de conse.dis.4.quòd tamen in multis locis,non seruatur,& malè.nam quandoque iudæus propter discordiam,q̄ habet cū patre dicit se velle fieri xp̄ianum, & sedata discordia proficiscitur ad illam regionem,& redit ad in
b fidelitatem pristinam,debet ergo stare modo prædicto.b†Not. se
3 cundò q̄ iudęi non sunt compellendi ad fidem christianam susc cipiendam,q̄ est verum in adultis,sed de paruis sunt opi.egl.inc. iudæorū.28.q.1.tenet q̄ idem vt non possit eripi à parentibus eorum & baptizari,Sed alij tenent opp.quia cum sint serui non habent filios in potestate,vnde principes seculares eorum domini p̄t pueros inuitis parentibus eorum,facere baptizari. & hanc
d opi.sentit Io.An.hic licet apertè non firmet,sed q̄riumd expresse tenet Arc.xlv.d.qui syncerè. Ego multum dubitarem cū strictè & propriè non sunt serui,imò ab eis non p̄t coacta seruitia exigi.vt hic. Item indirectè cogerent parentes eorū ad fidem susciendam q̄ non est fiendū vt hic & in præal.c.qui syncere. In gl. in ver.effodere ibi,hęc actio infamat.videtur tex.in l.j.alle.in gl.
4 de materia in l.infamē.ff.de pub.iu.†In glo.fi.ibi, optionem iudi. no.bene gl.quod vbi pœna imponitur alternatiue, oprio datur iudici,q̄ pœnam illarū imponat.Idem no.gl.de vi.& ho.cle.in c.à crapula.In q̄rium videtur tex.cum ibi no.in l.quicūque.C.de ser. fugi.sed dic quod aut verba referuntur ad reum & tūc eius est electio,vt in præal.l.quicunque.aut ad iudicem. vel impersonaliter proferuntur verba,& tunc procedit ista gl.sed potest ille tex.intelligi aliter,& cessabit decisio.huius gl. q̄ habeat locum priuatio honoris,& officij,quando quis est in honore,& officio constitutus,sed si non est talis habet locum secunda pars alternatiuæ,vt excommunicetur,& hunc intellectum sentit Host. intelle
f ctus tamen gl.plus mihi placet,vt consideratis circunstantiis,iudicis sit eligere pœnam.

ADDITIONES.

a ¶Sicut iudæi.Vide text.in l.christianum.C.de sacri. paga.& vide quod plenè scripsi per illum tex.in meis recollectis in c. fi. circa med.de fer.de Bellentz.

b ¶Secundum antiqua tempora non debeant baptizari ante octo menses,vt in c.Iudæi.ea.dist.sed postea fuit reuocatum per illud c.ne qd absit,& sic hodie debēt teneri inter Christianos per xl. dies,antequam baptizentur.Alij verò infideles per xx.dies, vt in c.ante xx.dies.ead.dist.Alex.de Ne.

c ¶Sunt opi.An filij iudæorum possint eripi per principes seculares.& baptizari parentibus eorum inuitis. de hoc Io.de Imol.in cle.j.de iudæ.ver.tertiò quæritur hic. & adde hic Bal.in l.nam cium.ff.de his,qui sunt sui vel alie iur.vbi dt q̄ ex quo iudęi viuunt legibus Romanis,habent filios suos in potestate,sicut cæteri ciues Romani.Et vide Lud.Ro.in l.multum interest. ff. de ver. ob.vbi latè,qui etiam allegat gl.in d.c.qui syncera. Et de quæstione hic posita per Ab. vide in terminis late & eleganter beatum Thom.in 2.q.x,arti. xj. dequo vide omnino in repertorio audito,in verbo Iudæus.& Domini.latè in d.c.qui syncera.circa princi.& Domi.in c.frarernitatem,vltra medium.ver.oppono tertiò li.2.di.vbi etiā ponit an liceat propria authoritate auferre iudęis seruos suos,& bona sua,& possessiones eorum.de Bellentz.

d ¶Contrarium.Adde quòd idem tenet Cal.con.vj.hoc tit.

¶ Adde q̄ voluit allegare Cal.cons.3.quod inci.an filij Iudęorū Idem tenet sanctus Tho.2.2,q.x.ar.vl.Car.in cle.j.in fi.e.ti.& Felin.hic in prin.& dum iste dixit.s.proxi.quod Iudæi non habent filios in potestate.vide Bal.& Petrum de Anch.in l.item in potesta te.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.& Fel.in c.Iudęi.el.3.ver.& istæ inducuntur.s.eo. Zach.

e ¶Idem tenet Butr.hic,& dicit q̄ hanc opinionem firmat Arc. in d.c.qui syncera.sed gl.tenet q̄rium in c. Iudæorum.28.q.1. & idē ibi Io.de Fantu.& Beatus Thomas.2.2.q.ar.vlt.& D.Car.hic.Nec est verum quod Iudæi sint serui, vt probatur hic in vers. neque aliquis.Vnde non possunt vendi,& ita seruatur de consuetudine & ideò tenenda est opinio quam tenet hic Abb. Sic. quia est verior & communior.Sed dubium est,quid si filius iudæi excessit 7.annum,an possit inuitis parentibus baptizari,dic q̄ sic,qa post 7.annum quò ad baptismum censetur doli capax,vt dicit glo.referens Augustinum in quadam epist.ad Renatum episcopum,de consec.di.4.paruuli.& idem tenet gl.in c.j.de delict.puer.& plenè examinaui in c.2.de conuer.infid.Alex.de Ne.

f ¶Hic nihil addo.sed dicam in c.sicut dignum.vbi gl.fi.tangit.j.de homicidio.Alex.de Ne.

SVMMARIVM

1 *Socij priuilegiati gaudent eodem priuilegio quo priuilegiatus.*
2 *Cibis infidelium non licet vesci regulariter.*
3 *Religiosis non licet ire ad prædicandum infidelibus sine licentia.*
4 *Volenti intrare strictiorem regulam sufficit petere licentiam à superiore,licet non obtineat.*

CAP. X.

QVAM SIT.Ponit duas indulgētias illorum qui paganis p̄dicant.secunda ibi,insuper.Casus literalis. Quidam episcopus qui volebat fidem catholicam prædicare paganis,quæsiuit à pap.vtrum deberet vti cibis illorum,concedit ei dominus pa. & sociis eius,vt cum exhiberet se ad prædicandam fidem paganis liceat eis vti his cibis,cum gratiarum actione,quæ sibi ab ipsis in fidelib apponentur,dummodo abstineant ab esu carnium quib. vti non liceat iuxta canonicas sanctiones.Insuper cōcedit eisdē vt quicunque religiosi aut clerici idonei ad annūtiandam prædi
1 catam fidem sibi adhærere voluerint liberam habeant facultatem
a petita & obtenta prælatorum suorum licentia B. †No.j. q̄ socij priuilegiatia gaudēt eodem priuilegio, quo priuilegiatus, quod intelligo,quando priuilegium esset inutile priuilegiato. nisi socij hoc eodem priuilegio gauderent,de quo dic.vt plenè no. de
2 priui.licet.li.6.†No.2.q̄ regulariter non licet vesci cibis infidelium,nam hic hoc permittitur ex causa.Item no. quod etiam infidelibus quis non potest prædicare,nisi habeat licentiam à superiore.Sed quęro nunquid hodie fit necesse petere licentiā de nouo.Lau.videtur hic sentire,quod non.vnde exponit tex.concedimus.i.concessum esse ostendimus.Host.sentit opp.& dicit q̄ ista priuilegia fuerunt concessa de iure speciali.Idem videtur sentire Inn.dicens q̄ licet olim fuerit licitum communicare cum paga
3 nis,hodie secus per id quod no.in gl.†Vltimo no.quod religiosi non possunt ire ad prædicandū infidelibus,nisi habeant licentiā
a suorum superiorum,& habeāt authoritatem sedis apostolicę vt
b hic.b†n gl.2.in fi.Io.An.in c.omnes.28.q.j.reddit aliam rationem,
c quod maior familiaritas c̄hitur in cibo sumēdo,q̄ in colloquio & facilius decipitur inter epulas.22.q.4.vnusquisque.In gl. fi. ibi, nisi ex officio sibi commisso,& est ratio,quia prædicare est officium curæ,& ideò non competit illis qui non habent curam animarum,vt dicit gl.no.in cle.j.de regu.vnde isti fratres mendicā tes de iure communi prædicare nō possunt,quia non habent cu ram animarum,sed eis competit ex priuilegio,& audiunt cōfes-
4 siones,vt in cle.dudum.de sepul.†In ea gl.ibi de regularibus.licet. vbi volenti intrare strictiorem religionem sufficit petere licentiam à superiore licet nō obtineatur,& hic est opus,vt etiam obtineatur.& sic facit q̄rium Inn.& Goff.& dicunt quod religio,& prædicare habent se tanq̄ excedētia,& excessa.nam pro religione sufficit petere licentiam,sed pro prædicatione est necesse, qd obtineatur,sed in aliis prædicatio excedit religionem, quia pro hoc officio prædicandi religiosus assumi potest ad ecclesiam secularem,& exire monasterium.vt i c.quod dei timorem.de stat. regularium.Sed vera ratio diuersitatis inter hunc casum.& c. licet.est,quia hic subest periculum in prædicādo,quia posset corrū pere proximum.Item est extra iugum obedientiæ.Vnde superior fm qualitatem personę conceder, vel negabit licentiam.sed in c.licet.non est hoc periculum,cum intret religionem strictiorē & erit ibi sub obedientia,& ideo sufficit petere licentiā à primo
d superiore,d nec ob.c.cum olim alleg.in gl.quia ibi ex forma arbitrij tantum obligabatur ad consilium petendum,& non consensum,sed hic debet habere consensum superioris.

ADDITIONES.

a ¶Priuilegiati.vide Abb.in c.quanto.in 3.no.s.de cens. & Bal. in l.j.C.de vxo.mil.Oldr.in cons.xj.inc.thema tale.Alex.in l.lecta.in gl.in verb.in domo.ff.si cert.pet.Seb.Sap.

b ¶Et sic non habet quis prædicare infidelibus sine licentia Papæ, & hoc communiter tenetur. Alex.de Ne.

c ¶Familiaritas. an & quando liceat christiano communicare cū infidelibus,vide omnino per beatū Tho.2.q.x.art. vbi distinguit an Christianus sit firmus, & bene fundatus in fide an non. De Bellentzinis.

d ¶Istam rationem ponit Io.An.hic.Alex.de Ne.

SVMMARIVM

1 *Dispositio cōcernens tempus guerræ videtur etiā concernere tempus treugæ.Tempus guerræ in pœnalibus comprehendit tempus treugæ.*
2 *Dispositio loquens personaliter concernens actum personæ comprehendit reddum facientem,sed etiam mandantem.*
3 *Iurans non ire nisi facta pace, si vadit facta tantum treuga an incidat in pœnam excommunicationis,seu periurij.*

CAP. XI

SIGNIFICAVIT.Habet tria dicta.& h.d.in summa.Pro redimendis captiuis licet ire.Alexandriam iurantibus, quod nihil deferent auxilij seu subsidij extra redemptionis articulū, portans,vel mittens etiam post treugas merces prohibitas excommunicatus est,& pacis appellatione non veniunt treugæ. secundum dictum ibi.illi.tertium ibi,ad vitimum.Casus literalis. Quidam erant in captiuitate Saracenorum:amici siue consanguinei illorum volebant ire illuc pro ipsis recuperandis:quæritur quali ter valent illuc proficisci.R̄n.pa q̄ bene possunt ire dūmō nihil i mercib.suis portent:vel alio mō secū illuc deferant: vnde possit saracenis aliquod subsidium prouenire excepto redemptionis articulo,ita tamē quod hoc prius firment proprio iuro.Sed dicit, q̄ illi,qui post treugā factā inter christianos,& saracenos portant illuc merces prohibitas ab excōicatione nullatenus excusantur: sicut nec illi excusantur,qui per alios merces prohibitas illuc trās mittunt. Tertiò,aliqui iurauerunt in terram saracenorū cū mercib.prohibitis se amplius non ituros,nisi pax esset inter christianos,& saracenos reformata,& post factā treugam iuerūt illuc cū mercib.prohibitis:quæritur,an excusentur ab excō.R̄n.pa.q̄dō illa de pace,vel treuga eos ab exc. vinculo nō absoluit:nec etiam à periurio.B.No.4.q̄ durante guerra inter christianos,& infideles non debet per aliquem christianum subsidium aliquod infidelib. afferri,& sic nō tm̄ illo tpe prohibetur delatio prohibitarū mercium:de quib.in c.ita quorundā §.eo.sed ēt aliarū non prohibita rū:vt probat euidenter lr̄a ibi,aliquod cōmodū,vel subsidiū,&,p hoc dicto facit dictū Inn.in c.seq. No.2.qd licitū est redimere cap
1 tiuos christianos ēt durāte guerra:licet ex redēptione cōmodū vel subsidiū,pueniat infidelib.†No.3.in §.illi.quod dispō acernēs tps guerræ vt ēt acernere tps treugę,qa per treugā guerra nō est extincta,vt probatur in §.seq.& fm vnū intellectū vt iste tex.no.ēt quod in pœnalib.tps guerræ aprehendat tps treugæ quo ad hoc,
a vt inimicis nullū subsidiū veniat.a†Itē no.4.q̄ dispō b loquens p
2 sonaliter,& concernēs actū personæ cōprehendit nedum faciēb tē,sed ēt mandantē,seu fieri facientē,quātūcūq;cōsto sit penalis, nam c.ita quorūdā.s.eo.punit ducētes merces prohibitas ad infideles,& hic dr̄ q̄ non solum illi incidunt in pœnā,qui tales merces personaliter deferunt,sed etiā probatur,quod illi quiper nuntium destinauerunt.& probatur ex c.mulieres.de sen.exc.iuncto c.si quis suadēte.17.q.4.de quo per Bar.ff.de adul.l, hæc verba.& l.aut qui aliter.ff.quod vi aut clā.& in præal.ca.mulieres.vbi hoc dico.Si tamen q̄stō puniret facientem personaliter,& tunc faciēs per alium peccat,tamen non incidit in pœnā,vt dicit gl.in cle. 1. de vi.& ho.cle,in ver.personaliter.secus si non apponeretur personaliter,qa tunc faciēs p aliū incidit in culpā & in pœnā,vt hic& in iurib.superius all.c 1 n gl.1.ibi.fm qd dr̄ s.eo.ista gl.hic vī velle restringere istū tex.ad merces ,phibitas,vt sit sensus.qd portās alias merces ēt tpe guerræ,nō incidit in pœnam excō.sed certè ex
c hoc resultat q̄dā grietas ingl.nā si in tex.intelligi dēt de mercib.,p hibitis tm̄,ergo ,p redēptionis articulo licitum est eas deferre,cū text.excipiat hunc casum cui q̄rium q̄cludit gloss.& iō pt dici vt s.dixi,q̄ tpe guerræ nō est licitū deferre aliquas merces.ēt nō ,phibitas.p c.ita s.eo.& hoc vī velle tex.iste & hoc not.p dictum c.ita, & p c.seq.Aduerte tū,q̄ Inn.& Host.hic tenēt q̄riū,& q̄ decisiōē hui⁹ gl.dicētes,q̄,p redēptione captiuorū licitū ē deferre merces ,phibitas,ar.l.sancimus.C.de sacrosc.ecc.& in c.1.de pig.nā vasa q̄ phibētur alio tpe vēdi,distrahi possunt ,p redimēdis captiuis.12. q.2.aurū.Io.An.q̄cludit,q̄ ante factū sequēda est opi.gl.nā si insideles ppenderēt quod pro redēptione possent q̄seq istas merces ,phibitas nō vellēt aliud ,p redēptione,itē volēti fraudē q̄mittere paratū esse velamē,qa semper diceret fecisse pro redimēdis captiuis,sed post factū q̄sulēdū est,fm opi. Inn.& Host.& sic necessitas redimēdi captiuos eos excusat.ar.de sen.exc.c.inter. & facit d iureiu.verū.tenerē tū indistinctè,quod tales merces ,phibitas nō sit licitum deferre ēt ,p redemptione,nec excusatur deferens etiā ex post facto,qa cū ex illis armis veniāt impugnandi postea christiani,nō dēt impēdi subsidiū ad malū q̄mittēdū pp bonū, qd insequitur.talis.n.q̄sensatio à iure reprobatur. de vsuris, c.super eo & in canon magnopere.iuncta gl.i.ne cler. vel mon. pro hoc tex. s.e.ca.ita.vbi deferentes dicuntur pares,aut superiores in malitia cum illis qui postea impugnant.& facit gloss. in ver. subministrant. & hoc puto procedere durante guerra. sed tempore pacis

ADDITIONES.

a ¶D.autem Card.dicit quòd treuga est tempus mediū inter guerram & pacem,quod dicit facere ad multa,& verū dicit.Tamē hic est casus quod potiùs cōprehenditur sub appellatione belli,quā pacis. Ale.de Ne.

b ¶Quod dispositio.Quando mandans teneatur sicut faciens,vide latissime Ang.de Ar̄e.in tract.maleficiorum.in ver.Sempronium mandatorem.Fel.in c.mulieres.j.de sent.exc.Seb.Sap.

c ¶ Hinc est quòd vbi quis debet iurare personaliter, vel propriis manib.non potest iurare per procuratorem,etiā cum specia.mādato adsit iurandum:secus si debet præstare proprium iuramentum.de qio vide Do Domin.post 10ann.Andr.in capitul. vt circa. super gloss. in verbo, proprium, de e.ection.in vj. Alexand. de Ne.

Universidad de Navarra

a pacis procedat opi. Io. And. 2† In gl. in verbo, excommunicatio
3 nis, in fine pondere gl. quia facit pro notabili ſuperius collecto, & ſentit c. arē quod tpe pacis licitum eſt deferre merces ēt prohibitas ad infideles, & idem ſentit gl. in fi. Sed ōriū ſentit Inn. in c. ſeq. & illud puto verius, vt ibi dicam. In gl. fi. in fi. ex gl. colligitur vn'
b intellectus ad tex. q̄ iurans non ire, niſi facta pace b q̄ ſi facta tantum treuga iuerit merito incidat in pœnam excommunicationis, & periurij: facit pro illis quæ dixi ſ. in tertio no. quod clarius probatur in c. ſeq. vbi excōmunicatio promulgatur, durāte guerra: & tamen poſt treugam incidunt ad pœnam. Alius intellectus ponitur per doc. videlicet q̄ iſti apposuerunt cōditiones de pace aut treuga quod colligitur ex verbis pa. dum dicit quod illa cōditio de pace, & treuga habenda, &c. vnde ſi vadunt poſt treugam non incidunt in periuria: quia purificata eſt altera pars alternati uè, ſed incidunt in excōicationem quia adhuc non eſt pax. ideo litera in fi. facit mentionem de excōi. Et poteſt dici. quod ſenſus literæ ſit, quod ſiue ſit facta pax, ſiue ſit guerra, incidunt in excōi cationem portando merces prohibitas. pro hoc quod dicam in c, ſeq. &c.

ADDITIONES.

a ¶ Butr. tranſit cum opinione Inn. & Hoſt. & Io. And. Sed Innoc. & Hoſt. ſe limitant, & dicunt hoc procedere niſi portarent, & venderent arma in articulo, quando pugna actualiter exercetur inter Chriſtianos, & infideles: nā tunc tales non euaderent ſententiam excommunicationis, & hoc clariùs dicit But. quàm ipſe D. Car. indiſtinctè tenet opinionem gl. quia in c. ita quorundam, indiſtinctè prohibetur tales merces deferri ad infideles. & hoc expreſsè nō permittitur q̄ poſſint pro redemptionis articulo deferri merces prohibitæ, & hoc mihi placet, & credo q̄ etiam tempore pacis nō liceat pro redimendis captiuis deferri merces prohibitas quia hoc non reperitur permiſſum. ad iſtum tex. reſpondeo aliter quàm reſpondeat Do. Card. quia eius reſponſio mihi non placet, quod iſte tex. permittit tempore guerræ deferri merces ad
3 infideles pro redimendis captiuis: quas tamen eſſet licitum deferre tempore pacis, ſed propter guerram eſt prohibitio. Vnde hoc caſu licebit pro redimēdis captiuis deferre merces prohibitas tēpore guerræ, quo omnes merces ſunt prohibitæ, vt in c. ſeq. permiſſas tamen tempore pacis & ſic intellige iſtū tex. qui hoc vult, ſi rectè inſpiciatur. Ale. de Ne.

b ¶ Niſi facta pace adde q̄ quamuis treuga aliquādo dicatur pax, vt remiſ. no. in apoſt. ad iſtum in c. nouit. de iud. n. x. in ver. p̄t appellari pax. vnde treuga non ſufficit vbi pax requiritur, puta ad dimi nutionem pœnæ ex forma ſtatuti. Ita no. Ang. & Pau. de Caſt. in l. conuentionum. & ibi ad plenum d. Ale. qui ipſos refert ibi. itē facit iſte text. cum concor. ibi per eum ſignatis. ff. de pact. Et ratio poteſt eſſe iſta: quia treuga magis accedit guerrę, quam paci. vt no. Bal. in ti. de pace conſtan. c. vnico. §. vaſalli qui tēpore. in prin. Zacha.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtente guerra inter chriſtianos, & infideles non ſolum eſt excōicatus deferens arma, & alias merces prohibitas, ſed etiam deferens quaſcunque merces.*
2 *Pœnæ quæ pro eodē delicto imponuntur à diuerſis conſtitutionib. ambæ imminent contra facientib. ita quod ipſo facto ligentur.*
3 *Excommunicatus propter delationem mercium prohibitarum ad infideles à quo poſſit abſolui.*

CAP. XII.

QVOD OLIM. Excommunicati ſunt qui cum ſaracenis tēpore guerræ aliquod habēt cōmercium, vel eis præſtant ſubſidium primò excommunicat, ſecundò hortatur illos: quib. ſcribit ibi, veſtræ igitur. Caſus literalis. in Lateranen. Conci. prohibitū fuit quòd nullus merces prohibitas ſaracenis portaret per ſe vel per alium. & Clemens pa. illos excommunicationi ſupponit, qui amplius cū ſaracenis commercium habuerint per ſe, vel per alios nauib. ſeu quocunque alio ingenio eis aliqua reiū ſubſidia, dum guerra durauerit, duxerint imponenda, vnde mādat quibuſdam, quatenus nullo modo: aut quocunque ingenio eis mercimonia, conſilia, vel alia ſubſidia tranſmittant, & ſi aliqui contra fecerint non ſolum ſunt ipſo iure excommunicati, verum etiam
1 iram Dei viuentis incurrunt. B. †No. primo ibi: mercimonium, & ibi ſeu quocunque alio ingenio. & ibi: ſubſidia ſeu conſilia, &c. qđ tempore guerrę exiſtentis inter chriſtianos, & infideles non ſolū imminet excommunicatio deferentib. merces prohibitas. vt in cap. ita. ſ. eod. ſed etiam deferentib. quaſcunque merces etiam habentib. commercium cum eis, & impendentib. ſubſidia ſeu conſilia non ſolum realiter ſed cum ingenio: & licet Hoſtiē. dicat hoc periculoſum, & quòd eget declaratione: tamen Innocent. & Gof. & multi alii tenent ſimpliciter quod dixi. dicentes, quod exiſtente guerra, durat prohibitio generaliter, ſed gueria ceſſante, non durat canon latæ ſententię, niſi in illis mercibus prohibitis. & ideo intellige hoc ar. ōrio ſenſu vbi guerra durauerit, &c. vt procedat in aliis mercibus, & in aliis non contentis ſub diſpoſitione c. ita. ſed in illis, de quibus in c. ita. ſemper ſtat probatio ēt tempore pacis. licet aliud ſenſerit gl. ſ. c. prox. Sed iſtud plus mihi placet. nam poſſunt facere infideles pacem fraudulenter, vt ſic valerent fulciri huiuſmodi armis. & iſta opi. benignior eſt ante factum, ſed poſt factum poſſent. forte excuſari à pœna, quia illud
a c. ita dicit, quod deferebant ad impugnandos chriſtianos. a† In
2 gl. in ver. ſupponimus, ibi, duplici excommunicatione ſunt ligati. no. gl. ſingulariter ex qua colligitur, quod ſicut ōpro eodem de
b licto à diuerſis conſtitutionibus imponitur pœna ipſo facto, qđ vtraque ſimul imminet ẽ facientibus, ita q̄ vtraque ipſo facto ligantur, licet conſtitutiones non concernant intereſſe priuatum de quo dicto dubito per no. per Io. An. in c. felicis. de pe. lib. 6. & per Bar. in l. j. ff. vt bo. rap. in l. quoties. de act. & obl. volens tenere ōtium poſſet dicere, q̄ hic Pa. excommunicauit de nouo prorogando conſtitutionem c. ita. etiam ad merces nō prohibitas. Sed ẽ faciens in vnam excō. incidit. pro hoc tex. in fi. ibi excommunicationem illam. nō enim dicit in excommunicationes. nec in iſtā ſed in illam q. d. prorogatam in iſtam, & ſecundum hunc intelle ctum nulla ſequitur abſurditas. Et an, & quando per ſecundam conſtitutionem diſponentem ſuper eodem facto intelligatur renocata prima. dic vt no. in iurib. prælleg. facit ad prędicta quod
3 no. in cle. 2. de ma. & in c. cum in cunctis. de elect. per Inno. †In fi. gl. hoc dictum procedit, vt epiſcopus poſſit abſoluere niſi excō municatio etiam eſſet lata ab homine iuxta formam c. ita. in fi. ſ. c. nam à tali non abſōluit, niſi qui excommunicat. vel ſuperiór. vt in c. paſtoralis. §. præterea. de off. deleg. & in c. nuper. de ſen. exc. & hodie pa. ter in anno. cum facit proceſſus generales excommunicat iſtos ſolenniter, & ideò nemo poſſet eos abſoluere ab illa niſi pa. qui etiam cum magna difficultate hoc caſu facit ſecundum Io. And.

ADDITIONES.

a ¶ Sed tu dic quòd ante, & poſt factum tenenda eſt opinio Inn. & Goff. quia communiter per Doct. tenetur. & probatur in hoc c. & in d. c. ita. Alex. de Ne.

b Quod ſicut. Vide Pet. de Anch. in regula ea quę. verſic. nono quæro. de reg. iur. remiſſiuè lat. in l. j. verſ. vlt. no. in 2. lect. C. de ſum. trini. vbi latè Fulg. Bal. & Pau. de Ca. examinant quando ex eodem delicto quis poſſit duplici pœna puniri. Seb. Sap.

CAP. XIII.

ET SI IVDAEOS. Iudæi nutrices, vel ſeruiētes chriſtianos habere nō debent, contra facientibus interdicitur chriſtianorum commercium. h. d. Primo ponit exordium, ſecundo facti narrationem, tertio prohibet, quarto penam imponi mandat. ſecunda ibi, accepimus. tertia ibi, prohibemus, quarta, ſi vero. Caſus literalis. Quamuis chriſtiani pro ſola humanitate recipiāt iudęos & ſuſtineant cohabitationem illorum tamen ingrati chriſtianis eſſe non debent vt reddant chriſtianis pro gratia cōtumeliam, & de familiaritate contemptum & illam retributionem impendūt, de qua dicitur iuxta vulgare prouerbium, mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, hoſpites ſuos male remunerare conſueuerunt. ipſi enim faciebāt chriſtianas mulieres nutrire filios ſuos & cum in die reſurrectionis illas recipere corpus & ſanguinem dñi contingit, per triduum antequam lactent filios lac effundere faciunt in latrinam quod horrendum eſt dicere & alia turpia ẽ fidem catholicam committunt. propter quod timendum eſt ne fideles diuinam indignationem incurrant cum eos patiuntur talia perpetrare vnde prohibet pa. diſtrictè ne de cætero nutrices vel ſeruientes habeant chriſtianas, ne filij liberæ filiis famulētur ancillæ. ſi vero nutrices & ſeruientes non dimiſerint chriſtianos, præcipiatur omnibus chriſtianis ſub pena excommuni. ne cum eis cōmercium audeāt exercere. B. No. j. iudęos poſſe eſſe ſeruos chriſtianorum propter eorum delictum ſed ex pietate ſuſtinētur in libertate & in eorum ceremoniis ad hoc vt alliciantur ad fidē chriſtianorum, & hoc ideo quia aliqua eſt ſpes de eorū conuerſione. xlv. diſt. qui ſyncera.

¶ No. 2. ibi, & de familiaritate contemptum, q̄ familiaritas quandoque parit contemptum. vt l. obſeruandum. ff. de offi. præſi. & c. quando. 90. di. quod procedit vt ibi dicit gl. inter ruſticos & parum prudentes, nam inter prudentes familiaritas nō parit contemptum. imo beneuolentiam, affectionem, & amicitiam confabulatio & coniunctio inducit. & conſeruat amicitiam. 8. Ethi. eorum. cōſuetudo auget affectionem. in l. 3. ff. depec. No. 3. ex cōtra familiarem inimicum, nam familiaris inimicus propriè reddit illam retributionem de qua hic, & nulla peſtis efficacior eſt ad nocēdum, quā familiaris inimicus, quia homo nō ſibi p̄cauet ab eo, minus

a eo minus enim iacula feriunt, quæ præuidentur. a ¶ No. 4. ibi cū in die reſurrectiōis dñicæ &c. q̄ corpus Chriſti licite recipitur in ipſo die Reſurrectiōis, & ſatisfit q̄ſtitutiōi. in c. oīs. de pœ. & re. & facit iſte tex. p̄ illa opi. vt in die reſurrectiōis debeat recipi, & nō
b in die Iouis ſancta. de quo dicā in p̄al. c. omnis. b ¶ Vlt. no. ibi: nō dimiſerit. arg. p̄ his quæ dixi. ſ. c. ad hæc. q̄ iſta conſtitutio nō p̄hibet indiſtinctè iudęos nō habere nutrices Chriſtianas: ſed duntaxat in domo. nam per hoc verū innuitur. q̄ habebant eas in domo: vt qa fortè erant iudæi potentes & nolebant eas dimittere, qđ etiam innuitur ex alio qđ faciebant emittere lac in latrinas
c prius: quia non eſſent ſub eorum imperio. c

ADDITIONES.

a §☞ Vide omnino circa hoc tex. & gl. fi. 93. di. ſi inimicus. Al. de Ne.
b ¶ Sed iſte text. non probat q̄ in die reſurrectionis tantum debeat recipi: quia tex. vtitur verbo, contingit, & ſic narrat accidē tiam: non autem præcipit quòd illo die debeat recipi, & non in die Iouis ſancta. Alex. de Ne.
c ¶ Dic vt dixi in c. adhæc. ſ. c. & ad primam rōnem ibi reſpondi. Ad ſecundam dic, q̄ illa fuit occaſio condendi iſtam decr. Vnde illa ceſſante, non ceſſat legis diſpoſitio, vt in l. j. §. ſexum. ff. de poſtul. & in c. poſt tranſlationem. de renunc. & ibi per gl. in verbo, ceſſante, quæ incipit, Argumentum eſt hic. Vnde inſpicienda eſt diſpoſitio huius decr. cum ratione ſua, quæ ponitur in verſ. inhibemus ergo. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus percutiens clericū temporaliter puniturr, & ſi de facto puniri nō poteſt interdicitur ei Chriſtianorum commercium.*
2 *Iudæus de iure communi tpaliter non eſt ſubiectus iuriſdictioni eccleſiæ.*
3 *Inferēs iniuriam clerico tenetur ſatisfacere nedū clerico, ſed etiā eccleſiæ.*
4 *Cognoſcens de iniuria criminaliter poteſt ex officio compellere iniuriantē ad ſatisfaciendum læſo.*
5 *Excommunicatio eſt maior pœna eccleſiaſtica cuius iudæus non eſt capax.*
6 *Iudex eccleſiaſticus quando potius debeat imponere pœnam pecuniariam, quàm ſpiritualem.*

CAP. XIIII.

1 POSTVLASTI. †Iudæus qui percuſſit clericum tpaliter punitur: & ſi de facto puniri non p̄t, interdicitur ſibi chriſtianorum cōmerciū, donec ſatisfecerit iniuriā paſſo. Cōis diuiſio. ſecunda ibi, ad qd. Caſus literalis. Quidā iudæus manus violētas iniecit in quendā clericū: quæritur qualiter ẽ iudæum ſit procedendum. R̄ñ. pa. quòd is, cuius iuriſdictionis exiſtit pena pecuniaria ipſum puniat, vel alia tpali, ſm qđ ſibi viſum fuerit: & faciat læſo & eccleſiæ cōgruè ſatisfieri, alioquin ſi dñs eius hoc neglexerit præmatus loci præcipiat chriſtianis per cenſu. eccleſia. ne cum
2 ipſo iudæo commerciū habeant, donec ſatisfaciat. Ber. ¶† Not. j. ex tex. iudæū non eſſe de iure cōi temporaliter ſubiectum iuriſdictiōi eccl. eſt ergo ſubiectus dño tpali. ſicut & laicus niſi aliud ſit de iure ſpeciali. & vide aliquos caſus in quib. iudex eccleſiaſticus exercet iuriſdictionem in iudæos, & alios paganos per Inn.
3 in c. quod ſuper his, de vo. & in c. ita. ſ. c. †No. 2. quòd inferentes iniuriam clerico tenētur ſatisfacere nedum ipſi clerico læſo, ſed
4 etiam eccleſiæ cui videtur facta iniuria ex perſona clerici. †Not. 3. quòd cognoſcens de iniuria criminaliter poteſt ex officio cōpellere iniuriam inferentem ad ſatisfaciēdum læſo. & facit opt. quod no. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & licet ſimul nō poſſit agi criminaliter, & ciuiliter, vt l. j. C. qñ ci. actio cri. præiu. tamē ſi principaliter agitur criminaliter iudex acceſſoriè ex officio ſuo poteſt compellere reū ad ſatisfaciendū læſo ciuiliter. vt in præal. §. qui furem. hic. n. iudex primo punit criminaliter, & poſteà cōpellit reum ad ſatisfaciendum læſo, & ſic ciuiliter. Item not. modum & practicam excōicādi infidelem indirectè, vt interdicatur ſibi chriſtianorum commercium: eſt. n. vnus ex effectib. excōicationis priuatio hominum: & eſt pœna nō modica inter homines eſſe. & hominum carere commercio. l. hi qui ſanctam. C. de hęr. & in c. ſolet. j. de ſen. exco. lib. 6. Item no. hic per locum à ſpeciali licitum eſſe chriſtianis habere cum iudæis commercia hic enim in pœnam interdicitur chriſtianorum commercium donec iſte ſatisfecerit, facta ergo ſatisfactione licitum eſt cum eo exercere commercia, debet tamen euitari magna familiaritas. 27. q. 1. c. ſępe. & c. omnes. & ea. nullus. Sed contra hunc textum in eo, quod diſtinguit an iſte ſubſit iuriſdictioni eccleſiæ, vel non. oppo. de c. cum ſit. de ſo. compe. vbi patet, q̄ ẽ lædentem clericum, vel eccleſiam tanquam ſacrilegium exercet eccleſia iuriſdictionem, licet temporaliter ſibi non ſit ſubiectus. Sol. puto ſtandum contrario, & ad iſtum tex. puto reſpon. quod propter faciliorem executionem facit iſtam diſtinctionem, nam qñ iudæus eſt ſubiectus temporaliter ſeculari domino non poteſt compelli de facili per iudi
5 cem eccleſiaſticum. ¶† Quia maior pœna quam habet eccleſia eſt excōicatio. 24. q. 3. corripiantur. & huius pœne iudæus nō
a eſt capax. a vnde aditur dñs temporalis. & eo negligente, eccleſia facit poſtea quicquid poteſt interdicēdo cōmunicationem, vn-
b de intelligo q̄ etiam à principio poteſt eccleſia b ſuam iuriſdictionē exercere in hmōi Iudæum ſacrilegum & etiam inuocare brachiū ſęculare: vt in præal. c. cum ſit. iuncto ca. j. de of. or. ſimile eſt in c. ſignificaſti. de of. del. nā delegatus pa. ſuam ſnīam pōt exe cutioni mādare, vt in c. in literis. & in c. querenti. de off. deleg. & tamē pro faciliori executione interpellatur ordinarius loci, &
c facilius ſibi obtemperatur, vt in c. ſignificaſti. e. ti. c ¶ † In gl. j. ibi.
6 quia ſpirituali pœna ipſum punire nō pōt: ſentit ergo gl. qd vbi iudex eccleſiaſticus poteſt punire aliquem eccleſiaſtica, vel ſpirituali pœna non debet imponere pœnam pecuniariam ſeu aliā temporalē. qd tamen non eſt indiſtinctè verum maximè in crimine ſacrilegij. vnde ceſſante cupiditate, ſi magis timetur pœna pecuniaria, quàm ſpiritualis poteſt eccleſiaſticus illam imponere. arg. de offi. or. dilectus. & quod not. Io. And. in cap. j. de homic. facit. c. quoniam frequenter. in fi. vt lit. non conte. & an, & quando iudex eccleſiaſticus poteſt punire pecuniariter, & ad quem vſum deputanda ſit talis pecunia dicam. ī. de pœnis. in c. licet.

ADDITIONES.

a ¶ Non eſt capax. Adde Archi. 2. q. 1. ca. multi. & ibi bonum text. Car. in cle. j. §. fi. q. 1. 9. de vſur. & quare cum iudæis communicamus & non cum excommunicatis. vide eundem Car. in cle. j. de conſti. Zach.
b ¶ Eccleſia. Hanc conſiderationem Abb. reprobat Fran. Arc. in conſi. 158. inci. copioſe, & ſubtiliter. Sebaſt. Sapia.
c §☞ Sed certè hic eſt caſus, ſi rectè conſideratur q̄ eccleſiaſticus iudex non poteſt exercere iuriſdictionem temporalem in infidelem pro delicto eccleſiaſtico, niſi ſit de temporali iuriſdictione eccleſiæ. imo plus vult tex. q̄ etiam domino temporali ipſius Iudæi negligente eccleſia non exerceat temporalem iuriſdictionē in Iudæum, ſed ſolùm ſpiritualem, quia ſolum denegat communionem Chriſtianorū. Idē probatur in ca. poſt miſerabilem. de vſur. vbi principibus negligentibus in compellendis Iudæis ad reſtitutionem vſurarum, eccleſia ſolùm denegat eis communionē Chriſtianorū. Et ex hoc vī q̄ vbicunque infidelis committit crimē eccleſiaſticum, eccleſia non poſſit eū punire pœna tpali, ſed ſolùm pœna eccleſiaſtica. ſc. interdicere cōionem Chriſtianorum, qñ iudex laicus eſt negligens. & pro hoc facit quia leges in talibus criminibus imponunt pœnam infidelibus, vt patet in le. ne quis. cum l. ſeq. & in l. Iudæi. C. de Iudæis. de quo tamen dic vt plenè no. per Doc. in ca. quod ſuphis. de voto. Et ex his infertur ad quæſtionem, nunquid iudex eccleſiaſticus, poſſit laicum pro crimine eccleſiaſtico punire pœna temporali, vel ipſum incarcerare, & videtur dicendum q̄ non, ſed ſolum ipſum punire pœna eccleſiaſtica, de quo vide Ioan. And. in addi. Spe. in rub. de maior. & obe. vbi dicit communiter teneri q̄ prælati inferiores à Papa non habent iuriſdictionem incarcerandi laicos, vel puniendi pœna temporali præter crimen hæreſis, vt in cleme. 1. de hæred. ad hoc c. felicis. de pœn. in 6. vbi in illo tam graui ſacrilegio reſerua tur pœnarum ciuiliū impoſitio iudicibus ſecularibus. & hoc videtur etiam probari in c. cum laicus. de foro compe. vbi ratione periurij, quod eſt crimen eccleſiaſticum aditur iudex eccleſiaſticus ꝓtra laicum, tamen ſolam pœnam eccleſiaſticam imponit. & hoc dicit Ioa. And. eſſe tenendum, non tamen detracto illi ſuperiori, & ſupremæ poteſtati, quā Papa habet ſupra imperium. de qua no. in c. nouit. de iud. & pro iſta opinione optimè facit dictū Inn. in c. ad deliberanda. j. e. vbi Inno. q̄ pœna ſpiritualis imponi tur per eccleſiam, pœnæ verò ſeculares per principem ſeculārē, & tū illud erat crimen quod tendit ad præiudicium Chriſtianitatis, & ſic eſt delictum eccleſiaſticum, & iſtud etiam tenuit Io. de Imola. vt refert D. Dom. in ca. cum epiſcopus. de offic. ordi. in 6. Sed ipſe D. Dom. tenet contrarium, p̄ c. contra Idolorum. 26. qu. 5. Sed reſp. ad illum tex. q̄ ibi ſtatuit quæ pœna ſit infligenda contra Idolatras, ſed illa pœna erit imponenda per iudicem ſecularem, ſicut in c. ita. ī. e. & in c. ad deliberandam. ī. eo. Papa ſtatuit q̄ pœna debet imponi, & tamē imponitur per iudicem ſecularem, vt dicit Inn. & Doct. in d. ca. ad deliberandam. allegat etiam c. at tendendum. iuncta glo. 17. q. 4. ſed debet intelligi de clericis ſacrilegis per præal. ca. felicis, §. per hoc. D. Dom. adducit alia iura, & rationes contra opinionem Io. And. de quibus vide per eum. ſed mihi placet opinio Io. And. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi debent diſcerni à chriſtianis in qualitate habitus nedum de nocte, ſed etiam de die.*
2 *Veſtibus fucatis non debent homines vti diebus dominicæ paſſionis.*
2 *Chriſtianus commiſcens ſe cum iudæa ignoranter an excuſetur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XV.

a IN NONNVLLIS.a Iudæi & saraceni vtriusque sexus debẽt in terris christianorum vti habitu per quem à christianis discernantur & in die parasceue & passionis Domini non debent in publicum progredi nec in contumeliam Creatoris prosilire. Tria sunt dicta.secundum ibi: in diebus. tertium ibi:illud. ¶ Casus literalis.In quibusdam prouincijs saraceni per habitum distinguntur à christianis,in quibusdam vero non.vnde contingit aliquando quod christiani iudæis,& iudæi christianis mulieribus per errorem carnaliter cõmiscentur. ne ergo tam damnatus excessus per talem errorem vlterius ꝓmittatur,statuit concigenerale vt iudæi siue saraceni vtriusque sexus in qualibet prouincia christianorum per habitum publicè distinguãtur à christianis.secundo dicitur quod in diebus lamentationum,iudæi siue saraceni non exeant in publicum: quia vt dicitur tunc ornatius incedere non erubescunt & christianis memoriam passionis sacratissimę exhibentib.illudere non formidãt.tertio ꝓhibet ne in ꝓtumeliam creatoris prosilire ꝓsumant: quia contumelia creatoris dissimulari non debet:præcipit cõcilium hmõi præsumptores per potestates locorum ꝓdigna coertione compesci ne crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare præsumãt.B.

1 ¶ † No.j.ibi,omni tpe:& ibi publicè, ꝙ iudæi debent discerni à christianis in qualitate habitus nedum de nocte: sed ẽt de die & omni tpe:nec debent portare signum distinctionis occultè, sed
b publicè.non est ergo satisfactum huic constitutioni b si portant aliquod signum sub mantello, vel in duplicatura mãtelli sicut à multis fieri vidi.sed palam & publicè,vt ab omnib. discernãtur.c
c 2 ¶† Not.ij.ibi:ornatius non erubescunt.&c.quòd in diebus passionis dominicæ non debent homines fucatis seu fulgidis vestibus vti vt sic per qualitatem habitus ostendant interiorem mentis dispositionem:quod enim exterius agitur, interius inducit mẽtis dispositionem,& habitum repræsentat,vt dicit tex.in cle. exiui.de ver.sig. obscuritas ergo,& vilitas habitus est signũ meroris,sicut pretiositas est signum lætitię. ¶ Not.vlti.ibi per principes seculares,&c.quod de iure cõmuni iudæi, & alij infideles existentes in terris christianorum subsint temporaliter iudici seculari,vide Inn.de vo.quod super his. ¶† In gl.in verſic.errorem-
3 ibi excusatur in eo quod Iudæa,&c.quasi forte velit dicere glos. quod non excusatur in totum: quia saltem agebat,vt committeret fornicationem simplicem,sed põt dici,quod aut Christian' contraxit matrimonium ignoranter cum iudæa,& tunc ex toto excusatur:qa agebat rem licitam,& ignorantia facit,& excusat vt in regula.ignorantia.de reg.iur.li.vj & in c.in lectum.al.in gl. aut intẽdebat fornicari cum christiana,& in veritate iudęa erat, & tunc est in culpa,& tenetur ad minus de simplici fornicatione:an autem possit aliqua pœna puniri cognoscendo iudæam, quia dedit operam rei illicitę,vide quod no.Io.An in regula cũ quis.de reg.iur.lib.vj.in mercu.dum ponit q.de cognoscẽte maritatam quæ cõmuniter habebatur ꝓ maritata.vide gl.in præalle.c.in lectũ & ꝙ not.in c.inebriauerunt. 15.q.6.In gl.in verb.a
d nimaduersionis.in fi.secũdum leges est pœna capitalis,d vt in auth.vt non luxu.contra na.§.j.& ibi vide.

ADDITIONES.

a ¶ *In* nõnullis. Fui sæpe interrogatus,qua pœna puniri debeat iudæus scienter christianã cognoscẽs,cum qua licitum est christianis ꝓtrahere,vt puta meretrix,quidã dicunt ꝙ de iure canonico est pœna excõicationis,per tex.in c.si quis iudaicè.28.q.1. sed de iure ciuili est puniendus tanquã adulter.per text.in le.ne quis.C. de iu.Sed ego respondeo ꝙ illa iura,quæ loquuntur quando *Iu*deus cognoscit christianam,vel econtra,inuicem ꝓhendo matrimonium,quo casu dicitur magis delinquens, quàm si simpliciter eam cognosceret quia duplex delictum committit.Nam primo delinquit contrahendo matrimonium cum christiana contra legem,quæ non vult matrimonium posse contrahi inter *Iu*dęum,& christianam,vel econtra,vt est text' in ca.caue.28.q.1. secundo quia cognoscit eam carnaliter contraprohibitionem huius c.in nonnullis.Et ꝙ grauiter sit puniendus taliter sciẽter contra inhibitionem iuris cognoscens christianam in figura matrimonij,quàm si simpliciter.in c.nuper.& in c.fi. debiga. cõ un ćto c.quia circa,eo.ti.Et bene facit textus in l.quid ergo.§.cũ autem feceris.ff de his qui not.infa.Item pro opinione, ꝙ sit puniẽdus pœna capitali allegatur text.cum glo.in c.in archiepatu. de rapt.Sed respondeo ꝙ ille textus loquitur in rapientibus mulieres,in quibus clarum est ꝙ puniri debent pœna.le j.C.de rap.vir. &c.cum secundum leges.de hæret.lib.6.Sed non loquitur in Iudæo meretricem cognoscente.Et ideò dico,ꝙ si statuta terrarũ aliter non prouident erit pœna arbitraria,ex quo textus hic prohibet pœnam non imponi.argu.l.j.ff.de iure delib.& in c.de cau-
sis.de of.del.Sed si statutum ciuitatis imponit certã pœnam Iudæo cognoscenti christianam,dato ꝙ nihil dicat de pœna,puniꝛ pœna ciusdẽ statuti.ad hoc optimè facit quod no.Barto.per illũ tex.in l.fi.C.de indic. viduita.tollenda.& in l.fin.ff.de acceptila.& in l.si ex pluribus.de le.2.pro hoc etiam all.tex.in l.j.§.fi.ff.de his qui no.infa.& in l.libeliorum §.notantur.e.tit.& §.porro.in fi.3. q.8.& c.2.in prin.per illum tex.supra,de simonia.de Bellentz.

b ¶ Constitutioni.Ad hoc vide gl.in cle.2.de vita & honest.cleri.& quod ibi plenè notaui post dom.Abbatem.de Bellentz.

c §. Et istum text.inducit D.Car.ad quæstionem de fabro,qui in suis operibus facit signum, propter quod si est bonus magister meliùs venduntur ferramenta.Vnde si alius occupet potest pro hiberi,de quo per Bar.in tractatu,de insignijs & armis.post prĩc. *Alex.de Ne.*

d §. Alia pœna imponitur de iure canonico,vt patet in ca.2.j.de maledicis. *Alex.de Ne.*

SVMMARIVM.

1 *Iudęi vel aliter infideles nullum officium possunt habere inter Christianos, vel dignitatem,sed inter ipsos bene possunt.*
2 *Iudæus non potest assumi ad doctoratum.*
Acquisita ex negotiatiõe illicita sine alicuius calumnia,non subiacent restitutioni regulariter,licet aliquando distribuantur inter pauperes.
3 *Officiũ assumẽtes contra iuris,vel statutorum dispositionẽ qua pœna puniãr.*
Officialis depositus propter barattariam,debet tantum habere salarium pro tempore præterito & tenetur conducenti ad interesse.
4 *Restitutionem malè ablatorum an episcopus vel is qui confitetur aut confessor possit facere.*
5 *Histriones tenentur ad restitutionem illorum,quæ lucrati sunt vigore talis exercitij.*
6 *Legatum relictum pro malè ablatis incertis distribuendum inter pauperes Christi per executores testamenti,an debeat dispensari per episcopum.*
7 *Legatum factum pro restitutione malè ablatorum conuertitur ad pias causas,si malè ablata non reperiuntur.*
8 *Lucrum iniustè extortum,an sit restituendum pauperibus,an verò aliis.9.*

CAP. XVI.

a CVM SIT.aPræponens Iudæum vel paganum publicis officiis per consilium prouinciale corripitur,& præposito denegatur Christianorum cõmercium donec deposuerit officium, & in vsus christianorum pauperum restituet inde quęsita,ſm epi prouidentiã.Prima pars ponit constitutionẽ innouans,olim inhibitã prohibet, oẽs causas reddit,secundò punit præpositum. quartò prorogat.secũda ibi,si quis.tertia ibi,officiali.quarta ibi: hoc idem.Casus literalis.Statuit concil.Toletanum,quod nullus iudæus super Christianos vllũ officium exerceat sed quia illud non seruabatur conci.genera.innouauit conci.Tole.prohibens ne Iudæi publicis præficiantur officiis,qa sub tali prætextu Christianos infestant plurimũ,& molestant:& si quis eis officium tale cõmiserit per prouinciale conciliũ annuatim celebrandũ monitione præmissa,districtione qua conuenit,compescatur,& tali officiali cõio christianorum in cõmerciis,& aliis denegetur,donec restituat quicquid ex tali officio habuerit cõuertendum in vsus pauperũ,& epi diœcesani de hoc prouideant,& officiũ cum pudore dimittat qd irreuerenter assumpsit:& hoc idem ad paga
1 nos extendetur.Ber.† No.j.iudæum vel paganũ non posse præfi-
b ci officio publico inter Christianos,& latius ꝙ eos circa istũ passum prouidet ius ciuile in l.fi.C.e.vbi inhibetur vt nullã dignitatẽ,nullum honorẽ,nullã præeminentiã habeãt inter christianos.
2 & per illũ rex.retulit ibi *Bar.*Iudæũ † non debere doctorari, cũ do-
c ctoratus sit q̃dã dignitas,c& præeminentia,vt latius dixi in c.quã to ſ.de magistr.Et ex hoc infert qd inter ipsos possunt iudęi hmõi officia & dignitates & ſm hunc intellectum potest intelligi tex. l.generali

ADDITIONES.

a ¶ Cum sit.Per illũ tex.dicit Bal in c.iniuria.de pace iura firmã.ꝙ latrones,& raptores tenentur satisfacere de furtis & rapinis.& eodem modo alle.c.si diligenti.de præsc.Adde hic Host.in summa,de iureiu.supra,quomodo intelligatur,versi.& quamuis. vbi dicit ꝙ quando ille qui soluit vsuras,iurat non repetere eas vlterius si ille,qui eas recepit,nõ absoluitur à pœna,debet fieri restitutio earum inter pauperes sicut fit,quando nescitur vbi sit ille, à quo extorta fuit.de Bellentz.

b ¶ Officio publico.Adde Bar.& Alex.in l.generaliter.§.fi.ff.de decur.eundem Bar.in l.fi.C.de Iudæis.& in j constit.c. §. hæc q̃ necessario.Ang.in aut.iusiur.quod præst.ab his.j. Card.in cle.j.in 3.no.de test.& no.iste in c.Iudæi.supra eo.Zach.

c ¶ Dignitas. *Alias allegat Fel.in c.j.circa fi.ver.item dum dicunt.* ſ.eo.Seb.Sapia.

l.generaliter.§.fin.ff de decu.vbi permittitur iudæos promoueri ad dignitates:sed debet intelligi vt dixi, vel procedebat de iure antiquo hodie est correctum p l.fi.C.e. ¶ Nota.2.ꝙ prouinciale cõci.eorum habet iurisdictionẽ in totã prouinciam:vnde olim oẽs causæ agitabãtur in hoc cõcilio.6.q.3.c.de iudæis.& cap.j.& c.sicut.ſ.de acc.No.ar.qd acqsitũ ex negotiatiõe illicita est inter pauperes distribuendũ:ex quo inferebat Host. qd acquisita per excõicatum negotiando debẽt distribui inter pauperes,qa negotiatio erat ĩterdicta sibi tpe excõicationis,de cle.exc.mi.c. illud. sed vtrũque dictũ nõ puto verũ,pro hoc facit qd no.Inn. de immu.ecc.qa plerique.vbi not.dicit ꝙ acquisitũ ex negotiatione illicita,sine alicuius calumnia necessario nõ subiacet restitutioni: hoc enim non probatur iure imo potius ꝯriũ probatur.vt sit cõsilij non necessitatis.vt in c.qui habetis.& c.vlt.14.quæst.v.& de excõicato facit ꝙ no.in c.veritatis.de dol.& contu.licet tũ non peccauerit se immiscendo communioni non tamen tenetur ad restitutionem:ex quo ab aliquo non extorsit.vide si.in c.fin.ſ.de
a simo.vbi illicitè acquisitum sine alterius calumnia non subiacet restitutioni sed sufficit agere pœnitentiam.a Ad istum tex. dic ꝙ assumpsit officium ꝯ iuris dispositionem:& sic sine causa habuit
3 pecuniam:item hoc statuit hic in pœnam.no.bene. ¶ †Vlterius ex prædictis & ex tex.collige quod assumptus ad aliquod officiũ
b ꝯ iuris dispositionẽ tenetur officium cum pudore deponere b & acquisita restituere.Et facit ad illam quæstio. nunquid officialis depositus propter barattarias debeat habere salariũ totius tẽporis & hãc q.tetigit gl.in l.diem functo.ff.de offi.assef.plenius per
c Bar.in l.l.meuia.ff.de an.leg.vbi ꝯcludit quod pro tpe cantẽq̃ fuerit depositus debet hre salarium sed nõ pro sequẽti tpe,qa fuit depositus pp defectũ suum imo tenetur cõducenti ad interesse ꝓ l.si fundus.ff.loc.qd no.Item collige ꝙ statutũ loquẽs de iudæis non extenditur ad paganos nisi ex spãli legis prouisione fiat extẽsio.vt no.ꝓbat hæc litera,dũ dicit extẽdimus.ꝙ bene not.vide
d bo.gl.de regu.c.cõstitutionem.lib.6.d † Vltimo not. vnũ casum
4 reseruatum episcopo vt est restitũ malè ablatorum.ad hoc quoti
e die alle.iste text.ꝙ inter casus reseruatos epo numerat hunc casum gl.in c.2.de pe.& re.lib 6.Sed circa prædicta quæritur, nunquid simplex sacerdos,qui audiuit cfessionẽ alicuius, q̃ tenet aliqua restituere possit facere hanc restitũẽ.Host.quod non, qa est casus reseruatus epo.& tres rões huius reseruationis reddit. prima:qa si inferiores clerici possent dispensare sæpe sibi imbursarent,& appropriarent,secunda rõ quia in maiorib.adhibẽda est prouidentia epi.in c.ad hæc.de offic.Archi.tertia rõ:quia epus habet curã omniũ ecclesiarũ suæ diœcesis & cuncta spualia regit.
f x.q.j.regenda.vnde tota diœcesis dicitur eius parochia,f in c.j.de rapto.Sed Arch.in c.2.de testa.lib.6.tenet ꝯrium,dicens hanc restitũem posse fieri per eũ qui tenetur restituere vel per eum de
g quo ipse ꝓcidit.alle.c.cũ tu.de vsu.& c.tua.de test. & 14.qu.5.c. pen.& vlt.24.q.3.si quis romipẽras.quę iura cõiter dicunt,ꝙ obligatus ad restitũem debet restituere.Ad istum tex. rñ. ꝙ loquitur de iudæo,q erat suspectus de restitũe maximè,quæ erat fienda inter pauperes Christianos.*Ioan.And.*ibi dicit,ꝙ ante factũ tenenda est opi.Host.qa ſm Arch.esset facile vnicuique euitare restitũẽ dicẽdo se retulisse.Nec ob.si diceretur ꝙ debet probare:quia non potest sp dando denarium pauperib.adhibere notariũ:& vt experientia docet,pauper qui recipit x.solidos fatetur se recepisse.x.libr. Sed ex post facto vbi in veritate qs tenebatur restituere nõ apparet rõ.quare non debet esse liberatus.vnde solent epi lo corum per sua statuta reseruare sibi dispensationẽ male ablatorũ, non solũ illo modo peccati,sed etiam restitũes facere. vnde Fed.
5 conſ.27.secutus est opi.Hosti.simpliciter:nihil tamẽ boni alleg. † Car.hic sequitur opi.Arch.& dicit posse distingui.qd in his,in quib.transiuit dñiũ,vt in hiſtrionib.& ſimilib.procedat opi.Host. vt sic sciatur quid,& quantum sit restituendum.Sed in casib.in quib.non transit dñium vt in vsurario fure,& ſimilib. procedat opin.Aret.Sed circa hanc varietatẽ non modicũ animaduerto, quia nullus tex.facit mentionẽ de epo,nisi iste.Et si iste tex.bene ponderetur non dicit,ꝙ epus debet restituere,sed ſm prouidẽtiã suã.&c.& ideo dicerẽ,ꝙ dispensatio male ablatorũ debet fieri p eum qui tenetur restituere,vel per eum de quo sibi ꝓcidit, seu ſm consilium & prouidentiã epi,& sic saluantur oẽs opi. & vitãtur absurditates.nã interest obligati vt fiat restitũ realiter, etiam interest episcopi,qui est pater pauperum,nam obligatus restitue re non dat ꝓpria,& sic nõ pt disponere ad libitũ suũ,sed reddit, quod reddere tenetur,ergo debet fieri restitũ in pauperes & debet
h hre consilium & prouidentiam illius, qui est pater pauperum.h
6 † Et circa prædicta vltra alios moueo no.q.pone qd stante opin. Host.seu epi testator in suo testõ relinquit mille pro malè ablatis incertis cõuertenda in pauperes per executores sui testamenti.episcopus per statutũ suum & per istum text.sic intellectum vult dispensare,quæritur quid iuris.& pro nunc potest dici,ꝙ ni
si aliter probentur male ablata episcopus non potest intentionem suam fundare super illis tanquam ablatis male.quia hæc dispositio seu confessio testatoris ex quo non fuit recepta apertè nec iurata habet vim cuiusdam legati ad pias causas:vt no.& probatur in simili in l.4.C.de falsa cau.adiec.le.& no.in l.cum quis.§.
i codicillis.ff.de leg.3.vide quod dico in simili.in c.fi.de suc.ab in-
7 test.i ¶ † Item posset dari ad primam q.alia satis æqua distinctio per quam

ADDITIONES.

a §. Idem dicit D.Car.in d.c.ad liberandum.in 3. notabili.j. eod. Alex.de Ne.

b ¶ Deponere. Adde quæ sit pœna acceptantis officium contra dispositionem statuti.Lug.ſind.388.quod inci. si statutum prohibet.Zach.

c ¶ Pro tempore.Vide ẽt Bal.in l.edem.C.loca.& Bar.in l.iudices. C.de annon.& trib.li.x.& Bal.in l.vnica.ad fi.C.de suffra.Seb.Sap.

d ¶ Sed quando esset omnino eadem ratio. Constitutio loquens de Iudæis extenditur ad paganos vt dicit glo. quam sequuntur Do.in c.quam sit.ſ.e.& xj.q.3.ad mensam vbi glos.idem dicit, & idem etiam dicit gl.28.q.1.omnes. Alex.de Ne.

e ¶ Reseruatũ. Adde omnino quod pulchrè scribit Lapus allegatione 7.& Lauren.de Rodulph.in tract. de vsur.q.9.cum tribus quæstionib.seq.& omnino quod scribit circa hoc Domini. in c. 2.§.j.de test.lib.7.& vide gl.in verbo aliorum.in cle.j.de priuil.Et adde ꝙ si ille,qui reliquit male ablata mortuus est,episcopus ad quem spectat distribuere ista ablata incerta si videt hæredes defuncti pauperes potest ex misericordia eis relaxare partem ei' quod distribuendum erat,& etiam totum.ita singulariter ad litteram dicit Bald.in ca.j.§.iniuriam.in tit.de pace iura.firman.in vſi. feudo.qui dicit ita renẽt frater Raymun.in opere suo.libr. 7.Sed in cõtrarium facit quod nota.do.*An.*in c.nobis.circa finem. de dec.Sed pro opinione Bald.in d.§.iniuria vide omnino eleganter,& in terminis quod scribit do.Laurẽ. de Rodulphis in tract. suo de vsur.quæst.cxv.de Bellentz.

f ¶ Eius parochia.Vide Io.de ana.si mauetem hanc opi.in ca.sicut dignum.j.de homi.& Cald.consi.vj.incipien.an valeat statutum. sub tit.de constitutio.Card.in clementi.dudum.§.si vero.in xj.q. de sepul.& in clementi.j.§.quibus de priui.Ange.in disputatione sua incipiente.Astensis miles.Sebast.Sapia.

g ¶ Restitutionem.Et vide omnino Arc.in c.sanè.14.q.5 vbi dicit quod quando testator deputauit vnum, qui habeat distribuere inter pauperes, episcopus non potest se impedire. Et eodem modo respondit ad istum tex.dicẽdo ꝙ loquitur in iudæo.Et vide omnino quæ scribit Domini.in c.ij.§.sanè.circa prin.de testa. in vj.Adde ꝙ illud, ꝙ dicitur de distributione relictorũ in piam cãm spectat ad epm non procedit,quando relictum piũ est factũ certæ personæ:quia tunc illa persona deberet agere coram iudice seculari non autem coram iudice ecclesiastico contra hæredem.Ita dicit Bal.in l.si quis ad declinandam.C.de epi.& cle.quẽ refert & sequitur Paul.de Ca.in l.consulta diualia.circa princ. C. de testa.Item vide sanctum Thomam in 4.sent.dist.xv.q.j.artic.v. circa fi.vbi dicit,ꝙ ille qui est incertus rerum ablatarum, pauperes sunt hæredes.& ideo non aberratur à debito restitutionis,ni si det pauperibus pro anima illius cuius restitutio debebatur,ad hibita tamen prius diligentia debita si nõ est in loco in quo accepit det pauperibus illius villę,in qua accepit restituere. vel in alios vsus illius ciuitatis conuertere. sed quantum ad hoc vltimum vide Petrum de Anc.in repe.reg.peccati venia.in xix.q.in vj.Item adde omnino hic Bald.in l.j.C.de sacrosan.ecc.vbi dicit, ꝙ valet relictum incertum,in quo testator mandat omnia per se indebite.& illicitè extorta restitui,dicens ꝙ episcopus ad inuestigationem quid,& à quo summatim procedat. Et dicit ꝙ interdum episcopus poterit stare iuramento petentis cum aliquibus indicijs.& ita dicit tenere Io.*And.*in Nouella.in ca.quanquam. de vsur.in vj.quod dicit perpetuo notandum.de Bellentz.

h ✻ Ista solutio mihi non placet,qa verbũ, ꝓuidentia,non importat,ꝙ solùm eius ꝯsilii requiratur,imò ille,ad quẽ spectat ꝓuisio facit actum,vt est actus in c.cum concertationi.de appe.in 6. in clem.fi.de elect.iuncta glo.3.Alex.de Ne.

i ✻ D.Domin.in capit.2.§.sanè de resta.in 6.plenissimè examinat hunc articulum referendo multas opiniones. finaliter refert opinionem Lapi.*Abbatis*,qui reducit opiniones ad concordiam. pro cuius euidentia, præmitte ꝙ quædam sint illicitè acquisita, & in eis non transfertur dominium in acquirentem,vel si transfertur,competit repetitio.quædam verò sunt illicitè acquisita, quorum dominium transfertur,nec competit repetitio. & hoc declara,vt per gl.magistram in c.ex transmissa.de deci.& 54.q.5. in summa.& per Docto.in ca.quia plerique.de imm.eccles.Hoc præmisso facies duos casus. Primus est,quando sumus in malè ablatis,quorum dominium transit in acquirentem,nec compe-

Universidad de Deusto

per quam saluetur mens omnium opin. vbi de malè ablatis nõ constat nisi per confessionem factam in foro pniali: tunc creditur sibi si dicat se restituisse quia in præsentia de omnibus cretur confitenti. vt in cap. significasti. de ho. & sic euitantur absurda. Io. An. Aut constat in iudicio seu publicè de malè ablatis: & tunc restatuto fiat fm consilium episcopi. qa non debet credi asserenti se restituisse, arg. c. quanquam. de vsur. lib. 6. & sicut publicè constat de ablatiõe & extorsione publicè constare dẽt de rest. ar. c. j. de
a pœ. & rem. ¶ † In gl fin. ibi: si vellet posset dare pauperibus &c. & sic vr̃ intelligi gl. qd officialis necessario non astringitur ad dã dũ pauperibus qd in vsũ extorsit. all. 14. q. 5. non sanè. & no. glo. p. o. in fi. ca. Illius c. loquitur enim obscurè sed Inn. in c. gaple rique. de in. vt ecclesiar. dicit. ꝓ ex quo habebat officiũ cum iuris dictione tenetur restituere ꝙ illicitè acquisiuit. qa vr̃ acquisiuisse per ꝓsumptionẽ, & violentiam: secus dicit in eo qui non habet iurisdictionẽ vt in aduocato. si eñ aliquid, vltra qd debeat lucrarus est licet bñ faciat restituẽ lo nõ tñ tenetur. & sic loquitur
9 tur c nõ sanè. quod mihi placet. ¶ † In ea gl. ibi, qa nescit à quo sit extortũ Io. an aliter intelligit hoc. ca. loquitur enim fm eum qd iudæus non grauauit eum vltra debitum extorquendo, nam tunc esset illi facienda restõ, vt dicit gl. sed loquitur cum recipit salarium quod ille proponens cuilibet soluere tenebatur, vnde huic proponenti non debet restitui: quia quo ad eum non potest dici debitum, & fuit in culpa proponendo istum. Item pones proposítum non debet remanere. ergo pauperibus erogandum: vt dicitur in litera: sed tu pondera literam ibi quicquid fuerit à Christianis adeptus, quæ loquitur nedum de salario quod conduxisset à præponente &c. sed saluando hũc intellectũ Ant. potest dici ꝙ aliqua adeptus fuit à christianis non tñ ꝑ extorsionem, vt quia dederũt sibi quod dedisset alijs officialibus, & sic eis non est fienda restitutio cum non prętendant interesse, fiet ergo restitutio pauperibus, & ex his cõclude generaliter ꝙ vbi ex parte dantis nullum interesse versatur in petitione, sed ex parte recipientis sic, & tunc restitutio debet fieri pauperibus. & de iure ciuili hoc casu fiscus recipit, aufert enim omnia lucra illicita. le.
b Lucius. ff. de iure fisci.

ADDITIONES.

Sorit. repetitio quædam verò sunt illicitè acquisita, quorum dominiũ transfertur, nec competit repetitio. & hoc declara vt per glo. magistra in ca. ex transmissa, de deci. & 14. q. 5. in summa. & per Doct. in c. quia plerique. de imm. eccles. Hoc præmisso facies duos casus. Primus est, qñ sumus in malè ablatis. quorum dominium transit in acquirentem, nec competit repetitio. Exemplũ in meretrice, & in hystrione, & sic ista sic illicitè acquisita possunt irrogari pauperibus propria auctoritate. nec requiritur, ꝙ interueniat auctoritas episcopi, & hoc modo procedit opinio. Archi. Secundus casus, quando sumus in malè ablatis. quorum dominium non transit, vel si transit competit repetitio, & tunc habet locum opinio Host. sc. vt non possit irrogare pauperibus absque auctoritate episcopi. Ratio diuersitatis inter vnum casum, & alium est, quia primo casu ille, qui habet, malè ablata potest facere inde eleemosynam, & habet ius dominij irreuocabile, licet illicitè, & ideò de suo potest per se, vel per alium dispone re sicut placet præsertim in pauperes, & hoc probatur in ca. non sanè 14. q. 5. & hoc tenent glo. s. allegatæ in euidentiali. In secundo vero casu non potest exinde eleemosynam facere. nec habet ius dominij: vel habet, non habet perfectè, quia competit repetitio eis cuius fuerunt malè ablata, vel eius hæredibus, & si non sunt hæredes, volunt iura in fauorem animæ illorum quibus facienda erat restitutio, talem restitutionem facit pauperibus tanquam in hoc suis hæredibus. & talis restitutio, non est facienda per eum, qui ad restitutionem tenetur, quia in hoc est suspectus: quia extraneus ab eo cui fienda erat restitutio, & à pauperibus quibus restitutio est facienda. & ab ipsis malè ablatis, quibus nullum ius habet. Sed fienda est restitutio per episcopum, qui est pater pauperum suæ diœcesis, & ordinarius iudex, de excep. cum venerabilis. cum simil. Sed limita istum secundum casum duob⁹ modis. Primò secundum Abb. Sicu. qui dicit, ꝙ si de malè ablatis non constat nisi per confessionem factam in foro pœnitentiali tunc creditur sibi si dicat se restituisse, quia in pœna de omni credituri cõfitenti, vt in c. significasti. de homicidio. & hoc casu non exigitur auctoritas epi. Secundò limita secundũ D. Domi. in d. §. sane. mandato ꝙ constet quem illicitè acquisiuisse, tamen si in veritate appareret illum dispẽsasse pauperibus sine fraude, talis dispositio debet approbari etiam in rebus, quarum dñiũ nõ trãsfertur. & competit repetitio. & hoc probatur in c. sicut dignũ. §. eos de homicidio. vbi text. loquit de rapina, & sic in casu, in quo competit repetitio. Et tamen ibi dicitur, ꝙ distributio facta pauperibus per eos qui extorserunt eis non prodest, cum extarent illi, quibus debebat fieri restitutio. ergo si non extarent valeret talis distributio. Et hoc etiam tenet D. Car. hic in fin. commenti. Dicit enim ꝙ etiam si extaret statutum episcopi, in quo dispensatio malè ab atorum incertorum reseruatur epo: tñ si ostenderetur epo dispensationem debitè factam, deberet eps eam approbare, al. egat notata per Pau. in clem. dudum. §. statuimus. versic. si verò de sepult. & hoc mihi placet. Et per hoc ego dico ꝙ si habens malè ablata dispensat ea pauperibus, coram testibus, tenetur episcopus approbare ta'em dispensationem. Nunquid autẽ valeat statutum episcopi reseruantis sibi dispensationem male ablatorum Io. And. dicit ꝙ sic. sed Paul. in clem. 2. de sepult. & in clem. religiosi de priuil. tenet epm posse sibi reseruare confessionem, & absolutionem peccati, non autem male ablatorum dispensationem. & istam opinionem tenet Io. Cal. & Do. Recuperus, de sancto mina: o, qui sic consulendo scripserunt, & cum ista opinione transit D. Dom. in d. c. 2 §. sanè. de testam. in vj & mihi placet, qñ sumus in casu in quo dispensatio põt fieri absque auctoritate episcopi: quia eps non potest statuere contra ius, vt in c. quod super his. de maio. & obed. & in clem. ne Romani. de ele. cum simil. Sed nunquid hæc ma'è ablata poterit eps dispensare ad reparationem ecclesiæ parochialis, Io. And. & D. Dom. in d. §. sanè. referunt disputationem factam per quendam fratrem Boetinum Priorem sancti Martini de Senis. & post multa concludũt quòd sic tribus concurrentibus, quorum si alterum deficit non poterit dispensare ad reparationẽ eccl ſiæ. Primum est quòd ecclesia indigeat reparatione, vel augmẽto, secundũ quòd facultates ecclesiæ non sufficiant ad reparationem. Tertium ꝙ hoc possit fieri sine graui pauperum damno, vt quia nimia fames tunc non immineat pauperib. aliàs secus. 86. dist. pasce, & dicit Ioan. And. d. Recuperum de Sancto Mimato disputando idem tenuisse. & idem dicit Bal. de legato facto pauperib. ꝙ stãtib. prædictis possit deputari per episcopum ad reparationẽ ecclesiæ, in l. si qs ad declinandam. C. de epis. & cler. Alex. de Ne.
a ¶ Sed Abb. Sic. nõ fuit recordatus ꝙ istã opinionẽ ponit Io. An. in add. Spe. in ti. de instr. edit. in §. nũc verò aliqua. in 6. aut 7. charta, attẽtis suis additionib. in 2. aut 3. col. vers. & scias. in addit. quæ incipit, de his j. & idem determinat qd Abb. Sic. h. c. Alex. de Ne.
b ¶ Ibi tex. in fi. dicit quòd omnia, quæ scelere acquisita sunt fisco competunt. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum quæsitum ex commercio damnato subiacet restitutioni, similiter ac quisitum per excommunicatum.*
2 *Pœna corporalis in subsidium pœnæ pecuniariæ non solutæ habet locum etiam de iure ca.*
3 *Quid est dictum illud quod dici solet quod fit remissio pœnæ, & culpæ.*
4 *Bona alicuius si fuerint confiscata simpliciter, non censentur confiscata bona acquirenda.*

CAP. XVII.

a AD LIBERANDAM. a Concilium generale repetit concilium Lateran. s. c. ita. & addit pœnam satisfactionis tempo-
1 re absolutionis impendendam. sed a ibi, etiam talib. † No. j. ibi, ex cõmercio dãnato ꝙ acquisitum ex cõmercio damnato subiacet
2 restõni: sed dic vt dixi s. c. prox. † No. 2. vbi quis est impotens ad
b soluendum pœnam debet castigari alia pœna corporali, b & ad
c hoc fa. c. fi. de dol. & cont. & in l. fi. ff. de in ius voc. c † No. vlt. ex fi.
3 quòd pœna qñq; imponitur non tñ ad castigationẽ delinquentis: sed vt cæteri metũ habeant, seu arceantur à similib. cõmittendis. fa. l. aut facta. ff. de pœn. in fi. Sed quia decisẽ hic continebantur multa priuilegia eorũ, qui vadunt in subsidiũ terræ Sanctæ. & inter alia cõfertur priuilegiũ plenę remissionis qd vulgariter dr̃e missio pœnæ & culpæ: quæro vñ ꝓcedit hoc vt pro modico fiat plenaria remissio pœnæ. cũ scriptũ sit nullũ malũ impunitũ. &c. & qd pœna cõformis debet esse delicto. 24. qu. 1. nõ afferamus. & in c.

ADDITIONES.

a ¶ Ad liberandũ. Istã dec. all. gl. xj. q. j. clericũ, ꝙ familia gaudet eodẽ priuilegio. quo dic. Sed credo, ꝙ velit allegare in parte decisa. in ver. nota vlt. ibi: fiat plenaria remissio. & c. Nota de remissione à pœna, & à culpa digna late, vide per Pe. An. in rep. reg. pctũ. in 3. opp. Et adde qd no d. Ab post doc ĩ c. inter o. era. s. de spõ. Sed pro fundamento huius materiæ vide Io. de Im. late scribentem. in cle. j. de iudæ. in vlt. char. de Bellentz.
b ¶ Corporali. Addean non habens in ære debeat semper pati in corpore: & qd si venerit ad pinguiorẽ fortunã. Lu. Ro. sing. suis.
c ¶ Sed dic, ꝙ aut quis tenetur ex ꝯctu, & tunc si non põt soluere non debet pari aliquam iniuriam. sed sufficit ꝙ cedat bonis, aut tenetur ex delicto, seu ex dolo, & tunc si non potest soluere, debet castigari pœna corporali. & hoc modo dẽt intelligi illud qd vulgariter dicitur qui non habet in ære, luat in corpore, de quo vide gl. 14. q. 6. si res. & 86. dist. non satis. A. ex. d. Ne.

& in c. quæsiuit. de his quæ fi. à ma. par. ca. Sol. multa possent dici circa hoc: & concluditur. sciendum quod vna est ecclesia vniuersalis. q. vij. conuenientibus. & huiusmodi ecclesiæ, seu corporis est sponsus ipse Christus in c. debitum de biga. & pa. est vicarius, & summus administrator iuxta illud, quodcunque ligaueris &c. 24. q. 1. quodcunque. Item prætermittendum, ꝙ in hoc corpore vniuersalis ecclesiæ multa sunt bona irremunerata: vt mors Christi, cuius vna sola gutta sanguinis fuisset sufficiens ad redimendum totum humanum genus: item passiones innocentium & martyrum: ex quibus & alijs meritis constat thesaurus ecclesiæ, cuius plenam dispensationem habet pa. vnde cum remittit alicui pœnam videtur hunc thesaurum communicare: vt sit sensus, ꝙ in recompensationem illorum bonorum remittit hanc pœnam: nã sicut malum non debet impunitum esse: ita bonum non debet esse irremuneratum: fit ergo quędam recompensatio hinc inde. & hanc remissionem cum certa limitatione possunt facere inferiores prelati. in c. cum ex eo. de pen. & re. quia & ipsi electi sunt in partem solicitudinis, vt in ca. ad honorem. de auth. & vsu. pa. & valet talis indulgentia seu remissio etiam quo ad pœnitentiã iã impositã, seu imponẽdam, vt in c. cũ ex eo. prælle. & quod no. in c. quod autem. eo. tit. vbi dicam. ¶ In glo. in ver. totũ ibi simile crimini vsurarum. sed melius potest æquiparari pecuniæ simoniacè, quæ restituitur ecclesiæ in cuius contumeliam data fuit, & aliquando cũ duplicatione in c. audiuimus. s. de simo. & per id quod sequitur hic in glo. potest solui istud contrarium de c. ꝑce. vbi nulla pecunia illicite habita tñ restituitur & dispẽsatur in pauperes Christi, sed hic restituitur duplicata. nã diuersitatis ratio est, qa hic plus deliquerunt ideo plus puniuntur. Sed
3 tex. opp. & vr̃, ꝙ ista pœna non potest hr̃e locum per. c. ita. s. eo. ti. vbi bona confiscãtur, ergo hanc restitutionem facere non possunt. Sol. est multiplex fm do. potest. n. hocc. intelligi ante confiscationem, vel quod imponetur tpe cõfiscationis: vel intellige
4 tur de bonis acquisitis post confiscationem. † Nã simpliciter cõfiscatis bonis alicuius non intelliguntur cõfiscata bona postmodum acquirenda, vt colligitur in c. felicis. de pœn. libr. 6. & in l. si mandauero. §. is cuius. ff. man. vel dici potest, quòd ecclesia impo
a nit hanc pœnam sed princeps secularis aliam imponit. a

ADDITIO.

a ¶ Vult referre in hoc vltimo verba Inn. & nõ bene refert. Nã Indicit ꝙ pœna cõfiscationis, & qd faciunt serui capientium imponitur per principes seculares. sed pœna de qua in ver. & talib. l. ꝙ absoluãtur ab excõicatione imponitur per ecclesiã, & cũ hoc dicto In. transeunt oẽs Doc. ideò ipsum not. qa ex ipso sequitur ꝙ ꝙq; delictũ sit ecclesiasticũ, ecclesia nõ possit laico infligere pœnã temporalẽ, nec etiã iudex ecclesiasticus, de quo dixi s. e. postula.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi possunt emere iura, & introitus alicuius prouinciæ tamẽ pro eis exigendis eligitur aliquis.*
2 *Christianus non suspectus per quem ipsi iudæi consequuntur dicta iura, qui tamen christianus non est per ipsos iudæos eligendus. 2.*

CAP XVIII.

1 EX SPECIALI. † Iudæi vel pagani publicis officiisa præficiẽ-
a di nõ sunt & si eis regalia iura vendantur ad ea colligẽda præficiendus est Christianus nõ suspectus. In prima parte ponitur culpa regis, & excusatio. In secda ꝑ vtrũque ꝓuidetur. ibi mandamus. Casus literalis. Rex portugaliæ in officiis publicis Christianis præferebat iudæos ꝑ cõcilium generale. s. c. c. cũ sit. vnde mã dat papa duob. epis, quatenus regem ipsum moneãt, & inducãt, ne in publicis officiis iudæos præficiat christianis ꝑ cõci. gñale, ꝙ si forte reditus tuos iudæis vẽdere voluerit vel paganis aliquem christianũ deputet nõ suspectũ de grauaminib. clericis inferendis; & per illũ iudæi & saraceni siue christianorũ iniuria iura regalia cõsequãtur, Ber. Not. j. ex tex. ꝙ officiũ publicũ nedũ est iudeis
b inter Christianos, phibitũ, & interdictũ, b sed etiã quodlibet officiũ, seu cõmercium per qd christianis aliquod potest ingeri gravamen. No. 2. ꝙ licite etiã reditus regales vẽdũtur iudæis, & aliis
c paganis. nõ ergo omne cõmercium interdictum est inter Chri
2 stianos & iudæos. † Item not. ibi; deputet. ꝙ ad colligẽdum istos reditus vẽditos iudæo vel pagano electio debet fieri per principem secularem & nõ per iudæum emptorem, nã si ipse eligeret, posset committi fraus. Gl. sunt faciles hic videas.

ADDITIONES.

a ¶ Officiis. & ideo dicit Bar. in l. fi. C. de iud. ꝙ illũ text. quòd Iudæi studẽtes nõ põt doctorari; qa doctoratus est dignitas, vt ĩ c. quã to. de mag. Et adde quòd hic or. non solũ est verum in iudæo, vt in ca. nulla officia. 54. dist. sed in Christiano nouiter cõuerso ad fidẽ, text. est singularis fm intellectũ gl. j. ibi in ca. constituit. 17. qu. 4. & etiã ipsam ad hoc alle. Lu. Ro. in suis sing. pro quo facit tex in c. j. & 2. 18. dist. Et ꝙ dixi de doctoratu. tenet, Abb. in c. j. 4. q. Et sicut iudæus, vel hæreticus non admittitur ad accusandũ. vt 1 c. alieni. & in c. si hæreticus. 2. qõ. 7. in c. 1. & 2. 3. q. 5. ita nec admittetur hæreticus ad fidẽ nouiter reuersus. Textus est iudicio meo singularis. in c. nõ põt. 2. q. 7. ꝙ quo facit c. accusatoris. 3. q. 5. Et adde hic gl. & ꝙ ibi no. 44. dist. in summa. Iudæus autem si tutor põt esse, textus est in l. spadonẽ §. iam aũt. ff. de excu. tuto. Sed an id sit verum vide per Bar. in rub. ff. de insti. & iure. & per. Lud. Roma. l. pactum dotali. C. de collatio. nam. vr̃ dicendũ ꝙ non possit esse, qa cum tutela sit ius & potestas in capite libero. & c. vt dixit text. in inst. de tutelis, in prin. & Iudæus sit subditus christianis, vt dicit. tex. in c. Iudæi. s. de testi, & in c. si Iudæos. s. e. ergo tutor esse non põt. Sed pro parte, ꝙ possit esse tutor est tex. in ca. infames. ver. item si ꝑ partẽ tutelam. q. 7. & in l. j. §. his igitur. sed est æquissimũ. ff. de postulan. Itẽ scias ꝙ Iudæus põt esse procurator. h. d. tex. in d. l. spadonẽ. §. iam aũt. ff. de excus. tut. vbi et dicit, ꝙ im munitas concessa incolis certi loci extenditur ad iudæos. Et dicit ꝙ super hoc habuit ꝑsulere. Et super hoc vide Io. An. in cap. ꝙ humani. super verbo quempiam Christianorũ. de hom. li. 6. vbi dicit, ꝙ si ꝑstitutio facit mẽtionẽ de hõibus comprehẽdit Iudæos, secus si diceret christianos, put loquitur ille tex. Item scias ꝙ Iudæus non põt esse aduocatus. textus est in l. nemo. C. de postul. Itẽ iudæus põt esse arbiter. text. est in l. iudæi romano. in fi. C. de iudæ. Nec est mirũ ꝙ infamis possit esse arbiter. vt in l. pedius. ff. de arbi. & 2. q. 7. in c. tria. ver. si ꝙ patrem, Iudæus tñ vel hæreticus nõ debet esse iudex, vt dicit Spe. in tit. de leg. § excipe. versũ. dic ꝙ est Iudæus. si tñ fuerit compromissum in Iudæum licet valeat compromissum non tñ est arbiter. Et ideo istud quod loquitur in arbitro, non habet locum in iudæo in quem fuit compromissum. Textus est optimus ad hoc in l. Iudæ Romano. versic. ad similitudinem arbitrorum. & in ver. tanquam ex sentẽtiis, ex quo optime probatur, quod proprie non dicitur arbiter. de Bellen.
b ¶ Interdictum. Adde quod voluit Ancha. consi. cclxxxj.
c ¶ Commercium. adde Lud. Ro. consi. 459.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à coniunctione duarum legum validum est in iure.*

CAP. XIX.

a NVLLI. a Se summat & tria facit. dictum ponit, mercatori prouidet. prouisionem determinat. secunda ibi, quod si. tertia ibi: si autem. ¶ Casus literalis Iudæi emebant seruos Christianos & eos in suo seruitio retinebant, quod fieri non debet. vnde statuit conci. generale. quòd non liceat iudæo baptizatum vel baptizari volentem emere, vel in suo seruitio retinere. Secundo dicit ꝙ si aliquis iudæus causa mercimonij emeret aliquem nõdum ad fidem conuersum, & postmodum factus fuerit vel desiderat Christianus fieri dentur ab aliquo. 12. solidi, & ille, ab illius seruitio subtrahatur. si vero intra tres menses ipsum venalem non exposuerit, vel ad sibi seruiendum emerit eundem. nec ipse vendere, nec alius audeat comparare sed nullo dato prætio ad libertatem perducatur. Ber. Nota. j. ex text. regulam, quòd baptizatum, vel baptizari volentem non potest iudæus in suo seruitio retinere. Et quo infertur, quòd si iudæus emit baptizatum seu baptizari volentem non tenet venditio. & ita sic emptus eripitur in libertatem nullo refuso pretio, quod probatur. 54. dist. mancipia. & in le. prima. C. ne mancip. christi. de materia vide bon. gl. 54. dist. cap. generalis. §. hoc tunc obseruandum. dixi plene in c. j.
b s. eo. Et ex hoc & ex text. no. ꝙ pari b priuilegio gaudet, id est ad esse, ꝓductũ, sicut ꝙ est in fieri: nã quæ incontinenti fiunt videntur inesse in ca. officij. de elect. & l. lecta. §. dicebam. ff. si cer. pe. &
1 leg. ꝙ ait lex. §. ꝙ ait. ff. de adulterijs. † Not. 2. ibi. nec ipse vendere nec alius audeat cõparere, ꝙ si vnus prohibetur aliquid vẽdere prohibetur alius emere & sic dispositum in vno correlatiuorũ extenditur ad aliud. no. Bar. in l. fi. C. ne fide. do. & dixi in capi. j. de loc. ¶ Sed quæro quia hic dantur tres menses ad exponendum seruum

ADDITIONES.

a ¶ Nulli. Pro intellectu hui⁹ decretalis vide omnino ꝙ scripsi post Abbatem in c. j. s. eodem. de Bellentz.
b ¶ Quod pari. Ad hanc regulam vide cumulata per Ias. in l. admonendi. in lectura. versi. tu ex isto intellectu secundo. ff. de iureiu. & ibi inter alia refert ꝙ priuilegium concessum ecclesiæ consecratę, habet locum in basilica nondum consecrata, sed de proximo consecranda. vt tenet Abb. in c. ecclesia. in 3. no. s. de immu. eccle. Sebast. Sapia.
c ¶ Vnde alibi dicitur ꝙ de proximo vngendus habetur pro vncto, vt l. pe. ff. de testam. mil. Alex. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruũ emptum cã mercimonij qñ incipiunt isti tres mẽses curre
re.dicit Hos.q à tpe vẽ. ltiõis & traditionis.i.post venditionẽ &
traditionẽ serui facta.adeo:quia ex tunc acgsiunt dñium serui&
habuit facultatẽ exponendi.inst.de rerum diui.§. per traditionẽ.
& C.de pact.l traditionibus. Io.An.dicit,q à tpe quo ille seruꝰ pe
tijt christianitatẽ hoc dictum Io.an.habet æquitatẽ,vt emẽs ser-
uos omnino paganos causa mercimonij nõ teneatur eos intra
istud tẽpus exponere venales:qa forte nõ videt tempus cõgruũ
sed satis est q exponat seruum venalem intra tres menses à tpe,
quo petijt christianitatem Sed dictum Hosti.vr verius. nam ex
quo non exposuit seruum venalẽ intra tres menses,præsumptio
est,q nõ causa mercimonij sed ad sibi seruiendum alias semper
fraus posset fieri:qa diceret se emisse causa mercimonij & post-
quam seruus diceret se velle effici christianũ exponeret eum in
tra tres menses & sic nunq̃ haberet locũ finis huius ca. & c. fra-
a ternitatem. 54.dist.a ¶ † In gl.in versi.12.solidis b in fi. sed glos.
1 non declarat de qualitate monetę cum in loco sit moneta aurea
& argentea.Vin.intelligit de aurea q probatur ex coniunctione
duarum legum.nam in l.cum ex falsis. ff.de ma. test.dicit quòd
seruitus præstita ex falsis codicil. non debet reuocari datis 20.so
lidis.& in l.papinianus.§.fi ff.de inoff.test. fit mentio in simili ca
su de 20.aureis. & sic debet intelligi de solidis aureis quorum
72.faciunt vnam libram auri.G.de fusce.& ar.l.quoties.l.x. & idẽ
sentit glo.in simili.& in l.quicunque.C.de ser.fugi.& dixi in c.j.
c ℨ.e.c Et satis est vero simile quòd ius intellexerit de aureis: nam
ridiculum esset vt pro bono seruo darentur 12.solidi argentei
nam modicum esset,quod not.

ADDITIONES.

a ❧Io But.transit cum Io.An.sed D.Card.dicit,q tres menses inci-
piunt currere à tempore quo seruus potuit exponi venalitati:
quia non valenti agere non currit præscriptio,vt in l.j.in fi.C.de
anna.excep.& in c.quia diuersitatem.de concess.præb.Al.de N.
b ¶ Solidis.vtrum qñ fit mentio de solidis debeat intelligi de au-
reis quorum septuaginta duo faciunt vnam libram auri,est di-
cendum q sic.idem dicit gl.in §.nos autem.in verbo.solidis.inst.
de auth.tut.& gl.in §.fi.instit.de pœna teme.liti. Et idem vide gl.
in verbo solidis.in c.j.xij.q.3.Et adde q si statutum imponit pœ-
nam solutionis aureorum intelligitur de aureis,qui currunt tẽ-
pore quo fuit conditum statutum.Ita dicit Spe.tit.de obli. & so-
lu.§ nunc aliqua.& Bald.in l.illud.C.de sac.san.ecc.circa finem.
Et idem dicit Io.de Imo.in cle.si beneficiorum.de deci.Et ideò si
tempore conditi statuti septuaginta duo ex aureis qui tunc de-
bebant solui constituebant libram auri,nunc deliquens nó sol-
uet sm illam mensuram sed sm mensuram aureorum nunc cur
rentium.Et rationem reddit Io.de Imo.quia ex mutatione mo-
netæ videtur alterata seu minuta pœna statuti. Et vide omnino
q eleganter scribit Pau.de ca.post gl.& Bar.in l.fi.in fine princ.v-
bi dicit q qñ in iure fit mentio de solidis intelligit̃ de illis quo-
rum septuagintaduo faciebant libram auri.Et ideo dicit,q cum
hodie ad computationem quingentorũ de illis solidis fortè ve-
nirent octoginta de nostris quibus hodie vtuntur ad rationem
florenorum nostrorum poterit fieri donatio sine insinuatione
forte vsque ad octingentos aureos. Quod est summè notandũ
pro intellectu.l.sancimus.C.de don.Secus dicit esse in statuto,qa
si in statuto sit mentio de solidis intelligitur de his qui sunt in v-
su:quia statuta debent intelligi secundum communem vsum lo
quendi,vt leg.librorum.§.q tamen Cassius.ff.de lega.3.Item vide
An.in l.sancimus.in princi.de donar.vbi dicit q illa lex loquens
de solidis intelligitur de aureis quorum septuaginta duo facie-
bant vnam libram.Et allegat.leg.j.C.de ponde.auri.libro.x.adde
hic gl.in l.fi.ff.de in ius vocan.per Bar.post gl.in l.quicunque.C.
de seruis fugitiuis.Io.an.in addi.Spe.in tit.de instru.editio. §.por
ro.in fine.& Pet.de anch.in cle.si beneficiorum.de deci. post gl.
ibi.de Bellentzi.
c ¶ Do.Car.hic dicit q aurei,quorum nunc communis est vsus.86.
faciunt vnam libram auri.Sed dic q si promittuntur solidi aurei,
intelliguntur de his qui currunt secundum consuetudinem re-
gionis,de quo vide optimum tex.cum glos. in l.super stipulatio
nibus.ff.de reg.iur.& hoc tenet Abb.Sic.in c.j.ℨ.eo. Alex.de Ne.

3 ¶De hæreticis.a Tit.vij.

ADDITIO.

a ¶De hæreticis.Adde quis dicatur hæreticus.Old.cõsi.cx.& vide
multa per Cal.ad materiam in consiliis suis,hoc tit.
a ¶De hæreticis.Super ista rubrica vide Bar.in l.j.C.qui accu. non
pos.Item videas quæstionem de infidelitate per beatum Thom.
2.2.q.4.& vtrum hæresis sit infidelitas per beatum Tho.2.2.q.xj.
artic.j.& quæ dicatur propriè hæresis vide per sanctum Thomã
in 4.senten.dist.3.q.2.art.j.vbi etiam ponit quæ differentia sit in
ter schisma & hæresim.de quo scripsi.potest etiam Abb. in rub.
ℨ.de schism. de Bellentz.

¶ Continuatio Rubricæ.

¶ Supra visum est de his qui non baptizati Deum blasphemant
malè colendo:competenti ordine,videndum est de illis qui iam
baptizari incidunt in hæresim,& ideò meritò,& competenti or
dine hæc rubrica ponitur.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis,vel hæreticus dici non potest ille qui aliquando super fide dubitãs non perseuerat in illa cogitatione.*
2 *Hæreticus non est ille qui errat in fide tamen credit illum errorem esse fi-dem,& paratus est se corrigere si aliud tenet ecclesia.*
3 *Infideles non possunt esse testes contra christianos.*

CAP. I.

DVBIVS.Breue est, vel per alia verba potest sic sum-
mari,infidelis est qnõ habet certitudinẽ fidei,& ifideli
non est credendum in præiudicium alterius. ¶ Not.j.
ex text,quòd fidelis debet habere certitudinem & nul
lam secum admittere dubitationem.concor.cap. firmiter. ℨ. de
1 sum.tri. ¶ † Sed contra hoc, & contra text. oppo. a & videtur,
a quòd omnis homo sit infidelis. nam nullus homo reperitur
qui aliquando ex scrupulo cõscientiæ non dubitet in fide.& de
resurrectione mortuorum,& de creatione mundi &similib.Sol.
dicit Io.And,& bene q in tex.debet intelligi de dubitatione quę
habet in se firmitatem animi,& quandam pertinaciam, vt quia
perseuerat in illa dubitatione:secus si incidat in cogitationẽ, vel
dubitationem,ex primis motib.quib.nõ assistit, sed resistit cõfir
mando se fidei ecclesiæ:quia tunc potiùs patitur ex illa cogita-
tione,& meretur potius,q̃ demereatur desistendo,nam quando
quę etiam inuitus quis pollluitur prauis cogitationib.& ꝓpriè
dicuntur primi motus,qui nõ sunt in potestate hominum.ideò
non imputantur ad culpã de hoc quod habetur in palea.sed pen
sandum.6.dist.& de istis primis moribus,intellige dictum Apostoli,tentatio vos non apprehendat,nisi humana.vide tex. de pœn.
dist.2.inter.& sic etiam intellige illud Psal.Beatus qui tenebit, &
elidet paruulos suos ad petram.Psal. 146.vide quod no.in rub.de
b sum.tri.& fa.34.q.2.hæc est fides.b Sed quæro quid intendit lite
ra in fi.ibi qui fidem veritatis ignorant.sol.expone.i. qui veritatẽ
2 fidei ignorabant siue baptizati sint siue non. † Et intellige qñ se
c non cõfortauit in fide ecclesiæ.nã si quis erraret cin fide,& crede
ret illã esse fidẽ ecclesiæ & paratus est se corrigere, si aliud tenet
ecclesia iste non est hæreticus:quia fides ecclesiæ est fides sua ex
quo se refert ad fidẽ ecclesiæ,vt in c.2. de summ.tri. & q ibi no.
3 & in d.c.hæc est fides.cum ibi not.¶ † Vlti.argue ex hac litera ibi
d nec eis omnino credendũ:qd infidelib.d & hæreticis non est alit
e quid credendũ in præiudiciũ aliorum:enã ex quo sunt infideles
Deo non præsumuntur fideles hominib.& ideò in testes non ad
mittuntur contra christianos.2.q.7.c.non potest.& c.pagani.f
f

ADDITIONES.

a ¶Oppo.Vide quod no.Bal.in c.fi.de consue.vers. scias tamen,q
dubius.& quod no.d.Ant.& do.post gl.in c. fi.de præscr.de Bell.
b ¶Vide tex.de pœn.dist.j.super trib.dicit q primum peccatum est
cogitasse quæ mala sunt,quod intellige per delectationem. sm
cogitationib.acquieuisse peruersis,s.per cõsensum. & primũ est
veniale.sm mortale.tertium est peccatum opere completũ.quar
tum est non agere pœnitentiam, & suo sibi complacere delicto,
s.perseuerando:& vide omnino tex.de pœn.dist.2. sicut tribus.Alex.de Ne.
c ¶Erraret.Vide Alb.de Ros.in 3.par.stat.qu.32.vbi dicit se defen-
disse ex hoc quodam Mediolanenses imperitos de hæresi in cu
ria Romana.refert Bart.Veron.in cautel.205.& caut.237.& Sal.
in rub.C.de sum.tri.& fid.cath.Seb.Sap.
d ¶Infidelib.Adde de hoc Hip.de Marsi.sing.suo 41. inci. Iudæus nõ
potest.Quod ego amplio procedere etiam in conuerso ad fidẽ.
Ita no.idem Hip.de Marsi.sing.107.inci.priuilegiũ ciuitatis.post
med.ibi:non dicit q iudæus,quod tamen Fel.restringit vt intelli
gatur in nouiter conuerso,& baptizato.ita no.in c.iudæi.lo 2.in
princ.& ibi ponit & quasdam fall.ad hoc dictum ℨ.de iudæ.Za.
e D.Card.hic dicit q verbum,omnino, propter negationem præ-
cedentẽ idem importat quòd, nullo modo,simile de iura.cal.in
pertractandis,vbi pp duplicem negationem sequentem verbũ.
omnino,importat plenam affirmationem.Alex.de Ne.
f ¶Vide etiam bonum tex.in c.j.de testi.vbi de hoc.

SVMM

SVMMARIVM.

1 *Error præsumitur aliquis quando non resistit aliorum errori cum possit.*
2 *Non caret scrupulo societas occultæ q manifesto facinori desinit obuiare.*

CAP. II.

a QVI ALIOS.a Breue est,vel põt sic summari. Errare in fi-
de conuincitur qui alios errantes cum põt, ab errore nõ
1 reuocat.¶ † No ex tex.malum præsumendum contra pręsentes
& tacentes aliorum errores,nam error cui non resistitur appro
batur.83.di.error.in capitulo,quid enim ꝓdest. ¶ Sed quæro de
quo errore intelligitur iste tex.So.debet intelligi de errore fidei
vt faciat ad rit.potest ẽt intelligi in quolibet errore:nam errare
præsumitur,qui errantib.cum potest,non resistit: sicut alibi dici
b tur non carere b scrupulo societatis occultæ qui manifesto faci-
nori desinit obuiare:vt in præall.c.qui potest.& in capitulo,dile
cto.de sentent.excom.lib.vj.sed præsertim habent locum fauore
fidei,& quandoque magis peccat aliquis quam ille qui errat,vt
quando defendit illius errorem: quia ipse non solum errat, sed
c alijs offendiculum erroris præstat.24.q.3.qui defendit.c ¶ In gl.
ibi:à peccato committendo vel potest dici sm Io. An. q fauore
fidei text.iste intelligitur indistinctè,siue peccatum commissum
fuit,siue committendum,vel propter perseuerantiam in pecca-
to potest dici peccatum committendum.& certè etiam glo.ha
buit bo.intellectum.nam debet gl.intelligi de peccato commisso
& non perdurante:tunc enim ad solum prælatum spectat correc-
tio:licet si habet iterationem,vt quia est peccatum successiuũ,
tunc quilibet debet alium corrigere iuxta denuntiationem Euã
gelicam.vnde dicebat Hos.q iudicialis correctio spectat ad solũ
prælatum:vt in iure alle in gl.sed Euangelica spectat ad quemli-
bet.Et vt aliquid offerat specialitatis hoc possumus dicere,q qui
potest alium reuocare ab errore fidei,& non reuocat, indistinctè
d peccat.d Sed de alijs errorib.an,& quando quis teneatur reuoca
re,seu denuntiare.dic vt plenè no.in c.nouit.de iud. & 2.qu.1.si
peccauerit.

ADDITIONES.

a ¶Qui alios.Vtrum hæretici sint tolerandi,vide per B.Tho.in 2.
q.11.arti.3.de Bellentz.
b ¶Non carere.Ad hæc faciunt quæ scribit Decius post alios.in c.
j.in gl.j.ℨ.de off.dele.vbi traditur an quis teneatur periclitantem
iuuare.Secba.Sapia.
c ¶Vide bonũ tex.11.q.3.qui aliorum errorẽ defendit.Alex.de Ne.
d ¶Sed ista specialitas nõ colligitur ex tex.imò tex.probat potiùs
ℨrium,qui loquitur de existente in errore,non autẽ de illo qui
correctus amplius nõ est in errore,vt patet ex litera. Vnde si egis
set pœnitentiam,& cognosceret viam veritatis, non posset ab
errore reuocari hoc etiam probatur.fundat se in regula,quę est,
statuta in quocunque errore.sine sit in fide,siue in alia re,vt in c.
error.cum duob.seq.83.di.& in ca.facientis.86.dist. Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus si suum errorem non extirpauerit,impossibile est quòd vitã æternam possit consequi etiam si fecerit omnia bona operam hoc modo pro nomine Christi.*
2 *Hæresis,& schisma fraternizant,licet in aliquo discrepent.*
Hæreticus est credens posse fieri duos papas veros.
Excommunicati largo modo appellantur hæretici.
3 *Hæretici vnde dicantur.*

CAP. III.

FIRMISSIME.Hæreticus perseuerans æternaliter damna-
tur,cui nec prodest baptismus,nec eleemosyna,vel martyriũ,
vel aliud quandoque bonum quo ad hoc,vt consequatur vitam
æternam.secunda ps ibi.omni homini.Casus literalis.Quæsitum
fuit ab Augustino,vtrum hæreticus,vel schismaticus saluari pos
sit.respon.Aug.teneas & nullatenus dubites,quòd omnis hæreti
cus & schismaticus cum diabolo,& angelis eius æterni ignis in-
cendio punietur,nisi ante finem vitæ catholicæ ecclesiæ fuerit re
conciliatus:quia nulli homini de mundo,qui ecclesiæ catholicæ
non tenet vnitatem,neque baptismus neque eleemosynæ quã-
tuncunque copiosæ aut mors pro nomine Christi susceptæ pro
ficere potuũt ad salutem.Ber.¶ No.j.ex tex.quòd fides debet ha
bere quandam firmitatem,& nullam prorsus dubitationem.
1 † No.2.quòd hæreticus quantuncunque in aliis bonus,& qualia
cunque bona opera exercens non potest saluari, si in illo errore
deced tilla tamen bona opera nõ sunt ex toto deperdita,sed va
lent ad minus supplicium subeundum.nam non cruciabitur ira
acriter,qui 13 sit hæreticus aliqua bona opera exercebat, sicut
is,qui cum hæresi semper iacebat in peccato: & hoc voluit hic
tex.in fi.dum dicit proficere poterit ad salutem.id est vt habeat vi
tam æternã: ad alia ergo ꝓficiunt,quæ habẽtur hic in gl.in fi.vi
de q legitur & no.de pœ di.3.c.fi.§.fi.& in c.qd quidam. de pœ.
a & remis.a ¶ † Vltimò collige ibi hæreticum ve schismaticum,
2 q hæreticus,vel schismaticus equiparantur.nam schisma nõ est
sine hæresi,qa schismas sonat in diuisionẽ.qa schismaticus se di
uidit ab ecclesiæ sanctæ vnitate,vide bo.tex.24.q.3.iter hæresim,
& schisma.& hoc est regulare.fallit tũ in dicente se esse papã.& c
alium antipapã.nam isti non sunt hæretici.vnde est sch ma sine
hæresi,quia quilibet credit vnitatem ecclesiæ,& ecclesiam esse a-
b pud se,ita dicit gl.fing.25.q.1.c.j.idem dic de credẽtibus,b vt cre
dentes vni non dicantur hæretici ex quo credunt vnam esse ec-
clesiam quam dicunt cõsistere debere apud istum,secus si crede
c rent quemlibet contendentiũ esse papam,qa tunc ꝓpriè hæreti
ci essent.diuiderent em ecclesiã, & venirent ꝑ articulũ symboli,
& vnam sanctam ecclesiam,sic intellige gl.no.vii.q.j.non autem.
¶ Vlti.collige ibi fuerit incorporatus & reintegratus ecclesiæ.q
hæreticus est extra ecclesiam.& dicitur reintegrari,& incorpo-
3 rari per pœnitentiam ¶ † In gl.j.in fi.& dic sm Ho.q istis duob.
vltimis modis positi in gl.ꝓriè,& strictè dr quis hæreticus.Nam
in alijs præcedentibus casibus dr quis hæreticus largè. nam ex-
cõmunicatus dr hæreticus,quia se diuidit ab vnitate ecclesiæ,nã
per excommunicationẽ efficitur extra ecclesiam. 11.q.3. audi. &
largo sic modo iudæi, & omnes infideles possunt dici hæretici,
qa sunt extra vnitatem ecclesiæ.vide de prædictis bonã gl.34.q.
3.§.qa verò.Et dicitur hæresis ab electione erroris,vel ab errore et
ras,vel ab adhæreo,quia adhæret opinioni eorum, vel ab ercis-
co.quod idem est quod diuido,quia ab vnitate ecclesiæ sunt di-
uisi.In glos.fi.in fi.Idem valent bona opera quò ad illustrandam
mentem.nam facilius merebitur gratiam conuersionis, qui bo-
na opera exercet,quàm qui est semper in peccato.Item mortifi
catis peccatis interdũ illa bona opera surgunt.de pẽ.dist.3.firmi
ter.& generaliter vide in iuribus ad quæ §.remissi.

ADDITIONES.

a ❧ Et ibi habetur ad quid prosint bona facta in peccato
mortali,de quo vide gl.in ca nihil prodest.de pœ.di 3.Et nunqd
talia bona opera reuiuiscant,si talis redit ad gremium ecclesiæ,
& viuit absque peccato mortali,vide gl.de pœ di.3.in ca.& si fi-
des.§.quod autem.in glo.in ve bo.non præcipitur.quæ incipit.
Eece plenè.& de his omnib' vide omnino in d c.quod quidam.
& Host.in summa,de pœn.& remis.& an fictè.in j.& 2.resp. Item
quis magis torqueatur in inferno,an catholicus malus:an verò
hæreticus,qui in aliis est bonus,vide vj.q.j.in cap.quæro.§. item
vtrum.Item nunquid apud infideles sint veræ virtutes, si aliàs
sunt,vide tex.nota.28.q.1.§ ex his.Alex.de Ne.
b Credentibus.Vide Bar.in l.cum status.C.de or.cog.vbi dicit, q
tempore schismatis quis potest esse neutralis.And.Barb.
c ¶Esse papam.Adde Fel.in c.in ecclesiarum.circa prin.ℨ.de const.
Zach.

SVMMARIVM.

1 *Libris,& scripturis hæreticorum non datur fides aliqua.*
2 *Si duo contendunt de papatu debet concilium generale fieri cuius erit de hoc decisio,vel diffinitio quod congregabunt cardinales.*
3 *Scripturæ notariorum qui fuerunt de falso condemnati an faciant fidem.*
4 *Instrumentum si in vno capitulo,vel parte probetur, vel reddatur falsum an censebitur totum falsum.*
5 *Notarius damnatus de falso,an,& quando possit se rogare de instrumentis conficiendis.*
6 *Authoritates authorum damnatorum possunt allegari tanquam rationabiles.sed non tanquam authorizabiles.*
7 *Sacramenta recepta ignoranter ab hæretico tenent,secus si scienter.*

CAP. IIII.

FRATERNITATIS. Breue est,vel potest sic summari:
1 Scripta † per hæreticos non habent, fidem authenticam. vel
Damnato authore dãnantur eius scripturę,libri,& opera. Com-
munis diuisio.secunda ibi,cum cœlestinus.Casus literalis. Cœ-
lestinus, & Pelagius condemnati fuerunt de hæresi in Synodo
ephesina.Anthiochenus patriarcha dubitauit, an scripta ipsorũ
recipi debeant.Respondit papa quòd non,quia ex quo autho-
res damnati sunt quomodo scripta illorum admitti possunt.qu.
d.non possunt.Bern Nota.j.ex tex.q papa potest in concilio,seu
a synodo damnari de hæresi.nam in causa hæresis synodus est.
maior papa.vt not.glos.xix.distin.Anastasius,quam not. & vide
bon.glos.in cap.si papa.40.distin.& per Archid.in capitu.in fidei.

de hær

ADDITIO.

a ¶De hæresi.adde latissime per Lud.Ro.consi.vlt.

Universidad de Deusto

a de hære.li.6.a ¶† Idē dic vbi duo contendunt de papatu, & pro certo nescitur quis eorum sit verus papa-nam tūc concilium de
b bet congregari b & quæstionem decidere: vide tex.iuncta-gl.in c. si duo.lxxix dist.& non est alibi ita bo.tex-quò ad hunc articulū. Et ponit ibi Hugo vnum sing.dictum, q̄ poterit concilium con
gregari per cardinales, quando neuter contendentium vellet cō
3 gregare suam obedientiam in eodem loco.¶† No.2.ar.ex fi.lite
ræ.q̄ scriptura per notarium confecta, postquam fuerit ꝑdemna
c tus de falso in suo officio commisso non debet recipi ꝑ tanquā
d authentica: quia ex quo damnatus est author, opera sua non fa
ciunt fidem.pro hoc in notatio.est tex.opti.in l.si quis.C. de suscep.& arca.li x.facit tex.cum gl.in l.si quis ex argentariis.§ j ff.de eden.& ad hoc quotidie solet allegari ista litera.& circa hanc ma
teriā Inn.hic posuit bo.gl. quæ quotidie solet allegari per cano. & legist.Et vt habeatur eius gl.clara & ꝯclusiua.quæro nunquid indistinctè, scriptura cōfecta per notarium falsum, sit nulla. Sol.
capiendo mentem Inn.q̄ aut loquitur de instrumentis confectis post falsitatem comm sam, per notarium, vel ante. Si ante tunc ex quo notarius tolleratur in officio valent, licet postea sequatur damnatio seu depositio: quia gesta ratione publici officij nō retractantur propter publicam vtilitatem: licet postea sequatur depositio: ad hoc l.barbarius.ff.de off.præto.& 3.q.vij.c.infamis.
§.tria.ver. verum. sed instrumenta confecta post damnationem
e non valerent: vt hic in præal.l. si quis. e ¶ Sed dubium est quan-
4 do ante damnationem notarij reperirur vnum instrm habens plura capitula, & in vno capite est admixta falsitas, nunquid pp
f falsitatem in vno capite admixtam reprobetur totum f instrm.

Quidam

ADDITIONES.

a ¶ Vide gl.no.in §.hinc etiā. 16.di.quæ dicit q̄ Papa habet auctoritatem principaliter à Deo, secundariò à concilijs. Sed in ꝯtum gl.in præal.c. Anastasius. dicit q̄ Papa nō tenet ꝯgregare concilium nisi in causa fidei.& illa glo.multū consueuit allegari ꝑ dicentes, q̄ Papa tenetur ꝯgregare ꝯcilium de decennio in decennium. Nam hoc non est verum, s.q̄ teneatur congregare concilium, nisi in causa fidei. Item facit contra eos, qui dicunt q̄ Papa non potest exercere ardua absque consilio Cardinalium, pro qua opin. facit tex.in c.per venerabilem.§.rationibus.qui fil.sint leg. Sed communiter tenetur contrarium, & ille §.rationibus. loquitur de honestate, de quo dic, vt in ca. super eo.de hær. in vj.& in c.gestis.de cle.non resid. Sed rex.in c.maiores.de baptismo.in princ. probat, q̄ causa fidei spectat ad solum Papam, & sic non tenebitur conuocare concilium, quod est contra glo.in c. Anastasius. sed dic, q̄ aut Papa vult determinare dubium spectans ad fidem non determinatum per sacram scripturam, vel per canones, & tunc non tenebitur congregare concilium. sed solus potest determinare. Aut vult determinare in causa fidei ꝑ determinationem factam per ecclesiam, & non potest nisi cōuocet concilium: hoc modo loquitur glo.in d.c. Anastasius. & ita concordat Abb. Sic. in præalle.ca-maiores. & plenè dixi.de potestate Papæ. & an sit supra concilia, & an possit solus reuocare constitutiones factas in conciliis. & an, & quando ꝯcilium possit resistere Papæ, vel ei non obedire, in cap.cum ad monasterium. §. fi. de sta.monach.

b ¶ Debet congregari. Adde q̄ consuluit Pe.de Anc.cum B. & C.de Papatu contendebant, ex consili.70. Et quis debet congregare concilium vide Card.consi. 154.

c De falso. An propter falsitatem commissam à notario in vno instrumento, alia instrumenta reddātur suspecta, vide Bal.in l.2.§. miles.ff.de his qui no.infa.& in l.iubemus.§ sanè.C.de sacro.san. ec.& in c.j.in prin.de leg.Corra.cum alle.per Alex.in l.militibus. C.de testa.mili.Seb.Sap.

d ¶ Non debet recipi. Adde Paul.de Ca.consi.162.

e ¶ Tu autem plenius distinguе, & facies quatuor casus. Primus est, quando falsitas processit à vitio notarij, vt quia scripsit aliquid falsum in instrumento circa substantialia, puta si vendorem pro centum, ipse scripsit de quinquaginta. Nam res, & pretium sunt de substantia contractus, vt in §.precium. Institut.de emp.& vend. Aut circa circunstantias negotij, verbi gratia, promisi soluere de pecunia argentea, ipse scripsit de aurea. Nam licet hoc mendacium sit pium & vtile vtrique, instrumentum in totum vitiabitur, vt dicit hic Inn.& doct.& idem dicit Spec.in titu. de instrum edit.§.instrumentum.versi.quid si aliquod instrumentum & de testi.§.j.versi.item q̄ aliquid de suo. Sed Io An.ibi dicit q̄ mendacium non est pium, nec vtile vtrique quia licet sit vtile recipienti quòd soluatur de pecunia aurea, non tamen est vtile soluenti, & vbi mendacium alteri est damnosum, & alteri vtile, est pernicioſum mendacium, & est peccatum mortale, vt in c.primum. 22.q.2. Tamen dictum Innoc. & Doc. est verum in se: & hoc habet locum, siue notarius immiscuerit falsitatem scienter, siue ignoranter: quia non debuit ponere in instrumento nisi quod in veritate vidit. nec potest prætendere ignorantiam 3.q.9.testes.& ca.ornamur.& c.pura. Idem dicit Inn.& Docto. de teste. Idem tenet Spec.in tit.de teste.§.1.versicu.item quòd aliquid de suo. Sed Bald.in l pen.C. de transact. dicit quòd si in dicto testis reperiatur admixta falsitas per errorem, non vitiatur dictum testis: quia falsitas nō committitur sine dolo.l.nec falsum.C. de falsis.l.errore.C.de testament. Sed dic, quòd aut notarius, vel testis asserunt se scire illud quod viderūt, nec alio corporeo sensu comprehenderunt, & tunc committitur falsum, etiam si credit illud esse verum, quia non debet attestari se vidisse illud quod non vidit, ita debet intelligi Innoc.& Doctor. Aut credidit vidisse aliquod, vel audiuisse. Vno modo, quod erat, vel dictum fuit. Alio modo, & tunc notarius vel testis non committit falsum, & sic non vitiabitur totum dictum, vel totum instrumentum, sed solùm illud capitulum, quod est connexum. In dubio tamen debet præsumi falsum esse dictum, vel scriptum scienter, nisi fides, & bonitas notarij, & negotij intricatio notarium excuset à dolo. Item limita Docto. nam quando falsitas à vitio notarij procedit totum instrumentum vitiatur, nisi alia copula aliquibus præsumptionibus iuuetur, vt in l.iubemus. C. de probat. secundum Bald.l.pen.C.de transact. Secundus casus est quando falsitas est circa extrinseca puta, scripsit contrahentes esse consanguineos cum non sint, & tunc siue scienter, siue ignoranter sit mixta talis falsitas & instrumentum, & dictum testis tenent, quia non pertinet ad officium testis, nec notarij attestari circa extrinseca, nec eorum iuramentum pertinet ad extrinseca, l. si quis libertatem §. fi. ff. de petit. hæred. & in capitul. de testibus. s. de testib. & istud tenet Innocen. & Doctor. hic & Specu. in titul. de teste. §. j. versicu. item quòd aliquid de suo. & Bald. in l. pen. C. de transact. Vnde si notarius in instrumento posuisset falsos confines nō vitiatur instrumentum, vt dicit Innocen. in cap. cum in iure. in fi. de offic. deleg. verfic. item si falsos. vbi dicit quòd & omnia, quæ dicuntur incidenter in instrumento licet reperiantur falsa non vitiatur instrumentum: nisi sint talia, in quibus notarius confert testimonium de visu, sicut quando dicit, actum tali loco, & tali die, & præsentib. talibus: nam si in istis reperiatur falsitas instrumentum vitiatur, quod perpetuò not. Ex his infertur, quid si in instrumento appareat falsitas in pignore, vel fideiussore, vel in pœna ibi appositā, an probetur principali, Baldus dicit quòd sic, per leg. satis apertè. C. de falsis. Sed hoc non est verum, & probatur ibi contrarium si bene ponderetur illa l. & contrarium sentit ibi glosſ. Cyn. & Bartol. Nam hoc est tale in quo notarius attestari debet de sensu corporeo, scilicet visu, vel auditu. Vnde si reperitur falsitas totum instrumentum debet vitiari vt dicit Inn. in præalleg capit. cū in iure. de offic deleg. Tertius casus est quā do falsitas non prouenit à vitio notarij, quia non commisit dolum, tamen concernit totum instrumentum, vt si errauit in indictione, vel in annis domini, vel in nomine contrahentiū, & tunc vitiatur totum instrumentum secundum Bartolum, & Baldum hic. Quartus casus, quando falsitas, vel suspicio non processit à dolo notarij, nec concernit totum instrumentum, puta si in vno capitulo reperitur rasura vel cancellatio, & tunc illud capitulum tantum, & ei annexum vitiatur, non autem capitula separata, & dicit Bartol. in leg. si quis ex argentariis. in princ. de edend. quod instrumentum abrasum, vel cancellatum, vel habens interlineaturas, redditur suspectum, vt leg. fina. C. de edict. diui Adria. toll. quod intellige, quando hoc est in parte substantiali instrumenti, aliàs secus, vt in cap. ex literis. de fide instrumen. tamen dicit Bartol. quòd tale instrumentum potest corroborari ex subscriptione scribentis, si illis rasuris, & interlineaturis fidem imponat, vt in leg. prima, §. & ideo. ff. de his, quæ in testamen. dele. & ibi dicit Bartol. quòd si notarius dicit in fine instrumenti, ea quæ sunt abrasa, vel interlineata propria manu fecit, tollitur suspicio instrumenti. Et aduerte omnia quæ dicta sunt de instrumento, habent locum in dicto testis, secundum Innocen. & Doctor. hic. & Specu. in tit. de teste. §. primo. versi. & item quod aliquid de suo. Sed an notarius possit corrigere errorem instrumēti, dic vt per Bartol. in l. si Barbarius. ff. de regul. iur. & per Bald. in titu. de pace Cōstantiæ. §. pacta. & per Specu. & Ioan. And. in titu. de instrumen. edit. §. instrumentum. versicu. Sed nunquid confecto. & sequ. & per D. Domi. in capitu. abbate. in vltim. column. de re iudic. in 6. Alex. de Ne.

f ¶ Totum. Adde Oldr. consi. 36. & Pau. de Cast. consi. 309. inci. ad bene examinandum dubia. vbi dicit, q̄ scriptura, quæ in parte reperitur vera, debet & in toto reputari vera, vt contrariorum eadem sit disciplina.

Quidam distinguunt aut capitula sunt connexa, & reprobatur in totum, aut sunt separata, & tunc nō reprobatur, nisi illud capitulum quod est falsum. ita refert Inn. aliquos tenere & est opi. Ioan. gl. in c. si ad sacras. ix. dist. Sed Bar. brix. ibi ꝛ addi. & in suis quæstionibus tenuit totum instrumētum reprobari. Idem videtur tene-
a re in hoc Bar. in l. si ex falsis, a C. de transac. qui distinguit aut falsitas procedit ex vitio notarij, & tunc instrumētum corruit in totum. & hoc etiam voluit Inn. hic quod satis placet. sicut dicimus in teste, vt si aliquā falsitatem adiiciat testimonio suo dictum eius in totum reprobatur quia reperitur periurus. 3.q. ix. puta. sic est in notario, qui est quidam testis. l. Domiti⁹ Labeo. ff. de testa. & hoc verum, si est falsitas circa substantialia negotij, vel circa circunstantias eius. vt quia debeat scribere, quòd Titius promisit. x. & notarius scripsit. xx. Sed si falsitas est orta circa alia extrinseca, vt quia scripsit ꝯhentes esse consanguineos, vel aliquid aliud qd non facit ad negotium, licet hoc sit falsum non reprobatur instrumentum propter hoc, quia illud non spectat ad officium notarij, & idem in testes. & ita voluit Inn. hic, & ita tempora dictum Bar. Aut defectus non prouenit ex vitio notarij, & tunc aut concernit substantialia instrumenti, vt quia fuit omissa indictio, & dies, tunc instrumētum corruit in totum. vt in aut. vt præpo. no. impera. post prin, & no. in c. inter dilectos. de fi. instru. Aut defectus non cōcernit substantialia negotij, & tunc debet fieri illa distinctio. Aut negotia sunt cōnexa, aut non. primo casu non corruit in totum, secundo casu sic, vt præal. l. si ex falsis. C. de transac.
5 & de materia vide per Bar. in repe. præal. l. Barbarius. † Sed circa prædicta Bar. posuit vnā notabilem quæstio. & limitationem ad prædicta in extraneo loco videlicet in l. eadem lege. ff. ad l. Iuliā repe. vbi dicit, q̄ instrumēta confecta per notarium damnatum sunt nulla, quando fuit condemnatus propter falsitatem commissam in officio tabellionatus. sec⁹ dicit si alias fuisset damnatus
tenetur ex delicto commisso, etiam si cui consuluit fuisset alias
facturus, nam illud procedit in foro contentioso tantùm. Ter-
tius casus est, quando aliquis est culpabilis aliter quàm ex con
silio, verbi gratia, aliquis dissuasit alicui rapinam, & dum nollet
acquiescere consilio, dissuasor iuit cum raptore, non vt adiuuaret ad rapinam, sed vt adiuuaret ne lædi posset ab aliquo, & hoc
casu Innoc. distinguit, quòd aut fuit inuentus, & nullum dam-
num dedit, & tunc ille, qui iuit secum, vt personam liberaret in
nihilũ tenetur ex quo nulla res est ablata, nec damnum datum.
Aut damnum datum est, non tamen res ablata, & hoc casu dicit
Innocen. quod non tenetur ille, qui iuit secum, nisi forte raptor
nullatenus iuisset, nisi alterius comitatum habuisset. Nam tunc
tenetur comes, quia si dissuasit tamen opem præstitit facto, &
pro hoc allegat Host. ff. ad l. Aqui. l. item Mela. §. primo 2. & 3. Aut
raptor aliqua apportauit, & tunc dicit Inno. quod comes tene-
tur si sine eo non potuisset apportare aliàs non tenetur. Sed Do.
Car. in fin. 2. q. dicit quòd tenetur, licet non in tantum, quia dici
tur dedisse opem. Sed tu dic quòd Innoc. dicit verius, & ipsum
Doctor. cõiter sequuntur & hoc tenet Ray. & Beatus Thomas
secunda secundæ, qu. 62. Et vide in summa Py. in ver. restitutio, el
3. in primo respon. & adde quæ dicam in sexto casu. Quartus ca-
sus quando plures sunt commutati aliquem ad faciẽdum rapinam
aliquarum

aliquarum rerum, volentes ei præstare opem in rapina, vel ad de
fensionem suam, ne lædi posset, & hoc casu dicit Inn. quasi iu-
runt vt iuuarent ad rapinam non tenentur in consilio animæ, ni
si de rapina, quam ipsi fecerunt, vel quæ eorum auxilio facta est.
& ideò si raptor principalis multa rapuit, & deuastauit sine cõsi-
lio alterius, & rapuisset etiam si alius cum comitatus non fuisset
non tenetur comes, quia nec facto eius nec consilio rapinam fe
cerit, licet ad hoc iuerit vt faceret. sed de factis, quę non essent fa
cta si ipse ibi cum aliis non fuisset tenetur in virilem portionem,
si eius, & aliorum timore, alij damnum dederũt. & dicit Inn ratio
nem diuersitatis inter consilium, & auxilium, quia auxilium re
stringiẽ tantùm ad illa in quibus est præstitum. consilium autem
euacuatur ad omnia damna, quod dictũ D. Car. & Ab. Sic. dicũt
esse notandum. Sed tu pondera verba Inn. quòd consiliarius te-
netur ad omnia damna & in solidum. Sed ille, qui vadit cum alio
ad faciendum rapinam, vel aliud delictum non tenetur in consi-
lio animæ nisi de damnis, quæ ipsius auxilio facta sunt, vel nisi de
damnis, quæ non fuissent facta si ipsi cum aliis ibi non fuisset. Itẽ
pondera verba Inn. quia vult quòd consiliarius teneatur in soli-
dum. Sed præstans auxilium teneatur tantùm ad virilem portio
nem, quod an sit verum, dicam in seq. casu. Quintus casus est qñ
plures simul vadunt ad faciendum rapinam, vel deuastationem
& permissa est rapina, vel deuastatio timore omnium simul, non
autem timore alicuius particularis, & hoc casu Innocent. dicit
quòd omnes tenẽtur in solidum, quia quilibet in quolibet dam
no opem dedit. Sed Innocen. dicit alios dicere, & melius quòd
quilibet teneatur tãtùm pro sua portione, vel pro virili parte, ita
tamen q̃ habeatur æstimatio rerum, vt quia est magis strenuus,
& qui maiorem timorem incussit aduersariis in plus teneatur,
Hosti. concordat opi. & dicit q̃ prima opi. procedit in foro con
tentioso, vt in l. item Mela. §. sed si plures ff. ad l. Aquil. Secunda
autem opinio procedit in iudicio animæ. sed hoc mihi non pla
cet, & contrarium tenet Ray. & Bea. Thomas secunda secundæ,
qõ. 62. qui dicunt quòd si plures vadunt simul, quilibet tenetur
in solidum, quia quilibet iuuat alium, & facit eos fortiores, & hoc
est verum, quãdo vnus sine alio nõ fecisset, aliàs quilibet tenetur
tantum pro damno quod dedit secus si nõ iuissent simul, sed qui
libet per se facit damnum. & quo adhuc vltimum idem dixit In.
vt dixi in primo casu. Dicunt etiam præfati Docto. q̃ multò for-
tius tenentur in solidum defensores, & receptatores, raptorum, &
similium, & similiter mandatores, vel si eorum nomine facta est
rapina, & ipsi ratum habuerunt. xj. quæ. 3. qui consentit. & c. seq.
& de restitu. spol. cum ad sedem. in fi. & vide hæc in summa Py. in
verbo, restitutio, el. 1. ver. quid si plures. & in e. verbo restitutio. ver.
1. dicam etiam inferius. Sextus casus est prosequendo viam Inn.
quando aliquis vadit cum raptore, vt defendat eum & hoc casu
dicit In. quòd ad nihilum tenetur dummodò hoc certum sit ad
uersariis, quia si aduersarij crederent q̃ in auxilium raptoris ve
nisset, & propter hoc non audens defendere, probabilis est eorũ
præsumptio, ideò iste qui iuit tenetur sicut si iuisset vt auxilium
rapinæ præberet, & dic quòd tenetur in solidum, vt dixi in casu
præcedenti. Et hoc modo declara quod dictum est in tertio casu.
Idem dicit In. de his qui vadunt causa pacificandi nã debent hoc
significare aduersarijs, aliàs videntur culpabiles, si aduersarij pro
babiliter dimittunt causa ipsorum quòd res suas non defendant.
Quot autem modis dicantur aliqui fautores raptorum, ita q̃ te
neantur ad restitutionem Beatus Thomas 2. 2. q. lxij. dicit quòd
sunt illi, qui his versibus continentur.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestus.

qui versus sic exponũtur secundum Beatum Thomam, & alios.
Sed Iussio, i. ille qui iussit, qui principaliter tenetur ad restitutio
nem, quod est intelligendum, quando ex sua iussione secuta est
ablatio rei, vel suo nomine facta, ratam habet, aliàs non. Consi-
lium, hoc etiam intelligitur, ex quo cõsecutum est damnum, vel
probabiliter creditur, tunc enim consiliarius tenetur in solidum,
aliàs non, vt dixi in 2. casu. Consensus, i. cooperationis, si enim
tñ cooperetur, quod sine eo nõ poterat damnum fieri, tenetur
in solidum. Si aũt sine eo fuisset factum, restituat quantũ nocuit
per se, vel per suos, & de hoc plenè dictum est in casu præced. Pal
po. i. adulator laudans raptorem quasi strenuum, & quidem si ex
hoc secutum est damnum in solidum tenetur, & iste magis pec-
cat q̃ faciẽs xj. q. 3. Recursus, q. receptat latronem, & tuetur eum
vel rem raptam dolosè celat, ita quod impeditur restitutio, tene

tur in solidum. Participans. i. in crimine furti, vel rapinę. sociando
eos. vt ŝ. dictum est, seu participãs in receptata, id solum tenetur
restituere quod sciẽter emit, vel recepit, si autem ignoranter, dic
vt in capi. qui cum sure. de furt. De his autem qui scienter come
dunt de raptis rebus, vel illicitè acquisitis. dic quòd tenentur ad
restitutionem eorum, quæ comederunt, nisi comedissent tẽpore
quo instabant, vt fieret restitutio. & eodem modo dicendum est
de vxore, & familia raptoris. an viuere potest de rebus raptis, de
quo vide in summa Py. in verbo. restitutio. per totum. Mutus. i. il
le, qui vidit furtum fieri. & dolosè tacet, cum possit impedire, &
hoc casu dicit Bea. Thomas, q talis non tenetur ad restitutionem,
nisi ex officio ad hoc teneatur. Non obstans. i. qui potest obsiste
re. & non facit, & de hoc dicendum est sicut de muto. Non mani
festans. i. qui scit raptam rem esse alicubi, & nõ indicat etiam cum
de hoc interrogatur, & de hoc dic, vt in c. qui cum sure. j. de fur.
tamen Diuus Thomas dicit q̃ non tenetur ad restitutionem, nisi
ex officio ad hoc teneatur. sed auctor summæ Pysa. dicit q̃ vide
tur sibi q̃ teneatur ad restitutionem, per d. c. qui cum sure. sed ibi
videbis, & etiam præall. v. cum expositione Beati Thomæ. vide in
summa Py. in verb. restitutio. el 3. vers 2. & ista sunt vera in foro
conscientiæ. nunquid autem in foro contentioso teneatur in so-
lidum de mandato. dic vt in l. si quis id quod. § fi. cum l. seq. ff. de
iurisdict. omn. iudic. Bartol. in l. is qui opem. & l. qui seruo. §. j. & in
l. in furti. ff. de furt. De mandante, vel consulente, dic, vt per Barto.
in l. non solùm §. si mandato. & in l. sed si vnus ff. de iniuriis. Sed
an quando plures tenentur in solidum, si est plenè satisfactum
læso, an omnes liberentur. Innoc. distinguit. q̃ aut sumus in foro
animæ, aut in foro iudiciali seu contentioso. Primo casu. i. in fo-
ro pœnali, generaliter tenendum est quòd quicunque satisfece-
rint, alij vlterius non tenentur satisfacere damnum passo, sed de-
bent compensare ei, qui pro omnib. satisfecit, & cum hoc transe-
unt hic Doct. Sed in summa Pysa in verbo restitutio, d. vers 3. ple-
niùs in casu dicit, & refert Ray. Host. & Beatum Thomam, qui di
cunt quòd si vnus satisfecerit integraliter, omnes alij liberantur:
quia non tenentur de damnificato: quia bona fides non patitur,
vt bis idem exigatur. vt ff. de reg. iu. bonafides. dicit etiam Ray. q̃
ille, cui est satisfactum, potest, & debet quantum ad iudicium ani
mæ cedere actionem illi, qui totum soluit, non quidem, vt abvno
totum exigat. nisi fortè à principali, sed à partibus petat, & à sin-
gulis, pondera ista verba Ray. quia vult quòd in iudicio animæ, si
principalis totum soluit, non potest repetere. item vult quòd pos
sit peti solum à principali. alij in nihilum tenentur contribuere,
quod inter se ge, nisi ad ipsos res peruenissent, quia tunc illi primò
tenentur satisfacere, & istud etiam videtur sentire hic Innocen.
vt dixi ŝ in 2 casu. Est tamen intelligendum quòd si tales non re-
stituant, cæteri tenentur pro suis partib. vt dicit auctor Pysa. Et
sic conclude q̃ aut soluit principalis, & illi ad quos res peruene-
runt. & tunc omnes alij sunt liberati. Aut satisfecit tantum ille, ad
quem res peruenerunt. & tunc si solum restituit res, vel earum æ-
stimationem ad nihilum potest agere contra principalem. si au-
tem soluit læso interesse, vel aliquid aliud vltra res, vel earum æsti
mationem tunc potest agere contra principalem. & si principa-
lis sibi satisfaciat, non potest agere contra alios, si sibi non satisfa
cit de illo, tũc crederem sicut in alio, qui non fuit principalis cui
omnes tenentur pro suis partib. satisfacere, licet si veller posset to
tum petere à principali, vt supernùs dictum est. Quantum aũt ad
forum contentiosum, dicit Ray & prædicti Doct. quòd læsus, cui
est satisfactum non tenetur cedere. nam qua fronte potest petere
cessionem, qui ex culpa sua damnatur. ff. de admi. tut. l. si plures.
la. 2. & ff. de tut. & ra. distr. l. j. § nunc tractamus. ad hoc facit quòd
nemo ex sua improbitate debet actionem consequi. ff. de fur. l. ita
que fullo. Dicit etiam Host. quantum ad forum conscientiæ, siue
facta fit cessio, siue non, non tenentur ex conscientia ad releuã-
dum illum, quilibet pro suis partib. Nam soluens vtiliter gessit eo
rum negotium. vnde tenentur habere ratum, & ei satisfacere. ar-
gu. ff. de nego. gest. l. cum pecunia. & l. soluendo. & l. Tomponius.
in fi. in secũdo vero casu principali. i. an quãdo plures delinquũt,
teneantur in solidum in foro conscientiæ. Inno. dicit q̃, aut po-
test discerni damnum, vel factum vnius à damno, vel facto alteri⁹
& tunc quis non tenetur de suo damno, vel facto: vt in leg. item
mel. §. sed & si plures. & trib. seq. & in l. ita vulneratus in fin. ff. ad l.
Aqui. & hoc procedit, quando quis conuenitur, vt principalis de
linquens, secus si tanquam præstans opem, vel consiliũ, quia tunc
potest vnus conueniri, vt principalis, alius vt præstans opem, & cõ
silium. tunc enim quilibet tenetur in solidum dato quòd damna
possint discerni, secundum Inn. cum quo transit. Io. An. Bar. idem
tenet in l. si in rixa. ff. ad l. Corn. de sic. aut damna non possunt, dis-

Universidad de

cerni, & tunc quilibet tenetur insolidum,& quilibet vt principaliter poterit conueniri,vt ff.Arb.furt.cæs.l.si plures.& 26.q.vlt.c.fi.Sed contra hoc Inn.allegat.ff.depo.l.si duo.& non bene declarat.Sed tu dic,vt ibi per Bartol.quia illa l.non obstat declarando vt ibi per Bar.Sed dubium est,an quando plures tenentur insolidum in foro contentioso,vnius solutio liberet alios,& dic,quq̃ que agitur ad meram pœnam q̃que ad non meram. Mera pœna dicitur quando actori nihil abest,& reo nihil adest, exemplũ in furto,nam vltra rei restitutionem fur tenetur in duplum si furtum non est manifestum, & in quadruplum, si est manifestum, quò ad pœnam dupli vel quadrupli nihil abest actori,quia in pœna non computatur res ablata, quia vltra pœnam potest petere rem,& reo nihil adest quò ad pœnam,quia rem tenetur restituere,quæ si abest,& vltra rem tenetur ad pœnam.& sic in similibus. Sed quando abest actori,tamen reo nihil adest dicitur agi ad non meram pœnam,puta si est interesse ex parte agentis,ex quo reus nullam habet vtilitatem, verbi gratia, tu combussisti domum meam,ex hoc consequor damnum,tu autem nullum lucrum, & sic mihi abest,tibi autem nihil adest.quãdoque etiam dicitur actio rei persecutoria,ex parte actoris,& rei,vt si ago ad rem meã, quæ est pœnes te:nam illa res mihi abest,& tibi adest cum sit pœnes te,hoc premisso facies duo membra.Primum est quando agitur ad meram pœnam.Secundum quando non agitur ad meram pœnam.Circa primum facies duos casus. Primus,quando deliquit vna familia,vel vnum collegium,vel vna vniuersitas,& tunc vnius solutio liberat alios,& perinde est acsi vnus deliquisset, vt ff.si fami.fur.fec.dic per totum.Secundus quando diuersis nominibus distinguuntur,nec sunt de eadem domo,vel familia.& hoc casu dicit Bar.in l.semper.§.si in sepulchro.ff.quod vi.aut clam,q̃ sive plures deliquerint communicato consilio,siue proprio metu,quilibet tenetur insolidum,nec vnius solutio liberat alium,vt l.si quis id quod.§.fi.cum l.seq.ff de iurisd.om.iud.hoc fallit in habentib.publicum officium:quia omnes habentur pro vno,& vna pœna punientur,vt est casus notabilis,in l.si multi.ff.de public.& in l.tres tutores.ff.ad leg.Aquil.Secundum membrum est quãdo agitur ad meram pœnam,vt quia est pœna ex parte rei,interesse ex parte agentis,& in hoc fac tres casus.Primus est quando delictum fuit factum communicato consilio.& in hoc casu Dyn.dicit q̃ vnius conuentio liberat alios.Sed 1ac.de Arena,& Barto. dicunt hoc verum de rigore,& ita intelligunt l.semper.§.si in sepulchro.ff.quod vi,aut clam.sed de æquitate non liberantur per solã conuentionem vnius,sed ita demum per perceptionem:vt in l.si ex duob.§.1.ff.de peti.hæred.& in l.perceptione.ff.de his qui deiec,vel effud.& æquitas præferẽda est rigori,cum sit scripta.l.placuit.C.de iud.Secundus casus est,quando quilibet deliquit proprio animo,& concurrit delictum in idem tempus,& tunc per cõuentionem vnius alij liberantur solutione secuta,vt in l.1.§.pen.ff. de his qui deie.veleffu.Tertius casus est quando plures delinquũt proprio animo.sed delictum non concurrit in idem tempus.exẽplum,abstulit mihi equum,quem alius posteà interfecit, & tuno vno soluente,alij non liberantur,vt in l.qui res § j.ff.de fic.multò minus vbi actio ex altera parte est pœnalis,facit l.ita vulneratus. in prin.ff ad l.Aquil & ita distinguit Dynus.in d.l.semper.§. qui in sepulchro.quã distinctionẽ dicit Bar.menti tenendam.Nunqd autem,qñ vnius solutio liberat alios possit ille qui soluit compelle re alios,vt atribuat pro rata sua in foro prętioso.& dic,q̃ aut plures tenentur ex maleficio,& tũc soluẽs nõ põt ab aliis repetere, quia soluit pro delicto suo,& q̃alij sint liberati non contingit ex facto soluentis:sed ex virtute solutionis,& obligationis,aut p'ures tenentur ex quasi maleficio,exemplum inst.de oblig. quę ex quasi.per totum.& tunc soluens potest repetere ab aliis:& ita distinxit gl.in l.ex maleficiis § his quoque,ff.de act.& obl.quam gl. sequitur ibi Bart.in l.1.§.si plures.ff.de eo per quem fact.est.& sic intellige Cy.in l.1.C.de condic fur.Et his sumi expeditus de hoc difficili articulo.sed scias q̃ Inn.h'c singulariter examinat, nunquid dans damnum alteri ex culpa teneatur ad restitutionem in foro conscientiæ.Sed quia Abb.Sic.hoc examinat j.eo.presbyterum.ibi dicam.Sed memẽto recurrere ad superiora quotiescunque cupis intelligere.An quis in foro contentioso, vel conscientiæ obligetur ad restitutionem,& An si plures delinquunt,omnes teneãtur in solidum,& An solutio vnius liberet alios. Et an soluens possit agere contra alios vt satisfaciãt pro rata sua, tam quò ad forum contentiosum,quàm quò ad forum conscientiæ.Scivl terius sciendum est.An si pœna imponitur alternatiuè sit electio rei vel iudicis,glossfina,hic, quòd benignior sumi minor pœna intelligitur imposita.sed glo.fi.in c.sicut.de iudæis.dicit quòd electio est iudicis.Sed D.Car.in §.fi.huius c.in pen. quæst.dicit quòd quando dubium est, quæ pœna sit maior,& tunc electio est iudicis,vt in gl.d.c.sicut.Aut constat quę pœna minor,& tunc debet eligi minor pœna,vt in hac gl.quod Do.Car.dicit esse singulare.Sed tu in hac materia plenius distingue, & discurre per casus. Primus est,quando plures pœnæ reperiuntur impositæ pro vno delicto,non tñ alternatiuè,sed in vna constõne,vel statuto reperitur vna pœna imposita,& in alia constõne alia p eodẽ delicto, & tunc electio est iudicis,ex quo dictæ pœnę non sunt appositæ alternatiuè,& ita intellige gl.in c.fraternitatis,34.di.quę loquũtur hoc casu.Secundus casus est, qñ plures pœnæ sunt impositæ alternatiuè & est expressum.q̃ electio sit iudicis. hoc modò loquitur tex.in c.quoniam frequenter.§.fi.ẽ.vt lite non cõtest.Tertius est quando nõ est expressum cuius sit electio.sed vna ex pœnis alternatiuis non est determinata, & tunc electio est iudicis. & hoc tenet Bal.Et clarius Pau.de Ca.in l.si fugitiui.C. de seruis fugit.Quartus casus quando vtraque pœna alternatiuè comprehensa est certa, sed vna inest alteri,& tunc debet eligi minor, & hoc modo loquitur hæc gl.Quintus casus,quãdo vtraque pœna alternatiuè comprehensa est incerta,nec vna inest alteri, nec etiam ius expresse dicit quòd detur electio iudici, vel reo. & in hoc dic quòd verba, aut diriguntur ad iudicem, puta si dicitur condemnetur,vel puniatur,& tunc electio est iudicis,& hoc modo loquitur gl.in c.sicut.in gl.fi.de iudæis.aut verba referuntur ad reũ,puta si dr.talem,vel talẽ pœnam incurrat,aut tali, vel tali pœnæ subiaceat,& tunc electio est rei,& in his concordant omnes. Aut verba sunt dubia,puta dicit statutum,sit pœna pedis,vel oculi,& hoc casu Bar.in l.quicunque.C.de seruis fugit.dicit quòd in pœnis pecuniariis electio est rei,sed in pœnis corporalibus, iudicis.Idem tamen Bart.in l.j ff de effract.dicit indistinctè quòd electio est rei,quia in pœnis facienda est benignior interpretatio, vt in l.si de interpretatione.& in l.si præses.ff de pœn.plus dicit Bal. in l.quicunque.eo.tit.quòd si in qualibet parte alternatiuè imponitur pœna vltimi supplicij,puta decapitet,vel suspẽdatur,electio erit rei.Sed Abb.Sic.in c.à crapula.de vita,& honest.cl.1. tenet q̃ quando verba sunt dubia indistinctè electio sit iudicis , & dicit hoc tenere Doct.ibi sed profectò Docto.ibi non distinguunt, &, ideò tenendũ est quòd dixi.Sed quid si in vna parte alternatiuè verba referũtur ad reum,in altera,ad iudicem,dicit quòd electio erit iudicis,vt deferatur eius dignitati,hoc probat tex cum gl.fi. in c.sicut.in fi.de Iudæis.nam ibi tex.dicit.honoris, & officij sui periculum patiatur,aut etiam excommunicationis sentẽtia præcellatur.Nam in prima parte alternatiuè verba referuntur ad reũ, in secunda,ad iudicem,& tamen gl.fi.ibi dicit quòd electio est iudicis.Secundò quæro circa hoc,pone quòd verba referuntur ad reum,sed in vna ex alternatiuis continetur pœna pecuniaria,sed reus sine iustissima causa vult eligere corporalem, puta quòd eligit potius stare in carceribus vel perdere auriculam,quàm solue re quadringentos ducatos. Nam secundum Paulum de Castro in d.l.quicunque,iudex compellere ad soluendum,sicut in simili dicitur in l.prætor.ff.de iniur.secus si subesset iusta causa, qa tũc virtute alternatiuę posset eligere,&allegat Ang.ibi,qui dicit Bar. consuluisse de facto si statutum diceret imponi pœnam quingentorum ducatorum quam si non solueret j.decẽ dies amputẽtur sibi manus,& reus cum de facili posset soluere,& non soluit, q̃ iudex non debet manum amputare,sed compellere ad soluendũ per l.cum duobus.§.idem respondit socius.ff.pro socio. sed dicit quòd Raphael dubitat de opinione Bar. quòd ista non est pœna delicti,sed est pœna retardatę solutionis,vt in l.j.cum ibi not. ff.de in lit.iuran. quæ retardatio secundum opinionem Barto.remanebit impunita,quod non videtur dicendum,per le. nunquam plura.ff.de priuat.del.quia transacto termino pœna pecuniaria transfunditur in corporalem. Sed Paul.de Castro, dicit quòd opinio Bar.est humana,& quòd transfusio non impedit.quia quod prius erat in obligatione remanet in solutione,vt in l.j cum ibi notaff.de pœna legati.& in iudicando est opinio tenenda,quia in diuersis opinionibus in materia pœnali opinio mitior est tenenda, vt dicit Host.& Docto.in c.2.de cognat.spirit.Tertio quęro quã pœnam debet eligere iudex, quando iudex est ille, qui debet eligere.D.Car.in c.veniens.in 8.q.dicit quòd iudicis est electio,pro hoc facit gl.in reg.in pœn.in fi.magnæ gl.& idẽ sentit Cy.in l.qcũque.in fi.C.de seru.fugit.Sed ego puto quòd possit eligere pœnã minorem vel maiorem,consideratis quæ habentur in §.nono notandum.2.q.3.& per Bartol.in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff. de his qui no.infa.In dubio tamen arbitror quod debeat mitiorem pœnam eligere.sed dic quòd quando iudex habet eligere cũ causæ cognitione in figura iudicij,& parte vocata sedendo, & non stando.sed si pars habet eligere non requiritur causæ cognitio,vt dicit not.Bal.in l.si fugitiui.in fi.C.de ser. fug. & sentit idẽ Bartol.in l.j.ff.de effract.& expi.Alexand.de Ne.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Homicida est ille qui dã vult percutere causa disciplinæ adeò modum excessit quod ex verberibus ille mortuus est.*
2 *Clericus deponitur non solum propter homicidium voluntariũ,sed casuale.*
3 *Vulneratus si moriatur post aliquot dies,an præsumatur mortuus ex præcedenti vulnere.*
4 *Homicidium,& aliud delictum,vel damnum datum si fuerint commissa sine dolo non sunt punibilia in foro pœnitentiæ.*
5 *Medicus si promisit aliquem sanare ab infirmitate sua, qui sanatus post aliquot dies reincidit in infirmitatem,an dicatur sanasse,vel non ad hoc vt possit petere pretium sibi promissum.*
Credendum est peritis in arte sua.

CAP. V.

PAESBITERVM.† Asacerdotio deponit percutiens causa disciplinę,si modum excedat,& mors inde sequatur. Vel generalius & sic.Homidium casuale imputatur ei qui dabat operam rei licitę,si non adhibuit diligentiam quam debuit. Casus literalis.Quidam presbyter causa disciplinæ percussit quendã puerum in capite qui post paucos dies mortuꝰ est. quæritur quid est agendum de ipso.Respon.papa quòd ab omni ministerio altaris debet perpetuò remoueri,& ab officio sacerdotali deponi,si per cussiõe ipsius interiit,vel aliam infirmitatem incurrit, vnde mortuus est.B.No.j.arg.quòd magister,vel doctor licitè instat circa correctionem scholarium dummodo modum non excedat. ad
a hoc c.1.& c.cum voluntate.de sent.exc.a†No.2. clericum depo-
b nendum non solum propter homicidium voluntarium, sed etiã casualeb si culpa præcessit homicidium. Vltimò nota irregularẽ coercendum ab omni altaris ministerio,non solum ergo deponitur à sacerdotali officio,sed ab omni officio cuiuscunque ordinis.potest tamen per episcopum dispensari in minoribus, vt in c.ad audientiam.in fi.j.eo.sed in sacris solus papa.dispensat.vt j.ca. proximo.Sed quæro,an hoc sit verum indistinctè.Sol.dicunt quidam quòd si homicidium fuit commissum post baptismum,tunc causatur irregularitas vt hic,secus si ante baptismum,quia in baptismo tollitur nedum peccatum,sed etiam sequela peccati. 26. di.deinde.vbi de hoc.& dic,vt no.in c.gaudemus.de diuor.† Sed circa tex.quæritur in eo.qđ ponderat quòd post paucos dies ex pirauit,quid si post plurimos dies.Goff.quòd idem, sed cum post paucos dies,tunc est magis præsumendum quòd ex precedenti
c percussione c quod no.& pro hoc facit tex.in c.seq. vbi decessit post dies octo,& attribuitur vulneri precedenti. & idem dicendum est de longiori tempore,dummodo cõstaret vel re ipsa,vel medicorum iudicio mortem contigisse ex præcedenti vulnere, sed in dubio,vbi videtur conualuisse quò ad pœnam imponendam potius iudicandum,quòd non decessit ex illo vulnere, sec'
d si post paucos dies dde quo tex.cum gl.in c.2.de cle.percus. & l. distin.si qua fœmina.per gl.& Bar.in l.si in rixa.ff.ad l.Cor. de sica.
4 aliquid tangam in d.c.2.†In gl.j.ibi,quia iste quantum ad gratiã no.gl.quòd in foro animæ non punitur quis de homicidio licet culpa præcesserit homicidium,ex quo defuit voluntas in committendo homicidium,pro hoc facit notabile dictum Inn. in ca. præced.vbi dicit quòd si damnum est datum alicui ex negligentia alicuius,puta quia non bene cooperuit ignem, quia tũc licet in foro contentioso propter culpam præcedentem teneatur ad refectionem damni,vt in l.si seruus seruum.§.item si arbustum.ff.ad
e l.aquil.tamen in foro animæ non iniungetur sibi damni satisfactio,sed tantum punietur de negligentia,quia nõ habuit animũ damnificãdi.facit.15.q.1.c. inebriauerunt.34.q.j.in c.in lectum.& hoc verum secundum eũ,nj si lata fuit culpa,vel habuisset à principio animum nocendi.tunc enim tenetur:licet nõ habuisset ita
f animum damnificandi,prout postea contigit,& sic potest limita
g ri ista gl.& illud c.si quis non iratus.gin ea allegatum.In gl.fin. ibi qui causam causæ præstiterit.No.gl.& vide quod no.in c. sicut. de restibus.& in regula imputari.de reg.iu.li.6.& in c.j.de cust. eccha.In ea gl.ibi.in l.vlti,facit illa lex in contrarium,quia equus cuiusdam mulionis olfecit mulam,mula autem mota percussit mulionem,dicitur ibi quòd mulio potest agere ad damnum contra dominum mulæ licet equus suus præstaret causam causæ, non tamen attribuitur equo,sed causæ proximæ. f.ipsi mulæ.Sed glo.respondet q̃ ibi mula fuit mota contra naturam,vult dicere glo. q̃ equus non præstitit causam q̃ mula deberet moueri ad percutiẽdum,vnde ex se,& contra naturam mora fuit.quia naturaliter non debebat moueri.Secus autem quando naturaliter aliquid procedit ex causa præcedente,quia quicquid postea prouenit attribuitur primæ causę.de quo dic vt in iuribus superius alleg. ad quæ remissi.Et in fine glossi.no. bene caudam gl. quia recidiuatio attribuitur primo morbo.vnde non videtur liberatus, qui visus
5 est conualescere,si postea reincidat.¶† Et facit ad illam quæstio
h nẽ,medicus h promisit liberare aliquẽ ab aliqua ægritudine ægritudãs visus est qualescere,sed postea recidiuauit:nunquid dẽ eũ liberasse,vt percipiat mercedẽ promissam. Iste tex.facit q̃ non facit etiam c.ad audientiã.j.eo.sed in ꝺ̃ium facit,quia non põt quis sanus lõgo tpe existere.saris.n.est cum semel liberasse. Saris in hoc puto attendẽdũ iudiciũ medicorũ, nã credẽdũ est peritis in arte sua de confang.& affi.c.1.de pscr.c.quia indicate.& qđ no.Bar.in proœmio digestorum & in d.l.si rixa.vnde quòd ad gl. dicit 10.An q̃ constat aliunde venisse recidiuationẽ,seu processisse ex corruptione humorum,tunc non tenetur iste sacerdos,procedit ergo, quando recidiuatio processit immediatè,& põt dici in solutione quæstionis propositæ,non.n.dicitur recessisse qui non stetit.11. q.3.certum.de pœn.dist.1.diuortium.& & c.1.de iudiciis.

ADDITIONES.

a ¶Vtrũ autẽ magister habeat maiorem potestatẽ in verberando scholares clericos,q̃ pater in filios clericos,vide gl.23 q.5.c.1.in pe.gl.& in c.cum volũtate.de sen.exc.vbi etiam habetur quid de prælato. Ale.de Ne.
b ¶Sed etiã casuale.Ego nõ puto istud indistinctè verũ, nisi fortè intelligamus hoc dictũ de depositione verbali, per ea quæ no.in c.clerico.dist.in c.seq & per Gemi.di.90.c.1.§ si verò.&c.audeat. l.di.& per Bal.in l.cum fratrem.C.ad silla.Zach.
c ¶Percussione Qũo hoc procedat vide latè Sal.in l.1.C.de emenda.seruo.& Bal.in c.1.ver.sextò quæro quib.mod.feu.amit.& in l. si ab hostib.fi vir.ff.sol.ma Seb.Sap.
d ¶Paucos dies.Adde Pe.de Anch.cons.285.Compost.cons.28.
e ¶Non iniungetur.Adde Lu.Ro.sin.suis.
f ¶Animum nocendi. An ille,qui est in lata culpa,teneatur in foro ꝺ̃scientiæ:vide And.sic.in c.Raynaldus.de testam.ver.item inquãtum.d.Ab.Dec.in c.1.in 2.lectu.ver.quintò adde.de cõsti.in sing. suis.in verbo.forum conscientiæ.Fel.in c.præcedenti.in fi. Se. Sa.
g ¶Illud dictum tenent omnes Doct.in d.c.sicut dignum,& rationem differentiæ inter legem ciuilem,& legem seu forum animæ assignat ibi 1nno.quia lex ciuilis cum intentat ad conseruationẽ primorum constituit q̃ ad restitutionẽ teneatur.sed l.conscientiæ considerat voluntatẽ,vt in c.si quis non iratus.15.quę.1.& dic q̃ dans dãnũ in re alterius,vel alteri,tenet actione legis Aquiliæ,de dolo:lata,& leuissima culpa,vt in l.in lege Aqlia.ff.ad l.Aql.& est bona cautela q̃ qñ in ꝺ̃tu non venit culpa leuissima, si datur dãnum.q̃ agatur actione.l.Aquiliæ.quia poterat ipsa agi non obstãte ꝺ̃tu vt dicit gl.notab.in l.si mora.ff.sol.mar.Bar.in l.quod Nerua.ff.de posi.Quis autem dicatur dolus,lata,vel leuissima culpa.& quæ culpa in quolibet contractu veniat.dic vt per Doct.in c.vnde commodato.& Bart.in d.l.quod Nerua.ff.depo.Sed ingtum dicit 1nno.quod debet imponi pœnitentia illi qui dedit damnum ex culpa leui,vel leuissima,hoc videtur contra tex.in c.si quis nõ iratus.15.q.1.vbi dicitur,quòd quantum ad gratiam innocẽs est, & tamen ista glo & gl.ibi intelligunt quod ibi fuit culpa.ideò dic saluando 1nn.& Doct.q̃ debet imponi pœnitentia tanquam pro peccato veniali:quia est innocens quantum ad gratiam Dei, sed de illo peccato veniali debet agere pœnitentiam, & pro hoc vide bonum tex.in c.qualis.25 dist. Vtrum autem quis possit accusari criminaliter pro culpa leui,vel leuissima,dic vt per Bal.in l.si na.ff de priuat.dele.& per Doct.in c.2.de consti.maximè per But. & Abb.dic.Sed vide omnino Paul.de Castr.in l.1.ff.de legibus. Alex.de Ne.
h ¶Medicus. Vtrum medicus,qui promisit curare infirmum pro certo salario teneatur eundem reincidentem curare, vide de ista qõne 10.An.in regula,quæ ꝺ̃ ius.de reg.iur.in Mercur.& gl.& Bar. in l.maritus.ff.loca.& plenissimè Spe.de salar.§.1.circa princip.De hoc etiam vide 10.de 1m.in l.& ideò hęsitatur.ff de verb.ob.vbi in hac quæstione sequitur dicta per Bar.in d.l.martius. de Bellentz.
h ¶ Sed aduerte, quia addo non solùm ad illud quod dicit Abba.

¶in fi.sed

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale imputatur ei,qui dedit cãm rei illicitæ,vel licitæ si nõ adhibuit omnem diligentiam quam debuit.*
2 *Homicida casualis non dispensatur nisi per papam si culpa præcesserit casum intellige in sacris ordinib.secus in minoribus.*
3 *Ludus an sit prohibitus clericis cum laicis.*

Contin

Universidad de Deusto

CAP. VIII.

1 CONTINEBATVR.†Homicidium casuale imputatur ei, qui dedit operam rei illicitæ, vel etiã licitæ secundum alium intellectum, si non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit. Communis diuisio. Secunda ibi, ideoque Casus literalis. Cũ quidam diaconus, & alij quidam clerici à vineis suis opere completo redirent causa leuandi laboris scrutati sunt quendam ludum viatorum pronunciendo baculos suos in directum: vt alter alterius fustem feriret: cuius ludi conditio talis est vt ille qui percutit baculum alterius quasi victor pro equo vtitur alio. Sed clerici equitandi licentia non vtentes sola iactatione contenti erant. Quidã laicus superuenit, & percussit baculum diaconi prædicti, ipse statim indirectè dorsum ipsius diaconi insiliit, & à falce ipsius diaconi, quam ad cingulum habebat mortale vulnus accepit: de quo intra octo dies expirauit: post hoc diaconus cum literis archiepiscopi sui negotium continentib. ad papam accessit: vnde papa eidem archiepiscopo, quatenus si res ita se habuit eundem diaconum sine licentia romani pontificis ad superiorem ordinem nõ ascendere nec in officio ministrare dispensatiuè patiatur. B Not. 1. arg. pro & contrà, an ludus sit clericis permissus ad alleuiandos labores. de quo. ff. cum gl. No. 2. quòd ludus est alleuiatio laboris
2 iuxta illud. Interpone tuis, &c. †No. 3. quòd cum homicida etiã casuali solus papa dispensat in sacris ordinib. si culpa præcessit ca
3 sum. † In gl. 1. in fi ex hac gl. colligitur vnus intellectus ad text. q ideò istud homicidiũ casuale imputat diacono, quia dabat operã rei illicitæ, quia ludus, non congruebat clericis Hos. dicit q talis ludus bene est clericis permissus. sed non ludi conditio, vt haberent licẽtiam equitandi. Ex hoc colligitur alius intellectus. Tertiò potest dici, vt in gl. seq. q ludus erat illicitus propter commixtio
a nem laici, qa clerici non debent ludere cũ laicis. a Et no. bene hũc intellectum: cauendum ergo est clericis à tali commixtione, nam casus inde proueniens imputatur eis. Alius intellectus est, quòd ludus est permissus, & etiam ludi conditio. Sed clericus ille erat in culpa in non reddendo se aptum in cõditione ludi, debuit enim deponere falcem. Sed quæro quid si subdiaconus expresè prohibuisset equitandi licentiam, videtur quòd non incidat in irregularitatem. Contrarium sentit Hosti. quòd propter ludum debeat cogitare hoc euenire posse sed de hoc dubitarẽ ex post facto, sed
b poti' videtur consulendum in fauorem clerici. b In gl. fi. in fi. ibi tene primam solutionem. nam c. sequens procedit de iure cõi, vt ibi dicam super gl. fi. Et no. gl. quia q pluries repetit ludum, alias clericis licitum efficitur illicitum propter commixtionem laico
4 rum. †Sed quæro extra gl. quia papa hic dicit q dispensatiuè potest iste archiepiscopus pati hunc archidiaconum ministrare in archidiaconatus officio, nunquid hoc casu archiepiscopus dispenset iure suo, communiter tenetur quòd non, sed dispensat, vt commissarius papæ: quia in sacris ordinib. solus papa dispensat, etiam cũ homicida casuali, sed in minorib. dispensat episcopus iure suo, vt in c. ad audientiam. ff. eo. Et no. ex hoc, & ex illo c. quod licet cũ homicida voluntario non dispenserur, vel saltem non deneget, vt in c. miror. l. dist. tamen cum homicida casuali solet dispensari, vt hic. & in c. ad audientiam.

ADDITIONES.

¶ in fin. sed ad illud etiam quod dicit Ab. Sic. de infirmo qui sanatus recidauit an possit repetere salarium à medico, vel petere quòd iterum sanet, & illam quæstionem poluit gio. & Bar. in l. martius. ff. loca. & Bar. distinguit, de qua distinctione facias tres casus. Primus est quando cõstat quòd infirmitas, & eius causa cessauit, sed postea ex noua causa superuenit, & tunc medicus debet habere salarium, quia de presenti infirmitate cogitasse videtur, non autem de futura. Secundus est quando infirmitas, seu eius causa nõ fuit curata, sed visa est aliqualiter cessare. & tunc medicus non dicitur cur. sse, & ideò nec debet habere salarium. Tertius est, quãdo dubitatur, & tunc aut infirmitas fuit reuerta de proximo, & videtur ex prima causa infirmari & nõ debet habere salariũ, aut ex interuallo, & tunc e contrà. vt in plerique ff. de ritu nupt. & in l. d uortium non est. ff. de diuor. Crederem tamen quòd etiam vbi l ngo tẽpore steri sanus, & postea superuenit infirmitas recurr ndum sit ad iudicium medicorum, & illi standum si iudicant. Sed si medici dubitant, nec sciuerint determinare, tunc procedit distinctio Bar. s. an j. modicum tempus, an verò ex interuallo recidat. & hoc vult Abb. Sic. circa princ. huius c. & idem sensit Bar. in l. si rixa. in fin. ff. ad l. Cornel. de sicca. pro quo facit iste text. &
c. sequens. iuncto c. 2. de cler. percuss. Item in quantum Hosti. Io. And. & doct. dicunt quòd si constaret infirmitatem processisse non ex vulnere, sed ex corruptis humoribus, quòd vulnerans nõ tenetur de homicidio, nec est irregularis. hoc intelligo nisi infirmitas, ex qua mors est secuta esset accelerata propter vulnus, verbi gratia, medici dicunt quòd illi humores causassent infirmitatem talem, sed nõ ita citò nisi fuisset vulneratus. Credo hoc casu quòd propter accelerationẽ mortis, vulnerans teneatur de homicidio, etiam quòd ad pœnam legalem, & de hoc videtur text. in l. ita vulneratus. versigitur si quis. ff. ad l. Aquil. vbi dicitur q si qs seruum mortiterè vulneratũ ita percusserit, vt ex illo sedo vulnere citius mortuus sit quàm ex primo fuisset mortuus, vtique tenetur de homicidio. & hoc tenuit Bar. in l. si quis in rixa. ff. ad leg. Cornel. de sicar. vbi dicit quòd si aliquis est vulneratus mortaliter cui alius influxit vulnus de se non mortale, tamẽ propter præcedens vulnus mortale præstat causam celeriorem morti, vtique tenetur de homicidio. & sic intelligit præalleg. l. ita vulneratus. versigitur. & l. qua actione §. si quis seruum ægrotum. e. ti. vbi est casus si quis vulnerat seruum ægrotum, ex quo vulnere moriat tenetur de homicidio. quia aliud alij mortiferum esse solet, & Bart. videtur intelligere illum tex. etiam quando infirmitas erat mortalis. & hic no. quia istum casum de facto vidi, in quo diuersi diuersa sentiebant dum essem scholaris, non tamen adicuius cõsilium vidi. Nunquam autem quando vulnus est mortale debet vulnerans accusari de vulnere, vel de homicidio, siue accusetur post mortem, siue ante mortem vulnerati, & quis dies debet poni in accusatione, an dies vulneris, an dies mortis, dic vt per Bar. in l. libellorum. ff. de accusat. & plenius in l. damni infecti §. Sabini. ff. de damno infecto. Alex. de Ne.

a ¶ Nota, & tene menti perpetuò quòd omnis ludus quantumcunque licitus inter clericos, vt ludus schacorum non est licitus inter clericum, & laicum quòd conuersatio clericorum debet esse separata à conuersationibus laicorum, vt in ca. his igitur. 23. dis. & 2. q. 7. laicos. &c. Alex. de Ne.

b ¶ Sed aduerte, Inn. loquitur alternatiuè. Primò enim dicit q iste fuit culpabilis, quia in publico non patebat quòd esset accinctus falce, & sic insiliens si illam non vidit iustè potuit excusari, & secundum hoc si patuisset falx in publico, non fuisset imputandũ clerico. & sic nõ fuisset irregularis. & pro hoc intellectu facit text. ibi, incautus insiliit. Secundo modo intelligit quòd iste diaconus fuit in culpa, quia non reddidit se habilem, vt sine periculo posset equitare. Non obstat si dicatur quòd clericus non vtebatur licẽtia equitandi, vt in litera dicitur. Nam nihilominus debet imputari, quia licet potuit iuri suo renunciare, non tamen ius alterius potuit auferre. Ego credo quòd sit irregularis in casu huius c. tũ quia ludus cum conditione equitandi non erat licitus clericis, tũ quia erat illicitus propter commixtionem laicorum, Vnde casus veniens etiam præter culpam imputatur ad irregularitatem, vt est tex. in c. tua. j. eo. & ibi dicam. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa.*
2 *Ludus solatiosus non est clerico interdictus.*
3 *Clericus licitè potest portare cultellum aptum ad incidendũ panem & non aliter.*
4 *Irregularitatem non incurrit clericus si commisit homicidium casuale sine sua culpa.*
Liberè dicimur aliquid posse facere, quãdo non indigemus alterius auxilio.

CAP. II.

1 DATOR.†Homicidium casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa. h. d. secunda ibi, ideoque. Casus literalis. Quidã clericus. P. nomine qui cum quadam die cum quodam clerico luderet, cõtigit, q clericus proiicit istum P. ad terram, cuius cultellus, quem ad latus habebat incidit in illum clericum proiiciẽtẽ, & occubuit vulneratus. vnde ille P. accessit ad papam exponens sibi casum. mandat papa diœce. quatenus si est ita, &
2 alia iusta causa non impediat permittat P. ad sacros ordines liberè promoueri.
a B. †No. j. ibi cum quodam clerico luderet, quòd ludus solatiosus non est

ADDITIO.

a ¶ Ludus solatiosus. ego limitarem hoc dictum tam in clericis, quàm laicis, procedere, si nõ ludatur vltra vnum solidum. vt no. in aut. alearum vsus. C. de reli. & sumpt. fu. & Bart. in l. inficiando. §. infans. de fur. & quis dicatur esse permissus ludus. & quis prohibitus vide Bar. in l. si gratuitam. §. fi. & ibi gl. ff. de præscr. verbis. & & in l. j. C. de spectaculis. xj. Zach.

non est clerico interdictus. nam si esset prohibitus imputaretur sibi clerico homicidiũ, cũ dedisset operã rei illicitę. vt d. c. px. & intelligit In. de ludo schacorũ, qui nõ est clericis ꝓhibitus, vel alio ieui. Idem no. gl. iuris ciuilis in authen. interdicimus. C. de epis. & cler. licet. Cy. aliud senserit. sed primum verius. arg. hic & in c. clerici. 2. de vi. & hon. cle. iste tamen intellectus, licet sit verus in se, non tamen videtur congruere literę quæ dicit q ex ludo cõtingit, q ille proiecit eum ad terram. nam prostratio non contingit ex ludo schacorum. Vnde potest intelligi q sic solatiosè lude
3 bat ad brachia, sed tunc potest intelligi q ille ludus non fuit deliberatus, alias fuisset imputandum clerico non remouẽti à se cultellum, sed fortè alius insiluit in eum ludendo, & proiecit eum ad
a terram. & sic in nulla culpa reperitur prostratus. a †No. 2. q licitè clericus defert cultellum. alias. n. fuisset ei imputandum hoc homicidiũ, qa fuisset ī culpa deferendo cultellũ, sed debet intelligi de cultello apto ad incidendũ panem, & no. hoc, quia ꝓt quotidie accidere. secus dic de alio gladio. vt in c. clerici. de vi. & ho. cl. Vltimò no. q dixi in summario q etiam clerico non imputatur
4 homicidium casuale quãdo nõ reperitur in aliqua culpa. † In gl. fi. in fi. tene primum intellectum q de iure communi iste promo
e uetur, quia nullam irregularitatem incurrit ex quo non fuit in aliqua culpa, vt no. fuit. §. c. prox. in gl. fi. q hoc quod hic non exigitur dispensatio, facit litera ibi liberè permittas, &c. nam non liberè promoueret si egeret dispensatione ad hoc quod de verbo li
c berè, c no. in c. licet episcopus. de præb. lib. 6. d item pa. hic se refert
d ad factum ibi, si res ita se habet, &
c. & sic de iure promouetur, &
e non ex dispensatione e quod no.

ADDITIONES.

a ¶ Et istud probatur in c. ad audientiam. j. e. vbi imputatur præsbytero, qui cum corrigea causa correctionis verberauit quem dã de familia, quia non extraxit cultellum devagina appẽsum dictæ corrigiæ, & tamen dedit operam rei licitæ, vnde eadem ratione imputari isti deberet si ad ludũ brachiorum se prępaparasset, vel si eum socium fuisset aggressus. Pro hoc facit, quia ad inducendam irregularitatem sufficit culpa leuissima, vt dicit gl. sing. in c. significasti. el. j. in fi. 2. gl. j. c. Alex. de ne.

b ¶ Cultellum. No. ibi. q licitè clericus portat cultellum, & sic videtur hic casum pro gl. in auth. de armis, §. pen. iuncto c. 2. devi. & hon. cle. And. Barb.

c ¶ Liberè. Facit gl. in cle. fi. de ęta. & quali. And. Barb.

d ¶ Et de hoc vide gl. in terminis in cle. dudum. in verbo, liberè. de sepultu. Alex. de Ne.

c ¶ Do. autem Car. inducit hunc tex. cum hic notatis ad quæstionem. Duo piscabantur in quadam naui, alter cum ligno, in quo erat ferrum ad detrahendum ramos arborum obstantes, dum instaret detractioni casu interfecit socium D. Car. dicit quòd non tenetur dummodo adhibuerit diligẽtiam, quam debuit, pro hoc allego l. di. sæpe. cum duobus cc. seq. & dicit Do. Car. quòd fuit in facto consultum quòd non tenebatur pœna statuti dicentis, q homicida occideretur, nisi fecisset causa defensionis necessariæ. Et ad hoc nota bene quòd licet statutum excipiat vnum casum tantum, tamen intelliguntur excepti etiam alij casus qui in iure communi reperiuntur, & sic verba statuti extendenda sunt ne iuri communi prejudicent, aut contradicant, pro hoc tex. notab. in c. cum dilectus. de consue. vbi verba statuti impropriantur cõtra propriam significationem verborum, vt minus, quàm fieri possit lædant ius commune. de quo etiam dc iniur. in nostra. Al de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Clericis non est licitum aliquem occidere pro defensione rerum suarum, sed aliter defendere citra mortem sic.* 3.
2 *Homicida dicitur non solum ille qui interfecit, sed ille qui ligauit hominem vt facilius interficeretur.*
3 *Clerico licet pro defensione rerum suarum inuocare brachium seculare.*
4 *Clericus debet potius fugere, quam alium interficere si fugiendo potest illum euadere.*
5 *Abbas potest monachum suum punire & contra ipsum inquirere.*

CAP. X.

SVSCEPIMVS. Is ex cuius opera illicita sequitur homicidium, irregularis efficitur, vel sic. Homicidium imputatur ei qui fuit in culpa. Communis diuisio secunda ibi, verum. ¶ Casus literalis. Duo monachi erãt in custodia cuiusdam domus de
mandato abbatis: & dum in custodia essent quidam latrones de nocte ingredientes ad eos cœperunt eos in personis affligere, & vestimentis etiam denudare, monachi isti resumptis virib. ligauerunt illos, & retinere voluerunt quousque capitulo nuntiarent, dum vnus illorum ad notitiam abbatis rem perferret dimittens illos in custodia fratris tui, & latrones illi se soluere nitte rentur, frater ille timens ne occideretur ab illis, illos occidit. Iste qui rẽ ad notitiam abbatis deferebat dubitans an factum illud sibi imputaretur ad dominum papam cum literis abbatis sui accessit, vnde scribit papa ipsi abbati dicẽs, quòd potius expediebat relinquere
a tunicam, & pallium. & rerum sustinere iacturam, quam pro rebus cõseruandis vilib. & transitoriis tam acriter in alios exardescere, vnde iste abstineat à ministerio altaris, & vterque illorum ad arbitrium abbatis studeat peccatum suum expiare. quia cõstat eos ex studio vtriusque esse interemptos. Bern. No. i. quòd fur, & latro capiuntur equiuocè & sunt synonyma. nã isti qui accesserunt ad furandum de nocte in principio nuncupantur latrones, & postea ipsi ijdem appellantur fures. nam illa differentia quam assignant doct. §. e. in c. 2. non est perpetuò vera. vt hic patet. concor. §. eo. si
b perfodiens. vt ibi dixi. b Secundo no. ibi, vestimentis propriis, q largo modo potest frater appellare vestes proprias eas quib. induitur, appellantur propriæ ad differentiam aliarum rerum monasterij quib. non ita vtitur sicut istis vestib. de quo vide quod no.
1 gl. in c. nolo. & c. non dicatis. 12. q. 1. †No. 3. casum apertissimum, & notabilem quod pro reb. conseruandis non licet clerico occidere latronem, licet aliter res cõseruari nõ possunt: imo potius debet sustinere omnem iacturam rerũ, & nullibi ita benè probatur vt hic ipsas res non prohibetur defendere in cap. olim. 1. de rest.
2 spol. & dic vt ibi dico super gl. † Item 4. no. q ita tenetur de homicidio ille, qui interfecit, sicut ille qui ligauit pro hoc tex. in l. item Mela. §. si alius. ff. ad l. aquil. vbi tenetur de damno ille qui tenuit, sicut ille qui percussit quod probat hæc litera in fin. iuncta gl. vbi dicit quòd vtriusque operam illi fuerunt interempti & tamen tan
c tum vnus præstitit operam in ligando. c †In gl. 1. in fi. ex hac glo.
3 collige duplicem intellectum ad literam. primum quòd ideo imputatur homicidium sequens, licet defensionis causa factum sit, quia præcessit culpa in ligando. nam ex quo isti habebãt res suas saluas non debebant ligare, sed eos extra monasterium mittere. Secundus intellectus est, quòd isti interfecerunt pro reb. saluãdis quod non est licitum clerico. nec ob. c. 2. §. eod. quia defendendo se & sua secutum est homicidium, secus si pro defensione rerum tantum, nec ob. huic intellectui c. dilecto. de sẽ. exc. lib. 6. quia secundum Host. licet clerico pro reb. saluandis inuocare brachium seculare, & eius auxilium. ita loquitur ille tex. sed nõ debet in propria persona arma mouere. vt hic & ita transeunt communiter doct. sed certè iste intellectus nimis restringit illam literam: contrarium sensit ibi gl. fi. & gl. quę est in ver. bonis, ideò concludeq pro defensione rerum licitum est clericis manus iniicere, & defendere cum baculo, & gladio, non debent tamen procedere ad sęua, & occisionem, & hoc voluit ista litera ibi tam acriter in illos exardescet, & c. non ergo prohibetur licita, & moderata defensio, & sic videtur intelligere Inn. in c. fi. verò. el 1. de sen. exc. quod no.
An autem laico licitum sit indistinctè occidere pro saluandis reb.
4 dixi in c. 2. §. eo. dic. vt ibi. †Tertia lectura, colligitur ex glossa, quę est in verbo interimeretur, quòd iste poterat fugere, dum se soluere nitebatur. & no. singulariter istam gl. iuncto tex. quòd nõ ex
d cusatur clericus ab homicidio, si fugiẽdo poterat illud euitare. d

item no

ADDITIONES.

a ¶ Pro reb. Vide raso. in l. vt vim. ver. tertiò limita ff. de iust. & iur.
b Et similis tex. in c. tua. §. 1. j. eo. Alex. de Ne.
Vi hoc probat vt per eum. Seb. Sap.
c ¶ Sed aduerte, in quo differat hoc caput à l. item Mela. §. item si alius. ff. Ad leg. Aquil. Nam ibi vnus tenet aliquem ad hoc, vt alius ipsum percuteret, & hoc est indubitabile. s. q teneatur. vt §. eod. sicut dignum. Sed iste text. loquitur de illo qui ligauit furem, non vt interficeretur, sed vt præsentaretur iudici, & tamẽ tex. iste vult, quòd si potest isti imputari culpa, vt quia non bene ligauit, vel q dimiserit in custodia vnius tantum, erit irregularis. Alexand. de Ne.
d ¶ Euitare. Vide Car. in cle. 1. in 15. q. de homi. Ang. de Are. in tract. malefi. in verbo. defendendo. vbi Augu. Arimi. Ale. in cõs. 119. in c. visis, & oportet consideratis. i. vol. Seb. Sap.

Universidad de Deusto

item no.gl.in cle.si furiosus de homici.& notabiliter vult gl.ista probare iuncto tex.in fi.q̃ non so'um causatur irregularitas,sed etiam peccatum,quia excessit ecclesiasticã mansuetudinem volẽdo potius occidere proximum quã fugam capere.in laico verò Bar.tenet ꝯrium in l.1.C.vnde vi.quia cum fugari sit opprobrio sum,& iniuriosum põt licitè resistere,vt se liberet ab illa iniuria,
a vide quod dixi in d.c.s̃.e. a Alius intellectus assignatur q̃ iste fuit in culpa in dimittendo ibi duos licet ligatos in custodia vnius.In gl.in ver.detinere in fi.quasi velit gl.dicere q̃ in l.furem.probatur q̃ non licet indistincte laicis interficere latronem,sed q̃n nõ pos
b sunt aliter euitare mortis periculũ. b Sed tex.intelligitur multipliciter,& cõiter intelligitur de rerum periculo,& tunc solue ꝯriũ,
5 q̃ licet hoc liceat laicis,non tñ clericis.dic.vt dixi in cap.2.s.† in gl.pe.in fi.& ex hac glo.no.ar.abbatem posse inquirere,& punire monachum suum de homicidio.nã ipse abbas retulit hic papæ, non autem se impediuit eps.& facit pro opi.Io.de lig.in cle.ne in agro.de sta.reg.q̃ abbas potest inquirere contra monachum suũ iudicialiter,& punire.vt plenius dixi in repe.c.si quis contra cleri cum.de for.comp.

ADDITIONES.

b ¶ Nunquid iudex debet hoc facere. Si quis suspicatur rē sibi subtractam esse in domo alicuius, an iudex debeat ei permittere, vt quærat in domo illius. Et adde omnino quod de hoc scribit Bal. in l. secunda. C. de seruis fugit. & textum optimum in l. qui leuā dæ. versi. & si suspicati fuerunt. ff. ad legem Rho. de iactu. & quod de hoc notat Bar. in l. i. ff. de ser. fugitiuis. Item adde quod si dominus vult vēdere domum datam pignori, in qua habitat creditor cum familia, tenetur ei creditor ostendere cameram. fm Guliel. mum de Cuneo, & Bar. in l. quamuis. in prin. ff. de pignoratitia actione. Et idem credo in conductore, quando locator vult vendere domum locatam. Quod autem hic dicitur non posset perquirere in domo alterius pro re inanimata eo inuito, ītelligitur ¶ quando perquisitio fit ad vtilitatem priuatam, secus si fuerit ad vtilitatem publicam, secundum Bar. in l. secunda. de ser. fugitiuis. & ex dictis doctrinis in quantum loquuntur de re animata, deri deo quæstionem, vt quam vidi de facto in maledicta, & iniquissima ciuitate Ferrariæ, videlicet quòd iurat⁹ potest petere quòd pandatur sibi domus alicuius ad perquirendam vxorem. Quę autem sit ratio diuersitatis inter rem animatam, & inanimatam, traditur per glos. in cap. comperimus. 14 q. 6. & in capitulo frequens. l. distinct. & in regula, semel in versic. & per hoc. quod dicitur hic non posse fieri inquisitionem de re furata, est optimus textus in §. fed hæ actiones. & instit. de oblig. quę ex delicto. de Bellentzi.

c ¶ Item quęst. mouet hic But. & idem dicit. & idem tenent Doct. in d. l. requirendi. & dicit ibi Bal. q sufficiant indicia, etiam leuia, quia agitur de modico, vel de nullo pretio. dicio, sicut dī in descriptione, vt in l. facultas. C. de iure fisc. & ista sunt vera, quando perquisitio fit ad priuatam vtilitatem. nam si fieret ad publicam vtilitatem indistinctè permittitur perquisitio, vt in l. si quos. C. de metal. lib. 11. & in l. omnes. C. de aquæductu. eod. lib. & hoc tenet Bar. & Bal. in d. l. requirendi. Item scias q Inn. hic examinat, an si fur alienauit rem furtiuam, vtrum liceat furari, vel aliàs dolosè redimere. vt restituat vero domino. Et q̃d si subtraxit illi in quē alienauerat, cui debet restituere. vide de hoc latè per Innoc. & dic, vt hic Do. to. Vide consimilem quæ. to. in capit. olim. el 1. de restitu. spol. & in cap. 2. de ordi. cogniti. & vtrobique per Innoc. Alex. de Ne.

Universidad de Deusto

do quis non iudicat furem, quia diuisit rem furtiuam secum, quod etiam tenuit tacite gl. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Fur occultus potest promoueri ad sacros ordines post pœnitentiam, & rei furtiuæ restitutionem, sine aliqua dispensatione. §. 6.*
2 *Furans simpliciter res ecclesiæ non est excommunicatus ipso iure secus si fregit ostia, & rapuit.*
3 *Fur conuictus non potest promoueri ad sacros ordines, sine dispensatione.*
4 *Inuentis nummis vel alias res quæ verisimiliter non erant habitæ pro derelicto non committit furtum si habuit animum restituendi si patronus appareat, quod si non reperitur, debet erogari in pauperes.*
7 *Custos alicuius rei, qui ipsam minus caute reliquet adeo quòd fuit furto sublata, an teneatur de mala custodia. 8.*
9 *Famulo consueto alicuius creditur, & aliquid sibi restituitur, vt patrono suo reddat, qui si commiserit fraudem talis traditus non tenetur.*
Signum alicuius si quis portauit alteri ad hoc vt sibi credetur licitè illi, cui tale signum defertur credit, & ei restituit licitè rem.
10 *Fur qua pœna puniatur secundum vtrunque ius, & quibus modis agatur contra furem.*
Furtum quinque solidorum, punitur morte, si ex hoc sequatur fractio pacis

CAP. V.

1 EX LITERIS. † Fur occultus pōt post restitutionē, & pnīa ad sacros ordines promoueri. h. d. Cōis diuisio. secūda ibi. mādamus. ¶ Casus literalis. Quidā clericus B. nomine quēdā calicē furripuit de ecclesia ibi minus cautè dimittum & longo tpe ipm tenuit, sed post modū restituit ipsum, & volebat ad sacros ordines promoueri. quærebatur quid iuris sit, rn. papa si sponte pfessus fuerit, & exinde ecclesiæ cuius erat calix satisfecit nec est super hoc infamatus, post peractam pniam, aut prem ipsius dūmodo aliàs idoneus sit ad sacros ordines poterit promoueri. Bern.
2 ¶ † No. 1 ex tex. arg. optimū q rapiēs rem ecclesiæ etiā sacrā nō est ipso facto excōicatus, nā papa hic non mandat istum absolui ab excōicatione, quod fecisset si fuisset excōicatus, peccat ergo grauiter, & est excōicandus pro hoc q cōquestus de foro cōpet. & qd legitur, & no. in c. conquesti. h. de sen. exc. quod procedit solū qn rapuit rem ecclesiæ. secus si fregit ostia ecclesiæ, & rapuit,
3 vt in d. c. 2 questi. ¶ † Not. 2 q fur manifestus seu conuictus in iudicio de furto non pōt amplius promoueri ad ordines sine dispensatione. & idem est in quolibet peccato notorio. vt in ca. fi. de tē
4 po. or. ¶ † No. 3 q furtū committitur ēt capiēdo rē alterius mi-
8 nus cautè dimissam. Et hoc facit ad q. qdā reperit in viaflorenū, vel aliquā aliam rē, nūqd cōmittit furtū eam capiendo, dicit hic Io. An. q si vult euitare furtū, debet facere præconizari. vt is cui' est cōpareat. p hoc tex. in l. falsus. §. q alienū. versi. plerique. ff. e. & idē sol. uit gl. in c. quia frustrà j. de vitr. Tu dicere potes latius, q aut ex qualitate rei verisimiliter ille pīsumpsit rem habitā pdere licta, & tunc nō cōmittit furtū, qa hic nō est intentio fraudulosa, vt in d. § qui alienū. Aut pīsumpsit rem non habitā pro derelicta, vel pīsumere debuit ex qualitate rei. vt qa reperit florenū, & tunc committit furtū. vnde non est verisimile q qs proiecisset florenum, & tūc si vult euitare omnē suspicionē furti debet facere pconizari. Sed si in veritate no habuit intētionē furādi, sed capiendi, & restituendi vero dño si apparuerit, non tenet de furto, licet nō faciat præconizari, & maximè hoc pcedit hodie, qa ex cōsuetudine ille qui perdit rem facit præconizari, vnde potuit iste expectare, vt præconizetur, & ad ver. plerique. potest dici q illa est cautela, & consilium ad euitandum omnem suspicionem, sed ex qualitate personæ reperientis, & ex verbis prolatis per eū satis po
b test purgari illa suspicio. b Quid autē si non reperitur dominus. dic q si præsumit rem habitam pro derelicta potest sibi retinere, aliàs autem debet dare pauperibus. arg. c. cum tu. j. de vsur. & in
c aut. oēs peregrini. C. cōmunia de succe. c & no. in d. §. qui alienū.
5 ¶ † Vlteriùs nota, quinque requīsita, vt semel fur possit promoueri. primò requiritur q sponte fuerit confessus, secundò q satisfaciat læso, tertiò q infamia non surrexerit cōtra eum. quarto q pe
regerit pniam, vel partem ipsius. quintò quòd alias sit idoneus.
6 ¶ † In gl. prima opi. cōiter tenetur, & verē. Cōclude ergo q regulariter ex quo peccatum est occultū, & nulla infamia inde est orta, quis potest promoueri peracta pœnitentia vel parte ipsius.
7 in c. fi. de tempo. ord. & qd ibi nota. ¶ † Extra glo. quæritur. hic dicitur q calix iste erat m nus cautè dimissus, nūquid custos eccle
siæ teneatur ad emendam, si non pōt recuperare. Doct. q sic, ex quo reperitur in culpa, de quo vide gl. & Inn. in c. ea quæ. de off.
8 Arch. † Et hæc faciunt ad quæstionem quotidianam. Scholaris dimisit librum in scholis, qui subtractus fuit nunquid bidellus teneatur ad emendam, videtur q sic, qa tenetur ad custodiam si cut custos. Bar. hanc quæstionem ponit in l. si quis vxori. in §. 4
pud Labeonē. ff. eo. & ibi concludit q iure scholaris specialiter al signauit librum bidello, aut simpliciter dimisit librum in scholis.
9 ¶ † Primo casu si bidellus restituit socio scholari consueto, vel familiari si ille post modum asportauit, non tenetur. argu. l. cum qui. & in l. argentum. C. com mo. facit c significante. de pig. idem dicit si agnauit eum alicui deferenti aliquod signum scholaris. Et bene no. hoc dictum q iterè quis restituit rem alterius deferenti signum illius, nihil tamē allegat ibi Bar. Ego allego tibi bo num tex cum ibi no. in c. significauit. de app. quod puto verum, nisi res esset valde pretiosa, quia tunc non est credendum de facili simplici signo. arg. op. ex no. in ca. post cessionem. de probat. & in c. 1. & 3. de fin. instru. Aut scholaris specificè non assignauit librum bidello, & tunc videtur adhuc etiam bidellus teneri si nō restituit modis prædictis, & fuit deperditus in nauta, & caupone, qui tenentur de rebus perditis in nauī, vel hospitio. Sed hoc non placet Barto quia ista lex est contra ius: & loquitur in certis casibus, vt ibi, & in l. 3. & ideò dicit q hoc casu posset distingui secūdum l. dominus horreorum. ff. loc, vt scilicet distinguamus, an bidellus obtulit se ad custodiam vel non, vt primo casu teneatur, secundo non. Sed potest aliter dici, q aut loquitur in bidello speciali, vel generali. vt specialis teneatur, quia ad hoc collectas. & alia commoda consequitur, vt custodiat libros. Si ergo reperitur in culpa tenetur ex mala custodia, sicut §. dixi. de custode. Sed in generali bidello posset procedere opi. Bart. quia officium suū nō versatur circa custodiam librorum, ¶ sed posset dubitari qd in ista ciuitate Senensi vbi non sunt bidelli speciales, sed gnrales tantùm. Et puto aduertendum esse ad formam constitutionis;
d vt si teneatur custodire libros, pceda ill'a opinio, aliàs secus. d
10 ¶ † Vltimò, vt intelligatur materia huius tituli quæ minus
e perfectè haberur in hoc titulo. quæro qualiter puniatur. e

dic q

ADDITIONES.

a ¶ Reperit in via. Adde quod not. d. Abb. in ca. cum dilecti. de acc & D. Ant. in c. dudum el 2. de elec de Bellentz.
b ¶ Idem sentit gl. in d. §. qui alienum. ponuntur tres casus. Primus, qñ inueniēs rē alterius habuit animū retinendi pro se: & tunc cōmittit furtum, vt ibi dicitur, & inst. de rer. diu. in fi. qd no. fallit vbi dñs habuisset illam rem pro derelicta; quia non cōmittitur furtum, nisi sit persona cui fiat, vt dicitur in d. § quia alienum. Secundus casus qñ putauit inuentor rem esse habitā pro derelicta, & tunc non cōmittit furtum dato, q non sit habita pro derelicta, vt ibi dicitur. quod intelligit ibi Bar. qñ dicit se putare ex aliqua rōne probabili, aliàs non crederetur sibi cum præsumptio sit ē eū, vt in l. cōquerebatur C. vnde vi. & idem dicit Bar. in l. inter omnes. § rectè. e. ti. Tertius casus qñ non putauit rem habitā pro derelicto, nec etiam erat habita pro derelicto: & tunc si non habet animū retinendi, sed restituendi dño si apparuerit non cōmittit furtum, & cautela est q fiat præconizatio, vt ibi dicitur. Si tñ non fiat, non per hoc incurrit præsumptionē furti, vt ibi tenuit gl. & tenet Ab. Sic. hic. imò dato q improbè pro re tam inuenta i. manifesta petat pretium inuentionis, nec aliter velit restituere nō tamen in currit crimen furti, vt ibi dicitur, quod no. Alex. de Ne.
c ¶ Istud tenet Bart in d. §. qui alienum. & dic de ista materia, vt q Ab. Sic. in c. cum dilecti. de accus. vbi etiam quædam alia refert, q dicit Bart. in l. falsus. §. si iactu. ff. de fur. & vide Host. in summa de pœn. §. quæ pœnitentia. verſ. quid si quis inuenerit, vbi idem dicit. Dic tñ q si inuentor est pauper, & agens cum consilio, & auctoritate episcopi potest retinere rem, & orare debet pro illo cuius est res inuenta, ibi tamen Host. dicit q exigitur præconizatio, licet Abb. Sic. hic dicat ǝtrium. & vt dixi est opinio Abb. Sic. mihi magis placet tene menti dictum Host. & aduerte quæ dixi in ad dit præced. Alex. de Ne.
d ¶ Vide intentio Bart. est, q aut bidellus assumpsit custodiam librorum, & tunc tenetur etiam si liber perditus nō fuerit assignatus illi. & dicit But. qd tenebitur de leuissima culpa: qa qui obligat se ad custodiam, debet præstare oēm diligentiam, ita q tenetur de culpa leuissima vt in l. dñs horreorum & l. qui mercedem. ff. loca. & idem sentit ibi Bart & per hoc dicit But. q cum hodie sint constitutæ collectæ bidellis, vt custodiant libros ipsi tenentur de quacunque culpa commissa, etiā leuissima. Vnde si scholaris probat q illa die perrauit librum, tenebitur bidellus solue
re æstimationem libri, quod no. Alex. de Ne.
e ¶ Qualiter puniatur, qualiter imponatur pœna pro furto tam de iure ciuili, quā canonico. & quot modis pro furto agi pōt civi
liter, & criminaliter. est tex. cum glo. in l. interdum. ff. de publ.

✠ Sed in

dic q de furto potest agi ciuiliter, & criminaliter. Ciuiliter potest agi condictione furtiua ad ipsam rem duntaxat recuperandam, & de hac condictione habetur ſ. de cōdi. fur. per totum. Item po
a test agi ad pœnam furti, ad cōmodum eius, cui res subtracta fuit Et si furtum est manifestū, tenetur pœna quadrupli. si verò non est manifestum, tenetur pœna dupli. Et dicitur fur manifestus, quando deprehēditur in ipso furto, vel cum re furtiua, antequā illam ducat in locum destinatum insti. de oblig. quæ ex deli. nasc. in pr. n. & in §. pœna furti. Potest agi, & criminaliter ad vindictā, & tunc vario modo potest agi. vt no. in aut. sed nouo iure. C. de seruis fugi & in c. 2. de homi. nam si esset fur sine aggressura, tūc de iure auth. nō debet imponi pœna mortis, vel abscissio, aut debilitatio mēbri alicuius, sed fustibus potest castigari, secus si est latro cum aggressura, de quo ibi, & in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. Alij verò dicunt q etiam hodie reperiens rem vltra quī
b que solidos valētem, debet puniri pœna mortis, vt in li. feud. de pace ten. §. si quis quinque. Sed mihi placet illa opi. q illa iura in telligantur, quando ex tam modico furto sequitur pacis fractio sed hodie communiter statuta prouident de pœna in quolibet loco, & hoc de iure ciuili. Sed de iure canonico clericus cōmi, tens furtum debet exponi, & detrudi in carceres, ad agēdam pœnitentiam. vt in c. cum non ab homine. de iud. & in cap. tuæ. j. de pœnis. c tene menti. Abbas.

ADDITIONES.

§ Sed in contrarium videtur. q imo non potest agi ciuiliter quā do pœna applicatur parti. vt no. gl. in l. agraria. ff. de ter. mo. & d. Ant. in rub. de iud. Sed pœna dupli vel quadrupli applicatur parti, ergo, &c. Solutio. potest intelligi q agitur pro furto criminali ter per dictum §. si quis quinque solidos. in titul. de pace tenend. sed hęc solutio nō est bona quia tempore. dicta. l. interdum. quæ permittit agi pro furto criminaliter nondum emanauerat dispositio d. §. si quis quinque solidos. de qua dispositione non potuit cogitare, nec diuinare d. l. interdum. dico aliter q tunc demum p furto pōt agi ciuiliter. & de iure digestorum quando est latè furtum quod transit in speciem latrocinij, per tex. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. & in c. tuæ. j. de pœn. potest etiam agi pro furto criminaliter. quando fur est notorius, etiam de iure digesto rum est puniendus pœna capitali, vt est tex in l. j. ff. de fur. iuncta l. 2. de accu & facit c. cum perfodiens de homi. potest etiam agi plagij, per tex. in l. si quis seruum. C. ad legem Flauiā de plagiar. & istis casibus potest agi pro furto, vt dicit textus ī d. l. interdum. ff. de publ. iud. alias autem non poterit de iure communi agi criminaliter pro furto, vbi hodie etiam de iure nouo, quis vellet agere criminaliter pro furto facto rumpendo pacem contra tex tum d. §. si quis quinque. in ti. de pace tenenda. & istud tenemen ti. quia non est declaratum per d. Abbatem, nec per alios. docto res. de Bellent.
a ¶ Et dic quòd ad ipsam repetendam potest agi rei vendicatione, & condictione furtiua. Sed rei vendicatio datur contra quemcū que possidentem siue sit fur siue alius. Sed condictio furtiua datur tantùm contra furem. Item vltra rei restitutionem potest agi ad pœnam furti, nec restitutio rei computatur in duplo, vel quadruplo. imò vltra rem potest integram pœnam petere & de his vide tex. Instit. de oblig. quæ ex delicto. §. fi. Secus in actione quod metus causa, quia in quadruplo computatur simplum, vt in l. si cum exceptione. §. j. & §. quadruplatur. ff. quod met. cā. Vnde Bart. in l. hoc edicto. ff. de publica. dicit, q quando statutum dicit quòd solua duplum, vnum simplum erit rei persecutio, aliud pœnale, & sic dicit intelligendum in materiis merè pœnalibus. Nam dupla bitur illud quod erat simplandum, & dicit q in duplo computat simplum, nisi lex, vel statutum aliud expressè dicat. idem sensit gl. in l. pen. ff. ad l. Iul. pecul. Sed Io. An. in Spec. de loca. §. nunc ali qua. verſ. xj dicit q in pœna legali vtrunque potest peti, & interesse, siue æstimatio rei, non computatur in pœnam secundum ipsum. sed in pœna conuentionali res, siue æstimatio siue interesse computatur in pœnam, alleg. l. prædia. ff. de actio. emp. & vide omnino Bal. in c. 1. §. si duo. in ti. de pace tenen. in vsib. feud. Al. q Ne.
b ¶ Debet puniri. Hanc opin. sequitur Bar. in l. capitaliū. ff. de pœn. & vide de hoc per do. Abb post Host. in cap. tua nos. §. j. circa fi. de homi. de quo etiam per Bar. in d. aut. sed nouo iure. C. de ser. feg. de Bellentz.
c ¶ De pœnis Ille tex. in ca. tuæ. non facit ad propositum, quia loquitur de latrocinio. de Bellentz.

¶ De vsuris. c Tit. xix.

ADDITIO.

a ¶ De vsuris. Ad totum istum titulum, vide Bald. in rub. de vsuris.

& si vsura permittitur ratione mutui, & alterius pacti, an sit licita, Bal. ponit, sed non decidit in l. petens. C. de pact. item pro intellectu istius ti. & rationē, quare potest recipere pecuniam pro pecunia numerata, hoc est pro vsura, & an sit vsura. vide omnino latè p Bea. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. & dicit gl. in l. 1. in prin. in verbo, Quoties. ī fi. ff. de sol. q debitores sunt tenaces in soluēdo vsuras quas non receperunt, & videtur eis q soluant lumina oculorum. item an per vnum ǝctum vsurarium dicatur quis vsurarius. Dic q sicita optimè deciditur ex his quæ no. Bar. in l. matri. §. qui quęstū. ff. de adul. ad qđ optimè faciunt q̄ scripsi in meo repert. in ver. Mercator, & per Do. referētē dicta Bar. in c. 1. in 2. col. de vi. & ho. cle. de Bellentz.

SVMMARIVM.

1 *Duplex definitio vsuræ.*
2 *Vsura in quib. reb committatur.*
3 *Vsura non committitur quando quis ponit pecuniam ad bāchum alicuius, & exinde recipit aliquod lucrum.*
4 *Vsura cōmittit licet sorti nō accedāt res consistentes in pōdere, numero, vel mensura. sed reddatur vltra sortē aliqua species, puta equus, vel qđ simile. Vsuram committunt doctores qui alliciunt scholares ad intrandum secū propter pecuniam, qui alias non essent intraturi.*
5 *Vsura quare prohibitain vtroque testamento.*
6 *Circa vsurariam prauitatem, ecclesia habet iurisdictionem in laicos.*

¶ Continuatio Rubricæ.

¶ Continuari potest hęc rub. ad præcedentes hoc ordine, quia v
a suram exercens rapinam quodāmodo. a & furtū cōmittit. 14. q. 3. si quis vsuram. & subiacet restitutioni sicut furtum cōmittēs, siue rapinam. vt in c. cum tu. j. eo. ideò postquā visum est de raptoribus.
b & de furtis competenti ordine subiicitur rubrica, de vsuris. b † Sed
3 quæro pro declaratione materiæ quid sit vsura. c Solet dari du
c plex diffinitio. prima est, q vsura est quicqd sorti accedit hæc diffinitio pōt elici ex c. vsura. 13. q. 3. sed non est perfecta diffinitio, qa posset accedere aliquid sorti gratis, & tñ non esset vsura. ar. 1. q. 2. c. sicut. & ſ. de simo. c. dilectus, & c. & si qónes. ideò ad saluandum hāc diffinitionem oportet addere, vt dicatur q est quicquid sorti accedit ex pacto, vel intentione pcedente. vt in c. q soluit. j. e. pt etiam aliter diffiniri, & sic: Vsura est lucrū mutui ex pacto debitū,
2 vel exactum. † Secūdò quæri potest in quib. reb. committitur vsu
d ra, dic q in his, quib. consistit mutuum. d & mutuum quidem cō sistit in his quæ sunt triplicis generis. Nam quędam consistunt in numero, vt pecunia, quædam in pondere, vt argentum, & aurum. Quædam in mensura, vt triticum, & vinum. In aliis verò reb. nō potest consistere mutuum. Ratio est, quia in mutuo transfertur dominium rei mutuatæ, vnde dicitur mutuū, quia de meo fit tuū. vt l. 2 si cer. pe. recipiens verò mutuum non tenetur restituere ad identitatem eiusdem substantiæ, quia vt plurimum ista, quæ mutuantur consumuntur vsu: sed tenentur restituere tantundem sub certitudine eiusdem valoris. vt l. cum quid. & l. vinum. ff. si certum

ADDITIONES.

a ¶ Quodāmodo. Ex hoc quod Abb. vtitur verbo quodāmodo vī velle q vsura sit impropriè rapina, ita q dispositio loqueus de raptoribus non habeat locum in vsurariis, & ita voluit Arch. in ca. si quis vsuram. 14. q. 3. Sed. Sap.
b ¶ Vnde vsurarius dicitur legalis latro, vt dicit Io. An. in reg. peccatum. in ar. 1. sed Host. in tūm. co. ti. in continuat. Rubr. dicit q nullus est improbior raptor, vel fur quàm maledictus vsurarius. Sed mihi non videtur q sit improbior quàm raptor, vel fur, quia fur, vel raptor tenetur in duplum, vel quadruplum, sed vsurarius tenetur tantùm ad restitutionem illius quod extorsit, ergo si minus punitur, sequitur q peccat minus 14. qu. 1. non afferamus. in fin Alexan. de Ne.
c ¶ Vsura. Adde Fed. consi. 303. ro. consi. 423. & consi. j. allegato.
c ¶ Vsura. Quid est vsura, & hanc diffinitionem vide per Imo. in cle. 1. de vsu. in 19. col. ver. quærit hic Gulielmus. & Pe. de Anch. in re pe. regulæ, peccati venia. in 1. q. principali. & de hoc vide latissimè & melius, quam alibi. per d. Lau. de Rodul. in suo tractat. de vsu. de Bellentz.
d ¶ Mutuū. nūquid autē sit vsura, si quis accipit aurum ad mercātiā faciendam, & reddit argentum, quia creuit: vide Fel. in c. excōica mus. ſ. de hęreticis. Sed. Sap.
d ¶ Mutuū. In quib. reb. potest committi vsura, de hoc vide per Lau. de Rodul. in suo tractatu de vsuris. in 2. cha. ver. ad tertium. & gl. 14. q. 3. in sum. & quod ibi no. Pet. de Anc. in repe. regulæ, peccati venia. in 1 6. q. principali. in 6. de Bellentz.

Universidad de Deusto

ff. si cer. pe. Certitudo autem valoris nō potest haberi in aliis reb. non consistentib. in numero, pondere, vel mensura, nam verè impossibile esset inuenire vnū equum omnino eiusdem valoris, cuius est alius equus, sed in pecunia, & in aliis consistentib. in pondere, & mensura reperitur certitudo valoris in aliis reb eiusdem substantiæ. a Quare autem vsura consistit in his reb. tantum ratio potest assignari, quia in istis transfertur dominium, & vsus rei non est separatus à consumptione ipsius rei, sed dñium ipsius re, vnde in istis reb exigens aliquid propriè rapit vsum, quia vult capere id quod ex vsu rei mutuatæ, & tñ in istis non est dare vsū separatū à dñio rei, quia (vt dixi) dñium consumitur ex vsu, sed in aliis reb. secus est, nā si loco tibi domū, vel equū, vsus rei est separatus à dñio, nec consumitur dominiū rei ex vsu, & ideò nō facio p̄ naturam rei capiendo aliquid pro vsu ipsarum rerum. nam dominium equi, seu domus remanet apud me, & tu habes vsum rei. nam ex illo vsu, quem loco licitè possum aliquod lucrum capere, sed hoc non contingit in reb. mutuatis, quia (vt dixi) dominium incontinenti transfertur in me, & non possum vti re mutuata quin consumam dominium rei, vñ dī vsura, quasi raptus vsus, qa quis rapit vsum, & inducit vsum. vbi in veritate vsus non est. Ex his habes quare ex re locata possum licitè capere lucrum, & non ex re mutuata. † Et ex his infertur q̄ si ego locarem tibi pecuniā non vt expensas, sed vt ad pompā retineas in bancho, licitè tūc possum aliquod lucrum capere quia tunc vsus rei est separatus à dominio. vt no. in c. conquestus. j. eo † Et quod s. dixi vsuram ptō stere in his tñ, in quib. consistit mutuum, intellige de reb. procedentib. ab vsurario. nam ex parte capientis ad vsuram pecuniā nō est vis, q̄ detur ratione lucri, nam siue detur equus, siue domus, vel fundus, seu quicquid aliud æstimabile, vsura ꝓmittitur c adeò q̄ certo casu doctor committit vsuram mutuando scholari pecuniam, vt intret secum d: alias non intraturus. vt plenius dicam, post Cal in c. nauiganti. j. eo. & de his vide quōd no. 10ā An. in regula peccatum de reg. iu. lib. 6. & per Cal. in cap. nauiganti, præal. † Sed quæro, quare vsura est sic vtroque testamento prohibita & ita detestata à iure humano. inno. hic super rub. ponit aliquas rationes e. Prima est, quia si licitum esset lucrum vsuræ, omnes fere homines reiecta agricultura, & aliis mercimoniis intenderent vsuræ cum sit lucrum valde tutum, & ex hoc de facili contingeret caristia, seu rerum penuria, nam pauperes ex defectu pecuniæ nō possunt intendere agriculturę, nec reperirent pecuniam sine vsuris, & sic sequeretur excidium pauperum. Secunda ratio est quia vix euitaretur idololatria in hoc peccato. nam videntur vsurarij, nummum, vt deum venerari. 67. dist. sicut hic. Tertia rō est, quia ē p̄ pietatem, & charitatem, nam debet quis subuenire proximo in necessitatib. constitutio: vnde contra charitatem peccat nolens mutuare sine lucro, vnde non diligit proximum, sicut seipsum, quemadmodum tenetur ex præcepto diuino. vt in ca. prouide. de f pœn. dist. 2. f. Sunt & aliæ rationes coadiuuantes, sed videtur quòd illa. s. quam tacitè supra sensi sit melior, quia vsura est vitium quod dam contra naturam rerum, quando pecunia germinat pecuniā quæ tamen naturaliter non est apta germinare. cum sit rātum in mensura rerum. ff. de contrah emp. l. 1. & in c. iniciens. 88. di. & vēdi g tur vsus rerum, vbi non est. g † Et per hāc rationē dixit 10. mo 6 na in c. 1. eo. ti. lib. 6. q̄ ecclesia hoc casu vendicat sibi iurisdictionem in laicos, quia vsurarij committunt principaliter in Deum abutendo rerum vsu. ideò ad eius vicarium spectat punitio. Item vsura est peccatū inductū ex veteri, & nouo testamento, & ex lege canonica, & ideò punitio spectat ad cōditorē canonum, & ad h vicarium Christi, b Abbas.

ADDITIONES.

a ¶ Hoc etiam declarat 10. An. in reg. peccatum. in 1. artic. vbi idem dicit. Ale. de Ne.

b ¶ Pompā. Adde Lud. Ro. cons. 40. & ibi vide multa ad materiam.
b Pompam. Vtrum pecunia possit vendi, vel locari. de hoc vide per Pet. de Anc. in regula, peccati. in 3. q. prin. gl. in c. 1. 14. q. 3. & quod ibi notaui. de Bellentz.

c ¶ Vsura cōmittitur. Vide Abb. in c. consuluit. in 3. no. & in c. fi. ver. vltrò hic quæro. j. eo. Seb Sap.

c ¶ Ista sunt verba 10. An. in reg peccatum. in art. & probatur. 14. q. 3. vsurā. & c. plerique. vbi etiam dicitur q̄ si quis ex mutuo exigeret poculum vel cibarium, vel aliud munusculum vsura committitur. Ale. de Ne.

d ¶ Vt intret secū, aliàs non intraturus. Distingue de hoc dicto, vt p Ant Cor. sing. suo. in ver. doc. 1. & Mo. in l. rogasti. §. si tibi dedero. in fi. ff. si cer pe. Zach.

e ¶ Aliquas rationes. Vide vnam rationē principalem, quare vsura sit prohibita per Bartol. Veronen. in cau. 127. & per Mod. in repe. l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide catho. Seb. Sap.

e ¶ Aliquas rōnes. Quæ est rō q̄ phibitæ sunt vsuræ, de hoc vide p. Imo. in d. cle. j. & per Pe. de anch. in d. reg. peccati. in 3. q. prin. & per Io. de Lig. in c. nauiganti. j. e. & latissimè p. d. Laur. de Rodul. in tractatu de vsuris. in vers. ad septimum, & per Bal. in rubrica de vsuris. vbi plenè & in l. cunctos populos. in lectura, vers. quæro primò. C. de summa tri. de Bellenti.

f ¶ Vtrùm autem teneatur quis ex præcepto mutuare proximo cō stituto in necessitate Doct. & Goff. j. e. consuluit. dicunt quòd sic, quia tēpore necessitatis omnia sunt communia. 47. dis. sicut hi. & xij. q. ij. d. lectissimus. & sic hoc casu mutuum est in præcepto. facit optimè 76. di non satis Alex. de Ne.

g ¶ Quòd contractus vsurarius sit ex natura rei vitiosus & malitia conuolutus, patet. Nam philosophus nulla lege scripta arctatus, vel edoctus, sed sola ratiōe naturali ductus lucrum vsurarium est detestatus. vt patet primo, Politic. quod non fecisset, nisi contractus vsurarius fuisset ex natura rei vitiosa, & malitia conuolutus. Secundò patet quòd vsura est rapina. 14. q. 4. si quis vsuram. sed certum est quòd rapina est ex natura rei vitiosa, & malitia 2 uoluta. pro hoc facit tex. 47. di. sicut hi ibi, interdum etiam vsuræ arte nequissima ex ipso auro, autum nascitur, & est tex. Ambrosij, Ad idem est optimus tex. 88. di. eiiciens. & circa hoc vide no. per Io. An. in reg. peccatum. in 2. artic. vbi per multas rationes cō cludit contractum vsurarum esse ex natura rei vitiosum. Et hæc not. quia ex hoc sequitur q̄ ecclesia possit, & debeat se impedire de peccato Iudæorum fœnerantium, quia vbi infidēlis delinquit contra ius naturale potest punīri per ecclesiam iuxta doctrina Inn. & Doct. in c. quod super his. de voto, & ita concluso in quo dam consilio. quod feci contra Iudeos volentes fœnerari, vide quod dixi in c. inter opera. de sponsal. Alex. de Ne.

h ¶ Ad vicarium Christi. Nunquid autem materia vsurarum spectet potiùs ad Canonistas, & Theologos, vide Pe. de An. in dispu. in c. antiquis, & modernis temporibus. refert Ana. in c. in ciuitate. j. e. Alex. in consi. 3. in 2. vol Seb. Sap.

h ¶ De hoc s. quis cognoscat de crimine vsurarum ꝺ laicum, an index secularis, an ecclesiasticus. dic vt plenè per Doct. in c. cum sit generale. de foro compet. & in cle dispendiosam. vbi etiam gl. in verbo, vsuris. de iud. & dic quod etiam infidelem potest punire ecclesia exercentem crimen vsurarū, intellige tamen, vt dixi in ca. postulasti. s. de Iudæis. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei pignoratæ deductis expensis debent computari in sortem, aliàs est vsura.* 2.
3 *Fructus rei pignoratæ computantur in sortem quando sunt consumpti, si autem non sunt consumpti debent restitui vna cum pignore.*
4. *Clericus vsurarius deponitur ab officio ecclesiastico.*
5 *Fructus percipiendi, vel qui percipi poterunt an & quando computentur in sortem.*
Vsura est, quicquid accedit sorti loco interesse.
6 *Vsura non est si mutuauit centum, quæ non potuisti restituere, & ideo necessitatus accepit centum sub vsuris, possum exigere à te non solum sortē, sed vsuram, quam alteri solui.*
Fidejussor potest repetere à principali, si ipse cum non haberet de suo accepit pecunias sub vsuris.

CAP. I.

PRLVRES. † Si creditor percipit sortem ex fructibus pignoris deductis expensis tenetur pignus restituere debitoria & vnum casum excipit. Vel summa aliter, & sic Vsura est lucrifacere fructus rei pignoratæ, fallit in casu hic excep. h. d. Et diuiditur in tres partes. nam primò prohibet clericis vsuram generaliter, non nominatim certam speciem. secunda ibi, quòd si pœnam addit. In tertia à prædicta specie vnum casum excipit ibi, nisi, &c. ¶ Casus literalis. Quia plures clerici data pecunia possessiones recipiebant in pignus dicētes nō esse vsuram. Statuit concilium Turonense, vt nullus constitutus in clero hoc, vel aliud genꝰ vsuræ exercere præsumatur. Sed si qs possessiōes alicuius data pecunia recepit in pignꝰ, si sortē suam recep

ADDITIO.

a Debitori. An excommunicatus possit opponere cōtra creditorē de remedio huius decretalis, vide Fel. concludentem, quòd sic, in c. cum inter. j. de exceptio. Seb. Sap.

recepit, & deductis expensis possessionem liberè restituat debitori. Si autem aliquis minus habet, eo recepto. possessio ad dominum liberè reuertatur. si verò post istud statutum in clero quisq; vsurarum crimen commisit, officij periculum patiatur, nisi fuerit beneficium ecclesiæ quod redimendum sibi hoc modo de
2 manu laici videatur. † No. primò ex tex. quòd vsura committitur non solùm quando expressè aliquid datur annuatim, sed etiam si ex pacto creditor lucratur fructus rei pignoratę, nam cū fructus recipiant æstimationem accedunt nunc sorti ex pacto præcedenti. & licet tex. hic loquatur in genere de possessionibus & fructiferis, idem dicendum in omnibus aliis rebus debent enī soluta pensione extenuare sortem, vel perinde est ac si per vsurā solitam perciperet pensionem. Quicquid enim æstimabile percipitur vltra sortē vsura est. 14. q. 3. quasi per totum. Et sic no. q̄ cre
a ditor potest vti fructibus rei pignoratę, debet tamen illos cōpu
3 tare sibi in sortē a. † No. secundò q̄ fructus b percepti ex re pigno
b rata ipso iure attenuāt sortem, vt hic vbi mandatur quòd solutè. i. sine aliqua difficultate res pignorata debeat restitui debitori. quod intelligę, quando creditor consumpsit fructus, nam tunc
c habet locum quod hic dicitur caliàs secus, quia non debet fieri compensatio de specie ad quātitatem, & fructus sunt tacitè obligati. & in ea causa, ī qua est ipsum pignus principale. vt in l. 2. C. in quibus cau. pig. ta. contrahi. & in l. j. & 3. C. de pac. pig. & hoc
d probatur in c. ad nostram. j. secundum vnum intellectum. d s. de
4 iureiu. † No, vlt. pœnam clerici exercentis vsuram debet enim de
e ponie ab officio ecclesiastico, de quo in ca. inter dilectos. j. de ex
f cess. præla. f† 1n gl. j. in fi. & de hac materia vide tex. cum ibi no. in
5 c. cum contra s. de pign. & per Host. in sum eo. ti. §. quando effica citet. ver. sed nunquid creditor. & ibi Host. querit, & ponit 10. An. hic post eum. nunquid creditor teneatur sibi computare in sortem fructus percipiendos, nam de fructibus perceptis nō est dubium, vt hic. & concludit Host. quòd non, nisi fuisset in fraude. Idem si non locauit domum solitam locari, vel si non erat solita locari reperiebat tamen conductorem, sed noluit locare istis casib. teneret ac si locasset. arg. in l. j. & 2. C. de pact. pig. 10. An. dicit q̄ vna lex in hac materia dicit creditorem sibi debere computare in sortem fructus quos percipere potuit, vt in præal. l. j. & 2. C. de pac. pig. Alia lex dicit q̄ debet sibi computare fructus, quos percipere debuit. vt in l. 2. C. de pig. act. 10. cald. dicit quòd sorti nō dum satisfacto tenetur sibi computare fructus perceptos tātum, sed postquam satisfactum est sorti tenetur computare etiam per cipiendos. Ratio diuersitatis, quia hoc vltimo casu est malæ fidei possessor in non restituendo rem ex quo sibi satisfactum est de fructibus, vt hic. nam malæ fidei possessor tenetur restituere etiā fructus percipiendos. vt no. in c. grauis. s. de resti. spolia. d. And. cō cludit quòd si creditor fuerit īdolo vel lata culpa tenetur de percipiendis, aliàs secus, & satis potest hoc dictum procedere, quando contractus pignoratitius fit gratia debitoris tātum, quia hoc casu non tenetur creditor, nisi de dolo, & lata, secus puto, vbi talis contractus fuisset gestus gratia vtriusque, vt quia tu inhabitares domum meam pignoraui tibi eam, vel constitui tibi aliquod lucrum. eo casu debet teneri creditor non solùm de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui. l. si vt certo. ff. commo. l. contractus. ff. de reg. iur. & ideò debet sibi computare etiam illos fructus. quos diligens paterfamil. percepisset, & hanc sniam satis puto veram, & ad hanc distinctionem reducerem leges superius alle. g

1n gl.

ADDITIONES.

a ¶ 1n sortem. adde q̄ si in re, ex qua percepit fructus, sustinuit permultos labores, quòd tunc fructus non computantur in sortem vt dicit Ro. sing. suis.

a ¶ Dic q̄ nedum fructus computātur in sortem, sed etiam si creditor percipit de fructibus vltra debitum, superfluū debet restituere debitori facta compensatione vsque ad concurrentem quantitatem. vt in c. cum cōtra. s. de pig. & ibi est tex. sing. vt dicit Bal. in l. j. C. de pig. act. Alex. de Ne.

b ¶ Fructus. Sed tu. quomodo intelligatur illud qd dicitur, q̄ fructꝰ pignoris computantur in sortem, declara elegantissimè, & me liùs quàm alibi, vt per do. Ant. post. gloss. & doctores in ca. ad nostram. el. j. in 3. & 4. col. de iureiur. de Bellent.

c ¶ Dicitur. Ad idem vide do. Ant. in d. c. ad nostram. el. j. in pen. co. de iureiu. de Bellentz.

d ¶ Istud etiam dixit hic d. Pe. de An. & dicit quod ratio quòd fructus computantur est quia fructus breui tempore corrumpūtur, & creditor non tenetur debitori rem reddere, nisi sibi soluat. ego necessariò illos vendere debet, & pretium conuertere in suū creditum, seu in suam sortem. & dic quòd si essent fructus tempore duraturi, puta frumentum, vinum, & oleum, & similia non cogetur vendere, nec etiam volens posset in sortem computare, sed hos fructus soluto debito tenetur restituere debitori, arg. l. is cui. §. qui potest. ff. vt in poss. lega. & sic omnia iura dicēria, quòd creditor teneatur computare fructus in sortem debent intelligi quando sunt consumpti, vel venditi, & sic redacti ad pecuniam, secus si extant, quia tunc non computantur in sortem, sed sunt restituendi debitori soluto debito, & hoc tenet Bal. & Sali. in l. 2. C. de pig. act. & Bar. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. so. ma. Quid autem si sylua est data in pignore, an liceat creditori illam incidere. Sali. in l. 2. C. de pig. act. dicit q̄ sic si sylua erat cædua hoc est si ligna incisa renascuntur, quia dicitur fructus percipere, non deteriorē facere l. ex sylua cędua. ff. de vsuf. tamen incisa ligna sunt pignori, vt in l. quamuis. C. in quib. cau. pig. tac. cont. nisi sint translata ad aliam speciem non reducibilem ad primam materiam. vt in l. si cō uenerit. §. pen. ff. de pig. act. vbi dicitur q̄ si ex lignis fit nauis, tunc habentur pro consumptis, & eorum æstimatio extenuat debitum, & ista prolixius recitat hic D. 10. de An. quæ non possem tractare, an & quando fructus computantur in sortem. sed non est materia nostra. vnde remitto ad not. per Doct. in c. ad nostrā. el 2. de iureiu. Alexand. de Ne.

e ¶ Deponi. Adde Ale. cons. 70. 2. lib.

f ¶ Et tangitur j. eo. præterea. Ale. de Ne.

g ¶ Sed tu referas verba Host. quia Doct. non referunt integrè. Nā Hostien. in loco præal. dicit, q̄ aut apparet de pacto, & ipsi in omnib. est standum. vt ff. de verb. oblig. l. eum qui. aut non constat de aliquo pacto, & dicit Host. quòd non imputatur creditori si non coluit fundum, nisi hoc fecisset in fraudem. quod præsumiturvbi possessiones proprias colebat non ita fertiles. Sed dic quòd impu tatur creditori si non locauit, & locare potuit. vt in l. 3. de distract. pigno. Idem dicit de qualibet re, quam debitor locare consueuisset siue mobili, vel se mouenti, argumentum. ff. de vsufruc. l. sed & si quid. §. & si vestimentorum. ff. de vsufruct. Idem si non consueuit locare, & aliquis conducere voluit præstita cautione. Sed creditor in locando prætulit res proprias cum alius peteret obligatas, aliàs, non teneretur creditor de percipiēdis. i. computare in sortem fructus, quos percipere potuit. sed gloss. in capit. cum contra. de pig. act. indistinctè dicit quòd non solum tenetur fructus perceptos computare in sortem, sed etiam percipiendos, & illam glo. sequitur ibi But. Dom. Card. 10. de 1mo. & Abb. Sic. Butr. ibidem dicit quòd licet computentur in sortem, non tamen ratione vsu re potest peti vt computentur fructus percipiendi nihil accedunt ad sortem cum creditor eos non perceperit, & sic non est vsura, dato quod creditor nolit eos computare in sortem. Sed hoc præsuppo. s. quòd creditor teneatur de fructib. percipiendis quæ culpa exigatur, vt creditor teneatur de percipiēdis. & Bar. hic tenet quòd exigitur dolus, aut lata culpa. sed si propter leuem culpam, aut leuissimam creditor non percepit fructus, non tenebitur de percipiendis. Sed Abba. Sic. hoc limitat, nisi contractus pignoratitius factus fuisset gratia vtriusque, quia teneretur tunc de leui culpa, & sic teneretur computare in sortem fructus quos diligens paterfamil. percepisset. Sed videtur quòd indistinctè teneatur creditor de leui culpa, quia pignus dicitur constitui gratia vtriusq;. & de hoc est tex. 1nst. quib. modre contra. oblig. §. fin. Ego in hoc puto aduertendum, quòd contractus dicitur fieri gratia illius cuius gratia principaliter fit, vt in l. si quis nec causam. & in l. rogasti. ff. si cer. pe. & per Bar. in l. si vt certum. §. nunc videndum. ff. cōmo. Vnde non est inspiciendum tantum an vterque contrahens sentiat commodum, quātum est inspiciendum cuius gratia principaliter fit. de hoc casus notabilis. in l. si vt certum. §. interdum. ff. commo. sic etiam in depositō. vt videre est. in l. 1. §. fæpe. ff. depo. vbi licet regulariter depositarius regulariter teneatur de dolo, & lata culpa duntaxat tamen si offert se rem recepturum, si ille cuius est deposuerit propter talem oblationem, tenebitur de culpa leuissima, quasi depositum censeatur factum gratia depositarij. licet deponens consequatur commodum, ex eo quòd res sua custoditur quæ tenementi perpetuò, quia sæpe de facto possunt cō tingere. Modo ad propositum cum mutuum debeat ex charitate, & gratia recipientis, licet in consequentiam creditor qui mutuat pro sua securitate recipiat pignus. vt sit securus, dicitur contractus fieri gratia debitoris, quia debet inspici cuius gratia principaliter celebratur contractus. Vnde non tenebitur de fructib. percipiendis, nisi aliud fit conuentum inter eos, nisi fuerit in dolo, vel lata culpa, & sic mihi placet opini. But. Non obst. §. fin. insti. quib. mod. re. contrah. oblig. quia debet intelligi quando mutuū. & pignus fiebat gratia vtriusque, vt quia creditor mutuauit sub vsuris, secus si gratis mutuasset: quia tunc non teneretur, nisi de dolo, & lata culpa, vt in l. si qs nec cām: & in d. l. rogasti. ff. si cer. pe. Conclude itaque distinguendo sic, quòd aut creditori de sorte

¶ satisfact

Universidad de Deusto

in gl. fi. in fi. no. gl. fing. in eo quod dicit idem in laico. Potest ergo generaliter concludi q licitè qs percipit aliquid ex mutuo vbi illud erat suũ, vel aliàs sibi debitum nec poterat aliter illud 2 seq, sicut dicimus in simili q licitũ est parere hosti insidias, quocúq; 6 modo expugnetur. 23. q. 2. in c. dñs. vbi bo. tex. cum gl. †Et ex his habes vnum casum, in quo aliquid percipietur vltra sortem, & nõ a est vsura. a Sunt & alij casus quos vide per bo. gl. 14. q. 4. in sũma. b Et generaliter vbicunque percipitur aliquid loco interesse b non c cõmittitur vsura. Et pone exemplũ c in terminis quotidianis, mutuaui tibi centũ, & cũ indigerẽ hac pecunia; & tu non valeres restituere, recipi tantam pecuniam sub vsuris, tũc potero exigere à te non solũ debitum, sed etiã vsurã, quã solui, quia non vt vsurã, sed vt interesse, nam mihi nullũ lucrũ accedit. c. dilecti. de for. q. p. & quod ibi no. & c. peruenit. de fideiuſ. 1 dẽ in fideiussore, qui necesse habuit soluere creditori, d & recepit sub vsuris, & de hoc vltimo per 10. An. regula damnum. de reg. iur. li. 6. in mercu. de hoc etiam per gl. in c. conquestus. ĩ. eo. & idem gl. iuris ciuilis in l. curabit. C. de act. emp. e Abbas.

e

ADDITIONES.

¶ Satisfactum, siue quia fuit solutum sibi debitum, vel quia percepit tot fructus ex re pignorata qui ascendunt ad debitum: & tunc habetur ratio percipiendorum indistinctè, quia tunc creditor nedũ est malæ fidei possessor: imò etiam quasi violentus, vt innuit hoc c. Vnde tenetur de fructib. percipiendis, vt no. in c. grauis. de rest. spol. & hoc tenuit 10. Cal. & D. Card. Aut adhuc de sorte non est satisfactum, & tunc tenet tm̃ de fructib. perceptis, non autem de percipiendis, nisi fuisset in dolo, vel lata culpa, qm̃ mutuũ fuit celebratum gratia debitoris principaliter, & hoc mõ procedit opin. But. secus si fuisset celebratũ gratia vtriusq;, & hoc modo procedit Abb. Sic. opi. & dic q probare fructus percipiendos est facile, quia potest dici q cõ æstimatione potuisset tm̃ locari singulo anno, sed probare q fructus sint percepti est difficile, vt dicit Bar. in l. 2. C. de pig. act. Sed quid si obligaui, vel tradidi in pignus vnã domũ quã creditor habitat, quæritur, an tenebitur pputare in sorte illã pẽsionem quã creditor daturus esset si aliã domũ 2 duxisset, Spein ti. de pig. §. 1. ad fi. ver. quid si obligasti mihi, tenet q debet computari illa pensio quam creditor soluisset si aliam domum conduxisset. Sed Abb. Sic. in c. cum contra. de pig. tenet quòd illa pensio debet in sortem computari, quam domus data in pignus meretur secundum communem æstimationem, & hoc mihi magis placet, quia pretia rerum secundum communem æstimationem æstimantur. l. pretia rerum. cum si. ad l. Fal. & prædicta tene menti, qa sunt notabilia, & sæpe occurrere possunt in practica. Alexã. de Ne.

a ¶ Vide circa hoc notata per 1nn. & Doct. in c. olim. el j. de resti. spo. & in c. 2. de ord. cog. Alexan. de Ne.
b ¶ Loco interesse. Adde Lud. cons. 93. & 101.
c ¶ Exemplum. Vide Ro. in cons. 101. inc. positæ consultationis, vbi ponit de eo, qui accepit pecuniam sub cambio. Seb. Sap.
c ¶ Exemplũ. Si debes mihi pecunias certo tempore, & quia nõ poteras mihi soluere, accepi ad vsurã, potero postea à te exigere vsuras, quas solui. idem tenet & dicit Bal. in l. 1. in prin. C. de vsu. & allegat 1nn. hic. de Bellentz
d ¶ Creditori. Fideiussor, qui soluit vsuras, eas potest repetere, & vide quod de hoc notaui post gl. in d. c. peruenit. de fideiuſ. item dicit 1nn. hic, de quo vide plenè per Bal. in ca. constitutus. de vsuris. de Bellentz.
e ¶ Sed videtur q creditor nõ possit q non teneatur fructus cõputare in sortem, quia nõ potest referre qõnem, vt in l. nec creditores. C. de pig. actio. & sic nec tex. nec gl. videtur procedere. Soluit Gof. q non refertur quæstio de dominio, i. q non velit rem restituere, tãquã ipse creditor sit dominus, sed dicit sibi non esse solutum per fructus, quia non tenetur eos in fortem cõputare, & dicit esse speciale hic, & in c. conquestus. ĩ. eo. sicut & quandoque p iuramentum necesse est debitori, qui dedit rem in pignus pecuniam integraliter soluere, nec est locus compensationi, vt in c. ad nostram. el 1. s. de iureiu. Sed But. hic examinat, an contra debitorem repetentem pignus soluto debito, admittatur creditor excipiens q res pignorata non erat ipsius debitoris. de quo artic. dic vt plenius per Bar. in l. si quis conductionis. C. locati. & in l. si alienã. ff. so. ma. & in l. cõmodare. cum l. seq. ff. cõmo. in quib. locis examinat an alius creditor vel possidens nomine alieno, possit ã illũ, qui rem tradidit opponere exceptionẽ de dominio propriq, vel alterius tertij. Alexan. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Vsura quomodocunque committatur cognoscitur per iudicem ecclesiasticũ.*
2 *Pignus debet restitui sub pœna excommunicationis computatis fructibus in sortem.*
3 *Fructus quantuncunque modici, & ex vilibus arboribus nati, computantur in sortem.*

CAP. II.

QVONIAM. Idem ĩ effectu dicit cũ præcedẽti ca. sed addit tacitè idem esse in laicis nam in præcedenti c. tantùm fuit
1 fecta mentio de clericis. †Nota primò ex tex. laicos esse compellendos ad restitutionem vsurarum per ecclesiam, nam hoc delictum seu eius coercitio spectat ad ecclesiam. vt dixi s. super rub.
2 †No. 2. q excommunicari potest qui non restituit possessionem
3 pignoratam, si sibi ex fructibus satisfactum est, vel si restat aliqd eo oblato nõ vult restituere. vt s. c. prox. †Tertiò no. q fructus etiam ex arboribus contingens debet computari in sortem, & fortè erãt arbores fructiferæ, puta viridarium, vel erat nemus, ex quo inducuntur ligna, & venduntur, & generaliter omnes fructꝰ quantuncunque modici computantur in sortem Et dic vt plenius dixi in c. præcedenti. & vide. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarij manifesti repelluntur ab ecclesiastica sepultura, & altaris communione. 2.*
3 *Sepelientes manifestum vsurarium in sacro sunt excommunicati ipso facto.*
4 *Vsurarius manifestus non sepeliatur in ecclesiastica sepultura, etiam quod eius hæres velit satisfacere.*
5 *Vsurarij, & cæteri manifesti peccatores, non admittuntur ad oblationes sed bene ab eis recipiũt eleemosynæ, eleemosyna verò solet fieri in occulto. 6.*
7 *Vsura est prohibita in vtroq; testamento de iure canonico, & secundũ leges.*
8 *Restitutio oblatorum, an debeat fieri per episcopum loci, an verò per illum, qui extorsit.*
9 *Vsurarij incurrunt pœnas, quibus subiacent ipso iure. Excõmunicatio inducit ipso iure per istaverba, talis subiaceat excõcationi.*
10 *Testamentũ quod fecit vsurarius manifestus, præstita cautione de restituendo, an valeat si prædictus vsurarius post testamentum exercuerit vsuras, licet non manifestẽ.*
11 *Vsurarius quomodo, & quibus præsumptionibus dicatur manifestus.*

CAP. III.

QVIA IN OMNIBVS. †Manifesti vsurarij ad cõmunionem altaris, ecclesiasticã sepulturam, & oblationem offerẽ
1 dam admitti non possunt, & clerici contra hoc facientes puniuntur, vt hic dicitur. & est tex. valdè allegabilis, & multa iura faciũt mentionem de isto concilio Lateranen. & tria facit. primò ponit factum damnabile per constitutionis causam. secundò triplicitèr punit vsurarios manifestos, & tertiò punit dupliciter clericos transgressores. secunda ibi, ideò. tertia ibi, quia autem. Casus litteralis. In multis locis tantum inualuit vsurarum consuetudo, vt multis aliis negotiis prætermissis vsuras exerceant tanquam licitas, non considerantes qualiter crimen istud ab vtriusque testamenti pagina condemnetur. & ideò statuit conc. Lateran. vt vsurarij manifesti ad communionem non admittantur altaris, nec oblationes eorum quisquam accipiat, qui autem acceperit, aut christianæ tradiderit sepulturæ, quod acceperit restituat, & ab officio suo suspensus maneat donec ad arbitrium episcopi satisfaciat. B. No. primò ex tex. vnam ex causis, quibus prohibetur vsura, nam aliis negotiis seu licitis mercimoniis postpositis diuites intenderunt vsuræ, & dic latiùs vt dixi suprà, super rubrica. No. vsuram prohibitam ex veteri, & nouo testamento, & lege canoni-
ca. b †No. tertiò tres pœnas vsurarij manifesti. Prima, vt nõ admit-
2 tatur ad communionem altaris. id est, ad suscipiendum corpus Christi, secundum Inn. hoc Ab. aliter exponit in c. cum tu. ĩ. e. vt non admittatur ad ecclesiam, quando celebrantur diuina, nam assistentes in ecclesia debent admitti ad communionem altaris. & fortè hæc expositio melior, vt vsurarius rubore confusus faciat lius resipiscat, sicut dicimus de excõicato. vt c. pia. de excc. li. 6. & multum placet mihi hæc expositio, & esset obseruanda. a

Secun

ADDITIONES.

a ¶ Quia in omnibus. Pro intellectu huius decretalis vide omnino Arch. in c. miror. circa fi. xvij. q. 4. de Bellentz.
b ¶ Lege canonica. Adde Ang. cons. cccix. Ale. con. 58. 2. lib.
c ¶ Sed Host. sequitur expositionem Inn. & ẽt D. Car. dicit eam veriorem propter verbum, altaris. Sed expositio Abb placet Io. de Ana. hic. & mouetur per authoritatem theologorum dicentiũ q si quis perfecta contritione stat ante altare quando præsbyter celebrat, & in eo concurrunt illa tria necessaria. videlicet, Ablutio peccatorum, Dilectio inimicorum, & Restõ alienarũ rerum, licet materialiter corpus Christi non capiat, effectualiter tamen dicetur capere effectũ sacrificij. Vnde expone tex. dũ dt q debet eis in

† Secunda pœna, vt manifestus vsurarius decedens in hoc peccato careat christiana sepultura. & sic non sepeliatur in cœmete-
c ¶Adde vltra allega. per istos. An. Corse. sing. suo, in versi. argumẽtum. quod est singu. j. vbi habes an & quado, & in quib. procedat ar. à ꝓtio sensu. de quo per Alex. consi. lxviij. incip. circa præmissa. volu. 4. & consi. vj. volu. v. Zacharias.

c ¶Vide gl. idẽ dicentem in c. vnico. de æta. & qua. in vj. Al. de Ne.

d ¶Decimas. Adde Old. consi. xcj.

Universidad de Navarra Biblioteca

a uit recipere à Christianis habitantibus ain illa dominę per defectum inde ecclesiā patiatur detrimentum, nam posset sequi quòd judæi emerent fere totam parochiam, & sic diminuerentur iura parochialia. Ego in hac diuersitate vbi onus non esset annexum rei, iatis putarem standum consuetudini, secus vbi esset annexum rei, vt in decimis prædialibus, nam in dubio etiam omnes infideles tenentur soluere decimas prędiales etiam si christiani nunquam illa prædia possideant, vt in capitulo de terris, & in c. in aliquib. de decl. & tenet Oldr. consi. xxv. nec valet hic ar. à contrario sensu, tenemenți.

ADDITIO.

2 ☞ Sed aduerte, quia Butr. hic dicit quòd vbi præstitus est certus census, intelligitur sensus scientiæ non ignorantiæ, & præsumitur præstitus ex certa, & discreta causa, allegat xviij. quæst. j. capitulo fina. & ff. de vsur. l. cum de in rem verso. & infrà de censibus, peruenit. de quo dic, vt ibi, & in alijs iuribus allegatis. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius est etiam ille, qui recipit aliquid vltra sortem, licet suscipiat in se periculum.* 3.
2 *Emens, vel vendens rem plus, vel minus iusto pretio, an & quando sit vsurarius.* 7. 8.
Vsura committitur etiam in modo quòd vltra sortem recipiatur.
4 *Dines debet gratis succurrere proximo pauperi in suis necessitatibus.*
5 *Recipiens ex pacto aliquid vltra sortem, dicitur vsurarius ab vsura, & vn de dicitur vsura.*
8 *Vsura quo ad formam contractus non committitur nisi in contractu mutui, sed quo ad intentionem depranatam committitur in alijs contractibus.*
9 *Peccatum vbi potest esse, & non esse quo ad conscientiam debemus potius attendere quod sit peccatum, quo ad forum vero contentiosum secus.*
10 *Res an possit esse plus vel minus valitura, statur consuetudini, & etiam attenditur id quod frequentius accidere potest.*
11 *Societas coita, vt ad vnum tantum spectet periculum sapit naturam vsurarum, ideo non valet.*
12 *Deponens pecuniam apud vnum banchum, vt capitale sit semper saluum, & vt lucrum communiter diuidatur, non est vsurarius.*
13 *Vsurarius an sit censendus ille, qui relicta quadam mercantia in qua erat verisimiliter lucraturus decem mutuauit ad preces alicuius illam pecuniam ad mercantiam præparatam, cum hoc quod in ea poterat lucrari talis mutuarius soluat ratione interesse, & lucri cessantis.*
14 *Mutuarius si fuit in mora restituendi mutuatam pecuniam poterit conueniri ad interesse sine metu vsuræ.*
15 *Mercator volens transportare suas merces ad alium locum vbi charius venduntur, & alius antequam mercator portet illas ad locum, offert id quod poterat ibi carius vendere, non incurrit crimen vsuræ si mercator sibi vendat.*
16 *Vsura committitur si recipitur aliquid vltra sortem etiam quod consistit in facto.*
17 *Doctor mutuans pecuniam scholari, vt iret secum committit vsuras, si de hoc doctor sperat aliquid lucrari.*
Molendinarij, vel furnarij mutuantes ad hoc, vt veniat ad molendinum, vel furnum suum, committunt vsuram, quæ est restituenda pauperibus.
18 *Verum, & quomodo liceat rem emere, vt carius vendatur.*
19 *Emens rem minus, quàm valeat, sciente venditore, non caret peccato.*
Mercimonia prohibitum est clericis exercere, si tamen indigent possunt ali quam honestam negotiationem facere, vt emere chartas, & scribere libros. &c.
20 *Vsurarius frumentum quod valebat, tunc decem, si tempore receptionis valet viginti, an possit cum conscientia recipere plus quàm valet.*
21 *Vsurarius an teneatur restituere quicquid ex vsuris lucratus est.*

CAP. XIX.

a 1 NAVIGANTI. a † Vsurarius est qui à debitore recipit aliquid vltra sortem, etiam si suscipiat in se periculum. h. d. primò. Non est vsurarius emptor rei minus iusto pretio, si tunc verisimiliter dubitetur an tempore solutionis plus, vel minus sit res valitura. hoc secundò, propter dubium excusatur is qui ex eo, quod differt solutionem pretij, si vendit rem plusquam valeat, si non erat eam aliàs venditurus, hoc tertio, & sic tria dicta esse parent, secundum ibi, ille quoque. tertium ibi, ratione huius dubij. ¶ Casus literalis. Aquilis mutuauit certam pecuniæ quantitatem alicui nauiganti vltra mare, vel eunti ad nundinas, & pro eo quòd creditor recipit in se periculum pecuniæ recipit aliquid vltra sortem, quæritur vtrum vsurarius sit censendus? Et respondet papa quòd sic. Secundò ponit aliam quæstionem. Ecce aliquis dedit decem solidos, vt alio tempore recipiat totidem mensuras vini, olei, vel frumenti, quæ tunc plus valent, quæritur vtrum iste sit vsurarius censendus? Respondet. pa. si dubium sit vtrum plus, vel minus fuerint valituræ tempore solutionis, non debet propter hoc vsurarius reputari, & ideò propter dubium excusatur. Tertiò ponitur alia quæstio. Ecce aliquis vendit pannos, vinum, granum, vel res alias, vt ampliùs recipiat termino cõstituto, quàm valeant tempore venditionis, quæritur vtrum iste vsurarius sit censendus? Respon. papa quòd iste etiam ratione dubij excusatur ab vsura, dummodo merces suas tempore contractus non fuerat alias venditurus. Ber. ¶ † No. j. ex tex. quòd recipiens ex mutuo aliquid vltra sortem pacto interueniente est vsurarius. & no. bene quòd tex. dicit, aliquid, ex hoc infertur quòd quicquid sit illud, quod recipitur ex quo potest pecunia æstimari, quantumcunque modicum sit inducit vsuram. xiij. quæstione 3. in cap. j. 2. & 3. & voluit beatus Tho. ij-ij. quæstione lxxviij. artic. ij. b

3 ¶ † Not. ij. quòd occasione mutui, non potest recipi aliquid ex pacto etiam si mutuans suscipiat in se periculum pecuniæ mutuatæ: etiam si mutuet nauiganti, vel eunti ad nundinas, qui exponunt se variis periculis, & vadunt causa lucri. & sic nota bene, q̃ non est licitum recipere etiam à mercatore ex quo tu ꝓhis secum mutuum, licet ipse recipiat, vt lucretur, quia posset euenire ꝓrium, vt ipse perderet ex mercimonio. & vsurarius esset in toto, & semper lucretur. † Fort. ùs ergo committitur vsura q̃n mutuatur non valenti exercere mercimonia, licet pro necessitate sua: quia debet quis subuenire proximo gratis in necessitate, & peccat quis non subueniendo proximo in necessitate constituto, vt no. in c. consuluit. §. eo. facit c. sicut. 47. dist. & quod ibi not. 4

5 † No. q̃ recipiens ex pacto aliquid vltra sortem dicitur vsurarius ab vsura, & vsura potest deriuari, & dici ab vsu æris crediti, vel sorte, quia ibi rapitur vsus, quia venditur vsus pecuniæ qui non est in rerum natura, cum ex vsu pecuniæ consummatur dñium, vt dixi super rub. † Not. ex ver. ille quoque. q̃ vsurarius est censendus ille qui emit rem de præsenti minus, quã valeat ex eo, quia differt traditionem rei emptæ, soluit pretium de presenti, nisi dubium sit quòd plus, vel minus sit valitura res tempore traditionis, & si diceres vsura non committitur, nisi in cõtractu mutui, vt in c. consuluit. §. eo. & dixi super rub. ergo non debet hic commitci cum sit cõtractus emptitius. Respondet quòd quò ad formam contractus non est vsura. sed quò ad intentionem depraua- 6
tam est vsura, quia perinde ius fugit ac si illam pecuniã mutuaret illi venditori, vt recipiat illud lucrum, quod est vltra veram æstima

ADDITIONES.

a ¶ Nauiganti. Nouum intellectũ ad hunc tex. ponit Archi. Florẽ. in 2. parte suæ summæ. tit. j. c. 7. versi. 22. videlicet q̃ intelligatur, quando illud, qd recipitur vltra sortem, recipitur rõne mutui tãtum, nam tunc est vsura, non obstante, q̃ mutuãs suscipiat in se periculum. Secus si mutuans præcisè reciperet rõne periculi, cui intellectui videntur repugnare verba tex. ibi, recepturus aliquid. &c. Alium intellectum dedit frater Ang. de Clauasio, in sum. sua, in verbo, vsura. j. vers. 38. quod intelligitur, q̃n mutuans nolebat mutuare, nisi cũ tali pacto suscẽptionis periculi, & ꝓpriè grauat debitorem in aliquib. plus ex mutuo, & ideo vsura est. Sed si quis liberaliter mutuaret, deinde post mutuum ad instantiã debitoris suscipit in se periculum, quod dicitur assecuratio, si aliquid recipit non est vsura. Alius intellectus colligitur ex verbis eiusdem fratris Ang. in ver. vsura. j. ver. 46. q̃ intelligatur, q̃n mutuum principaliter fiebat spe habẽdi vltra sortem aliquid, tunc. n. vsura est. Secus si mutuũ fieret liberaliter, & postea pp suscẽptionem periculi aliquid acceperit, de quo vide Soci. & Mod. in l. si quis nec causam. in prin. ff. si cer. pet. Seb. Sap.

a ¶ Nauiganti. Q̃n quis possit emere ad vitam, sine peccato, vide Bal. in l. si pater. C. de inoffi. test. Itẽ ad intellectũ huius decre. vide omnino Pet. de Anc. in repe. regulæ peccati. in 6. q. prin. lib. 6. Itẽ vtrum dare boues ad zoaticã. vt sit Murinæ, & in multis aliis ciuitatib. sit vsura, vide Laurentium de Rodu. in tra. de vsuris. qu. 23. de Bellentzinis.

b ¶ Sed tu vide quæ dixi circa hoc in c. consuluit. §. eo. in addit. quę incipit. Sed vide Beatum Thomam. Alex. de Ne.

stimationem rei. ¶ Item not. quod ratione dubij quis excusatur in foro iudiciali, sed in foro pœnitentiæ stabitur conscientiæ.

7 ¶ † No. vlt. ex ver. fin. quòd quando venditur res pluſquam va-
a leat, & differtur pretium rei, ad certum terminum, a duo debent concurrere ad hoc, vt contractus non censeat vsurarius. Primò quòd dubium sit an tempore solutiõis pretij res sit valitura plus, vel minùs. Secundò quòd iste venditor non erat aliàs venditurus tempore contractus, si ergo certum sit quòd tempore solutionis non valebit plus, vel minùs quàm iste erat venditurus, nũc pro minori pretio si habuisset pecuniam in præsenti, tunc contractus censendus est vsurarius, & hoc ratione dicta inq. præced. nam fingimus emptorem soluisse pretium de præsenti, si venditor sibi illud mutuasset vsque ad terminum præfixum pro illo lu-
8 cro quod est vltra verum pretium rei. ¶ † In glos. ij. ibi vsurarius est censendus. no. glo. quòd licet inter partes descriptus sit contractus emptionis & venditionis, & in veritate non possit repeti pretium, tamen propter fraudatam mentem emptor potest di-
b ci vsurarius, b licet ex forma sui contractus non appareat vsura rius. Ex hac glossa posset defendi libellus, vbi talis dicitur vsura rius, licet Host. dubitauerit in cap. in ciuitate. & c. consuluit. §. eo. & facit iste textus in §. ille, qui venit aduersatiuè ad præcedentia.

9 ¶ † In ea glos. ibi sunt in talibus conscientiæ suæ, & ç. gl. forma liter non soluit contrarium, & ideò dic, quòd in dubijs quis debet abstinere à tali contractu, quia quò ad conscientiam suam, & in foro animæ debet fieri interpretatio potiùs contra eum, quia illa pars est benignior, quæ est tutior, vt habes gl. no. ĩ c. vni co. de leruit. & facit tex. in c. significasti. el. 2. de homi. sed in foro contentioso interpretatio fit in benigniorem partem, & ita loquitur textus iste, & facit c. cum tu. & quod ibi no. Inno. §. de testi. c † Sed quæro quãdo potest dici certum quod res valebit plus
10 tempore solutionis. d Sol. dicit Host. quòd debet attendi cõmu-
d nis opi. & cursus regionis: nam communiter minùs valet frumẽtum tempore messium, quàm tempore paschæ, & licet quandoque accidat contrarium, tamen propter hoc non est recedendũ à dicta præsumptione, quia debet considerari, quod frequenter accidit. l. nam ad ea. de legib, & in c. literas. de despon. impu. In gl. fi. in fi declara hunc vltimum. §. prout no. fuit in capitulo in ciui-
c tate. c supra eod. † Sed extra gloss. quæro pro declaratione primæ
11 partis cap. hic non est licitum mutuare, & aliquid recipere vltra sortem, etiam si creditor suscipiat in se periculum, quid in istis, q̃ quotidie contrahunt societatem, & vnus apponit operã, & alius pecuniam: Gof. dicit realem contractum societatis licitũ, ex quo communicant sibi damna, & lucra, & ad hoc vide bo. glo. quæ solet allegari. 14. quæst. 3. plerique. quæ dicit hunc contractum societatis non esse licitum si vnus vellet sentire lucrum, & non dãnum. Hostien. in summ. huius titu §. in aliquo. ver. sed quid si periculum. tenet oppo. dicens, quòd sicut in aliis cõtractibus ex quorum natura periculum spectat ad alterum potest opponi pactũ, vt periculum ad reliquum spectet, vt in cap. vnico. de commo. & leg. prima, ff. depo. ita dicendum est, & in hoc contractu societatis, vt licet ex eius natura periculum spectet ad vtrunque, tamen ex pacto potest ad alterum duntaxat pertinere. nam contractus ex conuentione legem accipiunt, vt in regula cõtractus, de reg. iu. libro 6, & pro hac sua opi. adducit bo. tex. insti. pro so. in §. de il-
f la, scum ver. seq. sed Acc. & Azo tenuerunt oppositum, & sic concordant cum gl. alle. in l. si non fuerit. ff. pro socio, & idem Ioan. Gal. hic. Non ob. dictum Host. quia in aliis contractibus est non contra, sed præter naturam contractus. Sed in contractu societatis cum habeat instar cuiusdam fraternitatis. l. verum. ff. pro socio. est propriè contra naturam cõtractus, vt vnus solus sentiat damnum. nec ob. § de illa. quia non debet intelligi secũdum eũ in capitali, sed debet intelligi in aliis lucris, & damnis, vt in illis valeat pactum, vt sentiat de lucro, sed non de damno. Darẽ aliũ intellectum ad illum text. vt loquatur in recipiente pecuniam, & ponente operam tantum, vt ex pacto possit damnum non sentire, scilicet pecuniæ, satis est si sentit damnum operarum amissarum, nam sicut in lucro pecunia, & opera æquiparantur, ita & in damno sentiendo, sed ex parte pecuniam dantis nõ potest hoc pactum interuenire, quia propriè est ☞ ipsam societatem, quia recipiens pecuniam posset sentire duplex damnum, videlicet operarum amissarum, & pecuniæ receptæ. & alius nullum damnum
g sentiret, cum haberet suam pecuniam integrã, & scias quòd hęc opi. est tutior, & ideò est amplectenda. g ¶ † Sed aduerte ad vnũ
12 dictum Ioan. Andr. de quo Ioan. Cal. non facit mentionem in c. per vestras. de do. post di. rest. vbi sensit, quòd pecunia dotalis potest deponi apud mercatorẽ qui debet cauere de pecunia integraliter restituenda, sed lucra debent compensari cum damno, & quicquid supererit de lucro poterit diuidi, & sic apertissimè sen-
h tur, quod possit opponi pactũ, vt capitale semp sit saluũ, h sed vt sentire quòd sit speciale in dote, cũ alleg. l. j. ff. so. ma. vbi dicit, pul dendum

ADDITIONES.

a ¶ Ad certum terminum. Adde Alex. consi. lxxij. j. lib. & clxxij. ij. lib.
a ¶ Ad certum terminum. Adde hic Abbatẽ, in ca. ad nostram. de emp. & vend. vbi dicit q̃ testamenta eorum, qui vendunt res maiori pretio propter dilatam solutionem, & minori, si incontinẽti soluat, non valet. Et ita etiam dicit se consuluisse. Qd dicit esse verũ si hoc faciebant publicè. Et si qs vendit nunc rem ꝓ eo pretio, quo nunc valet, hoc pacto q̃ si plus valebit in posterum, illud plus teneat tradere venditori, & si minùs valebit, nõ diminuatur de pretio, quia ista dicitur etiam vsura, quia non contractus claudicat. Ita dicit Archi. in c. fi. xiij. q. 3. de Bellentz.
b ¶ Vsurarius. Facit quòd hĩ in c. illo vos. de pign. vbi per Ioan. de Imo. & quæ dixi pridie in consi. quodam.
c ☞ Sed Butr. hic dicit in fi. commenti quòd vbi ecclesia non est certa debet in dubio interpretari in benigniorem partem. Sed ip se contrahens, qui est certus de conscientia sua vbi dubitat, dẽt potiùs abstinere. & est sibi consulendum ab ecclesia, vt ☞ eodem in ciuitate, & hoc modo debet intelligi glo. in capitu. vn. de scrutinio. Alex. de Ne.
d ¶ Tempore solutionis. Vide latè Alex. in l. pretia rerum. ff. ad legẽ Falci. Bartol. & alios, in l. ij. in fine. C. de relcind. vendit. Andr. Barba.
e ¶ In ciuitate. Nota pro dantibus pecuniam ad mercantiam vel facientib. societates in mercantiis, vide omnino q̃ notaui post Abb. in cap. per vestras. de donationibus inter virum, & vxorem. de Bellentzinis.
f ¶ De illa. Et ibi vide plenè Ang. de Aret. de hac q.
g ¶ Sed ille text. loquit indistinctè si rectè inspiciat. Vnde ille §. de illo est intelligẽdus, siue apponens tale pactũ posuerit de sua pecunia, siue nõ. & hoc vult ille tex. q̃ ñ melior est solutio siue intellectus 10. Cal. quem cõiter sequuntur Do. videlicet q̃ ille tex. intelligatur nõ de capitali. sed de dãno, & lucro mercimonij, qa ꝓpriè lucrum dr̃omni dãno deducto, dãnũ oĩ lucro deducto, & jõ ꝑt coiri societas, & eius lucrum, qđ reliquũ in societate sit oĩ dãno deducto, altera pars feratur, sic ab vtraq; parte, & eius dãni qđ similiter relinquit pars alia capiatur scilicet ab vtraq; parte, vt ff. pro socio. l. Mutius, & ita dicit D. Car. in 4. q. Sed iuxta hoc quæro nunquid valeat pactum, vt vnus ex sociis habeat duas partes lucri. Alius autẽ socius tertiã, vel quartam. Dicendum est q̃ sic, si is q plus dẽt hr̃e plus ꝓtulit societati vel pecuniæ, vel operis, vel cuiuslibet alterius rei cã, aliàs pactum nõ valet, vt est tex. in l. si ũ fuerit. ff. ꝓ socio. & hoc est verum qñ exprimunt̃ partes dãni, & lucri, sed si de dãno tm̃ expressum, de lucro ẽt intelligit repetitũ & eꝫ, vt instit. ꝓ socio. §. illi. Sed ò dubitat, an valeat susceptio periculi, seu casus fortuiti, in aliis ☞tib. & vr̃ q̃ sic, vt in ca. j. de commod. & in c. bona fides. de depositio. Sed circa hoc vide Io. And. in add. Spe. in tit. de loc. §. iã dicendo. in add. q̃ incipit. de hoc satis scripsi. Sed qd de ☞tib. q̃ fiunt Venetijs, Florẽtiæ, Ianuæ, & similib. locis, vbi qñ aliqs mittit aliqd vltra mare ꝑhit cum aliquo sua ꝓpiculo, qa alius suscipit in se periculum rerũ missarũ vltra mare, si pibunt, & obligant se ad dãdũ, ☞tũ mittens ęstimat ipsas res, puta cẽtum, & ipse, qui misit tales res ꝓ susceptione periculi soluit decem, vel xx. prout ☞tinet quentio. D. Car. in 4. opposit. ꝓpe finem. dicit, q̃ non est vsura, sed ☞tus emptionis, qa de eius substantia est, q̃ interueniat res, & pretium, vt in l. j. & 2. ff. de contrah. emp. hic aũt nulla res interuenit. Vnde vr̃ dicendũ q̃ talis sit ☞t innominatus. ff. facio, vt des, vt in l. naturalis. ff. de p̃sc, verbis. puto tn̄ ☞tũ licitũ. Vlterius q̃ro circa illud q̃dicunt Doctо. de ☞tu societatis, Pone dedi vni centũ, vt illa centum ponat ad mercantiam siue ad negotiandum: ipse enim ponit solã suam industriã, sed sola centũ q̃ casum fortuitũ fuerunt deperdita, q̃riẽ, nunquid ille, qui ponit tm̃ operas, tenentur aliqd reficere ei, q̃ posuit pecuniam, gl. in l. j. C. ꝓ socio. dicit q̃ nõ tenẽt ad aliqd, qa q̃ posuit solũ operas, non censẽt se obligasse ad damnũ sortis. Sed Petr. ibi distinguit, q̃ aut pecunia est statim perdita, & tunc dãnũ est cõe. Aut pecunia est perdita post operas perditas, & tunc dãnum totũ pertinet ad illũ, q̃ posuit pecuniã, qa sufficit, q̃ recipiẽs pecuniã pdiderit operas, & illã opinionem dicit Cy. æquiorẽ, sed Bart. in d. l. j. C. ꝓ socio. vr̃ seq opinio. glo. ibi dicit, q̃ tota illa gl. est tenẽda menti, quia communiter tenentur, & idem tenet Bald. ibi, in 3. quæstio. per rationem, quia quantitas est commune lucrum, ea tenus damnum debet esse commune. Sed recipiens pecuniam, & ponens operas nihil debet lucrari de capitali, ergo si deperditur in nihil debet damnificari, & hoc tene. Alex. de Ne.
h ¶ Sit saluum. Adde Lud. Ro. consi. ccxxxviij.

Universidad de Deusto Biblioteca

dendum, vt salua sit dos mulieris. Et semper dubitant de illo dicto. nam non probatur iure, imò in contrarium facit tex. in c. super eo. §. eod. nam si contractus in se esset vsurarius, & illicitus talis contractus nō posset recipere aliquam compensationem pp bonū, q̄ inde sequit, maximè pp bonū charitatis, & corporale, vt no. in c. sup eo. & no. Ioan. And. in regula, peccatū. de reg. iur. li. vj.

13 ¶ † Secundò quæro de alia q̄one notabili. quidam mercator paratus erat proficisci in aliam regionem, empturus merces, in quibus verisimiliter fu sset lucraturus centum, accessit amicus, & rogauit eum, vt mutuaret sibi illam pecuniam, quam promittebat sibi restituere in termino cum lucro sperato, nunquid, ꝯctus sit c. sibendu. vsurarius. Inn. q. sic. licet aliqui oppositum teneant, quia daret materia committendi hanc prauitatē vsurariam, Host. in c. salubriter. §. eo. dicit q. iste est obligatus creditori ad id q. versi militer fuisset lucratu us, quasi hoc percipiat creditor, rōne interesse, & non rōne vsuræ, Io. An. dicit hoc dictum Host. procedere post moram comm sſam, sed an moram non, quia ibi nullum est interesse, alias vsurarius posset fingere se velle ire ad emendum merces, vt mutuaret pecuniam sub isto colore ad vsuras.

14 ¶ † Nota. j. & non tradas obliuioni id quod sentit Ioan. An. ex his verbis, vt etiam in ꝯctu mutui possit peti post moram interesse lucri verisimiliter cessantis. de quo dixi in ca. conquestus. §. eod. Sed an à principio possit haberi ista ratio, posset fortè dici, quòd vbi mutuans ducitur bona intentione, & potiùs mutuat vt seruiat amico q̄ in fraudem, quòd tunc excusatur à peccato,

15 licet alia opinio sit tutior. ¶ † Circa hoc dubitatur etiam de alia q̄one, aliquis habet merces quas intendit deferre ad aliā regionē, & vendere pro cartori ptio, alius apparet hic, & offert idem pretium hic, q. posset habere in loco destinato, nunquid liceat facere hunc ꝯctum. Inn. q. sic. nam sicut ratione temporis excusat qui vendit merces plusquam valeant, vt hic in fin. ita, & ratione loci. Host. inclinat in ꝯrā sententiam, & monetur, quia non sine magna necessitate mouetur ad emendum, cum & ille subijsset labores in itinere, & fortè perdidisset aliquo casu. Io. And. dicit, q. aut pretium solbitur de presenti. & ꝯctus est licitus, quia vult fortè deferre ad aliud locū. Aut differtur solutio pretij, & procedit opi. Host. pōt dici q. etiam hoc vltimo casu vbi cessaret fraus ad huc procedat opi. Inn. quia fortè vult deferre ad locum, vbi speraat maius lucrum. Item ex quo iste non erat hoc vēditutus pro

a isto pretio satis compensatur. † Vltimò hic quæro. dr hic, q. non

16 est licitum aliquid recipere vltra sortem ex pacto, quid si recib piatur aliquod seruitium verbale, vel facti, puta mutuo tibi decem, vt instruas me, vel filium meum, vel itercedas pro me apud Deum, vel vt vadas pro me Romam. Rey. & Goffre. in eorū summis huius tit. & sequitur Calde. cōcludunt, q. nō est licitum. sed hoc intelligendum est, q̄n illud q. recipit est pecunia æstimabile, vt s. dixi sm Tho. nam nulla incrementa recipi debent ex mutuo quocunque sint. & qualicūque. 14. q. 3. c. j. ij. & 3. ¶ † Et ex his in

17 fertur ad q. doctor mutuat pecuniam scholari, d vt intret secū, c & alias nō erat mutuaturus, nec scholaris intraturus, vel mutuauit vni, vt veniat ad molendinum, vel ad furnum suū. Ioan. Cal. dicit, q. si iste mutuans recipiat aliqd commodū pecunia æstimabile. q. cōmittitur vsura. exemplum in doctore, q. ex ꝯcursu schola rum efficitur magis famosus, & hēt minores causas permanentib. vel ex hoc ampliatur sibi salarium, e & ita in dño molendini, a plurimi pp hoc concurrunt. nam verè ex mutuo isti recipiūt aliquid vltra sortem. nō tenēt ad restitutionē, sed eam facere debēt pauperib, quia ab illis quib. mutuauerunt, non extorserant

f istam pecuniam. & ad hanc ꝯclusionē debent reduci glos. iuris ciuilis, vna est in l. fi. ff. de offi. pfc. vrb. Alia in l. 2. ff. de calū. & sen se

g runt, q. cōmitteretur usonia g, q. nō est verū, q. a scholaris nō vēdit doctrinā doctori, imò doctor instruit scholarē, & ad hoc mutuat pecuniam, sed committit vsuram sm distinctionē p dictam.

18 ¶ † Vterius q̄rit nunqd sit licitū rē emere h. vt carius vēdatur, &

h concludit post Cal. hic, & Inn. in c. j. ne cle. vel mo. q. aut quis emit rem hic. vt eā integram vendat, & principaliter inducit sub spe lucri, & nō licet. p hoc bo. tex. in c. eliciens. lxxxiij. dist. & in c. q̄n. 14. q. 4. Aut habet inrētionem mutandi in aliam formam, vt q. emerit lanā. inde facit pannu, vel vult deferre rē integram ad aliū locum, & tūc est licitū, licet inducitur spe lucri, q. a hic ponit labores, & industriam suam, iuxta illud dominicum. In sudore vultus tui vescēris pane tuo, & p batur d. c. eliciens. & d. cap. q̄n. Sed tpe pœnitentiæ dēt quis abstinere à mercimonijs. de pe. dist. in. v. qualitas. Aut non inducit principaliter spe lucri, sed emit frumentum, vt abundaret cum familia sua, vel ne ciuitas tra & u temporis pateret penuria, q. alij extrahebant frumentum. & tunc licet alio tpe vendat carius, q̄ emerit nō peccat. arg. opt. hic vbi q̄s pt vēdere merces pl², q̄ valeāt, q̄n dubitat an tpe solutiōis

19 sint valituræ pl², vel minus. ¶ † Dicit tn Cal. hic vnum notabile verbum, q. mihi placet istum nō euitare peccatū, q. scienter emit rē minus, i q̄ valeat, saltem ignorante vēditore. qa vt decipere. p ximū, & sic limita illud q. licitum si. ꝯhentib. de decipere vsque ad dimidiā iusti ptij. vt pcedat q̄n re ipsa interuenit deceptio, nō

k ex proposito, k clericis aūr non est licitum aliquo casu exercere

l hmōi mercimonia, l ad hoc c. negotiatorē clericum. lxxxvij. di. vide quod no. in c. j. ne cler. vel mo. Si tn indigeret, licitè posset exercere aliquod opus, vt puta emere chartas, scribere libros, & m vide quod no. glo. xiiij. quæst. iiij. ca. canonum, & c. j. de cel. mis. m

20 ¶ † Vlteriùs quæriē mutuauit nobi certam speciem, puta frumē n tum q. tpe contractus valebat tres florenos, nunc tpe satisfactio

ADDITIONES.

a §. D. Car. in ratione in j. q. sequitur distinctionem Ioan. An. Sed dum dicit q. si certum esset q. venderet plus non pp tarditatem solutionis pretij, sed quia plus recepturus erat portando ad aliū locum contractus est licitus, licet retardetur solutio ptij. Nec obstat sm eum si dicatur quòd non est licitum recipere aliquid pro interesse nisi post moram, quia ꝯctus venditionis, & ꝯctus mutui non pcedunt à pari, quia in mutuo oīs spes lucri est phibita, secus in alijs ꝯctib. & ideò licet in mutuo hoc sit proxibitū, tamen secus est i casu nostro, quia licitum est sperare lucrum ex eo quòd plus esset consecuturus portando extra locum, & sic Butri. concordat cum opinione Abb. Sicu. & mihi placet. Alexan. de Ne.

b ¶ Licitum. An pro mutuo liceat recipere aliquod seruitium verbale vel facti. Et de hoc vide omnino Laur. de Rodulph. in trac. de vsur. in 35. quæst. cum septem sequentibus, & Pet. de Anch. in repe. regulæ. peccati. in 8. quæstio. principali, libro 6. de Bellenzinis.

c ¶ Hoc declara, vt dixi s. eo. consuluit. in addit. quæ incipit, Vide de hoc B. Thomam. Alex. de Ne.

d ¶ Doctor mutuat pecuniā scholari. Adde de ista q. Ant. Cor. sin. suis in ver. doctor. q. incipit pro solutione. qd singu. retuli, & secutus sum in apost. ad istū s. in rub. eo. ti. in. 4. vt intret secū, alias non intraturus. Zach.

e ¶ Scholari. Vtrum doctor mutuans scholari, vt intret secum cōmittat vsuram, vbi dixit se dicturum in c. nauiganti. & posteà nō dixit. Sed de ista q̄one vide Pe. de Anch. in repe. regulæ peccati venia. in 8. q. & Abb. s. eo. ti. in ru. vltra med. Sed vide gl. in verbo. occupasse. ff. de offi. præfec. vrbis. qui dicit q. qui inueniunt scholares data pecunia, dicuntur cōmittere simoniam. Et vide Bal. in prœemio Gregoriano. de Bellentz.

f ¶ Ex hoc infertur q. si doctor non speraret aliquod lucrum pecuniarium ex maiori concursu scholarium. sed solùm hoc faceret propter honorem. hoc casu nō diceretur committere vsurā, ex quo talis honor non est pecunia æstimabilis. Alex. de Ne.

g ¶ Istam quæstionem format Io. An. in reg. peccatū. in vlt. art. s. in solutione argumētorū. facit ad ꝯria, & in fine illius articuli hoc ponit, limitat tn nisi ille, qui iuit ad molēdinum fuisset passus dā num. q. non fuisset consecutus eundo ad molendinum alterius: nam tunc debet fieri restitutio. vsque ad quantitatem illius dam ni, & idem tenet d. Car. hic in prin. huius cap. in 7. quæstio. Alex. de Ne.

h ¶ Simonia. Et adde qd dicit In. in c. tuam. de æta. & quali. q. si do natarius, vel qui alia seruitia repetit procurat in Romana curia beneficia pro donante, vt se liberet ab illa obligatione antidora li, committit simoniam, & est simoniacus, & ibi exclamat præsertim ꝯ cardinales procurantes beneficia pro seruitorib. & familia lib. suis quia cōmittunt simoniam. Et refert, & sequitur Ang. in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæredi.

h ¶ Simonia. Vide pulchrè & copiosè per Dec. in cons. 111. per totum. Seb. Sap.

i ¶ Rem minus. Vt non liceat temere rem vilius, & vēdere carius, vide quod latè notaui post Ant. in c. j. ne cle. vel mona. de Bellē.

i ¶ Rem minus. Vtrùm liceat emere rem minùs. quā valeat in foro conscientiæ, de hoc vide quod latissimè notaui post gl. in hoc c. 2. q. 2. de Bellentz.

k ¶ Non ex proposito. Et ideò dicit gl. in l. semper in cōuentiona lib. ff. de regul. iuris. q. quamuis licitum sit contrahentib. se decipere, tamen non conuenit bono viro.

l ¶ Mercimonia. Vtrum clericis liceat mercantiam exercere, vide quod de hoc notaui post Ant. in c. j. circa. princ. ne cle. vel mo. de Bellentzinis.

m ¶ Cui iunge gl. 24. q. 3. in fi. summæ, & de isto art. an liceat emere rem, vt carius vendatur, & an mercantia sit licita in clericis, vel in laicis. Vide hic D. Car. in rōne in 3. q. & B. Thoman. 2. 2. q. 77. art. 4. Ego verò plenè dixi in c. j. ne cler. vel mona. vbi alij Doctores tangunt. Alex. de Ne.

n ¶ Mutuaui. Vide ad hanc materiā Alex. consil. 75. inci. diligenter

* inspe

nis valet sex. nunquid salua ꝛscientia possim hoc frumentū ptio sius recipere, & ꝛclude q. aut ductus bona ītētiōe ibi mutuaui, & tunc licet varietur ptium possum salua ꝛscientia recipere, & tu

a teneris reddere, nam mutuaui frumentum, iō debeo recipere ēt frumentum a eiusdē bonitatis intrinsecæ. l. cum qd. ff. si cer. pe. nā sic potuisset vilescere eius ptium, secus si habuissem intentionem deprauatā, qa mutuaui frumentum antiquum, vt sic posteà habe rē nouū, & sic in meliori ptio, & de hoc p Hug. & Arch. xiiij. q. 4.

b c. si quis clericus. b ¶ † Vltimò posset quæri nunquid qs teneat

1 restituere vsuras, & quicquid lucratus est ex illis, an vsuras, tm dū taxat. de hac q̄one. vide q. no. Io. An. c. i quanquàm. eod. ti. li. vj. & concluso vt quod aut lucratus est per vsurariam prauitatē rē germinantem, & producentem fructum puta vineam, & tenetur totum restituere, quia hoc immediatè procedit ex vsuraria prauitate, aut recipit pecuniam, & non tenetur restituere, nisi pecuniam, quia reliquum processit exoperib. suis, & industriam. nam pecunia lucrata ex vsura non est apta ad producendum aliquem fructum. Vn lucrum attribuitur potiùs personæ quàm pecuniæ, & dic, vt plenius. no. in præallegato loco per doctores.

ADDITIONES.

¶ Inspecto. in ij. vol. vbi tangit an sit licitus ꝯctus vendere frumentum hoc pacto q. detur ptium quanti valebit in mense Maij, & nunquid si do pecuniam, reddas qnq; p cētenario. sit vsura. vide Soc. tenentem, q. non, in l. ij. in principio. ff. si cer. pet. Sed ꝯrium ꝛcludit Abb. in cons. cxiiij. incip. in q. mouenda. in ij. vol. & in ꝯsil. lxxiiij. incip. videtur in j. volu. Aret. ¶. consi. clij. inci. viso themate. ¶ Mutuaui. Vtrum ꝯctus sit licitus quando datur frumentū ad renouandum. de hoc vide latissimè Laurent. de Rodul. in tracta. de vsuris. de Bellentz.

a ¶ Frumentum. Vide Io. de Im. cons. 25. vbi quærit, quidā mutuauit frumentū cū pacto q. debitor teneatur illud reddere, q̄n creditori placuerit, consuluit q. est vsura, allegat quòd voluit Ioan. Cal. l. Vbi vide omnino. Andre. Barba.

b ¶ Ibi Hugo dicit q. non est vsura. nā tenet recipere ēt si esset ma tuō æstimationis tpe solutionis. Rō est sm Io. Cal. quia in mu si cer. pet. l. cum qūid. Tene bonitatis in qualitate intrinseca. ff. imò si actū fuit quo tpe redderet, sibi esse q. sit eiusdē æstimatiōis: tionē. aliàs hr rō tpis quo fuit petita res in iudicio, quā ad æstima diciū, vt in l. vinū. ff. si cer per. Sed Io. Cal. refert quosdā distinguere, de qua distinctione faciestres casus. Primus est qn nō est verisimile q. res sit futura prætiosior tpe solutionis, vel probabiliter dubitatur, & tunc bonū est q. inspiciat æstimatio tpe solutionis, vel tpe moræ ipsius debitoris. vt in d. l. vinū, & pro hoc bn facit iste tex. Secūdus casus est qn nō est verisimile q. res erit pretiosior tpe solutionis. & creditor non erat rē, puta vinū, aut frumentum seruaturus, sed consumpturus, & tunc est vsura. Tertius qn erat seruaturus, & tunc creditor aufert libertatē debitori se liberandi, & tunc est vsura. Nā hic, & in casu præcedēti creditor voluit se exonerare, & debitorē onerare, aut talē libertatē non aufert debitori, & tūc nō est vsura, imò posset creditor mereri, si bona intentione an terminū requirit debitorē, vt soluat ne onere tur, secus si haberet intētionē corruptā, vt quia dicit q. pōt vsq; ad terminū retinere, vt se à dño releuet, licet non auferat libertatē se liberandi ante terminū. Nā tunc licet non sit vsura, tū peccat, & hæc distinctio sm Cal. nititur magna æquitate, saltē in foro pœnitentiali. Sed D. Car. in §. ille. dicit q. tunc tm excusat a mutuās qn verisimiliter dubitatur an tpe solutiōis res sit plus vel minus valitura, aliàs secus ne detur via fraudib. & mouetur per istū. Sed ego credo q. distinctio supradicta sit tenenda, nec obstat iste tex. quia loquitur in ꝯctu emptionis, in quo pp terminū vēditur res plus q̄ valeat. vel emitur minus q̄ valet, sic etiā loquitur in c. in ci uitate. s. eo. secus qn mutuo frumētū, vel vinum, vel aliud simile, & do terminum debitori ad soluendum, nā ipse debitor obligat ad tantundē eiusdē bonitatis, & potest ante terminū se liberare. Sed pro cōcordia pōt sic dici q. aut apponitur certus terminus, ita q. ante terminū debitor nō pōt solucre, & ita demū excusat mutuās qn est dubiū vtrū res q. mutuauit sit plus vel minus valitura, per istū tex. & in c. in ciuitate. Aut debitor pōt qūcunq; se liberare. & hoc casu puto ꝯctum licitū cū debitor possit se liberare soluendo ante terminū. hoc tm intelligo, nisi mutuans priuatam habeat intentionē, vt quia mutuaret sub spe recipiendi rē q. mutuauit qn erit maioris valoris. Vnde tene distinctionē prædictā. Sed quid de eo qui mutuat pecuniam eo tpe quo frumentū, vel vinum est charissimum, & facit pactum q. certo tpe reddatur ei tm frumentum, quantum tpe solutionis haberi poterit pro illa pecunia, sed tpe solutionis frumentum minus valet, Hugo, & Archi. 14. quæstio. 3. si quis clericus. dicūt quòd licet creditori recipere plus frumēti in quātitate ex quo est minoris æstimationis, quàm tpe mutui. Et rō, quia censetur vendidisse frumentum, & pecuniam mutuasse gratis cum hoc, vt tpe solutionis reddatur in frumento. dicunt tamen quod in hoc actu posset interuenire peccatum sm prauam intentionem mutuantis. Alexand. de Ne.

¶ De crimine falsi. Tit. XX.

CONTINVATIO RVBRICAE.

¶ Quia inter cetera præcepta legis diuinæ continetur non furtum facies, non falsum testimonium dices, & supra visum est de furto. Item de vsura, quæ est quędam species furti, & ideò competenti ordine annectitur de crimine falsi. De materia habetur in decretis in cap. in memoriam. xix. distinct. & xj. quæstione 3. quis quis. 4. quæst. 3. cap. si testes §. qui falso.

SVMMARIVM.

1 *Falsum committit testis non solum si dicit mendacium, sed etiam si veritatem occultat, si super ea fuit interrogatus, vel iurauit dicere veritatem in tota causa. 3. 4.*
Testis falsus lædit Deum, iudicem, & partem.
2 *Delinquens si ex eodem delicto læsit plures personas debet omnibus satisfacere.*
4 *Veritatem tacere regulariter non est peccatum, nisi adducatur in testē, vel ex officio teneatur ipsam dicere.*
5 *Testis cōmittens falsum pōt puniri extraordinariè per iudicem durante cā super qua commissit falsum, causa vero finita non pōt ordinarie formando contra eius processum, & ista pœna ordinaria non tollitur ex eo quod extraordinariè punitus.*
6 *Testis qui deposuit falsum potest & ciuiliter, & criminaliter condemnari, nec vna tollit aliam.*
7 *Testis, qui deposuit falsum punitur pœna falsi, licet eius testimoniū non habuerit effectum.*
8 *Sententia lata per falsas probationes an teneat, & vsque ad quantum tempus potest retractari.*
9 *Testis falsum deponens pōt puniri per ordinarium, & an per delegatum.*
10 *Clericus deponens falsum deponitur, & detruditur in monasterio.*
11 *Testis si recipit pecuniam, vt non dicat testimonium punitur pœna falsi, idē si capit pecuniam, vt dicat verum.*

CAP. I.

a 1 FALSIDICVS. a † Testis falsidic⁹ tres lædit, Deum, Iudicem, & partem, & falsus est non solum, qui mendacium dicit, sed etiam, qui veritatem occultat. h. d. secū da pars ibi, vterque. ¶ Casus literalis. Testis qui falsum testimonium dicit trib. personis est obnoxius. primum Deo cuius præsentiam cōtemnit, Iudici, quē mentiendo fallit. postremo Innocenti quē falso testimonio lædit. tītē ille, q. veritatē occultat reus est, q. mendacium dicit primus non vult prodesse, secundus nocere desiderat. Ber. † No. s. ex tex. eodem delicto pt qs lædere

2 plures personas, & omnib. tenet eā satisfactionē, b facit qd leg. &

b no. in l. nunq̄. ff. de priua. delic. & in c. parochiano. de sen. excom.

3 † Nota ij. q. testis dr falsus, & tenet de falso non solume qn dicit

c mēdacium, sed ēt qn occultauit veritatem d, & hoc intelligē quan

d do interrogatus sup tertio articulo dicit se nihil scire, vel qn iura uit dicere purā, vel merā veritatem, & multa subricuit, vt in c. cū dilecti. §. de accus. secus aūt vbi non iurasset, vel non fuisset interrogatus, vt in præal. l. nunq̄ ff. de priua. delic. tunc eīn nō tenet si non

ADDITIONES.

a ¶ Falsi licus. Vide de Fel. de clarantem, & limitantem in c. sicut. ver. nō obst. c. j. §. de re iudic. Sebastia. Sapia.

b ¶ Tamen quo ad Deum committit vnicum delictum, de quo vide gl. in c. virginib. xxvij. q. 1. Alex. de Ne.

c ¶ Non solum. Nō solum est falsus testis, qui falsum deponit, sed ēt ille, q. verum supprimit. Et est valde no. sm Bald. in l. presbyteri. C. de epis. & cle. idem Bal. in l. vbi exigitur. §. dol. ff. de edē. q. omittendo cōmittatur falsum à teste, & tabellione, sicut falsum exprimendo. item dicit Bar. in aut. de test. per glo. de quo dicit haberi in l. 2. in aut. p̄sbyteri. C. de epis. & cle. Vnum no. p defensiōe isto rū rusticorum deponentium falsum, q. rusticus deponēs falsum testimoniū, nō dēt puniri de falso, nisi appareat, q. ex malignitate falsum deposuisset, quia p̄sumitur potius ex simplicitate dixisse. & ppterea dēt multū iudex aduertere. ita no. Ange. in §. & licet. in aut. de test. hr per Io. An. in c. cum 10. eremita. de fi. inst. Et hoc procedit in istis rusticis quadratis, & simplicib. secus aūt in rusticis sagacib. nam quidam sunt sagaces sm glo. in l. athletæ. §. de rusticis. ff. de excusa. tuto.

d ¶ Veritatem. Vide multum congesta per raso. in l. præscriptione. in 2. not. C. si contra ius, vel vtili. pub. per Felin. in c. ij §. de testib. cogen. ver. vtrum autem testis. Seb. Sapia.

Universidad de

non dixit veritatem, quia testis nõ debet esse verbosus, satis em
4 est quòd respondeat ad interrogata. ¶ † Tertiò no. quòd quis peccat, & tenetur celare io veritatem, quod intellige fm Innoc. qñ assumpsit officium testificandi, vel alia, tenetur ex officio dicere veritatem, vel cum aliàs veritas haberi non potest, tacere autem veritatem non est peccatum xxij. q.ij. in c. ne quis arbitretur.
¶ Vltimò pt colligi ita præsumendum ptra eum, qui nocuit, sicut contra eum, q̃ potuit prodesse, & noluit. ¶ † In gl.ij. hæc gl.
5 tria intendit, & primò quòd testis falsus puniri potest dupliciter. primò extraordinar è causa durante. secò ordinariè pœna falsi
a causa pfinita, a & declara hunc articulum latiùs q̃ aut causa non est finita, aut est finita. primo casu potest puniri per ipsum iudicem nõ inchoando ẽ ipsum processum de nouo extraordinariè fm q̃ sibi videbitur. Sed ista punitio non tollit punitionem ordinariam, quę poterit fieri per legem Cor. de fal. vt no. Cy. in l. nullum. C. de testi. Spe. in ti. de teste. §. j. ver. sed nunquid per pœnam, & vide gl. in c. presbyteri. v. q. fin. & præalle. ca. ne quis arbitretur. finita verò causa non potest amplius puniri, quàm ordinariè, ga cum ista pœna veniat accessoriè ad cãm principalẽ, & p̃ snïam finitũ sit officium iudicis, tollit̃ hæc potestas quæ veniebat accessoriè. l. j. C. deposi. & c. cum appellationib. de appel. libro vj. sed nec poterit puniri. nec accusari duntaxat. l. Corne. de falsis.
6 ¶ † Et si quæratur quæ pœna sit imponenda falso testi. Concludo quòd aut agitur ciuiliter, aut criminaliter, primo casu tenetur ad satisfactionem inquantum læsit. l. qui nomine. ff. de fal. & arg. hic poterit etiam postea accusari criminaliter est differentia inter liberũ, & seruum. nã liber deportat̃, & eius bona publicantur. b Seruus verò punitur vltimo supplicio. de quo in l. j. §. fi. ff. e.
Sed si executio facta in causa criminali non potest retractari. tũc
c punitur testis pœna talis. c l. j. §. j. ff. ad l. Cor. de falſ. & secundum præ cta intelligo not. 2. q. 3. in sum. & 33. qu. v. hæc imago. & in
7 cap. ad falsariorum. j. eo. ¶ † In ea. glos. ibi, & si conatus non habuit effectum. no. bene glo. q̃ testis potest puniri de falso licet testimonium suum non habuit effectum, puta, quia ex aliquo alio facto non valuit, vel quia aduersarius melius probauit, & sic iudex non fuit secutus dictum huius falsi. ratio est, quia per hoc non reuocatur quin commiserit falsum, & intellige hoc dictum, quando dixit falsum in forma testimonij, licet ex aliquo actu, vel facto extrinseco non valuerit dictum eius, secus autem vbi non dixisset in forma testimonij, vt quia solum coram notario non præcedente mandato iudicis. nam tunc potest dici falsu[illegible]
& de hoc articulo dic, vt plenius not. per Ioann. And. in regula,
8 non est sine culpa. de regu. iu. li. vj. in mer. & per Bar. in l. si quis legatum. ff. de fal. & in fin. glo. † De hac materia, & quando teneat sententia lata per falsas probationes, & vsque ad quãtum temp' retractari põt, dic vt plenè no. in c. licet. de proba. & per Io. And. in cap. cum venerabilis. de excep. & per Barto. in l. diuus. ff. de re iudic. & l. qui agnitis ff. de except. In glosſ. in versi. ledit. in fin. in-
6 tellige glo. prout dixi in glo. præce. ¶ † Sed quæritur quis est cõpetens iudex habens merum, & mixtum imperium, & nõ est dubium talem posse punire testem ordinariè & extraordinariè, vt ſ. dixi. aut est iudex habens iurisdictionem in ciuili tantum, & tũc quidam dicunt, vt not. in l. diuus. ff. de fal. q̃ debet remittere eum puniendum ad iudicem proprium. Sed opinio verior videtur vt possit eum punire extraordinariè. pro hoc text. in l. nullum. præalleg. & sentit Spec. in titul. de teste. §. j. ver. sed nunquid iudex. &
d hæc procedunt in ordinario d delegatus verò non punit sed remittit eum puniendum ad ordinarium. sed Innoc. in cap. pe. j. de pœn. aliter sentit Spec. in titu. de teste. §. j. versi. sed quid de legato. & ibi Ioann. And. distinguit inter delegatum à principe. & inferioris, vt prius possit puniri extraordinariè. argu. in authe. de exhib. re. §. j. & facit ca. j. & cap. de causis. de off. deleg. Secundus autẽ debet remittere ad extraordinarium, vt in auth. de testi. §. si verò
e ignoti. e ¶ † Item quæro, qualiter punietur testis clericus qui fal-
10 sum testimonium dixit. Sol. vide bo. tex. in ca si eps. l. distin. nam debet deponi, & detrudi in monasterium ad agendum pœnitentiam pro hoc facit ca. cum non ab homine. de iudi. & capi tuæ. j.
11 de pœnis. † Vltimò quæro quid si testis recipit pecuniam, vt non dicret testimonium, vel vt dicat verum testimonium, dic q̃ te-
f netur pœna falsi. vt in l. j. ff. eodem. vbi per Bartolum. f

ADDITIONES.

a ¶ Præfinita. Vide Iasonem in l. j. §. qui mandatum. ff. de officio ei°, cui manda. est iurisd. Deci. in capitu. præterea. ſ. de officio deleg. Sebastia. Sapia.
b ¶ Hoc verum est in homine nobili, vel posito in dignitate, Plebeius enim damnatur in metallum, vt in l. ſi quis aliquid. §. qui. ff. de crim. falſi. Alex. de Ne.
c ¶ Pœna talionis. Adde Bald. in l. presbyteri. C. de episcopis, & cle. vel subiungit not. quòd eadem pœna punitur potestas compelens testem ad dicendum falsum. quod est no. secundum eum allegat Barto. ita tenere. in l. j. §. j. ff. ad l. Corn. de sicarijs. Subiungit etiam quòd potestas non admittens defensionem iuris, perinde punit̃, ac ſi non admitteret defensionem veræ innocentiæ. Et est nota. secundum eum. Quid autem in eo, quivt veritas occultetur non vult comparere, qualiter puniatur, vide Baldum in l. presbyteri. C. de epiſc. & cleri. vbi dicit quòd punietur criminaliter pœna criminis ſtellionatus, & ciuiliter parti tenetur, vel Reipu. per actionem de dolo.
d §ꝝ Sed Bar. in l. diuus. ff. de fal. dic, quòd ille pt de falsitate puniri, qui à iure habet potestatem puniendi, aliàs debet remitti ad maiorem iudicem, vt dicit tex. in d. l. diuus. Sed But. hoc ſtelligit quã tum ad pœnam ordinariè imponendam. Nam pœnam extraordinariam pt imponere ẽt iudex habens iurisdictionem in ciuilib. tantum, vt d. l. nullum. C. de testibus. & allegat no. per Spe. in ti. de de teste. §. j. ver. sed nunquid iudex ex officio. & sic dicit intelligendum. Inno. Alex. de Ne.
c §ꝝ Quid si testis deponit falsum coram arbitro, dic, quòd non puniet eum, sed remittet eum puniendum ad iudicem competẽtem, hoc tenet Spec. in ti. de teste. §. j. verſic. quid de arbitro, & sic etiam extraordinariè non poterit punire, & hoc tenet hic Butr. Alex. de Ne.
f ¶ Et pro hoc Bar. dat ibi cautelam, quòd ſi aliquis facit quòd testes non veniant ad deponendum testimonium, quòd accessor faciat processum contra testes, quòd acceperunt pecuniam ob testimonium non dicendum, quia tunc poterit eos condemnare l. Cornelia de falsis. & huius timore ducti venient ad testificandum. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per falſas literas non debet executioni mandari.*
2 *Merus executor ſententiarum potest admittere exceptionem nullitatis oppoſitam contra ſententiam, ne mandetur executioni.*
3 *Suſpectus de falſo potest detineri, & capi, donec conſtet de veritate.*
4 *Sententia lata per falſas literas nunquam poterit mandari executioni ſine temporis præfinitione.*
Sententia lata cum falſo procuratore, nunquam mandatur[illegible]
Sententia lata ex falſis probationib pote[illegible] vel à tempora retractari.

CAP. II.

a SVPER EO. a † Sententia lata per falsas literas non debet exe
1 cutioni mandari. h. d. Primò commendat eum, cui scribit de præterito. secundò instruit eum de futuro ibi, mandantes. Casus literalis. Quædam sententia fuit lata authoritate falsarum literarum, ille, pro quo lata fuit impetrauit executionem faciendam per eũm Vigorien. ille citatis partib. vt sententiã executioni mãdaret, oppoſitum fuit coram illo, q̃ sentẽtia illa lata esset per falsas literas. eps literis visis noluit eam executioni mandare, cum essent falsæ. consuluit Papã. & ipse commendat ipsum, q̃ noluerit snïam illam latam per falsas literas mandare executioni, præcipiens vt quoties aliqua scripta sub nomine papæ redarguenda viderit, nullam eis fidem adhibeat, nec obseruet q̃ per ipsas mã datur, sed eum qui præsentauerit illas, detineri faciat diligenter.
2 Ber. Not. j. q̃ merus executor potest admittere exceptionem nullitatis ad effectum differendi executionem, camque referendi ipſi superiori. de qua materia plenè. no. in c. olim. de re iu. & c. pasto
3 ralis in §. præterea. & ſe. de offic. delega. ¶ † Item not. quòd ſuspe-
b ctus de falsitate potest capi, b & detineri donec reperta fuerit ve-
c ritas. de quo in c. memoriam. 19. dist. c † In gl. ibi temporis præfi-
4 nitione. tene perpetuò menti gl. & multùm allegatur quòd sententia

ADDITIONES.

a ¶ Super eo. Pro intellectu huius decre. vide omnino Arch. in c. in memoriam, 19. dist. de Bellentz.
b ¶ Potest capi. Adde hic, q̃ licet tex. loquatur de presentatione facta ordinario. dicas q̃ idem debet facere ordinarius ad mandatũ delegat̃. Ita dicit Arch. in c. in memoriam 19. dist. arg. c. j. & c. præterea. de of. dele. de Bellentzi.
c ¶ Et dicit hic Butr. q̃ ex rescripto falso nõ nascat̃ iurisdictio: tñ nascit̃ potestas capiẽdi. & sic iudex nominatus in falsis literis potest capere impetrãtẽ. allegat no. in cle. j. de rescr. sed illa cle. loquit̃ qñ rescriptũ q̃ ipso iure nullũ est emanauit verè à sede apostolica. sed iste loquitur in rescripto falso, q̃ nõ emanauit à sede apostolica. tñ Inn. & Host. idẽ tenẽt dicentes q̃ delegatus potest istos facere capi, & q̃ ad mandatũ delegati, ordinarius hos capit etiã si sint clerici, vt c. si clericos. de sen. exc. lib. 6. Sed Io. Cal. cum quo trãsit D. Car. dicit quòd aut delegatus est impetratus per literas subreptitias, & tunc potest mandare ordinario, sicut etiã potest in expensis condemnare, vt in c. si. de rescr. & in cle. j. c. ti. Aut

tentia lata per falsas literas delegatorias põt retractari sine præfinitione temporis. Idem est in sententia lata cum falso procura
a tore, a vt in c. in nostra. de procur. secus vbi iudex habebat aliàs iurisdictionem, sed probationes fuerunt falsæ, quia tunc ad agẽdum de falsitate tpa sunt limitata. de quibus per Io. And. in cap. cum venerabilis. de except. In gl. ij ibi. de cætero. & plenè de materia per Bar. in l. à diuo pio. de re iudica. & in d. c. pastoralis.

ADDITIONES.

INTABVLIS. Sortilegia pro furtis inueniendis, vel diuinationibus faciendis prohibentur, & contrafacientibus pœna imponitur. h. d. Primò ponit prohibitionem, secundò pœnam ponit transgressoribus. ibi, qui autem. Casus literalis. Quærebatur de pœna per sortilegia, vel diuinationes furta inuenientium. Et respondetur quòd furta non sunt inquirenda sorte in tabulis vel codicibus, aut aliis, nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis obseruare præsumat. & qui contra fecerit xl. dies pœniteat. Ber. No. j. ex tex. ℊ sortilegia omnia prohibentur, siue fiant per inuocationem dæmonum, siue fiant in codicibus, sicut faciunt plerique dicentes versus aliquos psalterij. & faciunt illud voluere, siue fiant in tabulis, & dicuntur fieri in tabulis, quia faciunt [illegible] puncta sicut faciunt nigromantici. omnia ergo [illegible] quod crimen sortilegij
a hibentur. a † Secundò no. ex hoc, & [illegible] est crimen ecclesiasticum, vide tex cum gl. in c. contra idolorum. 26. q. 5. No. 3. quod omnis diuinatio in quacunque re prohibita
b est, & scientia astrologiæ, hoc quam quodammodo præindican
c tur futura. & [illegible] quia de scientia Alchimię, dicam in c. seq. c [illegible] Ho. pœnitentiam imponendam sortilegiis, & intellige si. tex. de pœnitentia imponenda in foro pœnitentiæ. nam in foro contentioso imponitur alia pœna magis grauis, vt dicetur cum gl. fi. In gl. j. ibi sors in sui natura non sit mala. hoc intellige, quādo quis submittit se fortunæ, puta habentes rem communem in diuisibilem volunt ponere sortem super illam, cuius debeat esse, certè ista de sui natura non est mala, nec de ista certè loquitur iste text. sed de sortilegiis, quę fiunt per incantationem, vel per puncta, vel quid simile, omnia prohibentur, quia in se mala sunt, & de ista loquitur iste tex, & vide bo. gl. ad quam remisi in rub. &
d quod dicā in c. fi. d † in gl. fi. ibi officio, & beneficio pōt priuari, vi
2 detur hæc gl. contraria tex. cum in tex. imponitur pœnitentia tā tùm xl. dierum, vt [illegible] in tex. imponitur peniten tia iniungenda per sacerdotē. sed gl. & iura [illegible] in pœna imponenda per iudicem in foro contentioso. Sed aduerte, ga vltra pœnas positas in tex. potest ēps istos tales sortilegos dehonestare, vt puta mitrando e, vt sit in qbusdam locis, vel ponen

ADDITIONES.

a ¶ Io. An. & But. & D. Car. in verbo, in tabulis, supplent vt faciunt Geomantici p puncta, q̄ vt plurimū faciūt in tabulis, q̄ postea reducūt in certas figuras, & ex illis indicāt ℔m traditionē illius artis, & verbum, codicibus exponit. i. libris, vt faciunt legētes psalterium in aliquo versu, vel facientes ipsum volui. Alex. de Ne.
b Astrologiæ. vtrum scientia astrologiæ sit per ius canonicum, vel ciuile prohibita. vide Do. in c. legimus. §. sed econtra. 37. dist.
c ¶ Et dicit Ho. ℊ diuinatio regulariter sonat in malum. j. q. j. nūq̄, interdum in bonū, ea. q. eos. in prin. 16. q. 1. prędicator. & pro hoc inducit Ho. quia qui sine salutione salutem quærit in ęgritudine assiduè laborabit, 16. q. 2. qui sine. vnde nec dies Aegyptiaci qui nostro vulgari dicuntur dies Ziagi. vt est decollatio sancti Pauli, & dies decollationis Io. Baptistę. nec alij dies. nec Calendæ, nec menses, nec anni, nec cursus Lunæ. vel Solis vel syderum. vel sortes Apostolorum sunt seruandæ, nec carmina herbarum, nec picturæ, i. characteres scripti, quos appendent ad collum, & vulgariter appellant breuia credi debēt. Sed oīa hęc & similia propter sacras orationes condemnantur. 26. q. vlt. si quis. & 26. q. 1. non licet Dęmoniaco. tamen licet habere herbas & lapides pretiosos sine incantatione, vt 16 q. fi. c. fi. & remittit Ho. ad summā, c. ti. §. in quo casu. sed quòd ad breuia, an liceat suspendere ad collum, vt liberet ab infirmitate. vide Io. de Fan. xxvj. q. 5 nō licet, & tene menti quòd non licet aliquid noui facere in kalendis Ianuarij propter nouum annum, nec in cōmessationibus, nec in aliis quibuscunque, de quo vide pulchros tex. 26. q. fi. c. si quis. &c. nō obseruetis. Similiter est prohibitum obseruare menses, vel dies, videlicet vt aliquid fiat, vel non fiat certis mensibus, vel certis diebus, tanquam faustum, vel infaustum, vt dictis iuribus. & c. pe nultim. ea. q. Itē est prohibitum obseruare kalēdas & in ipsis aliis vacari, incingere domos in illis diebus lauro, velviriditate arborum, vt in d. ca. non licet. no. illa iura, quia etiam plura dicunt. Al. de Ne.
d ¶ Sed vide omnino Io. de Fant. 26. q. 2. c. j. Et vtrum sit facienda electio, vel diuisio, vel aliquid aliud per sortem, tangunt Doct. ℨ. eo. c. fi. & vide Bar. in l. fi. in princ. C. commu. de leg. & in l. huiusmodi. §. fi. ff. de le. 1. Alex. de Ne.
e ¶ Mitrando. Adde Lud. Ro. sing. 260. incipit, tuscis quod isti diuinatores. &c. Zacharias.

ponēdo ad schalam cū vituperio, & ejicere eos extra diœcesim, vide bon. tex. 26. q. 5. in c. epi. & ℊ no. 32. q. 1. de benedicto, & vt ℨ. dixit. coercitio ergo huius delicti tanqua concernentis maiestatem diuinæ clementiæ, quia attribuitur creaturæ id quod est soli⁹ creatoris, vt scire oīa occulta, vel prędicere futura, spectat ad
3 ēm loci, vt præal. c. ℨ idolorū. † Credo etiā ℊ iudex secularis pōt se impedire. qa licet sit crimē ecclesiasticū, nō tñ est mere ecclesiasticum, & ideò locus est præuentioni inter eos. nam vtroque iure hoc crimen est damnatum. & accerrimè punitur per ius ciui-
4 le. vt C. de malefi. & ma. per totū. † Sed inquisitor hæreticæ prauitatis non potest se impedire de hoc crimine, nisi saperet hæresim manifestam, vt est tex. in c. accusatus. de hær. li. 6. & faciūt hæresim manifestam huiusmodi sortilegia. quādo cōsulunt dæmones, & expectantur eorum responsa. & fiunt eis preces, & sacrificia, nam committitur hic idolatria. Item vbi fiunt cum hostia cōsecrata, seu rebaptizando aliquem, secus autem vbi ista, vel similia nō accidunt, licet inuocarentur dæmones, vt promouerent, puta animum mulieris ad impudicitiam. nam istud licet sit grauissimum peccatum in se, non tamē sapit hæresim, quia propriū dęmonis est tentare creaturam, vt habetur in euangelio, & acce
5 dens tentator, &c. vt patet xvj. q. 2. c. visis. vide prędictam gl. in prędicto c. accusatus. Old. in consiliis suis, & beatum Tho. 2. 2. q. xcij. c. de superstitionibus. Et aduerte, quia inquisitor nō potest se impedire etiam si sapuerit hęresim, dummodo non manifestum sit, nec potest cognoscere an sapiat hæresim, quia iurisdictio est sibi tributa existente illa qualitate notorietatis. vt dicit ibi gl. & bene
a secus dico vbi ipse vellet cognoscere, an sapiat manifestè. d & ita intellige. c. fi. de of. dele. lib. 6. quę iura sunt contraria illi gl. in cap.
b accusatus b † Et in fi. gl. dic soluendo, quòd illud c. fi. loquitur de
5 exercentibus non sortilegia, & diuinationes, sed de subiicientibus se fortunę per brenia, vel ludendo cum taxillis, illi enim non sunt infames, nec puniuntur istis pœnis, sed primi sunt infames, nec repelluntur à testimonio, & ab accusatione. 3. q. 5. constituimus. & 2. qu. 8. quisquis. & afficiuntur pœnis supradictis.

ADDITIONES.

a ¶ Manifestè. Vide Abb. in c. si clericus laicum. de fo. compe. Imol. in c. super literis. ℨ. de rescr. vbi videas. Fel. Seb. Sapia.
b ¶ Sed tu vide D. Domi. in c. j. de offi. deleg. & d. c. accusatus. §. sanè. de hær. in 6. & But. in c super literis. de resc. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegium si commiserit presbyter, suspenditur ad tempus ab administratione altaris, aliquando tamen priuatur officio, & beneficio. 4.*
2 *Sortilegium committitur etiam quando quis vult inuenire furtum, etiam facturn alicui ecclesiæ.*
3 *Suspensus ad tempus, lapso tempore potest circa aliquam absolutionem suū officium exercere.*
4 *Excommunicatus etiam quod satisfecerit debet absolui.*
5 *Episcopus potest cum sortilegiis dispensare.*
6 *Astrologia non est scientia prohibita à iure.*
7 *Astrologi non peccāt quando aliquid prædicunt, prout indicant motus superiores.*
8 *Alchimia non est prohibita.*
Species vna quod in aliam, transmutetur solus Deus potest facere.

CAP. II.

1 EX TVARVM TENORE. † Presbyter, qui per inspectionem astrolabij furta requirit, ad tempus suspenditur ab altaris ministerio. ita communiter summatur. & in veritate hęc summatio non est indistinctè vera, quia acrius potest puniri, vt ℨ. dicetur cum gl. h. d. Primò ponitur consultatio, secundò responsio ibi, verum. Casus literalis. Quidam presbyter V. nomine accessit cum quodam infami ad locum priuatum non illa intentione, vt dæmonem inuocaret. sed vt posset inuenire furtum cuiusdam ecclesiæ per inspectionem astrolabij. patriarcha Grande. significauit hoc dom[illegible]no papæ, vnde ipse scribit eidem dicens, quia licet ex bono zelo, & simplicitate ille presbyter hoc se feciſſe proponat, cum non modicam maculam peccati inde contraxit, quare mandat, qnatenus per annum, & amplius si ei visum fuerit eum ab altaris ministerio præcipiat abstinere, & ex tūc liberè of
2 ficium poterit exercere sacerdotis. Ber. ¶ †. No. j quòd etiam pro furto facto ecclesiæ non licet cōsulere istos diuinatores, seu sortilegos, etiā si hoc fiat sine iuocatione dæmonum. rō. qa omnia occulta nosci solus deus. 32. di. erubescant. Secundò. not. quod vbi grauius delictū cōmittitur, si grauior pœna inde imponi debet. vbi in sortilegio inuocātur dæmones. Item fortius delinquit is, qui ex proposito, q̄ ex simplicitate. & bono zelo facit, grauissim
3 tamen peccatum omni casu committitur, vt hic in tex. † Vltimo. qℊ suspensus ad tps, pōt post lapsum tpis sine alia absolution exercere officium suum, secus dic de excōicato, qa semper ibi re
a quiritur absolutio. vide gl. no. in cle. 1. de deci. 2 † in gl. 1. pōdera
4 hanc gl. & gl ex quib. collige, quod sacerdos consulens istos sortilegos grauissimè puniri potest secundum qualitatem delicti, & eius intentionem, vnde potuisset iste priuari officio, & beneficio, sed dignus fuit misericordia. quia ex simplicitate, & bono zelo fecit, & intuitu ecclesię, pœna ergo contenta in hoc c. non est ordinaria, & ideò illa summatio communis nō est vniuersalis. Ex hoc tex. iuncta gl. colligevnum valdè notandum, quod in pœna imponenda istis sortilegis, vel eos consulentib. debet animaduerti ad qualitatem, & quantitatem delicti & ad animum delinquentis, & secundum hoc pœnam imponere quandoque acerrimam, quandoque grauem, quandoque leuem facit, quia not. in leg. hodie. & in l. aut facta. ff. de pœ. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff de his, qui
5 no. if. facit 23. q. 1. in c. non afferamus. † Et no etiam ex gl. fi. episco
b pum b posse cum sortilego dispensare. ſ. vt non deponatur sed vt
6 imponatur sibi alia pœna. † Vltimò hic quæri potest nunquid per ius canonicum, seu ciuile sit prohibita scientia astrologiæ & nūquid eam exercentes peccent. Ioan. An. latè prosequitur hic, & ad primum concludit quod hæc scientia non est in se mala, nec prohibita, cum sit vna de septem artib. liberalib. & iura præmiant has scientias exercentes. l. 1. ff. de va. & extraor. cog. & facit tex. in l. eorum. C. de male. & ma. sed abiit hæc scientia in desuetudinem, quia ex eius occasione homines quandoque incidebant in idolo
c latriam c, quia credebant homines necessitatos esse corporib. su
d per cœlestib. vt dicit Greg. 26. q. 2. in c. fors nō est. §. his ita. d † Ad
7 secundum, nunquid exercentes peccent, respondeo quod si volūt prædicere ea, quæ caulantur ex corporib. super cęlestib, vel eclypsim lunæ seu solis, siccitatem, vel abundantiam frumenti, nō peccant, dummodo non credant necessitatem inesse, quia Deus potest aliter facere quàm astra indicent, & ideò dicit gl. notab. in c. non licet. 26 qu. 5. quod medici in dando medicinam, & rustici in seminando, &c. non peccant inspiciendo cursum lunæ. vel stellarum dummodo non credant necessitatem inesse, quia ista corpora supercœlestia sint signa rerum, & non causæ. Item B. Tho. 2. 2. q. 90. art. 5. Aut volunt isti astrologi prædicere casus fortuitos hominum certitudinaliter hoc asserentes, & peccant, quia licet corpora supercœlestia habeant inclinationem, non tamen necessitatem, quia homo licet inclinetur secūdum dispositionem corporis ad aliquod vitium, tamen per rationem liberi arbitrij, potest aliud facere, anima enim non subiicitur istis corporibus supercœlestibus, sed quia plerique homines sequuntur vires sensitiuas, & appetitus naturales, & captiuant liberum arbitrium,

ADDITIONES.

a ¶ Et dic vt ibi per do. in cap. cum bonæ. de æta. & qualita. Alex. de Ne.
b ¶ Episcopum. Notandum est quod pœnitentiam impositam à papa eps minuere non potest. de quo est gl. in c. tempora plenitudinis. 26. q. 6. & in c. latorē. 23. q. 2. & in c. cum P. in gl. fi. ℨ. de acc. Ad de etiam quod pœnitentiam iniunctam ab epo inferior sacerdos minuere non potest. vt no. Arch. & prout refert ibi 10. An. in c. fi. de pœ. & re. lib. 6. & vide omnino no. in d. ca. accedens. l. di. Et vide quod no. Domini. in c. fi. vers. quęro an papa deponit. vide omni no Dominicum. in d. c. accedēs. & Calde. in repeti. c. omnis vtriusque sexus de pœnitentia. & remissione.
c ¶ In idolatriam. Vide Dec. in cap. nouit. in 1. no. ℨ. de iud. vbi ponit quare prohibitæ sint sortes, & diuinationes & astrologia. Seba. Sapia.
d ¶ Sed Gra. assignat aliam rationem. in d. §. his ita. quare Astronomia, seu Astrologia abiit in desuetudinem, quia dum curiositati nimium erant intenti, minus vacabant his, quæ pro salute animarum erant accommodata. Innocen. etiam hic dicit quòd Astronomia, siue Astrologia non sunt scientiæ, quæ ad pietatem ducāt, imò facile inducerent idololatriam, dissuadet vsum, & studium. arg. 22. dist. si quis Grammaticam. sed quia studium non sit prohibitum, videtur sentire Beat. Hieronymus in prœmio Bibliæ 7. c. suæ epistolæ, vbi sic dicit. Taceo de Grammaticis, Rhetoricis, Philosophis, Geometricis, Dialecticis, Musicis, Astronomicis, Astrologis, Medis, quorum scientia mortalib. vtilissima est. Ale. de Ne.

Universidad de Deusto

trium.& rationem intellectus,& ideò q̃nque astrologi dicuntve
rum,dicendo q talis dispositus est ad tale vitium. Sed si astrologi
dicunt quem inclinatum ad tale vitium, vel quia astra inclinant
a ad tale quid:non tamen imponunt necessitatem.non peccant. a
§ †Sed iuxta prædicta potest quæri de alia q̃one quã facit,& ponit
b Old.cons.69.nunquid.Alchimia sit prohibita,b & sic nunqd exer
centes eam peccent,videbatur,q sic.quia vna species conuertit
seu transmutatur in aliam,cum plumbum efficiatur argentũ vel
æs aurum,&c.Sed citra Deum nemo potest vnam speciem in aliã
transmutare.vt 26.q.in Christi.§ quisquis ergo.Old.tamen cõclu
dit oppositum,quia in hoc vna species nõ mutatur in aliã diuer-
sam,cum omnia metalla procedant ex eodem fonte,videlicet ex
sulphure,& argentoviuo.sed vbi est melior influentia astrorũ,ibi
producitur metallum pretiosius,vnde per influentiam astrorũ,&
cum herbis,& lapidib.quib.insunt multæ virtutes potest naturali
ter vna species metalli conuerti in aliam speciem magis pretio-
c sam c quod est nota.

ADDITIONES.

a ¶Sed meo iudicio §.Thomas non ita laxat habenas.Dicit enim q
aut quis vtitur consideratione astrorum.ad cognoscendum futu
ra,casualia,siue fortuita.aut etiam ad cognoscendum per certitu
dinẽ futura hominũ opera.tunc ex falsa,& vana opinione, & ex
operatione Dęmonis procedit.vñ erit djuinatio illicita.Aut vult
vti consideratione astrorum ad cognoscendum futura,quæ ex cę
lestib.corporib.creantur,puta siccitates,& pluuias & hmõi.&tũc
non erit illicitũ,quod tamen vltimũ restringe ſm tex.& gl. 26.q.
5.non liceat.Vnde puto dicendũ, q Astrologia sit licita quò ad
cognoscendas futuras pluuias,secus siccitates,& similia.itẽ quò
ad cognoscendũ ad qd homo sit inclinatus,dum tamen non per
certitudinẽ.sed cognoscere futura casualia,vel fortuita,puto peni
tus illicitum tanquã pertinens ad determinationem,& de hocvr
esse tex.26.q.7.illos planetarios.idem probatur in c.seq.& põdera
q reprobatum est vt per cursus stellarũ,quis rimetur futura.sed
quis põt rimari futura etiã non ponẽdo certitudinem.Actuũ pri
mo c.vbi dr nõ estvestrũ noscere tẽpora,vel momẽta,q̃ pater po
suit in sua potestate,& pondera,qa ibi prohibetur indistinctè co
gnitio temporum,& momentorum,& sic etiã si quis non ponat
certitudinem,sed quis põt rimari etiam nõ ponendo certitudinẽ,
optimè facit 26.q.2.§.his ita.vbi dicitur q Astrologia,seu Astrono
mia apud Catholicos in desuetudinem abiit,quia dũ propria cu-
riositate his viis erant intenti,minus vacabant his,quæ pro salu
te animarum erant accommodata,& hoc mihi videtur de iureve
rius.

b ¶Nunquid Alchimia sit prohibita.vtrũ & exercentes Alchimiã 5
peccent,de hoc vide Io.An.in addi.Spe.in ti.de cri.fal.vbi arguen
do ad partes vt concludere,q non.vtrũ licitũ sit vendere aurũ Al
chimatum pro vero auro,vide eleganter per B.Tho.distinguentẽ
in 2.2.q.77.art.2.circa fin.& de hoc per Bald.in l.1.quæ sint rega.
in vsib.feudorum. 6
Adde quod dicta Io.An.in loco.s.all.sunt Old.cons.hic all.per Ab
batem.

b ¶Alchimia sit prohibita.VideHieronymum de zanetinis in repe.
c.1.s.de ac.vbi tractat materiam peccatorum in materia auaritiæ.

c ¶Tu autem vide Io.An.in Spe.in rub.de crim.fal.si.prope finẽ,vbi
plenius istum articulum disputat,& idem concludit per plures ra
tiones,& inter cætera allegat tex.26.q.5.nec mirum.circa mediũ.
vbi sic dr,in sunt.n.reb.corporeis per omnia elemẽta q̃dã occult-
tæ seminariærõnis,quib.cum data fuerit opportunitas tempora-
lis atq; casualis,prũpunt in species debitas suis modis & finib.Et
nota q̃nõ licet vendere aurũ Alchimatũ,p bono si sit sophisticũ
secusũ sit verum aurũ,alias grũ facientes puniuntur de falso, vt
in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pig.act. De hoc Bal quem se-
quitur Andræas de Isernia.in c.1.quæ sint regal.in vsib.feud.Al-
chimia autem est ars perspicaci ingenio iuuenta tãquã à Philoso
pho,& de hoc vide B.Tho.2.2.q.87.ar.2. vbi dicit q illicitum est
vendere aurum,vel argentum Alchimiatum,p vero,quia nõ est
adeò purum sicut verum,nec habet omnino easdẽ proprietates
sicut pprietatẽ lætificandi,nec ita valet p cæteras infirmitates.&
hmõi.Si verò per Alchimiam fieret verum aurum,tũc non esset
illicitũ ipsum vendere pro vero,qa nihil ꝓhibet arte vti aliquib.
naturalib.causis ad producendum veros,& naturales effectus,al-
legat Aug lib.3.de Trinit.quod est c.non mirum.26.q.5.circa me-
dium,quod s.allegaui circa prin.huius add.Sed de aurifice qui fa
cit aurum vel argentum de minori liga,quàm ciuitas requirat,&
de expendẽte pecuniam falsam,an teneatur de crimine falsi,vide
omnino Bar.in l.lege Cornelia.ff.de fal.& hæc no. Alexan.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Electioprælatorum vel aliorum similium iudicum est prohibita fieri per sortem,& hoc per rationes de quibus.j.nu.3.inter laicos tamen huiusmodi electio non prohibetur.*
2 *Actus explicandus collegialiter debet fieri omnibus in vnum conuenientibus,adeò quod non valeret si omnes per se dicerent votum suum.*
4 *Electores possunt vnum ex eis eligere.*
5 *Electio facta per sortem est nulla.*
6 *Sorte aliquid dirimi quando sit prohibitum,etiam inter laicos.*

CAP. III.

1 ECCLESIA.†Non solum electio per sortes fieri nõ debet, sed etiam electiones compromissariorum per sortes assumi non debent.h.d. In prima ponitur electio. In secunda electionis prosecutio,examinatio,& reprehensio. In tertia gratiosa confir matio,& sortis prohibitio.secunda ibi,procuratoribus.tertia ibi, electionem.Casus literalis.Vacante Lucana ecclesia canonici cõ uenientes in vnũ de futura pastoris electione tractaturi elegerũt vnũ ex se per sortem,qui vice capituli tres elegit electores, per quos vice omniũ,puideretur ecclesiæ de pastore, quorum duo ex illis tertiũ ex se magistrũ R.scilicet elegerunt quod expresse li cebat eisdem,qa sub hac forma eis data fuerat eligendi potestas, vt ex se,vel ex aliis eligere possent.Electionem istam per nũtios suos præsentauerunt dño papæ petentes eam confirmari. Dñs papa examinato tali processu, digno multa reprehensione pro eo quòd sors in talibus interuenit electionẽ celebratã de prædi-
2 cto magistro ad gratiam confirmationis admisit,sortis vsum in electionibus perpetua prohibitione condemnans.Ber.† No.j.ex
a tex.ibi conuenientes in vnum,&c.argumentum q actus pertinẽ tes ad collegium debent expediri collegialiter, & per congrega-tos in vnum.de quo vide qd no.per gl.in c.j.de reb.eccl.non alie.
3 li.6.& latius dico in c.cum omnes.de const.†Secundò no. quòd
a sors anullo casu potest interuenire in tractatu electionis,& ratio quare,qa põt assumi indignus cum sors possit super eum cade-re.item per sortem tentatur Deus.qa volunt facientes sortem, quod Deus inuisibiliter reuelet meliorẽ,nam debẽt ipsi ex quo possunt eligere meliorẽ,& non tentare Deum eligendo, & pro-
b mouendo b& intelligo hoc ſm do.in electione ad officia ecclesia stica,secus autẽ inter laicos,vel inter clericos quò ad tẽporalia. quia hic vsus sortis non reperitur in illis prohibitus, ex quo tm subiiciũt se fortunæ,& ita in multis locis faciunt laici eligentes officiales per ballotas,seu breuia,q no.meliùs tn puto abstinen-
4 dum,quia militãt rõnes superius all.† In gl.j.in fi.cõiter renetur opi.gria,q etiã data potestate simpliciter possunt eligere vnum ex se,de quo dic vt plenè no.in c.cum iniure.de ele.& in regula in toto.de reg.iur.li.6.in merc.vbi ponit quæstio notabilis,nun-
5 quid si in vniuersitate sint tm duo possit vnus eligere alium.† In gl.in ver.ad gratiã.in fi.no.gl.quòd electio debet cassari, vel po-tiùs est nulla qñ sors in ea interuenit,nam est facta contra dispo sitionem iuris,& contra formam c.quia propter.s. de electioni-
6 vbi datur forma electioni fiendæ.† In gl.fi.in fi.& quare prohibe tur sors in electionibus s.retigi. In aliis autem dicit Io. An secũ dum legistas q aut factũ est incertũ,aut ius.Primo casu in iudicio non admittitur sors,sed dicenti incumbit onus probandi,vt l. ei qui.ff.de prob.& 6.q.vlt.c.actor.Si verò ius est incertum, sed fa-ctum certum,& tunc aut tractatur de præiudicio alterius,quàm contendentium,& tunc ad petitionem illius iudex facere pote-rit fieri sortem.ar.l.huiusmodi.§.fi.ff.de leg.j.vt quia duo succes serunt in locum legatarij & vnus vult intentare vnam actionẽ, & alius aliam pro eadem re.aut tractatur de præiudicio conten-dentiũ,& si volũt fortunam iudicem discordię eligere non com pellũtur sed mutuò se impediũt.vt l.2.ff.quib.modis vsufructus amittatur.sed ad petitionem alterius iudex compellit ad sortẽ. vt l.cum ambo.ff.de iud.& l.si duobus.C.commu de leg.& de hac materia vide gl.l.j.C.vti possi.& c.licet.s.de proba.& ista procedunt de iudicialibus,sed in extraiudicialibus sors non est pro-hibita.Consulerem tamen abstinendum,per ea quæ no. in cap.
j s.eo

ADDITIONES.

a ¶Quòd sors.Vide Felinum in c.j.de rescriptis. vbi etiam tangit an in papatu possit interuenire sors.Nunquid sors regulariter sit prohibita,vide Bal.tenentem,&sic.C.quando & quib. quar.pars. deb.l.meminimus.Sed contrarium sensit gl.hic, cuius opi. dicit veriorem Alex.in l.huiusmodi.§.finali.ff.de legatis.j. Ad cuius de clarationem vide Angelum in l.si ambo.ff.de compen Bar in l si duo ff.vti possi.Bar.in l.itaque.in proœ.Digestorum. & Moder. in d.§.fi.Sebasti.Sapia.

b ¶Vide Augu.j.q.gen.transitiuè.22.q.2 quæritur. vbi dicit quod nemo debet temptare Deum,dum habet,quod rationabili consi lio faciat,sed debet facere quod potest,& quod non potest Deo committere.quod nota.Alex de Ne.

a j.s.eodem.in gl.nisi necessitas aliud inducat.a

ADDITIO.

a ¶Sed vide de hoc Bar.in l.fi.in prin.C.de mm.de leg.& in l. huius modi.§.fi.ff.de leg.j.D.autem Car.hic in fine sui commenti quæ rit quę differentia est inter sortem,& sortilegium,&diuinationẽ, &allegat Feder.de Sen.225. qui dicit quòd differunt sicut genus & species,quia sors,seu sortilegium est quædam species diuinan di.Diuinatio autem genus 26.q.6.c.1.in fi.& quod no.25.q.1.ca. 1.& propriè dicitur sors,seu sortilegium quod fit sine incantatione Dęmonum.Diuinatio fit sępe cum incantatione,ideo so-nat in malum.j.q.j.nunquid.& hoc seq.do.Card.Alex.de Ne.

¶De collusione detegenda. Tit. XXII.

CONTINVATIO RVBRICAE.

¶Quia in collusione inest falsitas,ideò subiicitur hęc rubrica de collusione,&c.De materia rubricæ respectu quo colludens præ-uaricatur,habetur 2.q.3.c.si quem.§.fi.facit tex.in cap.2. in fi.de proc.li.6.& in cle.constitutionem.§.sanè.de ele.& collusio est in ter actorem.& reum latens,& fraudulenta conuentio, vt voluit gl.in c.2.j.e.in ver.collusione.& vide gl.2.q.3.c.si quem.§. notan dum.& dicitur colludens falsum committere,quia aliud agit, & aliud simulat.

SVMMARIVM.

1 *Accusator si desistat ab accusatione debet perquirere an fecerit per collusionem.*
Accusator si ab accusatione desistat,potest,& debet iudex ex officio suo super crimine inquirere.
2 *Accusatores criminaliter efficiuntur inimici accusati.*
3 *Accusatores plures super eodem crimine,an,& quando debeant admitti.*
4 *Eleemosyna data ad pompam,potius demeretur,quàm meretur.*
Missa si audiatur vt facilius quis possit fœminas videre,potius est peccatũ, quàm meritum.
5 *Liti quibus modis quis possit renuntiare,& quando non.*
Agere quibus casibus quis compellatur.
6 *Transactio non potest interuenire in causis spiritualibus,vel popularibus. intelligę,vt j.c.audiuimus.in j.nota.*
7 *Transactio potest interuenire in causis, vbi venit imponenda pœna sanguinis,præterquam in adulterio.*
Transactio in quibus causis criminalibus admittatur.
8 *Pœna sanguinis an imponatur de iure canonico.*
Transactio quid operatur in causis criminalibus.
Dans pecuniam ne accusetur, non censetur fateri crimen.

CAP. I.

1 SCRIPTA.†Si accusator ab accusatione desistat,de bet iudex inquirere an per collusionem hoc faciat, ita summatur communiter,sed ego sic summarem,videli cet accusatore desistente ab accusatione, potest iudex ex officio suo inquirere super crimine illato, quod intellige,vt j. subiiciã.primò ponit factum.Secũdò decidit qõnem circa factũ. ibi.quia.Casus literalis.quidam accusauerunt Adrianum epm, tandem accusatores cum eodem in amicitia conuenerunt desi stendo ab accusatione,significatum fuit domino papæ, quòd p collusionem destiterunt ab accusatione,vnde papa scribit epis-copis de Corinth.super hoc dicens quòd qualitas facinoris nun tiati ipsum inducit vt talia dissimulare non debeat.presertim cũ gratiam inter se fecisse dicantur.vnde mandat hoc diligenter in quiri,ne forte huiusmodi concordia nõ ex charitate, sed ex præ
2 mio sit comparata. Ber.† No.j.ex text. quòd plures accusatores a
a seu denuntiatores possunt admitti cõtra aliquem,& dic melius, vt infrà dicã,in gl.j.Secundò not.quòd per sordes, seu pretium non est licitum desistere ab accusatione,quod intellige,vt infrà subiiciam.Item no.quòd accusatores criminaliter in dubio effi-ciuntur inimici accusati.facit tex.in c.cum P.s.de accu. & statim cum desistunt,reuertuntur in amicitiam,vt hic dicit tex. & dici-tur accusatio,i.illaudabilis intentio,vt in c.si quis episcopus.2.q. 7.& iudex ex officio suo debet inquirere de modo desistendi, l.
3 an sit licitum,vel non.† In gl.j.in fi.no.gl.& dic latiùs quod aut in teresse omnium accusatorum,æquè principaliter,& tunc omnes admittũtur ad accusandum,vt l.3 §.si plures.ff.de sepul. vio.quis que enim debet admitti ad prosequendum ius suum proprium,
b aut prosequuntur vindictam publicamb,& tunc iudex debet eli gere idoneiorem,vt in l.si plures.ff.de accu.sed si non excipitur, nec iudex eligit,& tunc valeat iudicium cum omnibus agitatũ, vt voluit ista gl.& bene,no.in d.l.si plures.& hoc colligitur intel ligendo tex.in accusatoribus.sed potest intelligi in denũtiatori-bus,& p hoc tex.ibi nũtiauit facinoris,& tũc ar.gl.nõ colligitur sed pôt colligi q plures admittunt ad denũtiandũ,licet nõ ad ac cusandũ.æquum tn esset etiã in psequẽda denũtiatiõe eligere v-nũ ꝓpter facilioré expeditionẽ causę.ar.in c.olim.de accus.& de pluribus procuratoribus,vide tex.in c.si duo.de proc.li.6.& cap.
d pe.de ele.eo.lib.6. d In gl.2.in fi.no.bene gl.quia quotidie allega
4 tur,& pro hac gl.optimè facit tex.iuncta gl.in c.vide quantum.1. q.1.vbi dr q dans eleemosynam,vel sustinens martyrium ad põ pã peccat,ita q ñ mereꝰ,sed demeretur,quod bene no.ad idem fa cit tex.cum gl.in c.odi.& proieci.24.q.1.vbi gl.arguit contra scho lares,qui vadunt ad ecclesias non vt audiant missas,& diuina,sed vt videant dominas,& facit c.relegantes.23.q.5.in gl.in vers.fecis se gratiam,no.gl.& maximè no.eam in quantum dicit q secundũ ius canonicum omne crimen censetur quasi publicum, & idem no.2.q.3.in c.si quem.§.vlt.vbi est etiam bona gl. de hac materia, & fortè ideo censetur quasi publicum,quia ius publicum non so lum intendit prouidere hominib. vt sit concordia inter eos,sed etiam vt eos dirigat ad Deum,vt puniendo delictum habet prin-cipaliter respectum ad Deum,vt in c.nouit.de iudic.
5 ¶ † Et pro intellectu materiæ huius glos. concludendo aliqua

ADDITIONES.

a ¶Accusatores.Vtrum admittãtur plures simul ad accusandum ali quem,de hoc vide gl.inver. accusatores.in c.in primis.2.q.1.Quid autem eã,vtrum vnus possit accusare plures in eodem libello,vi de gl.in c.prohibentur.in ver.quæsitum.2.q.1.quid eã.& per gl.in ver.libelli.in c.Maximianus.71.dist.Et adde q his,& similib.cuili-bet est licitum accusare plures.Vide Bar.in l.1.§. accusatorem.ff. ad Turpi & in l.hos accusare.ff.de accus.item vide Bar.in l.nihil in teresti.ff.de adul.item de q.hic posita per gl.vide 10.in c.olim.in gl.in ver.idoneos.de accu.& q plures admittantur ad accusandũ, est tex.in c.euphemium.2.q.3.quem ad hoc ibi ponderat Arch.q etiam dicit,q Gofr.hic,& in c.cum dilecti.circa prin.de do.& cõ tu.intelligit tex.illius c.euphemium.quod ibi vnus tm erat accu-sator.sed alij erant infligentes,qui incideren in Turpillianum,si cut accusator si in calumnia deprehendatur.Et q possit simul de plurib.criminib.accusari,tenet Arc.in ca. lator.circa prin.2.qõnis. 16.q.5.alle.c.placuit.3.q.10.& c.si quis ex plurib.2.q.6.& idem te-net gl.1.q.10.in sum.quod Arch.in d.c.Placuit.circa prin.Itẽ vide Arch.in c.Euphemium.5.q.6.vbi dicit q si plures vellent accusa re,tamen non debent admitti,nisi se inscribant.& plenissimè scri-psi in meis recollectis.in c.literæ.in 1.not.de dila.Et an possint si mul promouere inquisitionem ũ vnum,vide latè Mari.in repe.c. qualiter & qñ.in 11.q.5.qõ prin.de ac.Et an possit qs cõtra plures in eodem libello agere,vide tex.in c.literæ.de dila.& vltra ibi no. vide Ang.in l.idem cum eodem.in prin.ff.de iur.om.iud.Vide tex. in l.si quis cum procuratorio.§.1.& ibi pondera Bar.ff.de proc.in aut.hoc ita.& in corpore,vñ sumit.C.de duob.re.& per Bar.in l.3. §.pe.de duob.re.& in l.si plurib.in prin.ff.de le.2.vbi concludit, q sic,si agatur ex ea causa.sed secus,si ex diuersis. vt l. ad officium,q ibi ponderat Bal.C.cõi di.& l.hos accusare.§ 1.& ibi no.ff.de ac.de quovide pulchrè Spe.in ti.de lib.cõcep.§.fi.ver.sed pone.cũ duob. seq.& Bar.in l.inter liberas.§.fi.ff.de adul.per Cy.in l.2.C.si reus,vl acc.mor.fue.& per alios.in l.s.iter.§.Cassius.ff.de aqua plu.arc.per Cy.& Bal.in l.eo.q à multis.C.si cer.pe.p Bal.in l.edita.in repe.pe rusina.de eodem,& in l.ab eo.C.qũo,& quãdo iu.& per Ang.in l. 1.§.fi.ff.si pars hæ.pe.& do.in c.1.ver.2.de libell.obla.Et d illo articulo an in vna accusatiõe de crimine,ali admittat ad accusandũ de eodem crimine, vide per Spec.in ti.de acc. §.j. ver. item quòd non potest quis.& ver.sequ.& in ver. sed an in eo libello potest quis. De illo autem articulo an, quis possit plures in eodem libello accusare,vide per Spe.in d.tit.de acc. §. 1. circa princi. & ibi omnino latè Io.An.in addi. Et an liceat in eodẽ libello simul accusare masculum,& fœminã,qui simul delinquunt.rex.est in l. reos.C.de adul.licet secus in crimine incestus.tex. est inl.qui pu-pillam.§.1.ff.de adul.& in l.vim passam.§.incesti.eo.ti. In crimine tamẽ adulterij,cum accusatore adulterij licet simul accusare illũ qui præbuit domum.tex.in l.nihil.§.fi.ff.de adul.

b ¶Publicam.Quod multa admittantur,parte nõ opponẽte quæ a-lias nõ admitterẽtur,vide cumulata in c.inter monasterium.s.de re iud.& in c.pastoralis.s.de excep.

c ¶Ad denuntiandum.Hanc differentiam inter accusantes,& denũ tiãtes ponit gl.c.quoties.j.de purg.can.contrarium tenet Abb. & alij.in c.2.s.de accu.

d ¶Vide no.in c.si quis eps.de acc.quid in denũciatorib. prosequẽ tib.inquisitionẽ,an plures admittãtur. Laur.dicit q hic forte vn accusabat,& alter submittet,nam vterq; incidit in Turpilianũ,vt in l.1.§.1.C.ad Turpil.& in l.in senatus.ff.cod.vbi dr q submittẽs accusatorẽ,vel mãdãs aliquẽ accusari,vel instruẽs,seu instigãs ac cusatorem ĩcidit in Turpil.principali accusatore desistẽte,& istud est in se verum,sed nõ cõuenit literæ. quæ loquitur de accusato re,vt patet ibi,accusatores,& accusatus.Gof.tñ.& do.trãseunt cũ hoc dicto &dicũt quod sic potest intelligi 2.qu. 3.cleuterũ,&de dol.& contu.dilecti.Sed dic q procedit quãtum ad veritatem di-cti,non autem quantum ad tex. Alexand.de Ne.

Universidad de Deusto Biblioteca

aliqua breuiter, quia materia esset satis lõga. præmitte, quod multis modis potest quis à lite recedere. Primò propria authoritate siue proprio motu, quia sic sibi placet. Secundò per gratiam, vt quia ad preces rei vult recedere à lite. Tertiò per transactionem, vt quia recedit à lite aliquo sibi dato, vel retento, nam ista est propriè transactio, vt in c. super eo. de transac. Quartò per abolitiõẽ, videlicet impetrando à iudice facultatem recedendi, & vt accusatio aboleatur, & deleatur, & cãcellentur ex aliqua causa quæ per errorem, vel calore iracundiæ cum accusauit, vel ex aliqua causa legitima. vt l. 2. de aboli. vide tex. cum gl. 2. q. 3. in c. si quem pœnituerit. Et ex his præmissis dic, quod aut quæritur nunquid liceat recedere à lite in causa ciuili, aut criminali. Primo casu ante oblatum libellum licitum est regulariter recedere, etiam motu proprio. Item per gratiam, & transactionem, quia nemo inuitus compellitur agere. C. vt nemo inuitus, in rubro, & nigro. & no. in c. causam. de dolo & contu. quandoque tamen ratione infamiæ, quia vel reus vult recedere de ciuitate & actor compellitur agere. vt in l. diffamari. C. de ingen. manu. & c. comparente. secundum vnã
a lect. de of. or. & quod no. glo. in l. vnica, C. vt nemo inuitus. a Post oblatum verò libellum, & fortius post contestationem litis non licet recedere ab ea propria authoritate. imò compellitur agere, vt in d. c. causam. & in aut. qui semel. C. quomodo, & quando iud. nisi vellet renuntiare liti, & causæ in totum. vt le. postquam liti. C. de pac. sed per gratiam, & transactionem licitus est recessus, & ni si sit famosa actio furti, vt in l. furti. al. glos. nisi sit talis causa quæ non dependeat à libera voluntate litigantium, & sub hoc membro potest comprehendi causa matrimonialis. † Item alia causa
6 spiritualis, in qua nõ potest interuenire transactio strictè impta,
b vt in c. super eo. præal. Item si causa est popularis, b non enim licet transigere nisi deferendo iuramentum, vt in l. eum qui. in §. in popularib. ff. de iureiu. Secundo membro principali, quando causa est, c & tunc aut agitur de crimine ciuiliter, & dicendum. vt s. dixi in causa mere ciuili, aut agitur de crimine criminaliter, & tũc
c aut vult desistere ante inchoatam litem vt pura, antequam se inscripserit ad pœnam talionis, & potest vt in c. licet, de accusat. o. & in l. quęsitum. & q̃ ibi plenè no. ff. ad Turpil. Aut vult desistere post inchoatam litem, & aut motu proprio & non potest, & desi
d stens incidit in Turpillianũ d & pœna Turpilliani est, quia punitur quinque libris auri, & efficitur infamis, & pôt proprio motu, & arbitrio iudicis coerceri. vt in l. 3. ff. de prœuarica. & in l. 2. ad Turpil. Si verò crimen est priuatum, & tunc non punitur pœna Turpiliani, sed arbitrio iudicis. vt in l. si quis repetere. ff. ad Turpil & sentit hæc gl. q̃ non efficiatur infamis. Sed aliud sentit gl. in d. c. si quem pœnituerit. & facit tex. in l. 2. C. ad Turpi. quæ loquitur indistinctè. & quæ dicantur priuata delicta, & quæ publica, vide in §pe. de accu. §. 2. in prin.

7 ¶† Aut vult desistere per transactionem. Et tunc aduerte ad duas regulas, quæ in hac materia traduntur, in l. transigere. C. de transi. Prima regula affirmat una est, q̃ vbicunque venit imponenda pœna sanguinis licitum est transigere. Fallit in crimine adulterij. Ratio regulę, quòd licitum est quocunque modo redimere sanguinem suum, & ratio exceptionis est frequentia delicti, & in odium eius, vnde. vt adulterium prohibeatur, & ne ita frequenter fiat sãcitum est, vt non liceat super eo transigere. Secunda regula est, q̃
e omni causa. vbi nõ venit imponenda pœna e sanguinis non est licitum transigere. Fallit in crimine falsi ratio regulæ est, ne crimina remaneant impunita nam publicæ vtilitatis est, vt crimina puniantur. vt in c. famæ. de sent. ex com. Ratio exceptionis est, quia condemnatus de falso est quasi mortuus. cum multi homines detestentur hoc crimen, & nulla fides isti amplius adhibetur, vnde tenent multi, quos sequitur Bar. in d. l. transigere, q̃ in crimine falsi potest indistinctè transigi quæcunque pœna venit imponenda prædicta ratione.

8 † Et per hoc infertur ad q. de iure canonico, nunquid imponatur pœna sanguinis, licet habemus aliquas pœnas quasi similes, quãdo videlicet potest tradi curiæ seculari, & tunc satis crederem q̃ admittatur transactio, quod videtur sentire Gof. in sum. de transi. Idẽ putarẽ, vbi venit imponẽda pœna ppetuæ detrusionis, licet gñ consenserit hic 10. An. & Ant. sed primũ tenet Car. in di. c. fin. de trãs. & hoc dictum satis mihi placet. per no. p. Inn. in c. qualiter, & q̃n. el. 2. de ac. vbi dicit q̃ ista pœna equiparat mortuo. Item sicut in crimine falsi licitũ est trãsigere hac rõne. vt dixi, ergo & in ista pe
f na q̃ vt grauior. f Et circa hoc pt q̃ri qd in criminib. priuatis, nunquid admittatur transactio indistinctè, & credo glo. hic sensisse q̃ sic. dũ dr quod de iure canonico omne crimen censetur quasi publicum. item nõ licet per trãsactionem recedere, &c. quasi innuat q̃ in priuatis licet trãsigere. & fuit ista quorũdã opi. no. in d. l. transigere sed glo. ibi & Bar & cõiter alij tenent oppositum, vt etiam in priuatis delictis non licet transigere, nisi fm regulas prædictas

9 ¶† Quid aũt operat transactio, vbi licita est, breuiter dic quod respectu Dei operatur vt absisto actore non possit amplius molestari. Item finitur instãtia, sed nõ præcluditur aliis facultas accusandi eundem de eodẽ delicto, nec etiam iudici quominus possit ex officio suo inquirere, super noua tamen instãtia, & hoc in casibus, in quibus iudex pôt ex officio suo ingrere de illo crimine, nisi præcedat infamia. Ex parte ita concludit Bart. in d. l. transigere. ex quo infero quòd de iure canonico post transactionem in casu licito factam, nõ pôt iudex inquirere accusatores. operatur transactio, quia nõ punitur pœna talionis nec officiẽ iurans fm quosdã, sed bñ incidit in Turpillianũ. vnde debet in 5. libris auri puniri si publicum est delictum, vel extraordinariè, si priuatum, vt no. Bar. in d. l. transigere. item reus non habetur pro confesso, sed vbi alias transactio non esset permissa, habetur pro confesso, vt in l. quoniam. & l. furti. §. pactus ff. de his, qui not. infa. Item hoc casu posset iudex procedere sup instãtia inchoata. & punire reum.

ADDITIONES.

a ¶ Idẽ si aliquis diffamaret aliquem de crimine, vel quod teneret aliquam rem suam. & quòd intendit ipsum accusare vel illam rẽ petere. ista esset iusta causa statuendi terminum diffamatori infra quem agat, vel accuset, vt dicit Inn. in c. conquerente. de offi. ord. & hoc bene probatur in d. l. diffamari. C. de inge. manum. & in l. Titia. ff. de accusat. & talis terminus statui debet cum causæ cognitione, tunc posset appellari, & per appellationem rescinderetur. Idem sensit Cy. in l. si ea. C. qui accu. non possunt. quod tamen declara vt dico in c. fi. qui ma. ac. pos. Ang. in auth. de hære. & Falc. §. si quis autem. dicit q̃ iudex, qui statuit terminum debet bis monere actorem, vel accusatorem, vel reum. vt agat vel accuset, vel excipiat infra terminum sibi assignatum, aliàs non impeditur agere, vel accusare, vel excipere post terminum. sed mihi hoc non placet, nec iura allegata per ipsum hoc probant, quia loquuntur in alio casu, & contra opinionẽ Ange. est casus in c. fin. qui ma. accu. pos. Sed Inn. in c. conquerente. de offi. ordi. dicit quod post terminum auditur re integra si non est lata sententia, quod declara vt dixi in d. c. fi. qui maio. ac. pos. Alex. de Ne.

b ¶ Et popularis. Vide Bar. in disputatione incipiente, iudex malefactorum. vbi allegat istum tex. sed Per. de Anch. ponit in c. sequ. And. Bar.

c ¶ Criminalis. An in criminali causa liceat transigere, adde glo. in c. prœuaricator. 2. q. 3. in gl. mag. in c. j. de iuso calu. Item adde hic q̃ no. Anc. & 10. An. in c. j. de acc. in vj. vbi dicunt de eo, qui dedit pecuniã, ne accusaretur de crimine, q̃ licitè hoc potuit facere ante litẽ motam, itẽ in illo articulo vtrum liceat transigere in criminali. vide Lu. Ro. in suis sin. incip. quæro an liceat transigere. & vide gl. in l. j. C. de pœ. iu. q̃ ma. iu. Et an si ex statuto, q̃ pœna corporali imponiẽ pœna pecuniaria possit interuenire transactio. vide Aber. in 2. parte ista. q. 226. itẽ vide Archi. in cap. si quem pœnituerit. §. in omnibus causis 2. q. 3. vbi dicit quod cum in foro ecclesiæ non habeat locum pœna sanguinis, non potest secundum canones in criminalib. transactio fieri, sed gratuita pactio. Et vide quòd de hoc no. Arc. in c. studẽdum. ex. dis. quia illud idẽ quod dicit Arch. in d. §. in omnibus. repetit ipse Arch. in c. prima tes. 5. q. 2. Item vide omnino quę de hoc multum latè scribit in. in c. prox. & Beatus Tho. in secunda secundæ. q. 69. ar. 2. tex. gl. & Bar. & Bal. & ibi omnes legistæ latissimè in l. transigere. C. de trãs. & Spe. in ti. de acc. §. j. ver. item repellitur accusator, si iam transegit. tex. in l. crimen adulterij. C. de adul.

d ¶ Vide per Ab. Sic. de hoc in c. licet. super gl. in verbo, de cætero. cum addi. quas ibi feci. de accu. Alex. de Ne.

e ¶ Adde, An valeat transactio in criminali, de iur. c. Pau. de Ca. con filio cxix.

¶ Pro hoc facit in fi. gl. in l. 2. C. qui testamenta facere possunt.

c ¶ Pœna. Tu dicas quod imò ibi In. non æquiparat hanc pœnam morti, sed bene damnationis in metallũ, quæ non est pœna mortis, sed bene genus pœnæ capitalis.

¶ Vnde pro soluendo dicto, & opinio. Card. & d. Abb. hic dicas quod do. s. relati dum dicunt quod pœnam sanguinis, rectius dicerent pœnam capitalem. j. Et pro hoc pondero tex. in d. l. transigere. C. de transi. dum dicit, crimen capitale. & sic dicendo solvatur opi. prædicta Car. relata ad theoricam 10. in d. c. qualiter. el 2. de accusationibus.

¶ Adde pro equiparatione pœnarum, Pet. de Anch. consi. xlvii.

f ¶ Tu tene opinionem 10. An. & Butr. Nam ista nõ est pœna sanguinis in rei veritate, & ideò debemus dicere quòd non liceat transigere, quia lex transigere. in causis, quę non sunt sanguinis ponit regulam negatiuam quod non liceat transigere excepto crimine falsi. Vnde in aliis remanet regula firma. & ideò tene opi. 10. An. & But. Alex. de Ne.

reum. l. ij. de aboli. Sunt & alij defectus, de quibus nota. in d. l. trãsigere. Aut vult discedere à lite per pactum seu gratiam, & non licet transigere, & tamen hoc casu reus non habetur pro confesso. vt in d. §. pactus. aut vult recedere impetrata abolitione, & potest, vt in l. ij. de abolitio. & per hoc patet clarè, & succinctè ma-
a teria huius gloss. a

ADDITIO.

a §. Ex prædictis infertur an si vulneratus ad mortem facit pacẽ cum eo, qui eum vulnerauit, vel ipso mortuo hæredes faciunt pacem, an possit accusari. Dubium facit, quia transactio videtur licita, cum ista sit causa sanguinis. Sed dic, quod poterit accusari, quia licet transactio sit licita non præcludit viam alijs accusare volentibus, vt in l. iurisgentium. §. si paciscar. & in l. si vnus. §. pacta. & in l. ius publicum. ff. de pact. & hoc tenet hic Butr. qui latissimè examinat materiam l. transigere. C. de transact. sed dic, vt ibi per Bart. & Doct. & in l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adult. vbi Bar. dicit aliqua pulchra verba. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Accusator si desistat ab accusatione, an possit iudex ex officio inquirere siue delicta sint prolata siue non sit finita instantia, siue non.*

CAP. II.

a b CRIMINA. a Desistente accusatore, & accusato iudex prosequitur. bh. d. non patitur cõgruam diuisionem. † No. j. ex tex.
1 q̃ regulariter de iure canonico recessus à lite per gratiã seu transactionem non impedit inquisitionem per iudicem fiẽdam. Sed tu intellige hoc cap. fm mãm q̃ tetigi in c. præcedẽti, vnde Host. ponebat duplicem intellectũ ad hoc c. Primum, vt intelligatur litera, quando crimina erant probata, & tunc debet tex. exponi semel audita. i. probata: & ibi indiscussa. i. impunita. vt sit sensus, q̃ postquam crimina sunt probata, iudex pôt procedere ad punitionem, licet accusator desistat, quod no. pro hoc facit tex. in l. quis. C. de adul. Secũdus intellectus, vt litera intelligatur propriè quando accusator desistit ante probata delicta: & tũc potest iu-
c dex inquirere ex officio, qd intelligo si fama subest. c Sed tu dic meliùs & latiùs, vt dixi in c. præcedenti. nã vbi non est licita trãsactio, si accusator recedit à lite potest iudex procedere ad vlteriora, etiam superilla instantia quantuncunque non præcedat infamia, quia aut interuenit transactio, & reus habetur pro confesso, vt in l. furti. §. pactus. ff. de his, qui not. infa. Aut nõ interuenit transactio, sed gratuita pactio, vel propria authoritate accusator recedit à lite inchoata, & tunc super eadem instantia iudex procedere ad vlteriora, non differat spoliare, cum satis esset indignum, si fraus, & dolus, quæ in præiudicium sui iuris, & aliorum nituntur committere in eorum in commodum, & iacturam non redundaret. Bern.

¶ Not. j. ex text. argumẽ. à contrario quòd super beneficijs licita est trãsactio vbi cessat collusio. Sed dic, quòd istud argumentum à contrario non est verum, quia habemus ius expressum in contrarium. vt in c. super eo. de transactio. vnde conclude quòd ista trãsactio nõ valebat etiã si collusio cessasset, nisi iudex ex officio suo fecisset istam trãsactionem, seu compositionem, vt est bo. tex tus in c. nisi essent. de præbend. ¶ Secundò no. pœnam colludentium super beneficijs, quãdo per collusionem volunt transferre
a beneficia in aliũ modo illicito, debẽt enim priuari huiusmodi. a

ADDITIO.

a ¶ Poterit tamen episcopus contra istos procedere ex officio, etiam nullo prosequente, vt in c. accepimus. de pact. & dicit But. hoc tenere Doct. Item poterit tales ad rationem ponere, debebit tamen eos vocare, & ipsos legirimè convincere. de accus. si constiterit. & in cano. in quenquam. xxj. q. j. Alex. de Neuo.

SVMMARIVM.

1 *Accusator per collusionem si desistat ab accusatione non impedit facultatem iterum accusandi.* 34.
2 *Inquisitio contra prælatum non debet fieri nisi præcedente infamia scandalosa, aut periculosa.* 6.
3 *Absolutus legitimè per viam inquisitionis non debet amplius super dictis criminib. impeti, licet remaneat aliqualis infamia, secus si fuerit absolutus per collusionem.* 1. 4.
6 *Testium examinatio, vel inquisitio, an possit alteri committi.*
7 *Actiones plures, siue persecutoriæ si competunt, an si vna intentatur, censeatur alteri renuntiatum.*
Cumulatio diuersarum actionum vna prius intentata, an fieri possit.

CAP. IIII.

a IN TANTVM. a ¶† Iterum contra illum inquiritur de crimi-
1 ne, qui per collusionem fuit absolutus, vel sic. Absolutio de criminibus illatis per collusionem facta, non impedit facultatem iterum accusandi, & inquirendi de illis criminibus. h. d. Diuiditur, nam primò ponit commissam inquisitionem, relatam collusionem, & ipsius exitum. Secundò ponit bimembrem commissionem. secunda ibi. discretioni. Casus literalis. Archiepiscopus Acherontinus super simonia, & alijs criminib. in tantum fuerat infamatus, q̃ sine scandalo, & periculo non poterat ipsum vlterius dissimulare. Vnde papa multorum clamorib. excitatus horũ inquisitionem commisit, sed propter tergiuersationes ipsius, & calliditates cum ipsis inquisitorib. & examinatoribus, vt dicebat collusionem fecerat, & testes duxerat corrumpendos, ita q̃ nõ solum prædicti excessus remanserunt hactenus incorrecti, verumetiam peiora priorib. committere non expauit. vnde mandauit Papa quibusdam, quatenus, si de huiusmodi collusione, ac corruptione cõstiterit ex integro super primis excessibus, & alijs alio quin super nouis duntaxat inquiratis, quæ videritis inquirenda.
2 Ber. † No. j. ex tex. qualis debet esse infamia. ad hoc, vt fiat inquisitio p̃ prælatum. debet enim esse scandalosa, vel periculosa, & idẽ
3 vult tex. in ca. qualiter. el. 2. de accu. & declara, vt ibi dixi. † Secũdo no. q̃ absolutus legitimè per viã inquisitionis, non debet amplius super eisdem criminib. imperi. quod no. pro extensione c. de his. s̃. de accus. & videtur optimè probare ista litera, q̃ licet per absolutionem infamia non fileat, non est tũ licitum de nouo inquirere, quod no. & intellige, nisi per collusionem fuerit absolutus.
4 ¶† Not. 3. q̃ sententia lata per collusionem, id est per fraudulo-
b sam conuentionem non tollit facultatem iterum accusandi, & in quirendi de illis criminibus, b perimit tamen instantiam. nã Pa-
5 pa hoc casu mãdat integrè procedi. Vltimo potest colligi ibi. corruptis examinatoribus, quod inquisitio, & examinatio testium potest committi. de quo tamen dicendum, vt not. in auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instru. & dic vt dixi in capit. cum causam. de testi. ¶† In gloss. in verbo. scandalum. ibi, quæ scandalum
6 generat,

ADDITIO.

a ¶ In tantum. Pro intellectu huius decretalis. Vide omnino quæ scribit d. Ant. & do. Arc. in c. si quem pœnituerit. 2. qu. 3. & quod notat etiam Arc. in c. si quem pœnituerit. §. in omnibus causis. 2. quæstio. 3.

b ¶ Sed But. hic dicit q̃ de collusione non potest quis accusari nisi semel, per l. fi. ff. de collusi. deteg. Sed illa l. loquitur quando quis dicit sententiam latam pro ingenuitate per collusionẽ, quo casu fauore libertatis non potest nisi semel de collusionem accusari. Sed secus videtur dicendum in illo casu. Tene tamen dictũ But. quia glos. in d. l. fi. ff. de collu. deteg. idem videtur sentire Alexan. de Neuo.

Universidad de Deusto Biblioteca

generat. hoc ēt verum in inquisitione fienda contra prælatum tantùm, sed contra subditum non requritur talis infamia scandalosa, sufficit enim sola infamia & ratio diuersitatis ponitur in capitul. qualiter. allega. in gloss. & dic, vt ibi dicitur per me. ¶ In gloss. fin. in fi. hanc materiam plenè expediui ca. de his. de accus. & dic, vt ibi dixi.

7 ¶ † Extra gloſſa, Innocen. posuit hic illam materiam quando
a alicui competunt plures actiones, a nunquid vna intentata, tolla
latur reliqua, solet multum allegari, & verè extracta fuit hæc gl. Innocen ex dictis Accursij. insti si quadrupes paupe. feci. dica. & clarius, & ordinatius loquitur ibi Accur. quàm hic Inn. Io. And. remittit ad no. per se in c. cum dilectus. de religio. dom. sed ibi ni hil dicit de suo: sed refert tantum istam gl. Inn. hic. Vnde dic clarius post gloss. allega. q aut competunt alicui plures actiones pœnales: aut rei pſecutoriæ: aut vna est pœnalis aut rei persecutoria. Primo casu cùm omnes sint pœnales. aut omnes oriuntur ex eo dem delicto: & tunc illa tollit aliam per perceptionem, non per concursum, nisi in id quod aliam excedit. tunc enim in id quod excedit non tollitur, pone exemplum aliquis, per violētiam subtraxit mihi librum. Ex hoc delicto competūt mihi duæ actiones pœnales contra istum. Primò actio furti, quia contrectauit rem meam me inuito: & si furtum est occultum competit actio in duplum. Item, quia violentiam intulit: competit actio vi bono. rap. & ista datur in quadruplum, & sic ex eodem facto cōpetunt mihi contra illū duæ actiones pœnales: si ergo priùs intētauit actionem furti, & consecutus sum pœnam dupli, possum postea agere actione vi bono. rapto. vt consequar vsque ad quadruplum, & sic inquantum excedit aliam, secus autem si priùs intentassem actionem vi bono. rap. & fuissem consecutus quadruplum, quia tunc non agam actione furti, quia illa excedit istum. de hoc
b est text. in l. j. ff. vi bono. rapto. b Si verò omnes actiones pœnas insurgunt ex delictis diuersis, tunc vna non tollitur per aliam etiam perceptam, vt in le. nunquam. ff. de priua. delic. exemplum, furripuisti mihi seruum, & occidisti, quia furripuisti competit mihi actio furti, quia occidisti, mihi competit alia actio, vnde licet intentauerim vnam actionem, & perceperim duplū, vel quad
c druplum non tollitur alia actio. & hoc quò ad primum. c Secundo casu quando sunt rei persecutoriæ, aut competunt contra eundem, & tunc vna tollitur per aliam perceptione, & non per concursum, vt in l. si merces. §. culpæ. ff. loca. exemplum, locaui ti
rio possessionem meam, ipse verò incidit multas arbores & sic de
dit mihi damnum, multæ actiones ad consequendum æstimatio nem damni competunt mihi contra eum, nam possum agere actione locati, quia malè versatus est in re locata. Item actione legis Aquiliæ, quæ datur pro damno dato contra quemlibet extraneum. vt §. ad l. Aquil. per totum. & etiam aliæ consimiles competunt. vt in d. §. culpæ. Si verò ptius intentaui actionem locati, & consecutus sum æstimationem damni, non possum posteà intētare actionem legis Aquiliæ, quia iam percepi æstimationem dāni per vnam actionem. Si verò competunt cōtra diuersos, & tūc vna non tollitur per aliam etiam perceptione. vt in l. locum §. cōdemnatio. ff. de tabu. exhib. vt si contra subtrahentem tabulas testamenti egi ad damnum, & consecutus sum æstimationem, possum nihilominus posteà agere pro legato mihi facto. In tertio membro quando vna est pœnalis, & alia rei persecutoria. aut est pœnalis originaliter, & tunc vna non tollitur per aliam, etiam perceptione. exemplum subtraxisti mihi librum furtiuè. & egi contra te rei vendicatione prosequendo ipsam rem, licet eam simcō secutus, nihilominus possum postea agere actione furti, & sic ad pœnam, & idem econuerso, vt text. in l. si pignore. §. cum furti. ff. de fur. Fallit quādo vna actio esset ex iure ciuili, alia ex beneficio prætoris. exemplum, contra nautam cōpetunt mihi plures actiones pro rebus meis ibi subtractis, primò actio furti, quæ est de iure ciuili, alia actio nau. cau. quæ fuit inducta ex beneficio ptoris, hoc casu vna tollitur per aliam. vt l. 3. §. licet. ff. nau. ca. stabu. d nec obst. ca. constitutus. de in integr. resti. vbi nedum successiuè, imò simul fuit intentata restitutio in inte. quæ est de jure speciali ex iudicis officio. Nam secundum Inn. ibi non competebant simul
e illæ actiones, imò propter dubium intentauit illas alternatiuè. e Si verò pœnalis, est accidentaliter, non originaliter, & tunc vna tollitur per aliam, exemplum, contra auferentem mihi rem per metum competit mihi actio quòd mea causa accidentaliter est pœnalis, & etiam competit rei vendicatio. tunc si ego intentaui vnam, & consecutus sum rem, non possum intentare aliam. l. metum. la 3. §. licet. ff. quod met. cau.

ADDITIONES.

2 ¶ Plures actiones. Vide not. in l. quod in hæredem. §. j. ff. de tribu-
to. latè dict. in l. edita. in materia cumulationis. C. de eden. vbi Alex. versicu. secundò fallit. Bald. & alios in l. j. C. de furtis. Sebast Sapia.

b §☞ Istud procedit quando est vnum factum, plures tituli criminis, & plures agendi formæ. & hoc modo loquuntur iura alleg. per Abb. Sic. secus si esset vnum factum, & vnus titulus criminis. & plures agendi formæ: quia tunc vna electa, altera tolleretur, & si non expectaretur perceptio, nec vtrum in vna esset plusquā in alia: sed vna electa tolleretur alia, vt in l. idem ait. in fin. ff. nau. caup. stab. & in l. plura. ff. de act. & oblig. & hoc procedit quando de crimine agitur ciuiliter. & hoc modo etiam hic loquitur. In no. & Doct. quando autem agitur criminaliter, dic, vt in l. nunquam plura. ff. de priua. del. Item ista doctrina Innocē. & Doct. procedit quando agitur pluribus actionibus contra eundē. Quid autem quando contra diuersos agitur, dic, vt dixi in c. sicut dilectus. in magna addi. §. de homicid. Alex. de Ne.

c ¶ Dic, vt per Bar. in loco prælegato.

d ¶ Sed Dy. & Bar. ibi. & in l. j. §. vnde quæritur. ff. de publica. dicunt quòd ideo vna tollitur per aliam electione, quia vna actio competit de iure communi, alia de iure speciali contra ius commune. Nam est contra ius commune quòd caupo teneatur ex delicto famulorum, cum delicta debeant tenere suos auctores, vt in capitul. quæsiuit. de his quæ fiunt à maior. par. capitul. Alexand. de Ne.

e ¶ Et hoc est regulare, quia vbi quis habet probabile dubium quę actio sibi competat, potest duas actiones alternatiuè propone re, in ca. abbate fanè. de re iudi. in 6. & ibi vide gl. 3. Alex. de Ne.

¶ De delictis puerorum. Tit. xxiij.

SVMMARIVM.

1 *Pueri dicuntur vsque ad annum 14. in masculo in fœmina vsque ad annū 12. aliquando tamen sumitur vsque ad annos 17. & 18.*

¶ Continuatio Rubricæ.

¶ Suprà visum est de quibusdam delictis: verum quia dubitatur an talib. puerilis ætas simplicetur, meritò annectitur hęc rubr. De materia habetur 15. q. j. per totū. & 4. q. 3. c. j. & 22. q. 5. ca. paruuli.
1 cum duob. ca. seq. † Sed quæro pro declaratione rubricæ qui dicantur pueri. Solu. fm Io. And. regulariter pueritia incipit in septennio. & finitur in masculo. in 12. & in fœmina in 12. anno. nā in hac ętate homines pubescere solent. l. fin. C. quando tutor. vel curator. esse desie. & quod not. in cap. puberes. de despon. impub. quandoque tamē pueritia extenditur vsque ad 18. annū in masculo. fauore alimentorum, vt quando alimenta legantur vsque ad pubertatem, vt plenè not. in l. mala. ff. de alimen. & cib. leg. qñ que vsque ad 17. vt respectu exercendi officium aduocati. vt in l. j. ff. de postu. quandoque & seruientes dicuntur pueri. vt 2. qu. 7.
a cum pastoris. & quod ibi no. a

ADDITIO.

a ¶ Tu dic latiùs post Io. An. & Doct. q sex modis dicitur puer. Primo modo dicitur puer ætate, de tempor. ordi. vel non est compos, de sponsat. tuæ. & hæc pueritia incipit in septennio, & finitur in masculo in 14. ann. & in fœmina in 12. vt dixit gl. in proœmio sexti. quæ incipit. de numero. fallit in casu l. j. §. prouinciam. ff. de postulando. & ille tex. est notabilis. s. q post 17. ann. quis potest esse Doctor, & exercere officiū aduocationis. In quo autem quis possit esse procurator ad iudicia, dic q post 25. ann. completū. ad negotia, non post completum 17. ann. vt in ca. qui generaliter. de procurat. in 6. & in l. exigere debet. C. de procura. Secundò fallit respectu legati alimentorum. Nam si relinquuntur alicui alimenta vsque ad pubertatē si legatū sit masculo cēsetur durare pueritia, vsque ad 18. ann. si fœminæ vsq; ad 14. & iste est tex. notab. in d. l. Mela. ff. de alimē. & cib. leg. & est speciale in legato alimentorū quando fit simpliciter mentio de pubertate, secus si adiungeretur verbum plena. puta plena pubertas: qa tunc indistinctè deberet intelligi de 18. an. tex. est no. Inst. de act. §. minorē natu. Secundo modo principaliter dr puer à filiatione. Tertiò dr à seruitio. & hoc probat 22. q. 2. §. Abrahā & Genes. 22. vbi Abrahā dixit ad pueros & seruos, vt seruiētes. Expectate hic, donec ego, & puer, &c. Quarto mō dr puer à natiuitate, Hieremię 20. c. in fi. q nūciauit patri:

☞ puer

☞ puer natus est tibi. Quinto modo dicitur puer sensu, vnde Paul. ad Corinthios xiij. c. nolite pueri effici sensibus. Sexto modo dicitur puer morum prauitate. Vnde dicitur male dictus puer cē tum annorum, de quo vide tex. ij. q. vij. Paulus. appellatione aurē pueri comprehenditur etiam puella, ff. de verbo. signifi. l. pueri. & l. illa verba. la. ij. §. pueri. & de legat. ij. l. seruis vrbanis. versi. sed pueris. nam masculinum comprehendit fœmininum, vt in c. generali. & ibi plenè. ij. gl. de elect. in vj. Alex. de Neuo.

SVMMARIVM.

1 *Pueri puniuntur ex omni delicto, præterquam in vitio carnis.*
2 *Puer non potest accusare de adulterio.*
3 *Pueri ex eorum delictis non puniuntur ita grauiter sicut maiores. vide infrà. c. proxi. nu. 4.*
4 *Puer potest esse doli capax regulariter supra septēnium, sed etiam intra, ali quando. 5.*
5 *Irregularitatem potest incurrere infans doli capax. 6.*
6 *Irregularitatem incurrit iudex, si faciat aliquem decapitari. etiam iustè.*

CAP. I.

a
1 PVERIS. a † Impuberes præter vitium carnis delinquere possunt, puniuntur tamen mitiùs, quā adulti. primò ponit dictum quod secundò reprobat, ibi, quod merito. ¶ Casus literalis. Quidam nolebat pueris etiam grandiusculiis peccatū attribuere, nisi post xiiij. an. cū incipiat pubescere. dicit Gregor. istud meritò crederemus, si non essent alia peccata, nisi quæ de genitalib. committuntur. sed furta, mendacia, periuria sunt peccata, & pueriliś ætas plena est his, verum tamen non ita punienda sunt in his, vt in maioribus puniuntur. Bern. Not. j. ex tex. quòd in 14. anno, quis efficitur pubes. qd procedit in masculo. nam fœmina pubescit in 12. anno, vt in iurib. alle §. in rubr. & quandoque ista ætas præuenitur. vt j. dicam cū
2 gl. † No. 2. regulam q puero attribuitur omne peccatum præter
b delictum carnis: b nam præsumitur inhabilis ad coitum, & ideò dicit lex, quòd minor 12. annis non potest accusari de adulterio.
3 tex. in l. si minor. ff. ad legem Iul. de adult. † Tertiò not. aliam regu
c lam q pueri ex eorum delictis non debent ita grauiter puniri si cut maiores. concor. in c. j. proxi. & ca. fi. j. de sent. excom. l. auxi-
4 lium. ff. de mi. † In gl. j. in fi. & dic commune esse vt in septennio
d quis sit doli capax. d nam, & accidentaliter potest ante illam ętatē
e esse doli capax. narrat. n. hoc Io. And. Greg. in dialogo dixisse quē dam puerum quinque annorum solitum iurare, blasphemare, & detestari, fuisse à diabolo raptum. vnde sicut pubertas præueniri potest, vt j. dicam, ita & doli capacitas: nam infantes ideò non tenentur ex delicto: quia nesciunt quid agūt. vt l. j. C. de fal. mo. quæ ratio cessat in doli capacib. Et ex prædictis posset multum singulariter limitari tex. in clem. vnica. de homi. quæ dicit infantes incurrere irregularitatem, si committunt homicidium, vt intelliga
5 tur, nisi sint doli capaces. de quo dic. vt ibi no. † In gl. 2. ibi præsumitur, bene dicit, præsumitur. nam vt le. in dialogo. & not. gl. 20. qu. j. in sum. quidam puer nouem annorum nutricem propriam reddidit prægnantem: potest ergo præueniri ista pubertas. sed re
f gulare est: vt s. dixi. f † In gl. in vers. peccata. gin fi. dicit tamen Hos.
6 quòd licet infantes non puniantur de delicto: tamē si aliquos occidunt, incidunt in irregularitatem: quia irregularitas causatur
g sine delicto, vt in iudice: sed hoc dictum hodie reprobatum est. in clemen. si furiosus. de homi. vbi dicit quòd nullā irregularitatem incurrit. Et potest esse ratio diuersitatis inter iudicem, & infantem, nam licet iudex non peccat faciendo aliquem decapitari, tamen ipse intendit illud factum committere, & videtur quidam error, vt talis promoueatur, sed infans non consensit cum non commu. & Lapus alleg. xciij.

b §☞ Vnde minor xiiij ann. non potest accusari de adulterio, vt in l. si minor. ff. de adulte. potest tamen cum puero minori xij. vel xiiij. annis committi stuprum, vt in l. stuprum. ff. de adult. & hoc etiam no. gl. in d. l. si minor. Alex. de Ne.

c ¶ Quòd pueri. Vide Aug. Are. in tracta. malefi. in verbo, scienter. vbi Ang. Arim. dicit quòd si puer aliquem occidit, non debet de capitari. Vide Com. in consi. xcv. vbi dicit quòd si minor rapuerit mulierem, debet mitiùs puniri. Et dicit Pet. de Ancha. in consc. lxxxiij. incip. iure stricto. circa fi. quòd sola miseratio ætatis attenuat culpas. & dicit Bar. Vero. in consi. xxx. incip. regatij schola rium. in fi. q si maior quinque annis esset relegandus propter ali quod delictum, ob illud minor non debet ita puniri sicut maior, sed iudex posset illud tempus abbreuiare.

d ¶ Doli capax. Pondera bene quia tex. dicit grandiusculis. & gloss. dicit doli capacibus, & restringitur in septennio: quia pro certo gloss. & Doct. malè dicunt ex eo quia tex. in l. hæredibus. ff. de do lo. dicit quando est proximus pubertati. & dicit Ang. in l. impuberem. ff. de fur. & ita intelligit illam l. inquantum dicit quòd pupillus doli capax tenetur furti: vt intelligatur quando est proximus pubertati. Item pondera aliud: quia iste text. debet intelligi grandiusculis, id est, proximis pubertati. dicta l. hæredibus. sed quā do dicatur proximus pubertati gloss. instit. de inuti. stipula. §. pupillus: ver. proximus. dicit in decimo anno cum dimidio: vide q remissi ad Ioan. de Imol. in l. ad testium conditionem. ff. de testa. sed in materia criminali non bene dicit, per tex. in l. excipiūtur. ff. ad Sylla vide ibi Bal. Ego dico hic fortè casum nouum, & singularem pro grandiusculis. quando sunt proximi pubertati. Item malè dicit hic Abb. quòd in infante dolus suppleat ætatem. text. in contrarium in l. impuberem. versi. infans. ff. de fur. qui ad hoc non allega. item Car. hic dicit quòd apud Gregorium non reperitur illud quod dicit glo. in sum. xx. quæstio. j. tu vide Ioan. And. in ca. puberes. de despon. impu. & in ca. fi. de eo qui cog. vbi alle. gloss. in summa. vide Hyeronimum in epistola ad Vita vbi refert de Salomone, qui habuit in x. anno filium ex filia regis Pharaonis. Et ibi dicit q illa nutrix infantuli expositi, quæ cum, cum esset decem annorum induxit ad libidinem. adeò q spatio duorū mensium continuando emisit ille infans sperma. Item pondera, quia bene dicit do. Abb. limitans. de cle. j. de homici. q in contrarium videtur tex. in d. l. impuberem. And. Barb.

e ¶ Dialogo. Facit quod in simili dixit gloss. xx. q. j. in summa & qd ibi no. Sed an dispositio authe. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. habeat locum in adulto curatorem habente, videtur q nō per tex. in leg. si curatorem. C. de in integ. rest. Iun contrarium facit glo. notabi. quam ponderat ibi Paul. de Cast. in leg. videamus. in prin. ff. de in litem iuran. Sed de hoc vide latè in terminis per Ioa. de Imol. in repe. capitul. cum contingat. in xxxij. char. de Bellentzinis.

f ¶ Sed D. Card. hic dicit ex verbis B. Grego. in Dialogo non colligitur quòd doli capacitas possit septimum annum præuenire, ibi enim dicit B. Greg. illūd fuisse in odium patris. vt Deus ostēderet pro quo reatu iste fuisset talibus executoribus traditus. Nam viuentem pater corrigere nouit, qui etiam, vt ibi dicitur mox. vt eiusdem pueri animo aliquid obstitisset maiestatē Dei blasphemare consueuerat. Aliàs enim secundum Do. Cardi. hic nō apparet, q damnari potuisset propter suam doli capacitatem, quæ nulla est ante septimum annum, vt C. de falsa mone. l. j. & de despon. impu. literas. & c. accessit. Sed profectò ille text. dixit q ille puer transibit ad infernum, & dicit hoc contingere posse in alijs paruulis qui iam loqui possunt, si à parentibus malè nutriantur. Si ergo ille puer transiuit ad infernum simpliciter ex delicto proprio, quia pro delicto patris filius non damnatur morte æterna, vt j. quæst. 4. c. j. & vide glo. ca. qu. in summa. & 24. quæst. 3. in summa. Vnde verius videtur illud quod dicit Ab. Sic. licet sit de rarò contingentibus. Alex. de Ne.

g ¶ Peccata. Et circa iuramenta pupillorum, vide omnino Bald. in cap. ad nostram. 2. versi. quæro nunquid pupillus. de iureiuran. & quod legit. & no. in ca. pueri. & cap. paruuli. 23. quæstio. v. Et pro intellectu istius gloss. cum tex. vide omnino Paul. de Castr. in d. l. quæ iuratis. in princ. ff. de iureiur. hic alle. gloss istam. & ibi habebis veritatem huius art. & vide tex. in ca. tribus. xxij. qu. 4. & rexr. cum glo. in verbo, potuit. in l. fin. §. j. ff. de lib. cau. & vide beatum Thomam. 2. qu. lxxxix. artic. v. circa fi. vbi dicit q pueri habentes vsum rationis obligantur suo voto, vel iuramento quo ad Deū, licet quo ad ecclesiam non obligentur ante xiiij. annum. Sed tu vide Imol. in repe. cap. cum contingat. de iureiur. vbi posit Hosti. per illum tex. tenet q dispositio authe. sacramenta puberum. & ca. paruuli. 22. qu. j. loquuntur in pubere doli non capace. Et pro hoc facit illud sing dictum Gul. de Cu. in d. l. qui iurasse. in princ. de iureiu. de quo ibi ita exclamat Paul. de Castr. q in eisdem ter-

Universidad de Deusto

a non habeat consensum a: quòd tene menti.

ADDITIONES.

☞ minis latiùs firmat idem Imo. in ea repe. c. cum contingat. ver, item potest dubitari. ita dicens tenere Bar. in d. auth. sacramenta. licet multi alij contra. vbi etiam vide Ant.

a §☞ Et no. hic quòd ille, qui compleuit septēnium censetur dolo capax quantum ad contrahendam irregularitatem: licet quātum ad contractus, & obligationes quæ descendunt exiure ciuili non censeatur dolo capax, nisi sit proximus, vel proxima pubertati. quod quando sit. dic, vt per gl. in § pupillus. Instit. de inutil. stipul. & in l. j. vbi plenè per Docto. ff. de nouationibus. & ratio est quia irregularitas descendit à iure canonico, quod disponit quemlibet post septem annos, esse doli capacem quantum ad vitia, & virtutes, vt hic probatur. Vnde etiam est idoneus ad recipiendum baptisma, ita quòd ipse debet respondere per se presbytero baptizanti, vt dicit Ang. in epistola, ad Renatum episcopum, cuius verba ponit glos. in ca. paruuli. de consecrat. distin. 4. Ex quo potest inferri quòd filius Iudæi potest inuito parente baptizari post septennium. ex quo ad hoc censetur dolo capax, & hoc probatur in d. c. paruuli. iuncta glos. quæ refert verba B. August. in epistola suprà dicta. Idem sentit glossa j. hic hoc etiam tetigi in cap. sicut. in addit. quæ incipit, idem tenet Butr. suprà de Iudæis, & hæc notabis quia sæpe de facto veniunt. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Puer percutiens, vel interficiens aliquem debet puniri secundum consuetudinem loci.*
2 *Statutum exigens pœnam pecuniariam pro homicidio est irrationale.*
3 *Pater non tenetur pro delicto filij, etiam in legitima de iure communi.*
4 *Si aliquis mitius punitur ex aliquo delicto, an incurrat pœnam statutariam.*
Puer verberans clericum incidit in pœnam canonis, si quis suadente, licet pro absolutione non debeat ire ad sedem Apostolicam.
Participans cum excommunicato per metum incidit etiam in excommunicationem, licet metus attenuet culpam.
5 *Cessio honorum admittitur in delictis si non habet vnde viuat.*
Filius familias obligatur ex contractu, & delicto.

CAP. II.

a 1 REFERENTE. a † Impubes percutiens, alias interficiens alium non debet puniri pœna pecuniaria secundum cōsuetudinem terræ. Nec ob hoc potest exigi aliquid à patre, vel sic. Pater ex delicto filij impuberis non tenetur. vel tertiò. Puer non debet ita seuerè puniri sicut maior. primo ponitur appellantis querela. secūdo iudicis dario. ibi. vnde. Casus literalis. Quidā puer x. anno. dum cum alijs pueris sagittaret, quendam alium fortuito casu sagitta percussit. & mortuus fuit. qua propter abbas sancti Remigij à patre ipsius pueri. c. solidos, instantius requirebat secundum consuetudinem illius terræ. vnde dictus H. pater pueri appellauit ad papam, super hoc scribit pa. Hermonen. episcopo, dicens q puer non ita puniantur secundum leges, sicut illi, qui sunt maioris ætatis. Mandat si constiterit filium dicti H. intra annum xiij. dictum excessum commisisse prædictum abbatem moneat, & compellat, vt ab eodem G. prædicto cērū solidos propter aliquam consuetudinem non exigat, nec requirat pro
a 2 temporali pœna. Ber. ¶† No. j. ex ex. q ex consuetudine ciuitatis potest pro delicto exigi pœna pecuniaria, etiam per iudicem ecclesiasticum. concor. cap. dilecti. is. de offi. ordin. Hosti. tamen dicit
b hic no. verbum quòd consuetudines, & statuta imponentia pœnam pecuniariam pro homicidio, furto, vel similibus sunt irra-
c tionabilia, c quia homines exponuntur venales. ad delinquendum. nam talis timebit pœnam mortis, seu corporalem qui de pœna pecuniaria non timebit, seu curabit. dummodo satisfaciat voluntati suæ. argu. in l. seruorum & in l. aut facta. ff. de pœn. & in authentic. de manda. princip. in §. oportet. Non obstat iste text. debet enim intelligi quòd consuetudo erat, vt posset exigi pecunia ex postfacto, sed ante factum delictum non debet pecunia taxari, pro hoc text. xj. quæstione iij. in capitulo, si pauper. d
¶† No.

ADDITIONES.

a ¶ Referente. Vide Romanum in singulari vltimo, incipien. item audiuisti. vbi allegat hunc text. ad hoc quod quando statutum vel consuetudo punit aliquid, quod de iure communi non est punibile, non includit minorem. Seb. Sap.

b ¶ Statuta. An valeant huiusmodi statuta, & consuetudines, vide latè Tel. in rub. 3. de homi. Alexan. in l. j. quod quisque iuris. Are. in consil. lviij. incip. diligenter. latè ale. præceptorem, & affinem meum Rochum Curtium in repetitione ca. fi. ver. ij. infertur. §. de consuetu. Seb. Sap.

c Irrationabilia. Est irrationabile statutum imponens pœnam pecuniariam pro furto, vel homicidio. & idem tenet Hostien. in summa. de constit. & in cap. fin. de consuetu. & ibi omnino Baldus. & Domin. in cap. ij. de consue. in vj. & per eundem in ca. finicirca fi. ne cleri, vel mo. cod. lib. & per Io. de Ana. in rub. de homi. vbi dicit, quòd bene valet statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio effectuali tantum: quia ibi etiam dicit quòd valet statutum super homicidijs iam commissis: quia tunc videtur dispensare: secus esset super commissi. Et ad q. hic positam. vide no. per Ioan. de Lig. in ca. ex parte. de consue. vbi quærit vtrū valeat consuetudo, quòd pro delicto imponatur pœna pecuniaria. Et adde quòd non credo valere statutum quod imponit pœnam pecuniariam pro homicidio tantum: quia illud statutum est contra verbum Christi, quod habetur in euangelio passionis dominicæ. qui dicit: qui gladio ferit, gladio peribit. & vide Io. de Lig. in dicto c. fi. de consuetu. circa prin. & ibi Innocen. sed quòd valeat istud statutum tenet Ludo. Roma. in suis singu. & dicit de hoc esse text. sing. in §. pœna. ibi propter os fractum nummariæ pœnæ. Instit. de iniu. Et de q hic posita vide Albe. in secunda parte stat. q. cxxij. Et quod pro homicidio per statutum potest imponi pœna pecuniaria pro constanti ponit Barto. in l. pe. §. ad crimen. vltra medium, versi. quæro extra gloss. quid si pro homicidio imponatur pœna pecuniaria. ff. de publi. iudi. & in l. j. circa prin. cod. titu. sed quòd non valeat statutum imponens pecuniariam pœnam, firmat Bald. in c. ad nostram c. rca med. de probat. Item quòd valeat statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio pro constanti ponit Angel. & Sal. & Pau. de Castr. in l. j in prin. in quadam. q. ff. quod quisque iur. de quo per Bal. sin. in l. j C. de summa trini & per Pe. de Ancha. hic. per Ange. in l. is qui cum telo. C. de sica. Bald. in l. Gracchus. C. de adul. in c. j. §. furtum. de pa. iur. fir. Item vide Specu. in titu. de accu. §. primo, versi. quid si iudex ipsum. vbi dixit q valet consuetudo, quòd quando debet imponi pœna corporalis, imponatur pecuniaria. Item vide omnino quod eleganter de hac q. hic posita ponit Bald. in authen. casta. ver. tertiò quæro. C. de sacrosanctis ecclesiis. Adde an valeat statutum imponens pœnam pecuniariam, pro homicidio. Fran. de Are. 18.

d ¶ Io. And. Do. Car. & Bu. remittunt ad notata in c. j. & fin. de consuetu. & dicit Do. Car. hic quòd Hosti. debet intelligi in delictis grauioribus commissis ex proposito, secus si delicta essent non grauiora. nam tunc secundum eum valeret consuetudo, vel statutum. Sed aduerte, Bar. in leg. j. vi bo. rapt. tenet quòd si stat statutum, quòd pro homicidio quis puniatur pœna centum, quod valet, nec censetur sublatum ius commune: & sic iudex habet electionem, an imponat pœnam iuris communis, an verò pœnā statuti, & hoc dicit esse verum, nisi appareat ex aliquib. præsumptionibus statuentes voluisse recedere à iure communi: quia tūc accusatio ex iure communi tolleretur per statutum, saltem ope exceptionis, vt no. in l. 2. ff. de nouat. Vnde dicit Bar. quòd cum in multis ciuitatib. Italiæ sint statuta dicentia, q vbi pœna non est determinata statuto procedatur de similib. ad similia, & vbi non reperitur simile, q tunc recurratur ad ius commune. Ex hoc apparet quòd volunt pœnam iuris ciuilis in subsidium apponi, & sic secundum Bart. tunc intelligeretur pœnam iuris communis esse sublatam per l. nouam, ex quo expressè pœnam imponit. Sed Bal. in d. l. data. C. qui accu. possunt. per plures rationes tenet q indistinctè, siue statutum, vel consuetudo, imponat maiorem pœnā, vel minorem, semper in dubio intelligitur recedere voluisse à iure communi. Sed possemus hic dicere gratia cōcordiæ q aut statutum pro graui delicto pro quo deberet imponi pœna sanguinis de iure communi imponit pœnam pecuniariam, & tunc statutū debet intelligi q pœna iuris communis potest imponi: sed etiam pœna pecuniaria: nam esset absurdum q pro pœna homicidij, vel simili imponatur pœna pecuniaria. Nam statutum esset iniquum: quia præstaret causam delinquendi, vt in c. pauper. 2. q. 3. vnde nō valeret, sed in dubio statutum debet intelligi vt ab eo excludatur illicitū, vt in c. j. de iureiu. in 6. vnde non puto Bar. bene dicere, dum dicit quòd sola pœna pecuniaria poterit puniri, si apparet ex præsumptionibus statutum voluisse recedere à iure communi. Aut statutum imponit maiorem pœnam pro delicto, quàm ius cōmune vel si minuit pœnā ex iusta ratione minuit, nec propter illam minorem pœnam verisimile est q homines fiant audaciores ad delinquendā: & tunc in dubio præsumitur statuentes voluisse à iure cōmuni recedere. & hoc modo loquitur Bal.
✻ vbi

3 ¶† Not. ij. patrem non teneri ad pœnam pecuniariam, in qua filius condemnatur. Vnde tractat Spec. in tit. de sen. excom. §. sequitur. versi. quid si filius. nunquid pater teneatur saltem in legi
a tima a filij. vel ex alijs alimentis filio debitis soluere condemnationem filij, & concludit q non. nam viuente patre legitima nō
b potest separari à bonis patris. l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bo. b facit quod no. gl. & Barto. in authen. si qua mulier. C. de sacrosanc. eccle. Quid autem si subest statutum sicut in multis locis, vt pa-
c ter teneatur pro filio, c dic, vt plenè no. Bar. in l. cum filius fami-
4 ff. de verborum obliga. ¶† In gloss. in ver. multum. ibi. cum ille puer nihil habeat. Et ex hoc colligitur vna ratio decidendi ad text. Alium intellectum sentit Card. quòd iste puer ideò non incidit in pœnam pecuniariam, quia cum ista consuetudo esset de iure speciali nō procedit nisi in casu suo. vbi ergo ex aliqua causa
d venit quis mitiùs puniendus, tunc non incidit d in pœnam consuetudinariam, & idem dicit in statuto. hoc dictum si esset verū foret valdè notandum, vt vbicunque ex aliqua causa quis venit puniendus mitiùs, non incidat in pœnam statuti, vel consuetudinis, sed debet puniri alia pœna, & quandoque hoc dictum
e mihi placuit, sed posteà reperi Bart. e sentire apertè contrarium in l. ij. de recep. dicit tamen q iudex ex hac causa poterit secum dispensare imponendo mitiorem pœnam. sicut facit in alijs de lictis, & alijs causis. ad hoc quod no. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. nihil tamen allegat pro dicto suo. Ego allego duo bona iura. Primum in c. sacris. quod me causa. vbi dicitur q communicans excommunicato per metum incidit in excommunicationem, sicut ille, qui cōmunicat sponte, & tum metus attenuat culpam vt ibi. & 2. q. j. in primis. Secundò allego c. si quis suadente. 17. q. 3. vbi percutiens clericum excommunicatus est, & idem est in puero percutiente: licet veniat mitiùs puniendus. vt in c. j. & fin. de sent. excomm. & cōcluditur ibi: quòd puer propter ætatem non debet ire ad sedem Apostolicam pro absolutione. & sic dispensatur cum eo in alia pœna. Dicamus ergo

ADDITIONES.

✻ vbi ☞. Sed pone q per statutum, vel consuetudinē imponentem minorem pœnā in casu, in quo pœna iuris cōis non tollitur quis puniatur, an poterit posteà puniri pœna iuris cōis Bar. in l. j. in fi. ff. vi bo. rap. dicit oēs Doct. tenere q non: quia cū accusatio vtraque tendat ad vindictā vna tollitur per aliam. Sed Pau. de Castr. in l. cunctos populos. C. de summa Trin. & fide Catho. dicit q quādo in eod. loco accusaretur ad finē, vt imponatur pœna iuris cōmunis: secus in alio loco, quia posset in eo iterum puniri, ex quo non fuit sufficienter punitus. & hoc puto procedere, vbi intētio statuti fuisset vt pœna pecuniaria addatur ad pœnā iuris cōis. qa tunc vtraque pœna etiam in eod. loco posset puniri, ex quo intētio statuti est q vtraque pœna puniatur, & statutum ita debet intelligi in dubio, quia aliàs contineret illicitum. ad hoc. c. j. de iure iur. in 6. & hæc tene menti. Alex. de Ne.

a ¶ Legitima. Pater non tenetur pro delicto filij, etiam quò ad legitimam, vel quò ad ea, quæ deberentur ei rōne alimentorū. idē tenet Bal. in l. lex Cornelia. ff. de vul. & pupi. vbi etiā dicit q bene valet statutum q patet teneatur præstare legitimam fisco pp delictum filij. alle. gl. formalem. in ru. C. de decu. lib. x. vbi etiam no. dicit q stāte dicto statuto pater tenetur præstare legitimā de bonis quæ habebat tpe delicti, nō de postea quęsitis. & sequitur ibi Imo. De q. hic posita vide latè Albe. in j. parte sta. in q. inci. itē quęro an statutū valeat, & est in ordine q. 48. per Pet. de Anch. in repe. c. canonum. de consti. in 3. prin. q ver. quæro etiam an statutū. Et aliud ad mām istam dixit etiam Pau. de Castr. in l. si filiofa. ff. solu. ma. q si filiofa. sit soluta dos, & repetitur ab eo & non sit soluendo, q pater non tenetur etiā quantum ad legitimā ipsius filij, nisi statutum aliter disponeret, quod dictū est intelligendum, qñ filio soluta est dos sine consensu patris, per tex. in l. si cū dotē. § transgrediamur. ff. solu. ma. & allegat istum text. Pau. in d. l. si filio. Et si dicit statutum, q pater teneatur pro delicto filij, dubitatur an eo casu pater teneatur p delicto filij naturalis. de hoc per Albe. vt s. & vide Pet. de Anch. in repe. cap. canonū. suprà, de constitu. in prima princ. quæstio. versic. iuxta prædicta quæritur. vbi inter alia ponit q. 1o. And. in addi. Spe. in ti. qui fi. sint leg. & in illo art. vtrum cessante statuto, vel consuetudine pater teneatur soluere condemnationem filij quantum ad legitimā, vide Bald. in l. omnimodo §. impuberi. C. de inoffic. testam. vbi dat multas remissiones. & inter cętera dicit, quòd si pater soluit pro condēnatione filij ratione pietatis illud posteà non computatur in legitimam, secus si soluisset vigore statuti, vel consuetudinis. Item de qō. hic posita, & alijs similibus, vide no. Bal. in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui. Et quid econtrà, an propter delictum patris filius amittat peculium suum, de hac qō. vide Albe. in 3 parte sta. q. xij. & Bal. in l. filius. ff. de his, qui sunt sui. & vide glo. in au then. vt omnes obe. iudi. in princ. in versi. secuta. Et de hoc an valeat statutum q filius teneatur pro delicto patris, vide Bald. in l. dotis. C. de iur. do. & do. Ant. in ca. ex parte. in fin. de consue. Et de primo, an valeat statutum, q pater teneatur pro delicto filij, vide Bald. in l. ij. ver. quæro nunquid. C. de consti. pe. Bal. in l. j. C. ne fi. pro patre. Bal. in l. de quibus ff. de leg. Bar. & Ant. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verbo. obl. tex. & ibi Barto. in l. iure prouisum. C. de tab. lib. xj. Et ant valeat statutum q potestas teneatur pro delicto suæ familiæ, vide per Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. procon. Et an valeat statutum, quòd consors teneatur pro consorte, vide Bal. in l. sancimus. C. de pœnis. Et si statutum dicat q pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij, & pater. post tempus delicti. ante tempus condemnationis acquisiuit multa bona, an in soluti legitimæ attendetur quantitas patrimonij, secundum tempus delicti. an secundum tempus condemnationis. vide plenè Albe. in iij. parte. sta. q. xxv. Et stante prædicto statuto, an si filius propter contumaciam fuit habitus pro confesso de delicto, teneatur nihilominus pater legitimā assignare. vide Albe. in iij parte stat. q. xxvj. & ibi etiam in xxij. q. examinat de validitate prædicti statuti. Et de alio articulo, an illud, quod soluit pater pro condemnatione filij computari sibi debeat in legitimam, vide Imol. in l. quamuis. ff solu. mat. Et an valeat statutum q agnati. & cognati confinati teneantur, si confinatus rūpit confinia. vide Ange. in consi. suo. lx. j. incip. nobilis miles. Item an valeat statutum q dominus teneatur ex delictis familiæ, vide Albe. in vj. parte stat. q. 2. Et de illa q an valeat statutum, q pater teneatur pro delicto filij, vide Salic. in le. si filius familias. C. ne fil. pro pat. & Bal. in d. l. si filiofa. 3. ff. sol. ma. per Bal. in auth. si captiui. ad fi. C. de epis. & cler. & in l. j. ff. si ex noxa. cau. aga. & Ioa. de Imo. in d. l. si filius. ff. de verbo. oblig. in prin. & in d. l. lege Cornelia. ff. de vulg. & pup. per Bal. in le. si quis in tantam. C. vnde vi. & in l. filius. C. de bo. proscri. & in l. j. C. de vsu. rei iud. Et de hoc generaliter, an valeat statutum q vnus teneatur pro alio, vide Bald. in rub. C. res inter alios acta Bart. in tract. repressa. in 3. quæst. j. q. prin. Barto. in l. hi penes. C. de agri. lib. xj. & Bar. in auth. & omnino. C. ne vxor pro ma. Jaco. de Bellentzinis in authen. vt non fiāt pig. in quæstione ibi disputata per eum. & Ioan. And. in reg. non debet aliquis. in Mercu. Et pro parte affirmatiua, quòd valeat. facit tex. in l. si quis. C. ad l. Iul. maiest. & in c. quæro. §. mirum. vj. qu. 1. in ca. vergentis de hær. & in c. in quibusdam. de pœnis. & in ca. ad aures. eo. titu. & ca. vbicunque. & c. fœlicis. de pœ. li. vj. c. statutum. el 2. de hæret. in vj. & quod not. Inn. & al. j. in ca. grauē. circa fi. de sen. excō. Item, quando statutum dicit q pater teneatur pro delicto filij, qualiter tunc sit necesse probare delictum ad hoc vt pater teneatur, vide omnino per Barto. in l. j. in fi. ff. quando ex fa. tu. & posito q valeat prædictum statutum q pater teneatur soluere pro delicto filij, an teneatur, si filius propter contumaciam habitus fuit pro confesso de delicto, sed non fuit directè condemnatus. vide Barto. & Imo. in d. l. si filius fa. in vj. q. C. ne fil. pro pat. Bar. in conclu. Spe. in ti. de sent. prola. Bal. & Ang. in l. qui repudiātis. §. j. de inoff. testam. Ang in l. 2. §. fin. ff. si ex nox. cau. aga. Bald. in d. l. si filius. ff. de his, qui sunt sui. Sal. in d. l. si filius. C. ne fil. pro pa. & Lud. Ro. in d. l. si filiofa. 2. ff. solut. ma. Bal. in l. fi. §. j. C. de bonis quæ lib. Bal. in l. 2. C. de eden. Ant. in cap. quamuis. de re iud. & vide gloss. reputatam sing. Inst. de noxa. §. fin. Item ad prædicta vide Bal. in c. fi. de consuetu.

a ¶ Adde an valeat statutum q pater teneatur pro filio. Franc. de Are. consi. xcj. & q potestas teneatur pro familia. Lud. Ro. cons. cxv. Et an contumacia filij noceat patri. cum pater tenetur pro filio, vide Lud. Ro. consi. 154. Abb. consi. lxxvj.

b ¶ Et ibi idem tenet Bar. & in l. fi. de libe. agnosc. Alex. de Ne.

c ¶ Pro filio. De tali statuto, an valeat, vide do. Iaso. in l. de quibus. ver. iuxta prædictam regulam. ff. de legib. Seb. Sap.

d ¶ Non incidit. Vide Abb. in c j. super eo. j. de sentent. excom. vbi etiam tenet cum Bar. in d. l. 2.

e ¶ Bar. Dñs Bar. de Bellē. hic in addi. dicit se non reperire q Bart. in d. l. 2 dicat id ad quod inducit eum, & alleg. istum hic, & dicit q voluit videre duas lect. Bar. ne fortè altera esset defectuosa. & vide omnino ad hoc quod no. Bart. in l. 2. circa fi. C. de proba.

c ¶ Reperi. Bar. Vbicunque puniēdus pro aliquo delicto debet puniri pœna statuti, vel cōsuetudinis. pœna tñ hoc casu p iudicem diminuit, non autē debet puniri pœna diuersi generis, vel diuersæ speciei. Et vide omnino ad hoc qd not. Bal. in l. 2. circa finē. C. de proba. nec reperio, q Barto. in d. l. 2 ff. de recep. dicat id, ad qd inducit, & allegat d. Abb. & voluit videre duas lecturas Barto. ne fortè altera esset defectuosa. Bar. de Bellentzinis.

Universidad de Deusto

ergo ꝙ incidit in pœnam statuti, sed mitiùs ex dispensatione iu
5 dicis puniri debet. & hoc no. ¶ † Sed contra prædicta facit iste
text. vbi non fuit iste punitus illa pœna consuetudinaria, nec e-
tiam mitiori. Nec ob. quod dicit gl. quòd iste nihil habeat. nam
filius fa. nihil habens compellitur cedere bonis, & potest teneri
in carceribus, vt l. cũ filij fami. C. qui bo. ced. pos. sicut enim obli-
a gatur ex contractu, ita ex delicto. vt ꝛ. ca. proximo, a sed potest
dici quòd papa noluit hic istam pœnam pecuniariam imponi, qa
de præsenti erat frustratoria. & sic imponitur alia pœna, ne deli-
ctum ad præsens remaneat impunitum. ¶ In glo. fi. ibi, si fuisset su
pra xiiij. sed contra hoc facit quod no. gl. præcedens. nam si eui-
tat iste pœnam pecuniariam, quia nihil habebat, idem dicendũ
post xiiij. annum, ex quo est filius fa. & ideò dic, vt ibi. ¶ In ea. gl.
ibi, nisi consuetudo, aut priuilegium, dic melius quòd aut iudex
ecclesiasticus habet iurisdictionem temporalem, non tamen in
feudum & tunc procedit gl. quòd debet appellari ad superiorem
ecclesiasticum, aut habet in feudum, & tunc debet appellare ad
dominum feudi, licet sit secularis, vt probatur in ca. Romana. §.
debet de appel. lib. vj. gl. & no in ca. cæterũ. de iud. & in c. ex trans
missa. de foro competen.

ADDITIO.

a §. De hoc est opti. text. in l. tam ex contractibus. ff. de iudi. Alexan. de Ne.

¶De clerico venatore. Tit. xiiij.

CONTINVATIO RVBRICAE.

¶Suprà visum est de quibusdã delictis tam clericorum quã laicorum, nunc submittit de quibusdam delictis clericorum tantum, scilicet de clerico venatore. De materia habet lxxxvj. di. in c. qui venatoribus. cum v. cap. seq. & xxx. dist. ca. j. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Venatio cuiuscunque generis, & quando sit tam laicis, quàm clericis prohibita.*
Histriones an peccent, & ipsi, & illi qui dant eis pecuniam.

CAP. I.

a EPISCOPVM. a Clerico prohibetur venatio, & contra facienti pœna imponitur. h. d. cum sequenti. In prima ponitur ꝓhibitio. In secunda pœna ibi, ꝙ si quis. ¶ Casus literalis. Dicitur in cap. isto ꝙ epꝰ, presbyter, diaconus, aues ad venandum, aut canes, aut huiusmodi habere non debent, ꝙ si aliquis eorum in hac voluntate sæpe inuentus fuerit, epꝰ tribus mensibus à communione, presbyter duobus, diaconus ab omni officio suspendatur.
b Ber. Not. j. ex text. ꝙ clerico prohibetur, nedum venationes b exercere, sed etiam tenere accipitres, canes, & huiusmodi apta pro venatione. Secundo colligo ꝙ delictum venandi in clerico nõ est depositione dignum, vnde hic suspenditur, non aũt deponit. Tertiò not. ibi, ꝙ in hac voluptate sæpius, &c. ꝙ clericus raro venatione exercens nõ debet hac pœna puniri. de quo ꝛ. cũ gi. † In gl.
1 2. ibi, excepto epõ. hæc glo. excipit epm̃ dum taxat. sed ꝛ. in fi. videtur excipere omnes in sacris ordinibus constitutos. Sed in hac materia distingue latius expediendo materiam, tam in clericis, qꝫ in laicis, ꝙ aut loquimur de venatione hominum oppressiua, & illa prohibetur indistincte omnibus clericis, quia non debent pu
c gnare et iam ꝛ infideles, vt s. de voto. in ca. ex multa. laicis verò licitum est in casu, quo moueant iustum bellum, vt cap. sicut. & quod ibi plenè not. de iureiu. & 33. q. 8. in ca. reprehensibile. & in ca. omni timore. Quædam est venatio adulatoria sicut faciunt histriones, qui verbis adulatoriis capiunt homes, sicut in venatione capiunt bestiæ, & illa est illicita oibus. xj. qu. 3. vę qui dicitis. & in iuribus allegatis in gl. imò peccatũ est dare aliquid istis adulatoribus, & histrionibus, vt in ca. ꝙ venatoribus. lxxxvj. dist. & ibi est
d bo. gl. de hac materia. d Alia est venatio arenaria, id est quæ solet fieri in arena, vbi homes pugnabãt cũ aialib⁹, & feris indomitis, & ista venatio indistincte clericis prohibet. arg. hic. In laicis distinguitur ꝙ aut faciunt pro pretio, & non licet, imò tales efficiunt infames. le. j. §. itẽ senatus. ff. de postula. sed si faciũt gratia virtutis ostendendæ, tũc eis licita est talis venatio. Et videt hic velle docto. ꝙ nõ sit eis peccatũ de iure canonico. excipiunt torneamenta, vt in c. j. de tornea. ergo alij ludi sunt eis cõcessi gratia virtutis experiendæ. Ego putarẽ ꝙ nõ liceret de iure canonico, vbi esset periculũ mortis per illam rõnem quæ est in torneamẽtis. nã non debet homo, vt experiat virtutes incidere de facili in promptum periculũ mortis. vbi nedũ corpus, sed etiã aĩa posset periclitari. Quædã est venatio fatuosa, & clamosa, puta quæ fit cũ canibus & ista ſm gl. pmissa est laicis cã voluptatis. & idẽ vł velle Io. An, hic alle. inst. de re. diui. §. feræ. & ff. de acq. re. do. l. naturalẽ cum si-
e nili tpe quadragesimali, & alijs ꝓcipuis festiuitatibus. e Sed aduer te, quia gl. voluit ꝛrium in d. c. qui venatoribus. quæ dicit ꝙ illa clamosa nõ est licita laicis, nisi ex necessitate, puta pro carnibus vel pellibus habendis, & pro illa opi. facit tex. c. Esau. lxxxvj. dist. vbi dicit qd Esau erat venator, qa peccator, & ꝙ nõ legitur ꝙ ali quis venator fuerit sanctus, intelligit cũ exercet venationem pu to sic posse d stingui seu dici, ꝙ aut oĩno laicꝰ deditus est huic venationi, & tũc illicita est. ex quo fit ad voluptatẽ tm̃, aut rarò, & tũc procedat ista gl. In clericis verò gl. variauit. sed concludo,
f ꝙ aut sunt in minoribus cõstituti, & ſm Alb. Ant. non puniunt. sed Host. & Io. And tenent hic oppositũ, & dicũt ꝙ debent puni ri pœna arbitraria. sed põt cõcorditer dici, ꝙ aut omiserũt tõsu ram, & tenent, alias secus. facit cle. ij. de vita. & hone. cle. in vers. & si tonsurã, f aut sunt in sacris. & habẽt reditus in venatione. si cut in Francia, licet eis, qa non faciunt ad voluptatem. & hoc vo luit etiã Host. ꝛ. c. proxi. Aut nõ habent huiusmodi reditus, & tũc debent euitare istã clamosam venationem, putarem tm̃ eos non
g multùm peccare, si rarissimè hoc facerent cã recreatiõis. gargu, hic dum dicit tex in hac voluptate sæpius detentus, &c, secus si rarissimè, & non cã voluptatis, sed cã necessitatis, puta, vt excitaret appetitum propter morbum præcedentẽ, vt in c. dilectus. de homici. Quædã verò est venatio quæ fit cũ reti seu laqueo, vel piscando, & licita est clericis dũmodo frequẽter nõ insistãt. & vi de gl. ſi, c. Esau. quæ dicit quare magis concedit piscatio, q̃ venatio. ¶ In gl. fi. in fi. no. bñ hãc theoricam g ꝙ pœna dicit maior, vel minor ſm qualitatẽ ꝓsonæ cui imponit, vt sic eadẽ pœna gra ior reputetur in maiori q̃ minori. ¶ Sed ꝛ. hoc facit iste tex. vbi dicit epm̃ debere suspẽdi p tres menses, presbyterũ verò p duos mẽses. & ſm theoricã gl. debuisset ep̃. per duos suspẽdi menses, presbyter p tres. Sol. defendẽdo theoricã gl. dic ſm Ioã. Andr. ꝙ hic epꝰ suspendit p tres menses communione tm̃. sed presbyter suspẽditur per duos ab omni officio. vnde ista est maior pœna in se. & sic episcopus mitiùs punitur pœna inspecta, quàm presbyter. & presbyter mitiùs quàm diaconus. sed pro qualitate perso-
h narum pœna reputatur maior, vel minor. h quod no.

ADDITIONES.

a ¶Episcopum. Vide in l. j. C. de vena. fera. lib. xj. Et vide qd not. do. Dominic. in c. j. ver. item si clerico prohibetur venatio. de cle. venato. lib. 6. de Bellentz.
b ¶Nedũ venationes. Vide in l. j. C. de vena. fera. lib. xj. & vide quod no. Do. in ca. j. ver. itẽ si clerico prohibet venatio. de iur. cal. in 6.
c ¶Pugnare. An liceat clericis pugnare, vide latè Abb. in c. 2. ſ. de vita. & hone. cleri. Seb. Sap.
d ¶Quæ etiã tractat, an donare meretricibus, vel Atharistis sit pec catum, & tractat plenè materiam huius ca. Et vtrum adulatio sit peccatum mortale, vel veniale. dic vt p gl. 25. di. §. nũc aũt. naturale tm̃ est adulatoribus. Vñ Seneca, velimus nolimus adulatoribus nostris fauemus. Ouid. de arte amandi, Delectant castas etiã præconia formas. & Hieronymus ad Zelãtiũ, dicit ꝙ hodie hoc vitium regnat in tantum ꝙ adulari nesciens, aut inuidus, aut superbus imputatur. Alex. de Ne.
e ¶Idem dicũt Doct. de tẽpore ieiuniorum, vt in c. j. & fi. de feriis. Debent. n. tunc hoes conuenire in ecclesia, & orare, 86. dist. qui venatorib. & c. amputatis, & de consecra. dist. 3. religiosum. & di. 5. ieiunia. Alex. de Ne.
f ¶Mihi aũt vł dicẽdum ꝙ aut clericus in minoribus habet beneficium, & tunc procedit opinio Hosti. Ioan. And. & Doc. hic autẽ non hẽt beneficia, & tunc sit vera opinio Butr. & moueor ad hãc distinctionem, quia qñ clericus habet bñficiũ, tunc oĩa quæ sunt prohibita existente in sacris, intelliguntur etiam prohibita existente in minoribus. si est bñficiatus. Vbi aũt nõ est bñficiatus, tunc omnia negotia secularia, quæ sunt licita laicis sunt licita clericis existentibus in minoribus. & ita fuit doctrina Host. & Doc. in c. j. ne cle. vel mona. & hoc puto procedere siue porter habitum, & ton suram, siue non. Alex de Ne.
g ¶Cã recreationis. Adde ꝙ si probat venatio q̃ clericos in dubio præsumitur facta cã recreationis. vt tenet Arch. in c. qui venato rib. 86. dist. Alex. in cons. 72. incipiẽ. inspecto diligenter processu. in j. vol. repetitum in cons. 172. in 2 vol. Seb. Sap.
h ¶Sed dicit Host. ꝙ vno respectu punit plus epꝰ, & presbyter, quã diaconus, quia cum in suspensione eius nullum tempus præfigatur poterit epꝰ vsque ad duos dies, vel qñ sibi placuerit secum dispensare, arg. de offi. dele. de causis. & sic vult Host. quòd qñ suspẽ sio fit ad certum tempus, vel simpliciter, tunc epꝰ possit absolue re, nisi Papa sibi reseruauerit. & hoc renuit gl. in c. cupientes. §. ce terum. in gl. quæ incipit, est ergo. de elect. in 6. & in clem. j. in ver bo. excommunicationis sententia. de hæret. quod no. Alexan. de Ne.

CAP.

CAP. II.

OMNIBVS. Summatum ꝛ. c. proxi. ¶ No. j. ex tex. ibi oĩbus seruis Dei, & c. iuncta gl. quòd oẽs clerici põt dici serui Dei, sed non oẽs laici, & dicuntur serui Dei clerici non laici, nõ ppter opprobrium, sed propter excellentiam, quia ipsi magis seruiunt Deo, vñ papa appellat se nedum seruum Dei, sed seruum seruorũ
a Dei, quia ingerit se vtilitatibus, & commodis seruorum Dei. a sic etiam intellige quod dicitur de monachis: qui etiam spãliter di
b cuntur serui Dei: vt xxvij. q. ij. c. cognouimus. & liij. di. multus. b
¶ Scdò. no. ibi vagationes. quòd venatio est prohibita cleticis cã
c vagandi, c secus ergo si faciunt causa necessitatis, qa vt dicit Host. habent reditus, vt plurimum in venatione, sicuti in Francia, &c. tunc enim intenduntvtilitatibus ecclesiarum, & non vagationi,
d maximè si familia eis deest. d Idem videtur quando faciunt causa necessitatis propter infirmitatem præcedentem, & raro, vt di xi in c. præce. & facit c. j. xxxiiij. d. vbi epꝰ redarguitur, quòd erat de ditus vagationi, & venationi, secus ergo si non deditus, sed rarissimè propter causas prædictas. e

ADDITIONES.

a ¶ Vniuersi seruierunt tibi Roma domini dñorum, seruorum serni, tibi nunc dñi, vide gl. j. q. vij. quoties, cordis oculus. Alc. de Ne.
b ¶ Sed dicit Host. quòd etiam laici possunt dici serui Dei, seu dicuntur serui Dei. alle. c. vl. Deum time, & mandata eius seruа, hoc est omnis homo, ad hoc est factus homo. Alex. de Ne.
c ¶ Et dicit hic Abb. duplicem prohibitionem huius ti. vnã in habẽ do, aliam in vtendo, & hoc etiam probat in c. præce. Alex. de Ne.
d ¶ Hoc. n. ſm Host. & Doct. non est vagari, sed necessitati. vel vti litati ecclesiæ subuenire. ad hoc astringuntur clerici. 7. q. j. pñtiũ. & c. placuit. dummodo hoc faciat tpe competenti, hodie aũt se cus est in religiosis. vt in cle. ne in agro. §. porro. & ibi etiã per gl. quæ recitat verba Host. Alex. de Ne.
c ¶ Sed quærit hic Bu. an si est consuetudo venãdi an valeat, & sic an huic præcepto præscribi possit, & concludit ꝙ nõ, quia est nu tritiua peccati, cũ Canon dicat ꝙ nullus venator reperitur sanctus. 86. di. Esau. & c. qui venationib. & quia esset præiudicium ec clesiis cum clerici pp venationem non deseruirent ecclesiis in di uinis, nec est officiũ clericis cõueniens, vt in ca. j. ne cle. vel mo. & sic cum consuetudo non sit rationabilis non valet, iuxta plenè notata in c. fi. de consuet. Alex. de Ne.

¶De clerico percussore. Tit. xxv.

¶Continuatio Rubricæ.

¶Continuata est hæc rubrica in præcedenti rubrica, & de materia istius rubricę habetur 45. dist. & j. q. 7. c. si quis omnem. & 86. dist. c. singulis. & c. seq. & c. penul. non liceat.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo delinquendi aggrauat delictum, licet in se esset minus punibile.*
2 *Fur suspenditur pro tertio furto, licet alia duo alibi cõmiserit quæ non po terant in loco tertij furti puniri.*
Peccatum reiteratum aggrauat, licet fuerit aliàs punitum.

CAP. I.

SIQVIS. Breue est, vel sic potest summari. Clericus sæ pe alium percutiens, & monitus non desistens deponẽ dus est. Casus literalis. In concilio Agaten. quærebatur de pœna clerici sæpe aliũ percutiẽtis, qui monitus nõ desistit. Et rõsum est ꝙ si aliquis in sacro gradu pcussor exiterit
1 corripiat à crimine, & si nõ emẽdauerit deponat. Ber. † Not. j. ex
a tex. a ꝙ pro simplici pcussione nõ dẽt clericus deponi, sed aliter corripi. sed si assumat pcussionẽ in cõsuetudinẽ, tũc deponẽdus est: qa cũ sit inhumanus, & ferus non debet in mansuetudine cle ricatus pmanere. & intellige tex. in his, qui sunt multũ faciles in percutiendo, vt puta pro minimis verbis sibi non placitis proce
b dunt ad verbera. b Sed quæro, qa tex. hic facit mentionem de cõ stituto in sacris quid in minoribus doct. dicũt ꝙ idẽ per iura allega
c ta in gl. vñ ad rex. supp. et maximè. c † In gl. fi. ibi, intellige de eo, q
2 in vsu habet, &c. No. ex gl. iuncto tex. ꝙ peccatum pluries iteratũ licet pluries fuerit punitum aggrauat tandem idem peccatũ vlti mò cõmissum, & facit pro dicto Bar. in l. si cui. ff. de accusa. vbi no
d tabiliter dicit ꝙ licet qs pro furtis: dalibi cõmissis non possit hic puniri, si est forensis, tñ furta alibi commissa aggrauant hic com missum furtũ: qa vł sibi assumpsisse in consuetudinẽ actum furã di, vnde poterit hic suspendi, licet alias pro primo furto non de beat suspendi. arg. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. & bene
e facit l. 3. C. de epi. au. & c. in nos. 25. q. 2. tene menti. e

ADDITIONES.

a ¶ Ex tex. Vide Bal. in l. j. C. de ser. fugi. & in l. si is qui. C. qui testa. fa. poss.

b ¶ Abbas ponit exemplum de illo, qui statim percutit illum qui dicit ei aliquid contra placitum. Alex. de Ne.
c ¶ Et dicit Host. quòd maximè cauere debet cõstitutus in sacris, & maximè episcopus, de quo remittit Hosti. in §. & cui sub. §. decima. Alex. de Ne.
d ¶ Pro furtis. Furtum factum alibi habet grauare furtum hic cõmissum, & hoc dictum ponit etiam Abb. in c. j. de pœnis, pro quo vide qd no. Imo. ĩ cle. pastoralis. de re iudicata. & ad hoc optimè facit qd no. Pe. de Anc. in rep. reg. peccati venia li. vj in iij. op. ver. & ista faciunt. vbi oĩno vide. & vide ad hoc Pe. de Anch. in repe. c. canonum. de const. in vj. prin. q. ver. forma etiam. & vide de qõ ne hic posita p Alb. in 3. parte sta. q. xxxix. & idẽ qd hic tenet Ab bas. tenet etiã Bal. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fug. de quo p Io. And. in addi. Spe. in ru. de fur. circa mediũ. vbi tenet op. Bart. in d. l. fi. & per Sal. in l. seruos. C. ad l. Iul. de vi. & de hoc etiam vide Maria. in rep. c. qualiter, & qñ. in lxvj. de accu. vbi vltra aliqua ex pdictis allegat in hac q. Nellum in trac. bãnitorum, in vij. q. ij. partis hic posita p Albe. vide etiã Bal. in auth. q. semel. C. qũo. & qñ iud. & l. certum. ff. si cer. pe. & in l. j. C. de ædi. act. Pe. de Anc. in cle. j. de pœnis. & facit qd in simili scribit Bal. in l. apud antiquos. C. de fur. de eo qui hodie furat dño vnum denarium, etas alium. Ad de an furta alibi commissa grauent inuentum hic cum furto. Lu. Ro. cõsi. xxxvj. vbi dicit non aggrauant, si de illis fuit absolutus.
e ¶ Opinionem Bar. sequit Bal. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fu. Sed Bar. in d. l. si cui. ff. de accus. non loquit expressè qñ de primo, & ſcdo furto fuit punitus. tñ dicendum est idẽ cũ de primo, & ſcdo, &c. de hoc vł tex. in l. capitalium. §. fœtẽ. ff. de pœnis. ibi, tractati clementius. Vnde opinio Abb. mihi placet, & satis est de mente Bar. & Bal. ibi. §. & pater per rõnẽ, qa statutũ vult ꝙ puniat pœna furcarũ propter consuetudinẽ furandi. sed ista subest consuetudo furandi si de primo, & ſcdo furto fuit punitus. Sed Bal. in d. auth. sed nouo iure. dicit vnũ verbũ satis ꝛ. fures. dicit enim ꝙ vnum furtũ excessiuũ æqualet tribus furtis, ita ꝙ pro tali vnico furto qs est suspendendus, & maximè si interuenit fractura ostij, vel scrinij. Sed alij tenẽt ꝛrium, quia delictum magis aggrauat ex frequẽtia, quàm ex magnitudine rei subtractæ, & hæc est opinio Raphaelis in di. auth. sed nouo iure. & mihi magis placet. Sed d. Paulus, ibi simpliciter refert opinionẽ nullam approbando. vł rñ magis residere cum opinione Raphaelis, plura circa hanc materiam possent dici. sed dic vt plenè habetur in d. authen. sed nouo iure. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Vulneratus præsumitur mortuus ex eisdem vulneribus, & post octo menses si nunquam fuit visus conualescere, sed potius in deterius ire. 3.*
2 *Pœna fustigationis est permissa per ius canonum, dum tamen non sit crudeli ter facta.*

CAP. II.

PRAETEREA. Duobus mensibus à missarum administratione suspẽditur episcopꝰ, qui crudeliter aliquem fustigari fa cit, vel sic. Non põt epꝰ pœnam grauem verberum imponere, primò ponit episcopi sæuitiam. secundo ibi: quam excusat illum à morte. tertio illum punit, ibi, quia. Casus ł̃alis. Episcopus Tarẽtinus fecit cedi crudelibus fustibus quandam mulierem ppter delictum suum ꝛ. ordinem sacerdotij, quæ post viij. menses decesſit, sed non propter illam percussionem, quenit hoc ad notitiam pa. vñ illi pa p̃cepit, vt duobus mensibus ab administratione mis sarũ abstineat, quia ad ordinẽ suum noluit habere respectũ. Ber.
1 ¶ † Not. j. ex tex. & tene menti, ꝙ decedens amulto tpe post, puta
a viij. menses à tpe inflicti vulneris, non pſumit decessisse ex vulne re, sed intellige qñ percussus visus est cõaluisse, vt sentit glo. in l. j. C. de emen. seruo. secus putarem vbi semp in deterius ꝓcessit, & tãdem defunctus est. vñ põt satis hoc relinqui arbitrio iudicis,
2 de quo in glo. ¶ † Scdo no. epm̃ posse mulierẽ propter delictum suũ fustigari facere, sed non crudeliter, & facit capitulũ 2. de ca. & v. q. c. illi qui. sed dices, de qua muliere intelligit tex. dicit Io. And. ꝙ põt intelligi de vxore. nã clericus habet ptrem ligandi, & ver berandi vxorẽ propter peccatũ suũ, vt est text. in c. placuit. xxxiij.
3 q. 2. † Not. ex hoc dicto ꝙ effectus clericus vxore remanẽte in se culo, & vouẽte castitatẽ, habet ptrem eam corripiendi, non eam debet eã abiicere à cura, sed à thoro tm̃ abstinere. vt in cap. oĩno.
b xxxj. dist. b ¶ Scdò põt intelligi in muliere delinquẽte in ecclesia,
3 ar. in c. veniẽs. de sen. excõ. vel fortè ista mulier erat suppositа iu
c risdictioni temporali istius epi. ¶ † in gloss. 2. ibi si qua fœmina. c

ADDITIONES.

a ¶ Decedens. Qũ vulneratus præsumitur decessisse ex vulnere, vide latè Fel. in c. presbyterum ꝛ. de simo. Seb. Sap.
b ¶ Et etiam ab omni conuersatione cum ea, vt in capit. presbyter. & in c. hospiciolum. 32. dist. Alex. de Ne.
c ¶ Fœmina. Adde qd notat Io. And. in addi. Spe. in titu. de empt. & ven. §. j. ver. & no. quod in venditionibus. Bar. de Bellentzinis.

vbi qs præsumit decessisse ex vulnere. & idem tenet tex. in l. vna. C. de emã. seruo sed vide tex. in c. cõtinebat ẽ. de homi. vbi etiam decedens post viij. dies præsumit decessisse ex vulnere. vide etiam c. presbyterorum. e. ti. vbi dicit post paucos dies &c. vñ satis puta
a rem hoc arbitrarium, vt ẽ dixi. a in gl. fi. no. gl. ẽ. præsidentes qui grauissimè puniunt potiùs, vt timeantur, q̃ vt delictum puniant, nã isti grauius peccant, ideò grauiùs puniendi sunt, tene menti.

ADDITIO.

a ¶ Sed gl. in d. l. de emanc. seruo. dicit quòd si surrexit, & ambulauerit per triduum, non vt decessisse ex vulnere. Sed Bart. in l. si in rixa. C. ad l. Corn. de sicca. d cit primò esse recurendum ad iudicium medicorum. vt in c. significasti. ẽ. de homic. & dicit q̃ si peres non reperirent q̃ deberet stari dicto vnius, vt in auth. de non. alie. §. qd aũt. coll. ij. Sed circa hoc vltimum, dic, vt plenè per Ab. Sic. in c. proposuisti. de proba. Cessante aũt indicio medicorum d cit Bar q̃ ex diuturnitate præsumit decessisse ex alia cã quàm ex vulnere, & allegat istũ tex. quod intellige fm quod dicit Ab. Sic. q̃n apparet eum cõualuisse, secus si semper processit in deterius, & tandem defunctus est. Vñ bene dicit q̃ relinquendũ est hoc arbitrio iudicis. Sed limita inquantum dixi quòd vbi vulneratus decessit post modicum tps q̃ præsumitur decessisse ex vulnere, vt in c. presbyterum. & in c. ad audientiam ẽ. de homici. Nã hoc est verum, nisi vulneratus fuerit negligens in se custodiendo, vel si noluerit recipere aliquam medicinã, nec medicis parere. Nam tunc vt decessisse ex culpa sua si medici nesciunt discernere an vulnus fuerit mortale, de hoc vide Bal. in ca. j. quib. modi. seu. amit. qui dicit q̃ ille dicitur mortificè vulneratus, qui fm regulas medicinæ non pòt euadere, ille autem, qui de leui curari potest non. vt in l. si ab hostibus. §. fi. cum ibi not. ff. sol. mat. & dicit ibi Bald q̃ præsumitur mortificè vulneratus ex eo q̃ decessit ex tali vulnere non curato, nisi ex adiuncta culpa infirmi fuerit secuta mors, tunc fm eum debet distingui, q̃ aut vulnus præponderabat culpæ, & tunc mors dicitur secuta ex vulnere. sed si maior fuit culpa, dicitur mors secuta ex culpa, argu. in l. quæritur. ff. de sta. hominum. Dicit tamen Bal. in c. j. quibus modis seu. amit. quod est difficilis probatio huius negantiæ q̃ vulneratus non sit mortuus ex vulnere, & ideò dicit quòd medici debent diligenter examinari, & si sunt varij in opinionibus debet iudicari contra percussorem. allegat notata in capit. significasti de homi. Sed cu dic quòd est standum peritioribus. de quo vide Ioan. Andr. & Butr. & Docto. in capit. proposuisti. de proba. vbi autem essent æqualiter periti, tunc dicerem quòd quantum ad irregularitatem iudicandum est contra percussorem, vt in dicto capi. significasti. de homicid. aut quantum ad pœnam fori secularis, & tunc, aut apparet infirmum commisisse culpam in suo regimine, & tunc puniremipsum decessisse ex culpa. Nam cum per varias opiniones medicorum non possit sciri an decesserit ex vulnere, præsumendum est culpam fuisse maiorem, quàm fuerit vulnus, & sic vulnus non fuisset mortale, & hoc sensit Florianus in l. qui occidit. §. fin. ff. ad legem Aquil. Ego autem sic dicerem quod aut nunquam fuit sanatus ex vulnere, & tunc præsumitur decessisse ex vulnere ex quo per iudicium medicorum non potest sciri an fuerit vulnus mortale, vel non, nec de aliqua culpa vulnerati cõstat, vt dicit hic Abba. Sic. aut sanatus fuit, sed postea infirmatus decessit, & tunc aut infra breue tempus, & infirmitas præsumitur causata ex vulnere præcedenti, vt in cap. presbyterum. & in capi. continebatur. de homic. aut ex interuallo, & tunc præsumitur causata infirmitas ex alia causa, & non ex vulnere, & hoc voluit Barto. in l. maritus. ff. loca. & probatur hic. & dixi de hoc post Ab. Sic. in dicto cap. presbyterum. in magna addi. quæ incip. Sed aduerte. Quando autem dicatur infirmitas noua seu mors superuenire ĩ paruum, vel magnum tempus, dic q̃ hoc est arbitrarium, arrenta quantitate, & qualitate vulneris, vt dicit hic But & sentit Abb Sic. Et ex prædictis collige practicam articulandi pro defensione vulnerantis, & hæc notabis. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatem an incurrat clericus si interfuit alicui homicidio non tamẽ ipse dedit causam ipsi homicidio. 2.*
2 *Irregularitatem & non peccatum incurrit quis interficiendo aliquem ad defensam sui corporis. 3.*

CAP. III.

PRAESENTIVM. Duobus annis à missarũ celebratione suspenditur presbyter qui associat repellentes violentiam in conflictu, vbi aliqui mortui sunt, & lapides proiecit, licet nullum percusserit. hoc dicit iuxta literam. vel potest sic summari. Non punitur clericus, vt homicida, si fuit ipse in conflictu pro parte violentiam repellentium, licet ibi aliqui mortui sint, & ipse lapides proiecerit, ex quo nullum ipse percussit, primò narrat factum. secundò ibi, quem nos. temporaliter punit, tertiò, post tempus admittit, ibi, mandamus. ¶ Casus literalis. Quidam presbyter fuit in quodam conflictu, pro parte illorum qui violentiam repellebant, in quo conflictu lapides proiecit, sed aliquẽ non percussit, aliqui occisi fuerunt illic per alios. dubitauit sacerdos an esset ei imputandum, accessit ad Papam. ipse intellecta eius confessione, præcipit illum abstinere à celebratione missarum per biennium, ita quòd si alius aliud non impediat, ex tũc suum officium exequatur. Ber.

1 ¶† No. j. quòd clericus licitè præstat opem obsessis, seu oppressis, non tamen debet procedere ad occisionem prodefensione alterius. quod legitur, & no. in cle. si furiosus. de homicid. Sed contra istum tex. um oppo. de ca. sicut dignum & cap. clericos. de homici. & l. distin. si quis viduam. vbi patet quòd præstans opem ad homicidium efficitur irregularis, licet ipse non interfecerit. Sol. hoc cap. legitur duobus modis primò, vt intelligatur quòd hic interuenit dispensatio. vnde de iure communi iste erat irregularis. Sed contra hunc intellectum facit text. in capitul. petitio. de homic. vbi patet quòd clericus, qui interfuit bello iusto non tenetur de homicidio facto per alios, etiam si ipse percusserit, dummodo non occiderit. Sol. Iacob. antiquus doctor, qui tenuit hãc lecturam respondebat ad illum tex quòd procedat illud. quãdo clericus defendebat rempublĩ. vt patriam. a. in l. vt vim. ff. de iustitia, & iure. sed hoc cap. procedat in conflictu speciali, cum aliqui ab aliis specialiter opprimuntur. Nec obst cap. dilecto. de sent. ex comm. lib. 6. vbi dicitur quem obuiare debere in iurię inferendæ proximo. quia loquitur de laico, non clerico. & per hunc intellectum insurgunt istæ duæ maximæ restrictiones. vna ad d. cap. petitio. alia ad cap. dilecto. Host. volens inhærere literæ tenet contrarium dicens, hoc cap. procedere de iure communi, non ex dispensatione. & q̃ pœnitẽtia fuit hic imposita ad cautelam, sicut etiam sentit gl. fi. & ista lectu. mihi placet: primò, quia nõ est hic aliquod verbum sapiens dispensationem. imò tex. potiùs innuit oppositum, si alia non impediunt, nec apparet in iure differẽtia inter conflictum specialem, & generalem. Itẽ in cap. dilecto. præallega. loquitur indistinctè: & communiter solet intelligi tam in
2 clerico quàm in laico. † Et pro hoc vide bonam gl. 23. q. 8. §. j. quę
a singulariter dicit quòd interficiens aliũ ad defensionem proximi, non peccat, licet efficiatur irregularis & idem sentit gl. in d. cle. si furiosus. de homici. & Inn in cap. si verò. el j. de sent. exc. & hoc intellige quando maxima subest necessitas ex parte oppressorum. alias autem clericus peccat assumendo arma. non tamen efficeretur irregularis pp homicidium per aliquos commissum, & sic alio modo posset intelligi tex. iste, q̃ pœnitentia fuit imposita, quia aliqualiter excessit proiiciendo lapides: sed quia cõflictus erat licitus, & iustus ex parte oppressorum, nõ tenetur de
3 homicidio. † In gl. fi. in fi. sentit. n. not. gl. istum presbyterũ in nullo peccasse, & sic nedum irregularitatem, imò peccatũ non contraxit. & Hostien. dicit etiam posse dici quòd hic propter scãdalum euitandum, vel propter infamiam fuit imposita pœnitentia: vel dic vt supra dixi quòd non erat magna necessitas. quia illi forte per se erant sufficientes ad defendendum. vnde clericus si reperitur in aliqua culpa assumendo arma, non tamẽ tenetur de homicidio, cum illi, qui interfecerunt, iustè interfecerint.

ADDITIO.

a ¶ Interficiens. Vide d. Ias. in l. vt vim. ver. sed pulchrum est dubiũ. ff. de iust. & iure. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatem non incurrit aliquis si interfuit in aliquo cõflictu in quo sit cõmissum homicidium, in quo neque verbo, neque facto non præstitit opem, adeò quòd sine alia dispensatione poterit promoueri. 2.*
3 *Responsio facta per superiorem ad cõsultationem præsumitur facta de iure.*

CAP. IIII.

CONTINENTIA. Hoc capit. legitur duob. modis, sicut capi. præcedẽs. Vno mõ, q̃ dispẽsatiuè dic. potest promoueri. Alio modo, q̃ de iure cõmuni. & fm hunc intellectum, qui mihi plus placet

1 placet. h. d. † Clericus, qui fuit in cõflictu, vbi aliqui fuerunt occisi sine eius facto, vel cõsilio de iure communi promoueri potest. Communis diuisio. secunda, ibi, cõsultationi. Casus literalis. Quidam acolitus P. nomine arma sumpsit ad resistendum prædonibus, & in illo conflictu tres fuerunt vulnerati ad mortem, ita tamen quòd homicidia illa neque consilio, neque facto eius perpetrata fuerunt, tandem acolitus ille ad religionem transiuit, & voluit promoueri ad sacros ordines, quæsitum fuit à Papa an posset. Respondet Papa quòd cum ad frugem melioris vitæ trãsiret poterit ad subdiaconatus ordinem promoueri, & altaris ministerium exercere. Ber. No. j. ex tex. secundum vnum intellectũ quòd licitè clericus etiam assumit arma ad resistendum prædonibus, nec tenetur de homicidio ibi facto, si absque eius cõsilio, & facto gestum est, & de hoc statim dicetur cum gl. si.

2 ¶†† In gl. fi. in fi. ex hac gl. colligitur primus intellectus quòd hic interuenit dispensatio, quia fuit in culpa assumendo arma. Sed contra hunc intellectum facit tex. in c. præsenti. vbi ille presbyter assumpsit lapides, & proiecit, & tamen non tenetur de homicidio facto per alios, ex quo fuit pro parte illorum qui violentiam expellebant. ideò Hosti. tenet quòd de iure communi iste potest promoueri. & hæc lectura mihi placet. Et primò facit iste tex. vbi respondet ad consultationem, ergo non inducitur dispensatio.

3 ¶†† Quia quando Papa, respondet ad consultationem respondet
a de iure, vt dicit gl. in c. consultationi. de tempor. ordi. astem text. hic dicit quòd iste poterit promoueri. sed id quod fit per remedium extraordinarium, non dicitur fieri posse, vt no. Inn. in c. pa-
b storalis. de causa possessio. & ,pprieta. facit. xx. q. 2. c. facit homo. b Item facit tex. in fi. dum generaliter dicit quòd poterit iste altaris ministerium exercere. Nec obstat quod dicitur de subdiaconatu, quia adhuc poterit in presbyterum promoueri. Nec obstat quòd ponderatur istum transiisse ad religionem, quia hoc facit vt nõ imponeretur sibi aliqua pœnitentia sicut factum fuit in c. prece. ad hoc quod no. in simili. in c. scripturę. de voto. & 33. q. 2.
b admonere. c

ADDITIONES.

a ¶ Idem dicit gl. j. in c. ex tuæ de fil presbyt. Alex. de Ne.
b ¶ Quod declara, vt plenè dixi in c. super eo. de condit. appos. Ale. de Ne.
c ¶ Illud mihi placet, præsertim quia ratio tex. quæ ponitur hic in versi. ita tamen. infert quòd non exigatur dispẽsatio. magis enim ratio iuris siue canonis est attendenda quàm dispositio, vt in l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. & in l. quod dictum. ff. de pact. etiam si oporteat verba impropriare. de quo vide gl. singularẽ. j. de cleri excom. ministr. & hanc opinionem etiam tenet Butr. Sed Do. Car. dicit esse standum primo intellectui tanquam tutiori, & communiori. Sed tu dic quòd imò secundus intellectus est tenendus, quia ille est verior, & communior cum teneatur à Modernis. de quo vide nota. per 10. de 1mo. in clem. ne Romani. de elect. & per Doct. in c. vt debitus. de appellationi. Alex. de Ne.

De Maledicis. Tit. XXVI.

CONTINVATIO RVBRICAE.

¶ Continuatur hæc rubrica ad præcedentes hoc ordine, videlicet, quia alia percussio sit puta manu, alia lingua, cum maledici, & detractores quodammodo percutiunt, & suprà visum est de percutientibus manu, recte enim nunc subiicitur rubrica de maledicis, videlicet de percutientibus lingua.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum competit etiam ei qui fuit in absentia iniuriatus.*
2 *Iniuria tantò dicitur atrocior, quantò coram pluribus facta est.*
3 *Damnidati emendationem non tenetur quis remittere, & iniuriæ satisfactionem, 4. 7.*
5 *Iniuriatus si fuerit superior, an possit ipse iniuriantem punire.*
6 *Iudex ordinarius potest de iure canonico in totum recusari.*
7 *Iniuriæ satisfactionem nemo tenetur remittere, sed rancorem sic.*

CAP. I.

a INNOTVIT. a Maledicens Papæ puniendus est, vt alij deinceps deterreantur, & abstineant, & ipse arceatur. hoc dicit. Primò ponit culpam. Secundò illam puniri mandat. Tertiò ponit causam, secun
b da ibi, ipsum. tertia ibi, vt pœna b. Casus literalis. Quidam clericus in præsentia multorum quædam verba protulit in contemptum, & depressionem officij, & beneficij domini Papæ. Significatum fuit ei mãdat. Pap. cuidam, vt illum clericum à sua temeritate compescat, sic q̃ pœna illius sit aliis in terrorem. ne decetero contra Rom. eccl. verba talia proponat. Ber.

1 † No. 1. q̃ iniuria seu conuicium c alteri illatum quanquã in absen
c tia, est pœna dignum, ex quo infertur quem posse agere actione in iuriarum pro iniuria sibi illata in absentia. facit v. q. j. in c. 1. & quasi per totum. & ff. de iniu. leg ita apud Labeonem §. si quis libello.

2 † Secundò no. q̃ conuicium. & detractatio est magis detestabilis, & pœna digna quantò coram plurib. fit. instit. de iniur. §. atrox. & in c. cum sit. j. de excess. prælator.

3 ¶ † Vltimò not. prælatum posse bonam conscientiam punire, & procedere contra detractatores suos, non ergo tenetur remittere satisfactionem iniuriæ, pro hoc c. olim. de iniuriis, & ca. grauis. de restitu. spoliat. quod not. 23. quæst. 4. si is. & 80. distin. quasi per
d totum. d

4 ¶ † In glos. 2. in fi. ex hac gloss. efficiuntur duæ sol. Prima est, quòd iniuriam illatam personæ debet superior remittere, sed illatam dignirati non, & sic potest intelligi illa l. vnica. C. si quis imper. male. & procedit ille tex. secundum vnum modum intelligendi, vt intelligatur, quòd debet remitti iniuria. Sed Accur. gl. aliter intellexit videlicet q̃ persona iniurians debet remitti ad principem, vt considerata qualitate personæ ei remittat vel puniat, ille intelle-
e ctus plus applaudit illi literæ. e Secunda sol. gl. est q̃ misericordia, & benignitate tenetur superior remittere iniuriã, sed non de iure, imò ipsemet potest ob hanc causam punire subditum, & de
f hac materia nunquid superior possit punire subditum f

cont. a

ADDITIONES.

a ¶ Innotuit. Adde Baldum, & alios, in l. 1. C. si quis imperat. male dixe.
b ¶ Pone exemplum secundum Innocen. quia iste dixerat quòd Papa multa faciebat, de quibus nullam habebat authoritatem, vel potestatem, vel quòd ecclesia Romana nõ erat digna habere privilegia, quibus Deus eam decorauit, vel quod ecclesia Romana non bene dispensabat beneficia per subiectas ecclesias, vel secundum Hostiens. dicebat quòd Papa vendebat gratias. Alexan. de Neuo.
c ¶ Conuicium. Adde hic Archid. in c. si qui sacerdotum. vndecima quæstione prima. vbi plenè ponit quid sit conuicium. Item de maledictione, vtrum sit mortale peccatum, vide text. in capitul. vnum orarium. §. criminis. alias ea demum. in fin. vigesimaquinta distinctio. & latè per Beatum Tho. in secunda secundæ quæstione 77. articulo secundo. & in ead. quæstione. articulo primo. ponit vtrum licitè quis possit maledicere irrationabili creaturæ, & in ead. quæst. articu. 4. ponit de comparatione maledictionis ad alia peccata.
d ¶ Sed nota istum textum singulariter ibi, benefieri nostri, quòd patus est beneficium, quod fortè alibi non reperitur secundum Domin. Cardinal. & dicitur beneficium secundum Hostiens. id est potestas cuius officium generaliter extenditur ad beneficia conferenda, & dispensationes, & gratias faciendas, indulgentias, & priuilegia concedenda. quod nota. Alexander de Neuo.
e ¶ Quod non est verum, imò magis applaudet illi literæ secundus intellectus, seu secunda solutio. Alexander de Neuo.
f ¶ Superior. Ad, & quando superior potest punire subditum contra eum excedentem. Et vltra hoc adde gl. in c. si quis sacerdotum. vndecima quæst. 1. gl. in c. cum personæ. de priuileg. in 6. & vide omnino quod latè scribit Ioan. Andreas. in not. in c. fœlicis. §. fina. super versiculo priuata. de pœnis. in 6. gl. in c. contingit. el 1. de sent. excommunic. Et de hoc aliquid per Inno. in c. dilectus, & in cap. finali. de pœnis. Anton. in c. 1. de officio delegat. vide omnino Abba. in c. dilectus, & capitulo finali. de pœniten. & Oldra. consilio septimo. & gl. in versiculo ecclesiis. & ibi Ioan. And. in clem. j. de foro compe. Et quòd in facto notorio quis possit esse iudex in causa propria tenet Anto. in c. ex par. decani. de reiciipt. & alleg. Inn. in c. ex par. de verbor. signi. & idem firmat Baldus, in lege apertissimi. C. de iudi. Cyn. & alij in l. C. ne quis in sua causa. Item adde quod nota. Bart. in leg. item apud Labeonem. §. idem ait. ff. de iniu. Et quod plenè de hac materia scribit Domi. in c. Romana. de pœ

¶nis. in

Universidad de Deusto

contra eum excedentem.no.per Inn.in c.ex par.el 1.de verb.sig. & vide bonum tex.in c.si quis erga.2.q.7.& c.si quis ab episcopo. & gl.in c.Romana.de pœnis.lib.6.& disputauit Iac.de Are.vt refert Cy.in l.vna.C.ne quis in sua cau.& plenè tetigi in c.cum venissent.a de iud.†Sed quantum ad propositum nostrum sic cõmuniter solet distingui, quant iniuria est notoria,& tunc potest ipsemet superior illum punire.vt no.Inn.in loco prælleg.& Cy. vbi ŝ.hoc.n.dictum ego limito quando pœna est à iure expressa,b sed vbi pœna venit imponenda arbitrio iudicis quod est regulariter secundum ius commune in actione iniuriarum: tunc dico: quòd superior tanquam suspectus potest recusari, quia posset in arbitrando excedere modum,nec excusat ibi notorietas delicti e pro hoc quod no.gl.in c.super his.de accus.& facit quod dixi in c proposuit.de app.Aut iniuria non est notoria, & tunc aut est illata personæ,& non potest,quia nemo potest esse iudex in facto proprio.vt 23.q.4.inter querelas.& in d.l.vna.C.ne quis in sua cã. Aut est illata dignitati,& potest.vt ĩ d.c.si quis ergo,& in l.i. C.de of.eius,qui vi.alt geric. In hoc tamen casu Per.de Bel. per. instat. & placuit Cy.in d.l. 1.& videtur placere Io.An.hic qui dixit,quòd qui in consequentiã tangit personam ŝ ille est delegatus potest recusari,si verò est ordinarius peretur adiunctus.vt in l.apertissimi.cum authen.sua.C.de iud.& quod dicitur de adiuncto procedit de iure ciuili secundum quod ordinarius non recusatur in to 6 tum.vt no in dictis iurib.†Secus dicerem de iure canonico.nam etiam episcopus in totum recusari potest ŝ est suspectus, vt in c. si quis contra clericum.de for. compe.no.hoc dictum perpetuò, nam limitat iura communiter dicentia superiorem posse iudicare cum iniuria,seu causa tangit dignitatem,vt possit recusari, qd d etiam dico in c.cum venissent.ŝ.de iu.d.†An autem peccet nõ 7 remittens iniuriam. e conclusio est q rancorem iniuriæ debet re e mittere.90.dist in c.ŝi quis contristatus,quod limitat Bar.in l.ŝi tibi decem.ff.de pac.referendo magistrum sententiarum quãdo ad uersarium pœnitet:alias notabiliter dicit,q non tenetur sibi ostẽ dere signa amicitiæ,& dilectionis.Sed satisfactionem iniuriæ nemo tenetur remittere ŝ nõ vult,pro hoc quod no.in d.c.ŝi quis. f & c.stupendum.90.di.f & facit c.olim.ĵ.de iniu.& ex hoc infert g Bar.in dicto loco quod ŝ infirmus dicit sacerdoti g, remitto in iuriam mihi illatam per talem q censetur remisisse odium,& nõ h satisfactionem iniuriæ,quod est bene notandum. h

ADDITIONES.

¶Nis.in 6.item vide Archi.in ca ŝi quis ab episcopo.2.q.7.vbi dicit, ŝi litigator dicat iniuriam iudici,non puniet ipse,sed puniet superior.Et dicit ita notare Inn.& Hostiẽ.ŝ in d.c,dilectus.de pœ.item adde omnino hic Bar.in l.ŝi quis fortè.§ ŝi quos.ff.de pœnis.& d. Ant.in c.cum venissent.in fi.& quod ibi no.de iud.& vide omninò illud quod elegan'er de hoc scribit Host.in sum.de male.versiculo.ŝi qui.verbo tantùm.cum sequentib.Lap allegatione 92.ubi vide omnino B.Tho.in 2.2.q.108.art.1.vltra medium.vbi tenet q ŝi iniuria illata in aliquem redundat in Deum,vel ecclesiam,tunc licet,vt propriã iniuriam,vlcisci.Sed inquantũ iniuria concernit propriam personam,debet eam tolerare patienter, ŝi expediat.Et vide tex.& gl.in c.inter querelas,& c.Guilisarius.23.qu.4.quæ est hodie in c.dilecto.de sen.exc in 6.& Domi.in c.qui emendat.vltra medium.45.dist.

¶Adde quando de iniuria sibi illata quis possit cognoscere.Ale. cons.35.2.libr.Oldr.cons.258.vbi dicit q capitulum ecclesiæ potest cognoscere de iniuria sibi illata.

a ¶Venissent.Vide ibi plenissimè An.& Bar.in l.ŝi quis aliquid.ff.de pœnis.

b ¶Expressa.Not. hanc nouam & singularem limitationem, quam etiam repetit idem domi.Abbas.in c.dilectus.infra de pœnis.

c ¶Notorietas delicti.Contrarium sentit Bald.in cap.1.§.iniuria.in princip.de pace tenen.vbi dicit q ŝi quis dederit alapam prætori, potest eum facere decapitari. Tamen illud dictum restringe,vt per Iaſ.in l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdict.omni.iudic. Sebasti. Sapia.

d ¶Domin.Cardin.dicit quòd Bal.in d.l.vna.C.ne quis in sua causa dicit hoc dictum.ŝ.quod possit recusari.vt suspectus nulla l.ꝓbari,& tenet cum opinione Iacob. de Aret.quòd indistinctè dixi iudicem posse cognoscere ex quo iniuria concernit dignitatem. Sed mihi magis placet opinio Petri.& Cy.quam sequitur Ioan. And.Butr.& Abb.Sic. per rationem quam allegant.satis enim est suspectus.ex quo iniuria illata dignitati in consequentiam concernit personam,& sola suspicio est iusta,tam recusandi iudicẽ, licet suspicio ex multis cautis descendere possit.vt dicit glo.notab.in c.ŝi contra vnum.in verbo.legitima.de of.delegat.in 6.Verum autem valeat consuetudo q quis possit in sua causa esse iudex.Butr.dicit quòd,non in ca.postulasti, de for.compet.de quo dic vt ibi.Alex.de Ne.

e ¶Iniuriam.An autem Pap.possit parcere iniuriam antipapæ,vide Old.in cons.94.Item quòd quis non teneatur remittere propriã iniuriam,nisi velit.Hosti.tenet in summa,de maledic.§.j. versiculo vel dicit,quòd literæ.Item vtrum sit licita vendicatio,vide omnino beatum Tho.latè in 2.2.q.c.8.art. 1. Et ibi etiam in tribus artic.proxim,seq.ponit plures quæstio.de vindicta. Et an quis teneatur remittere iniuriam,vel rancorem,& an remittendo vnũ videatur remittere aliud,& ad hoc vide omnino gl. fi. & ibi Baldum.Insti.de iniu.§.fi.Et quod notat idem Abb.in c.j. circa fi.de iniur.& vide gl.in ver.emendet.& ibi latissimè Dom.post Host.in Nouel.in c.prælatus.de homi.in 6.& vide gl.in fi.c.is qui.& c.si illi.alle.hic in gl.fi.j.q.4.quia prælatus.& vide gl.& ibi Do.in c.& qui emendat.xlv.dist.Bar.in l.non solùm.§.iniuriarum.ff.de iniu. & vide Bal.post Cy.in l.diuus.ff.ad Syllan.vbi dicit quòd remissio iniuriæ facta in foro pœnitentiali prodest in foro seculari,& ita dicit contigisse in morte domini Ottonis.

f ¶ Et vide gloss.ead.distin.ŝi quis contristatus.& xxiij.quæst.4.ŝi is qui.

g ¶ Sacerdoti.Et facit quod dicit Bal.in l.ŝi tibi.§.pen.ff.de pac. vbi ad literam dicit illud,qui remittit iniuriam tacitè, vel expressè, non per hoc intelligitur remisisse damna,& interesse,vel expensas,quas est passus quin ad omnia ista possit agere, non obstante remissione iniurię expresse facta,vel tacitè,dato,q faciat pacẽ & remittat qualcunque iniurias,ideò sis cautus,secundũ ipsum vt in instrumento concordiæ & pacis facias remittere quæcunque damna,& interesse,ŝi vis q plenè sit remissio. Idẽ & plenius tenet no.Bal.in l.ŝi domus.in principio,per illum tex.ff.de ser.vrb. prædi.& Ang.de Are.in ŝ.preterea.primo.in fin. Insti. de excep.

h ¶ Gl.tamen tenuit contrarium instit.de iniur.§.fi,sed illam gl.reprehendit Gul.de Cun & Bar.in loco præal.vnde in hoc non dicit verum.Dicit autem aliud gl.præal.quòd comedendo,&bibẽdo,&ridendo cum eo,qui intulit iniuriam intelligitur remitti in iuria,quod intellige,dum tamen sit in libertate,per illud quod no.in c.super hoc.de renunc.de puella,quæ metu contraxit matrimonium.& adducta ad domum illorum, qui metum intulerunt,visa est ridere,& iocari.nam per hoc non intelligitur consensisse, nec metus fuisse purgatus ex quo tunc non erat in libertate,quod no.Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemans an & quando possit,& debeat ab episcopo loci absolui.*
2 *Luere in corpus in defectum pecuniæ habet locum in pœnis pro maleficio, secus si est obligatus ex contractu.*
3 *Blasphemans qua pœna puniatur.5.11.*
4 *Delictum quando est punibile in vtroque foro an pœna imposita ab vno iudice impediat aliam imponendam ab alio iudice alterius fori.*
6 *Blasphemans calore iracundiæ an punietur ita acriter sicut alij. Confessio facta calore iracundiæ non præiudicat.*
7 *Publicè quando dicatur aliquid fieri.*
8 *Clericus blasphemans quando puniatur.*
9 *Blasphemia est crimen quod potest cognosci in vtroque foro.*
10 *Peccatum in spiritum sanctum quid sit,& an remittitur in hoc seculo.*
11 *Pœna pecuniaria est soluenda pecunia quæ vsitatur in illo loco.*

CAP. II.

STATVIMVS Hic ponitur pœna blasphemãtis Deum, vel aliquem sanctum,& maximè virginem gloriosam. Et primò ponit pœnam ecclesiastici iudicis.secundò secularis ibi, per temporalem,

¶Casus literalis.Statuitur in c.isto qualiter puniri debeat qui publicè blasphemiam dicere præsumpserit contra Deum, & aliquẽ sanctorum eius,& precipuè contra beatam virginem.& per episcopum suum pœna ista est imponenda,prout inferiùs in tex.annotatur.si verò aliquis pœnam istam recipere noluerit, ecclesiæ sibi interdicatur ingressus,& in obitu ecclesiastica careat sepultura.Item si blasphemus diues fuerit per temporalem potestatem mulctetur pœna quadraginta solidorum alioquin xxx. siue xx.

siue xx.&si ad id non sufficit v.soli.vsualis monetę nullam in hoc misericordiam habiturus.& si potestas hoc non fecit,per episcopum compellatur,& hoc statutũ ponatur inter alia statuta communitatũ.Ber.No.j.ex tex.ibi,maximè beatam virginem,&c.a q a in arbitrariis debet plus puniri delinquens in beatam virginem, b quàm contra alium sanctum.b †Not.2.alium casum reseruatum 1 episcopo in pœnitentia,vt est absolutio illorũ,qui publicè præsumpserunt blasphemare Deum,vel aliquem sanctum.inferior ergo presbyter non potest de tali delicto absoluere.pro hoc quod c no.gl.in c.2.de pœ.& remiss.li.6.&c & hoc procedit,vt dico quãdo publicè blasphemia fuit illata,vt in tex.secus ŝ occultè. tunc enim non imponitur hæc pœnitẽtia publica, nec casus reseruatur episcopo,imò proprius sacerdos poterit absoluere,secundũ 2 Hosti.& bene. quod satis innuit hæc litera.†Tertiò not. quòd obligatus ad pœnam pecuniariam pro maleficio commisso ŝ nõ est soluendo debet luere in corpus.& concor.ca.finem litib. de do.& contu.& melius in l.fi.ff.de in ius vo.secus vbi esset obligatus ex contractu,vel quasi,quia tunc expectatur donec perueniat ad pinguiorem fortunam.& sic intellige c. Oldoardus. de sol. d ¶ † Item no.casum in quo quis priuatur ecclesiastica sepultura, 3 quando publicè Deum,vel aliquem sanctum blasphemans non 4 vult peragere iustam pœnitentiam hic iniunctam.†Item no. casum in quo iudex ecclesiasticus,& secularis concurrunt ad puniendum idem delictum.nec pœna imposita per vnum impedit pœnam imponendam per alium,nunquid autem hoc sit trahendum ad alios,vt in delictis mixti fori vterque possit effectualiter punire.Doc.hic sentiunt quòd non.sed tu dic vt no.in c.fœlicis. de pœ.lib.6.in nomine.& facit quod no.Bar.in l.j.ff. vi bo.rapto. 5 †Vltimò no.ibi nullam misericordiam habiturus,&c. quòd contra dispositionem huius c.non adhibetur dispensatio.dicit tamẽ Host.vnum dictum satis æquum quòd ex magna causa posset adhiberi misericordia,vt ŝ persona ẽ nobilis,vel honorabilis quã non deceat sic publicè pœnitere,& vult hanc pœnitentiam eleemosynis redimere.pro hoc c.j.de vo.&c.mulieres.de sen. exc. ca. 6 medicina,de pen.dist.j.quod no.†Sed quæro,quid ŝ calore iracũdiæ,velebrietatis aliquis prosiluit publicè in blasphemiam. tenuit hanc pœnam non habere locum,licet grauiter peccauerit & pro hoc tex.ibi.relaxare,& sequũtur doct.recitãdo hoc dictũ, & prima fronte videtur æquum per verbum præsumpserit.positũ in tex. quòd sonat calorem,& iracũdiam animi, sed accensus calore iracundiæ.vel vino nescit quodammodo quid agat.vnde cõcessio tũc facta nõ præiudicat,vt gl.singulariter dicit.in c. ex literis.de diuor.satis mihi placet hoc dictum in ebrioso. arg. in l. omne delictum.ff.de re milit.vbi tex.no.sed in accenso calore iracundiæ fortè nõ procederet, nisi maximus esset calor iracũdiæ, & ex iusta causa prouocatus esset.ar.in l.ŝi adulterium.in § Imperatores.ff.de adul.secus autem ŝ ex iusta causa erat prouocatus, vt puta ex amissione facta in ludo.nã dabat operã rei illicitæ. fa- f cit xv.q.j.inebriauerunt.f†Secundò quæro,quia tex.dicit, publi- 7 cè,&c.quando quis dicatur publicè blasphemare.vt sit locus dispositioni huius c.sol.dicit Host.q quando blasphemia est notoria de iure,vt quia conuictus,&cõdemnatus in iudicio,vel facto, quia publicè palam pluribus adstantibus,blasphemiam intulit, facit ca ſi.de coha.cle.& mulie. Item dicit publicè. quãdo coram plurib.personis blasphemauit hoc referentib.poste a episcopo,& sic licet non transierit in notorium satis est q probari potest.ar. in l.palam.ff.de verb.signi.sumitur ergo hic publicum prout spe g cies distincta à notorio.gquod no.†Tertiò quæro an hoc ca. ha- 8 beat locum in clerico blasphemante.cõmuniter tenetur q non, tamen quia clericus non agit publicam pœnitentiam, vt in ca.j. de biga.&l.di.ex pœnitentib. tamen quia tex.in ver.temporalem. dicit q dẽt puniri per tẽporalem potestatẽ pœna pecuniaria. Sed ŝ esset clericus non recurreretur ad iudicem secularem.puniẽ ergo clericus pœna arbitraria,& ita graue posset esse delictũ q ficret de

ADDITIONES.

a ¶Virginem,&c.Dicit statutum, q pro maleficio commisso de nocte debeat duplicari pœna.stat aliud statutum q qui blasphemauerit Deum de nocte,quæritur vtrum debeat duplicari pœna.Bar.in l.aut facta.ff.de pœn.dicit,quòd non.quia illud nõ dicitur maleficium,sed maledictum.In contrarium facit gl. in vers. iniuria.insti.de obli.quæ ex delic. na. vbi omnino vide Bald.qui hanc quæstionem ponit ibi in terminis. Et ŝ statutum imponit certam pœnam blasphemanti Deum,& sanctos,debet omnibus pœnis puniri.Vide Alb.in j.parte statu.q. xlij. §.item ad hoc vide,quod notat Bart.in l.item apud Labeonem.§. sed quod dici tur,maximè in versi.sed quæro vtrum inter blasphemiam.ff.de iniu.Idem vide Archid.in c.ŝi quis calumniam.22.quæ.1.circa medium.vbi dicit q quando quis iurat per membra Dei,quæ in aliis hominib.repræsentantur.hoc dicit esse blasphemiam. Et ad primum adde quod ŝ.dixi in rub.de iud.circa fi.ver.item statutum Joquitur de peccato blasphemantis.Et quomodo intelligitur blasphemia,vide omnino beatum Thom.in 2.2.qu.12.articu.3 Item vide Host.in summa.de maledi.§.quare.verſ.linguam in blasphemiam.vbi dicit q blasphemia dicitur peccatum in spiritum sanctum. Et ille dicitur blasphemare,qui dicit q Deus non est potẽs, ipsum vituperando, sicut faciunt ribaldi. Secus ŝ quis iuret per corpus,vel per ventrem vel per capillos Dei,sed hoc dicit affirmãdo,sicut Burgundienses,& Francigenæ,quia tunc non habet locum litera huiusmodi statuti. Item de blasphemia vide omnino Beatum Thom.in 2.2.quæstione.13.articul.primo,tertio,& quarto.

¶Adde q appellatione maleficij non venit maledictum.Alex.cõ sil.77.1.lib.

b ¶Et dicit D.C.q absque dubio debemus ipsam habere in magna deuotione.tãquã Christianorum aduocatam,de quo se remittit, ad c.2.de celebr.mis. Ale. de Ne.

c ¶Quę ponit omnes casus reseruatos episcopo,ideò omnino eam vide. Alex.de Ne.

d ¶Sed hoc plenè declaraui,in c.cũ tu.in addi.quæ inc. vn de Host. in summa,de pœ.quasi prope finẽ illius additionis.ŝ.de vsur.dicvt ibi dixi. Ale.de Ne.

e ¶Calore iracundiæ.Et de hoc omnino Hostiẽ.in summa.de male.§.quæritur.ver,hoc autem secundum intelligas. vbi concludit, q non excusatur,nisi esset talis calor iracundiæ,qui dementiæ equipararetur.Item an calor iracundiæ excuset à periurio. gl.tenet q sic in l.2.ibi.vers.non placet.C.de reb.credi.& gl.in l.ŝi duo patroni.§.fi.ff.de iureiu.& faciunt quæ scribuntur per Moder.post ipsũ Abb.in c.ex literis.de diuort.Sed tamen in articulo hic posito per Abba.distingue,vt per Bear.um Tho.in 2.q.13.arti.2.in fin.qui dicit,quòd aut blasphemans est ita turbatus q non aduertit id, qd dicit esse blasphemiam,& tunc peccat mortaliter.Et ita etiam pũctualiter in alia q.ver.de illo.qui ex curſu iurat falsum, distinguit Beatus Thom.in 2.2.q.97.art.3.circa fi.vbi dicit,quòd aut non aduertit id quod iurat esse falsum,& tunc excusatur à periurio. Et vide Io.And.in c.1.de homici.ad quod allegat istum text.& Abb. in capitul.licet.de pœnis.vide quæ dixi in ca. postulasti.de iudæis. de Bellentz.

¶Adde an iracundiæ calor excuset dictum Eud.Rom.sing.suis.cõ sil.107. And.Barb.

e ¶Iracundiæ. Qŝ iracundia excuset delinquentem,vide Gem.in c. ŝ quem pœnituerit.§.norandum.in fi.2.q.3.& Fel.in c. dilecti filij. ŝ.de exceptio. Sebasti.Sap.

f ¶Tu tene opinionem Abb.quam Doct.sequuntur.Nã licet graui ter peccet ille,qui calore iræ præcedentis ex culpa sua dicit verba blasphemiæ in Beatam Virginem,vel in sanctos,tamen non dicitur facere cum deliberatione,vt in cap.illud propositorum.&capitu.sequent.11.quæst.3. Sed iste tex.exigit præsumptionem quæ fit cum deliberatione,ad hoc vt pœna eius incurratur, & sic not. quod illud dicitur fieri cum præsumptione quod fit cum deliberatione non præcedente passione iracundiæ ad hoc impellente. ad hoc facit secunda quæstion.tertia quod nota. Alexander de Neuo.

g ¶Sed tu refert verba Hosti. dicit enim quòd quis dicitur publicè blasphemare non solum ŝ in platea,sed etiã ŝ in camera blasphemauerit multis astantib.& audientib.qui hoc referant ad episcopum.argum.ĉ.proxim.& de excess.prælat.quàm sit graue,& l.3. C.de sum.trinita. & dicit hoc verum dummodo iste confiteatur, vel ŝ negauerit cõuincatur,aliàs ŝ non conuincetur,licet coram plurib.dixerit.secus esset vt quia fortè illi non possent esse testes, vt quia furiosi,vel pupilli.vel secundum Hostiensem dicitur publicus quãdo est vulgatissimus,& ex hoc multos scandalizat.26. q.6.c.fina.& est notorius vel iuris,vel facti.de cohabitatio.cleric. & muli.vestra.sed ista verba Host.possunt simul iungi, licet Doct. simpliciter referant q quando est notorium iuris,vel facti quòd tunc dicatur publicus blasphemator,& dicitur notoriũ facti,quãdo blasphemia est adeo nota quòd nulla tergiuersatione purgari possit.vt in capitulo cum olim.de verborum signification.Notorium autem iuris quando blasphemia fuit facta coram plurib. & hoc probatur per testes.Nam tunc efficitur notorium iuris,& nota.secunda quæstione prima.de manifesta.& in capi.vestra.de cohabitatio.cleric.& mul.& hoc est quod voluit dicere Abb. Sic. Ale.de Ne.

Universidad de Navarra

9 ret depositio.vt innuit tex.22.qu.1.in c.si quis capillum.† Vltimò
a quæro cui sit applicanda a ista pœna pecuniaria: quidam dicunt q̃ iudici seculari. Alij & meliùs q̃ si exigitur à laico applicatur iudici seculari, si à clerico, applicatur iudici ecclesiastico, & ex hoc sentiunt Doct. & bene q̃ etiam clericus poterit puniri pœna pecu-
b niaria ex delicto. b Et no. ex prædictis, & text. q̃ crimen blasphemiæ in Deum, & sanctos est mixti fori. vnde iudex ecclesiasticus potest ob hoc punire laicum, & si quæratur quare Papa mandat hoc poni inter alia statuta communitatum. Doct. dicũr, vt nemo possit prætendere ignorantiam, & vt potestas debeat obseruare
c hoc statutum si erit inter alia. c † in gl. 1. ibi, nisi pœnituerit. si vis
10 scire quid sit peccare in spiritum sanctum, & an remittatur hoc
d peccatum in hoc seculo. vide in c. potest. de pœn. dist. 1. d & vide
11 bo. gl. in c. 1. de voto. vbi fuit permutatio pœnæ. † In ea. gl. ibi olim laicus excommunicabatur, & c. sentit ergo gl. q̃ hodie nõ excommunicabitur, sed dic meliùs q̃ per istam prouisionem rõ tollitur. ar. in l. nunquam. ff. de act. & obl. & quod no. in c. fœlicis. præ alleg. vnde si laicus non vellet hanc pœnitentiã agere, bene poterit excommunicari. ar. in c. fi. de excep. lib. 6. ibi dicit q̃ tales possunt excõmunicari. Item no. q̃ clericus poterit deponi si delictũ
12 suum hoc meretur. † In gl. fi. in fi. no. ex gl. iuncto tex. q̃ pœna pecuniaria à iure imposita, debet intelligi de moneta vsuali illi⁹ loci, vbi delinquitur. ad idem l. nummis. alleg. in glo. Quid autem si plures monetæ ibi sunt in vsu. dicit Go. per illam l. nimis. & per c. ex parte. de censi. quod debet exigi minor. Host. dicit q̃ altera est vsitatior, illa debetur, sed hæc dicta possunt concordari vt dictũ
a Host. procedat vbi magis vsitata. sed vbi æqualiter tunc dictũ pro
c cedit Goffre. & est de mente illorum iurium. c

ADDITIONES.

a ¶Applicanda. Cui applicetur pœna, quæ imponitur blasphemanti, de hoc vide eleganter Host. in Sũma. de maled. in §. fi. versic. sed cui applicatur.

b ¶Ista fuit opinio Goffr. & Abb. quam etiam But. sequitur, & ipsã teneas, licet D. Car. referat aliam opinionem, & ipsam sequatur, & pro opinione Goff. & Ab. est bonus tex. in c. cum fm. de hæret. in 6. vbi etiã pro crimine ecclesiastico bona laici confiscantur apud fiscum iudicis secularis. Alex. de Ne.

c ¶Ad hoc optimè facit c. veniẽtes. de iureiu. & c. 1. eo. ti. in 6. & dicit Host. q̃ si communitas non vult ponere compellitur per epm, arg. huius literæ, & commento huius Decretalis remittit ad summam. eo. ti. §. fi. Alexan. de Ne.

d ¶Cui iunge gl. 25. dis. qualis. Ale. de Ne.

e ¶Idem dicit But. Ale. de Ne.

3 ¶De clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante. Tit. xxvij.

ADDITIO.

a ¶De clerico. Ad intellectum huius ru. vide vnum multum singu. dictum. & valde peregrinum, & canonistis incognitum, quod ponit S. Tho. in 4. sen. dist. 9. q. 2. ar. 2. vltra medium. vbi dicit, q̃ quicũque in peccato mortali existens, exhibens se ministrum ecclesiæ in quocunque specialiter peccat mortaliter, & ideo dicit q̃ si sacerdos existens in peccato mortali baptizet, vel ministret ecclesiæ non autem priuatè, vt facit quælibet vetula in necessitatis articulo, peccat mortaliter. Ex quo dicto Tho. ego optimè decido. q̃ diaconi, subdiaconi, & alij cantantes, & seruiẽtes missæ. si sunt in peccato mortali seruiendo peccant mortaliter, quod non est mihi nouum. Pro quo bene facit illud Vergilianum. in ij. Aen.

Tu genitor cape sacra manu, victósque penates,
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti,
Attrectare nefas: Donec me flumine viuo:
Abluero.

Et facit quod dicitur, quemliber in peccato mortali existentem esse suspensum quo ad se, vt est text. in capit. fuit. de cohab. cler. & mulier. & vide gloss. magnam. in c. si inimicus. 11. q. 3. Et ita fortè per prædicta erit dicendum q̃ existentes in peccato mortali si induunt sacerdotalibus vestibus sacerdotem celebrare volentem (ad quod plebeij & vulgares nõ aduertunt) in auth. tales seruientes, prout cantantes responsoria tempore interdicti sunt irregulares, vide Anto. post innocen. in c. fin. ĩ. de excessibus prælato. de Bel entzi.

CONTINVATIO RVBRICAE.

¶Suprà visum est de variis delictis propter quæ interdum clerici suspenduntur, & interdum deponuntur, interdum excommunicantur, sed quia quandoque clerici depositi excommunicati, vel suspensi celebrant, & ingerunt se diuinis, sicut prius, & posset dubitari de pœna eis inferenda, ex hoc nouo delicto, ideò subiicitur hæc rubrica. & de materia habetur xj. q. 3. placuit. & in c. pe. l. di. si accedens.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos depositus si celebrauerit excommunicatur.*
2 *Sacerdos depositus non perdit characterem sacerdotalem, adeò quòd si celebrauerit conficit eucharistiam.*
3 *Dictio olim, dudum, quõdam, possunt significare tempus præteritum præsens, & futurum.*
4 *Depositio, vel excommunicatio iniustè prolata an liget.*

CAP. I.

1 SI QVIS EPISCOPVS. † Breue est, vel potest sic sũmari. Clericus depositus celebrans excommunicatur, h. d. & non diuiditur. Casus literalis. Statutum est in canone apostolorum quòd si quis episcopus, presbyter, vel diaconus iustè depositus fuerit pro certis criminibus, & postea ausus fuerit attrectare ministerium sibi ante depositionem commissum, ab ecclesia abscindatur. Ber. No. primò ex tex. quòd non solum episcopus, vel presbyter deponi potest, sed etiam diaconus. Quid autem de constitutis in minoribus. dic q̃ idem, vt in
a c. cum non ab homine. de iud. a Secundò no. pœnam depositi celebrantis, seu administrantis officium sicut prius. debet enim ab ecclesia abscindi. i. excommunicari. nam per excommunicationem quis scinditur, & separatur ab ecclesia. i. à communione fi-
b delium à participatione sacramentorum. b † Tertiò no. iuncto rubro quòd depositus non desinit esse clericus, nam hic in c. & rubrica appellatur clericus. & post depositionem. nam character impressus in anima à Deo nõ potest deleri per factum hominis, & facit ad id quod no. gl. in ca. seq. cum depositus celebrans verè
3 cõficit corpus Christi. de quo in c. seq. latius. Vltimò † no. ibi dudum commissum quòd hęc dictio dudum, communiter ponit qualitatem de præterito, & remouet de præsenti. Quandoque tamen ponit de præsenti, sic facit etiam dictio olim, vnde versus.
c Olim, iamdudum, quondam, etria tempora signant.
d vt in c. olim. de of. del. & in ,pœ. dfforũ. † In gl. 2. ibi iniustè. no. gl.
4 quòd sententia depositionis iniusta tenet, & ligat sicut quælibet alia sententia iniusta ex causa de quo in c. cum inter. de re iudi. ¶No. tamen gl. prope fi. quod sententia depositionis iniusta ex ordine non tenet, secus in sententia excommunicationis, vt in c. sacro. de sen. excom. & quod ibi no.

ADDITIONES.

a ¶Et per Io. And. in c. 2. de pœn. in 6. Alex. de Ne.

b ¶Monitione tamen præmissa secundum Ab. & Doct. Ad hoc ĩ. de sent. excom. sacro. Alex. de Ne.

c ¶Quondam. vide Fel. in c. j. de verb. sig. ex parte S. vers. prima intelligentia. & ibi quid si dicatur filius quondam talis, & pater viuat. Seb. Sap.

d ¶Procœmio. Et gl. in ver. olim. in l. j. §. j. vbi Doct. ff. de oper. no. nũ. & in lege, nec emptio. ff. de contrah. empt. eundem Panor. in ca. cum contra. in prin. de pigno.

SVMMARIVM.

1 *Degradatio potest fieri non solum ab ordine sacerdotali, sed etiam ab omnibus ordinibus.*
2 *Excommunicatio nunquam fertur in pœnam, sed depositio sic.*
3 *Sacerdos degradatus si celebrauerit non incurrit excommunicationem si prius non fuit monitus.*
4 *Sacerdos suspensus non solum non potest celebrare, sed nec epistolam vel euãgelium dicere nec aliis ordinibus se immiscere. 7. 10. Irregularitatem i currunt suspensi si administrant.*
5 *Degradatio presbyteri, vel inferiorum clericorum coram quot episcopis fieri potest.*
6 *Sacerdos degradatus perdit omne priuilegium immunitatis non autem perdit potestatem conficiendi eucharistiam.*
8 *Sacerdos excommunicatus, vel depositus tenetur dicere officium, aliter grauiter peccat, intellige priuatè, non publicè in ecclesia, infrà. c. proxi in secundo nota.*
9 *Excommunicatus peccat ecclesiam ingrediendo, & alios non euitando.*
10 *Irregularis per quem potest dispensari.*

CAP. II.

SI QVIS PRESBITER. Degradatus, vel suspẽsus celebrãs & monitus nõ desistẽs excõicat. & si nec sic desistat p̃ secularẽ ptãtẽ ad requisitionẽ eccl̃æ exilio dãnat. h. d. In prima ponit pœnã. In 2da aggranat ibi. q̃ si. Casus ifalis Statutum fuit in concilio Antioche

Antiochen. q̃ si presbyter, aut alius clericus degradatus fuerit ab officio pro certis criminibus suspensus, & ipse postmodum per contemptum, & superbiã de ministerio sibi prohibito agere præsumpserit, si ab episcopo suo admonitus nõ destiterit excõmunicetur, & qui ei participauerunt erunt excommunicati. Similiter de clericis laicis, vel fœminis excommunicatis obseruãdum est. Si verò aliquis ista cõtempserit, & episcopus illa corrigere nõ
1 poterit inuocetur auxilium regis, & exilio damnetur. Ber. † No. j. ex text. ibi, presbyter aut alius clericus, quòd nedum presbyter sed etiam inferior clericus potest ab ordinibus degradari. ad idem tex. in c. præceden. & in c. cum non ab homine. & quod ibi
2 no. §. de iud. ¶† Secundò no. pro certis criminibus suspensionem posse fieri ab officio propter crimen. & hoc casu non est necessaria admonitio, secus si propter contumaciam pro hoc quod no. Inn. in c. j. de excess. præla. & inter cætera hic est vna differentia inter excommunicationem, & suspensionem. nam excommunicatio nunquam fertur ab homine immediatè nisi propter crimen. vt in c. cap. sacro. de sent. excom. & notat gl. xj. q. 3. episcopi. sed suspensio potest fieri propter crimen, & propter contumaciam, & est ratio, quia suspensio potest infligi in pœnam quæ ad sui impositionem non requirit monitionem, sed excommunicatio nunquam fertur in pœnam, quia si excommunicatus vult se corrigere incontinenti debet reconciliari. vt in cap. ex parte. de
3 verb. signific. † Tertiò no. quòd degradatus ab ordine ecclesiastico non est excommunicatus, imò nec celebrans inducit ipso facto in excommunicationem, sed debet excommunicari monitione præmissa. † Item no. ibi, aliquid sibi de ministerio a interdi-
4 a cto, & c. quod suspensus ab officio incidit in irregularitatem non solùm si celebrat missam, sed etiam si attentat aliquid attributũ alicui de ordinibus ecclesiasticis. nam ab omni officio ecclesiastico est suspensus, & sic si presbyter suspensus dicit epistolam, vel euangelium efficitur irregularis. Item si exercet officium deputatum minoribus. de quo no. in c. fi. de excess. prælatorum. & pe-
b nè de materia b per Ioan. Cal. in tractatu de eccl. interdicto. c Vlti-
c mò ex fi. literæ potest colligi ar. quòd ecclesia non habet pœnam exilij, etiam contra clericũ, sed contrarium tenet tam contra clericum, quàm contra laicum, vt probatur in c. j. de cal, & 26. q. v. episcopi sed in hoc recurritur ad iudicem secularem, quando de facto episcopus non valet hanc pœnam imponere. nam hic inuocat auxilium brachij secularis, quod regulariter potest, vt in c.
j. de of. ord. Contra hoc tamen & contra tex. opponi potest. de c. cum non ab homine. de iud. vbi dicitur quòd si clericus depositus est incorrigibilis puniendus est per iudicem secularem. Sol. secundum veriorem intellectum illius ca. non requiritur alia traditio, vbi in corrigibilibus sequitur depositio vera, & hic post depositionem incorrigibilis remansit in potestate ecclesiæ, sed potest dici quod hic non fuerunt seruata omnia quæ requiruntur
d in d. ca. cum non ab homine. d
5 ¶† In gl. j. ibi adiunctis sibi aliis episcopis, &c. de materia quot episcopi requiruntur in degradatione presbyteri, vel inferiorum clericorum. dic vt plenè no. xv. q. 7 in summa. Et nunquid iste numerus episcoporum requiratur in depositione verbali, id est, cũ episcopus examinat causam requirentem depositionem & cum sententiam profert, an verò requiratur in degradatione actuali. dic vt plenè notat Io. And. in c. degradatio. de pœnis. li. 6. in no-
6 uel. aliquid tango in c. at si clerici. de iud. † Et in fi. gl. no. glo. nam ex ratione sua videtur velle q̃ qualiscunque sit depositio, verba
e lise, siue actualis, non potest auferre potestatem conficiendi corpus Christi, licet quidam distinxerunt inter depositionem verbalem & actualem circa hoc multæ sunt sententiæ, sed communiter tenetur opi. gl. quam etiam tenent theologi. & ponit S. Tho
mas parte 3. q. 83. & vide per Io. And. in nouel. post gl. suam in d. c. degradatio. & gl. in ca. accedens. l. dist. licet enim per degradationem actualem perdat clericus omne priuilegium immunitatis personæ. vt in d. ca. degradatio. non tamen perdit potestatem
f conficiendi f corpus Christi, ratio est, quia illa potestas causatur ex charactere impresso in anima per Deum inuisibiliter. vnde etiam per mortem non perditur clericatus, vt no. 32. q. 7. in sum-
g ma. a † In gl. in ver. præsumpserit. in fi. conclude quòd si clericus
7 suspensus. vel excommunicatus attentat aliquid attributum alicui ordini, tunc efficitur irregularis, secus autem si attentat aliquid exercibile per laicum, vt quia cantat vnum responsorium in ecclesia, vel dicit aliquem versum, de psalmo, tunc enim licet grauiter peccet non euitando communionem, non tamen efficitur irregularis, vt notat. in capit. illud. ĩ. eod. & in ca-
8 tanta. de excess. præla. ¶† Ex hoc infertur ad quæst. glos. an posset
h dicere officium, h & concludo quòd non solùm potest, imò debet, & peccat excommunicatus non dicendo officium, quia delictum non debet sibi præstare immunitatem, vt in ca. si necesse. de do. inter virum, & vxo. & l. relegatorum. in fi. ff. de interdic. & rele. debet tamen dicere, vt priuata persona, & priuatim, vt no. ĩ. c. illud de quo etiam per Host. in tum. eo. ti. §. 1. Ex quo infertur q̃ dicendo officium non debet dicere, Dominus vobiscum, quia non est verbum priuatæ personæ, de quo vide no. per Ioan. And.
9 post Io. Mo. in c. 1. de sen. exc. lib. 6. † in gl. in versic. obseruandum. in fi. vel die secundum Io. And. q̃ sensus literæ est, vt quemadmodum clerici excommunicati, vel suspensi ingerentes se diuinis debent aggrauari, ita in laicis excommunicatis ingerentib. se diuinis pœna augeri debet. nam scias q̃ excommunicatus etiam laicus nõ debet ecclesiam ingredi. alias debet expelli. 21. di. clericos. & 25. dist. perlectis, & peccat non euitando alios. vt in c. illud. ĩ. c.
10 † Extra gl. quæro nunquid clericus in minorib. i cõstitutus exer
i cens officium sicut priùs post suspensionem, vel excommunicationem incidat in irregularitatẽ. Host. hic, & Io. An. post eum instat arguẽdo prò & cõtrà, sed concluso vera, & communis est, quòd

sic: quia

ADDITIONES.

a ¶Ministerio. Vide Do. in c. accedens. de di. & in ver. opp. &c.

b ¶Et plenè de materia. Adde hic Spec. in ti. de deleg. §. iuxta ver. qd de simplici, qui dicit, q̃ si clericus suspensus habens solum primã tonsuram. i. psalmistatum solum. & suspensus exercèt officiũ pertinens ad psalmistam. est irregularis, & idem dicit Archi. in d. ca. si quis presbyter à suo episcopo. 11. q. 3. & vide per d. Ant. in c. clericis. el 2. de vita. & ho. cle. & vide Do. in c. acolitus. circa me. 23. di. vbi dicit q̃ si acolitus efficiatur irregularis per quem dispensabit. de quo dicit notari per Doc. in c. fi. de exce. præla. Sed de hoc vide per Aliberic. ĩ. co. in fi. vbi hoc competentiùs scribere debuissem.

c ¶Hoc quod dicit Abb. sic procedit quando presbyter est suspensus generaliter ab omni ordine, quod intelligitur quando simpliciter est suspensus ab omni officio, secus si esset suspensus à celebratione missarũ, vel ordine sacerdotali, quia tũc in aliis ordinib. posset ministrare fm Host. & Doct. de quo remittit se Host. ad summam. de sen. exc. §. fi. sub §. fi. Alex. de Ne.

d ¶De quo dic vt ibi. Alexan. de Ne.

e ¶Depositio verbalis. Et adde hic eundem Abb. Pa. in c. 2. ante fi. §. de sol.

f ¶Conficiendi. Vtrum & qualiter degradatus conficiat, & pro opi. gl. vltra gl. in d. c. degrada. ego allego gl. in vers. vsurpare. in c. 2. ĩ. de cle. non ord. mi. & facit gl. in verb. ordini. in c. post translationem §. de renun. Sed in contrarium est gl. ma. in fi. in c. accedens. l. d. stin. vtrum degradatus actualiter possit contrahere matrimonium. vide quod nota per eundem Abbatem. in c. 1. in fi. qui cleri ci, vel vouen. qui ad hoc allegat Io. An. in d. c. degradatio, & q̃ degradatus conficiat Corpus Christi, tenet S. Tho. in 4. sent. dis. 3. q. 1. arti. circa fi. Item q̃ excommunicatus conficiat Corpus Christi. tenet S. Tho. in 4. sent. dist. 18. qu. 2. arti. 2. Item de quæstio. hic posita vide omnino Do. in c. accedens. l. dist. & in d. c. degradatio. §. fina.

g ¶Dom Cardi allegat Beatum Thom. in 4 sentent. q. 1. artiqu. 4 & in parte tertiæ summæ quæst. 82. artic. 8. & ista opinio communis tã Canonistis quã Theologis probatur, quia si degradatus actualiter reconciliaretur, non expediret iterum ordinari. non per degradationem actualem. sed ordinis executionem. Item ex potestate ordinis sacerdos conficit, de summa trini. c. 1. §. vna, & est in hoc sicut minister Christi. Vnde ex quo habuit semel hanc potestatem, non potest ei amplius auferri, iuxta illud, quos Deus coniunxit homo nõ separet. Item, quia si per degradationem actualem tolleretur hæc potestas sacerdoti, hoc esset ex toto tollere ordinationem Christi sed etiam papa nõ potest ex toto tollere ius diuinum, licet possit distinguere, vt no. de concess. præben. proposuit quamuis ergo clericus per degradationem perdat priuilegiũ Canonis. si quis suadente, & priuilegium fori, & similia, quæ sunt de iure positiuo, non tamen perdit potestatem conficiendi quæ sunt de iure diuino. Vnde cõcludo q̃ degradatus actualiter est priuatus executione ordinis, nõ autem ipso ordine. i. charactere ordinis. qui est indelebilis, vnde ratione illius si celebrat conficit, & hic fuerunt rationes Beati Thomæ. quas hic refert Dom. Cardin. Ale. de Ne.

h ¶Officio. Vide 10ã. de Lig. in repet. c. sicut dignum. in 3. q. §. de cle. mi. & Deci. in c. intelleximus. col. 2. ver. secundò principaliter. no. §. dictum. Sebasti. Sap.

i ¶In minorib. Vtrum clericus in minoribus. post suspensionem ministrãdo in officio suo, sicut prius efficiatur irregularis, vide quod de hoc latè scripsi. §. proxima col. quod hic copetentius scribere debuissem. de Bellentz.

Universidad de Biblioteca

sic quia iura loquuntur indistinctè, & ratio pariter cõcludit ad omnes clericos, dicergo q̃ qualiscunque sit clericus, si suspensus, vel excommunicatus exerceat aliquid depuratum alicui ordini, efficitur irregularis. i. q̃ amplius non potest exercere officium clericale, sicut alij clerici, nisi obtineat dispensationem à papa, vt in c. 1. de re iud. lib. 6. & vide quod ibi no. 10ã. And. de hac irregularitate.
11 ad idem tex. in c. 1. de sen. excommu. eo. lib. † Nunquid autem ep̃s scopus, vel legatus possit dispensare. not. in capitu. proxim. ibi videbis.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas incurritur ipso facto citra aliam sententiam.*
2 *Irregularitas ex eo quod suspensus celebrauit, an possit dispensari per episcopũ.*
3 *Sacerdos depositus an possit restitui per inferiorem à papa.*

CAP. III.

CLERICI. interdictus, & excommunicatus celebrans monitus nõ desistens deponitur. hoc dicit, non diuiditur. Casus literalis. Quærebatur de pœna interdicti, vel excõicati celebrantis, qui monitus non desistit. Et respondet papa q̃ si qui clerici ab episcopis suis, aut etiam de mandato papæ ab alienis episcopis interdicti, vel excommunicati fuerint, & ante absolutionem diuina officia celebrauerint nisi moniti incontinẽti redierint, perpetuò
1 pro ausu tantæ præsumptionis deponantur. Ber. †Not. primò ex textu pœnam excommunicati, vel interdicti celebrantis diuina, debet enim deponi perpetuò ab officio, & beneficio, & hæc pœna est imponenda per iudicem, aliam pœnam incurrit ipso facto quia efficitur irregularis. vt in c. 1. de re iud. li. 6. vt dicitur in c. præce. No. 1. ibi, diuina officia celebrauerint, q̃ excommunicatus celebrans incurrit hanc pœnam in celebrando alia diuina officia, & ideò dicit 10. And. idem esse si celebrat vesperas vel matutinũ intelligc hoc dictum, vt dixi in c. præcedenti. quando celebrat in
2 ecclesia: secus si priuatim in domo sua. † In glo. ibi intellige hoc dictũ dispensatiuè, vt vult ergo gl. in hac prima parte q̃ suspẽsus interdictus, vel excommunicatus celebrans diuina officia debeat incontinenti deponi quantũcunque vellet se corrigere. & q̃ de necessitate non requiritur monitio præcedens, vt probatur s. ca. prox. & quod hæc monitio interueniat dispensatiuè Host. dicit q̃ si non est paratus se corrigere quasi monitio hæc requiratur ad facultatem dispensandi. Dicit etiam Host. q̃ legatus cum tali celebrante dispensat: si non per contemptum celebrauit licet sciẽter etiam per supinam ignorantiam, hoc tamen dictum potiùs obser
a uatur a de facto. quã probetur de iure, vt dicit Io. An. sed gl. concludit hic in sequenti quæstione q̃ solus papa dispensare potest, &
b potest dici saluando opi. q̃ aut quæritur b nunquid per inferiorẽ à papa possit iste talis celebrans liberari ab irregularitate iam cautata, & dic q̃ non. ira loquitur c. 1. de re iud. & c. 1. de sen. excli. 6. quæ iura dicunt indistinctè solũm papam ab irregularitate posse quem liberare. Aut quæritur de pœna depositionis imponenda per iudicem, & tunc procedat alia opi. vt etiam ep̃s dispenset cũ parato se corrigere. maximè quia in celebrando incidit in pœnã irregularitatis ipso iure, & sic facilius debet admitti dispẽsatio circa dispositionem alterius pœnæ ne duplici pœna conteratur. cõ
3 tra c. at si clerici. de iud. † Et in fi. gl. circa hanc vlti. q. nunquid depositus possit restitui per inferiorem à papa multum variant gl. & Doct. Gl. ista concludit q̃ non, nisi tempore facti fuerit iniusta. aliter dicit gl. fi. q. 6. in c. ideo. & in 3. vide etiam gl. in c. quamuis. de resc. lib. 6. & c. si quis presbyter. 7. q. 1. c. ep̃s, fi. q. in gl. in c. contumaces. 1. dist. & per 10. An. in c. ex tuæ. de cle. non resid. plenè per Spec. in tit. 2. §. nunc ostendendũ. vers. 9. dixi plenè. in c. at si clerici. de iud. ad quod me remitto.

ADDITIONES.

a ¶ Non refert 10an. And. pro vt dicit. Nam 10ã. And. dicit quòd cõsuetudo quæ plus valet approbatione. i. obseruantia, quàm iuris probatione habet q̃ legati de latere dispensant cum irregularib. qui non in contemptum clauium immiscuerunt se diuinis, etiã si id fecerint ex supina ignorantia, vel etiam sapiente: non tamen in contemptum clauium, & bene dicit 10. And. q̃ ista cõsuetudo magis ex approbatione, quàm ex iuris probatione probat, quia de iure solus Papa dispensat. vt in c. 1. de sentent. excommunicat. in vj & de hoc vide Specul. in tit. 2. §. nunc de episcoporum. versi. sed nunquid potest episcopus. & eod. tit. §. consequenter. versicul. quid si legatus, vbi tractat de scholari, vel aliunde veniente. nunquid possit talis absolui à legato, cum irregularitas non fuerit cõtracta in prouincia legatoris, sed extra prouinciã, vide Alex. de Neuo.

b †Quæritur, vtrum episcopus dispensare possit cum irregulari. vide tex. in c. vl. §. fi. & ibi no. idem do. Abb. de cle. pu. in duel. & de q. hic posita, vide Arch. in ca. si quis presbyter à suo episcopo. xj. q. 3. & in Spe. de leg. §. nunc de episcoporũ. & vide omnino 1nn. in c. j. in glo. sua quæ est super ver. suspensione. de cle. pere. & vide Arch. in c. si quis episcopus. in const. xj. q. 3. vbi dicit, q̃ dato, q̃ existens in minoribus incurrat irregularitatem episcopus tamẽ potest dispensare super tali irregularitate. & vide etiam Arch. in d. c. nunc de episcoporum. in vers. verbis. vbi dicit q̃ dispẽsationes super criminalibus, vel super irregularitatibus secundum curiæ vsum committuntur diœcesanis, quando autem, & per quem dispensari possit super irregularitate proueniente ex homicidio, vide per Spec. in tit. de lega. §. iuxta. ver. quando autem, & per quem possit. Itẽ an legatus de latere possit dispensare cum irregulari, qui celebrauit dum esset excommunicatus, vide eleganter per Spec. in d. tit. de legat. §. nũc de episcoporũ. ver. sed nunqd possit episcopus vel legatus. & in eo. tit. §. consequenter. ver. quid si legatus de latere. & dico quòd non possit de iure, nisi sit ei specialiter commissum in priuilegiis à Papa, quia poterit tunc cum secularibus, & aliis, qui sunt temporaliter, & non perpetuò moraturi in sua prouincia dispensare, vide Spec. in d. §. cõsequenter. ver. nunquid legatus. item de episcopo an dispenset cum irregulari, qui celebrauit excommunicatus, vide gl. l. dist. miror. & glo. in ca. requiritis. §. nisi rigor. j. q. 7. & gl. in verbo dispenses. in c. 1. de eo. qui fur. ordin. fuc. Item vide Arch. in c. quę de emanci. 2. q. 4. vbi latè ponit an episcopus dispensare possit cum irregulari, qui celebrauit suspensus. Item vide Lap. alle. xiij. in fi. vbi dicit, q̃ legatus potest absoluere irregularem, qui incurrit irregularitatẽ celebrando suspensus, dummodo non fecerit in contemptum. Item adde hic Do. in ca. Ephesiis. in 4. no. 94. dist. Alex. de Neuo.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos suspensus si celebrauit, perpetuo deponi potest etiam quod nõ fuerit monitus.*
2 *Irregularitas incursa per clericum inducit depositionem.*
3 *Multitudo hominum si commiserit aliquam coniurationem facit quod delictum mitius propter scandalum vitandum puniatur, principales vero grauiter puniuntur.*
4 *Sacerdotes alicuius ciuitatis interdictæ si cogantur metu domini temporalis celebrare, an sint omnes irregulares.*
5 *Pauci, ista dictio in quot verificetur.*
6 *Accessorium an sequatur naturam sui principalis.*
7 *Peccatum vbi potest esse, & non esse, potius est censendum quod sit, quàm non sit. licet sit, vel fiat durior interpretatio. vide infra. c. proxi. nu. 4.*

CAP. IIII.

LATORES. Excommunicati, vel interdicti celebrantes deponi debent, nisi propter multitudinem mitigetur pœna. h. d. In prima narratio, & decisa supplicatio. In secunda ibi, fraterni tati tuæ commissio distinguẽs, secundum membrum ibi. si verò. Casus literalis. Quidam presbyteri accedentes ad Papam nuntiauerũt ei quòd tam ipsi, quàm multi alij postquàm interdicti, vel excommunicati fuerunt. diuina officia celebrauerunt. vnde mãdat papa archiepiscopo Toletano quòd si xl. solũmodò, vel pauciores in hoc deliquerunt omnes perpetuo ab officio sacerdotali deponat. si verò multitudinem magnam in hoc peccasse constiterit, illos deponat, qui causam delicti dederunt. illos qui non tantum deliquerunt ab officio suspendat ad tempus, & omnib. secundum quod sibi visum fuerit pœnitentiam iniungat. Bern.
1 †No. j. quòd clericus suspensus celebrans sine alia monitione peruò deponi potest. monitio ergo necessaria non est, nec requiritur ad depositionem fiendam. de quo s. in c. prece.
2 ¶†Not. 2. ar. ex tex. quòd omne crimen irregularitatem inducens
a est depositione dignũ. de quo no. in c. cum non ab homine. & in
3 ca. at si clerici. s. de iud. a † Tertiò no. q̃ vbi multitudo est in causa ita q̃

ADDITIO.

a ¶ Ex hoc infert Butr. quòd omne crimen imprimens irregularitatem est dignum depositione, de quo remittit ad capit. at si clerici, & ad capit. cum non ab homine. de iudic. Alex. de Neuo.

ita q̃ propter scandalum, vel aliam causam parcendum sit multitudini. principaliores tamen in delicto debent pœna ordinaria affici. & in aliis mitigatur pœna. & hoc sæpe fit quando fit aliqua coniuratio, seu proditio in ciuitate in qua est multitudo, vt prin
a cipaliores puniantur pœna condigna, a & in aliis mitigatur pœna.
4 † In gl. 2. ibi, ferenda est multitudo. vult ergo gl. quòd vbi nõ sub est scãdalum non est parcendum multitudini, quod no. Sed contra hoc facit iste tex. vbi omnes non deponuntur, quando multi fuerunt in causa, sed dic quòd ex illa causa Papa hic taxauit hunc numerum, ne ciuitas pateretur defectum in sacerdotibus, si omnes fuissent depositi. Et ex hoc no. quòd propter causam intrinsecam parcendum est multitudini in pœna imponenda, licet scandalum non subsit. Et potest iste casus quotidie contingere, quando ciuitate interdicta clerici compelluntur celebrare per
b dominum temporalem. b † Et in fin. gl. no. quia facit ad statuta sa
5 cientia mentionem de paucis, vel de multis in genere, vt dicatur pauci, vel multi secundum materiam subiectam. nam respectu ampliſſimæ quinciæ. xxij. millia dicerentur pauci, sed respectu ci
c uitatis, seu castri, vel collegij inferiorũ secus esset, c & iudex quan
6 doque habet considerare. l. sed & si susceperit. ff. de iu, † In glo. in ver. ab officio. ibi. vnum propter alterum, &c. hoc intendit glos. ista quòd vbi duo sic se habent, quòd vnum accedit alteri, sufficit amoueri à principali, quia accessorium sequitur principale, & ratione accessorij censetur vnum, & idem, & sic facit quòd suspensus ab officio intelligatur etiam suspensus à beneficio. de quo vide tamen gloss. not. in clemen. cupientes. de pœn. super ver. suspensi. & vide gloss. fin. in capitul. pastoralis. de appel. Cal. alleg.
7 capit. si compromissarius. §. penul. de elect. lib. 6. † Et in fin. gl. Hostien. tenet opin. gl. quòd in istis spiritualibus sit abstinendum ab
d vtroque. d quia iste sententiæ censuræ magis dependent ab intentione proferentis, quàm à verbis. item in eis existente dubio fiẽda est tutior interpretatio. licet sit durior, vt in capitul. sequenti. Et no. in capitul. vnico de sacrũ. contraria procedunt in temporalibus. Goffre. in cap. quanto. de magist. tenuit sententiam istam non valere ratione incertitudinis, vt C. de sentent. quę sine cert.
c quanti. l. 3. Alij aliter. D. Anto. dicit quòd aut cõstat de intentiõe proferentis, & ipsa seruanda est. Aut non constat, & tunc tutius est abstinere ab vtroque, sed si non abstinet, non incurrit irregularitatem. & hoc vltimum puto verius. nam licet sententia censuræ iniustæ liget. hoc est verum quando de ea apparet. sed hic nõ
f apparet an ab officio vel beneficio voluerit suspendere. f in gloss. fin. in fin. vel dic & melius secundum Doct. quòd hodie propter causam hic expressam poterant episcopi non deponere etiam sine alia dispensatione Papæ, quia hodie istud est ius commune,
d vt existente multitudine non fiat depositio sicut hic dicitur. d

ADDITIONES.

a ¶ Idem dicit Butr. Item pondera tex. in fi. quòd pœna fori contentiosi, non tollit pœnam in foro pœnitentiali, nec econuerso, & hoc etiam colligit Butr. quod no. Alex. de Ne.
b ¶ Sed 1nnoc. dicit quòd si se defenderent ex auctoritate, vt hęretici, vt quia dicerent licitum esse soluere interdictum, & celebrare, tunc non dormiret sęueritas propter multitudinem, & hoc dictum sequuntur Doct. Alex. de Ne.
c ¶ Et dicit 1nn. quòd non semper quilibet prælatus taxabit hunc numerum quadragenarium, sed alium arbitrio boni viri habito respectu vbi sunt plures, vel pauciores clerici. Vnde dicit Hostiẽ. quòd si in tota diœcesi non fuissent nisi xxx. presbyteri, & omnes essent excommunicati si hoc constitisset Papæ, temperasset hunc numerum. Alex. de Ne.
d ¶ Vtroque. Vtrum suspensus ab officio, vel beneficio intelligatur suspensus ab vtroque. Et de hoc aliquid per glo. fi. in cap. à crapula. de vi. & ho. cle & per gl. xj q. 3. in c. mundi denique. §. cum ergo. vbi habetur de sentẽtia, quæ dicit, Excommunico, vel absoluo. vide per gloss. in cap. peccator. xvj. qõ. j. Adde hic Arch. 8. qu. 4. in sum. vbi dicit, quòd quando est dubium an sententia excommunicationis teneatur, puta quia est lata à prælato deposito qui à sententia depositionis non appellauit, & dubitatur an prosecuturus sit appellationem, quòd interim subditus excommunicatus debet gerere se prò excommunicato.
e ¶ Constat. Prosista distinctione facit quod no. idem do. Abb. post 1nn. in cap. ad audientiam. de homi.
f ¶ Dicit tamen Butr. tutum esse quòd petat à iudice declarari, & si nollet adeat superiorem per viam querelæ, vel appellationis, qui ipsum compellet ad declarandum, vel ad reuocandum talem sententiam, & istud videtur verius licet D. Card. sequatur opinionem Hosti. Sed quid si iudex simpliciter suspendat dicendo suspendo te, Goff. in c. quanto. de nigris alternativè loquitur. Sed Do. Card. hic in 4. q. dicit q̃ intelligitur tantum suspensus à beneficio, quia in pœnis facienda est mitior interpretatio, vt in reg. in pœnis. & in l. si præses. ff. de pœ. Sed But. idem tenet in hac q quod in præcedẽti. & mihi placet, quia non potest negari quin talis sententia sit incerta: sed quid si iudex ira pronunciat, condẽno, absoluo. D. Car. hic in fine commenti dicit, quòd videtur standum vltimo vœrbo per l. Stichus. ff. de manum. testa. & remittit se de hoc ad Bal. in l. quidam elogio. C. de iure delib. Alex. de Ne.
g ¶ Hoc tenet 1oan. An. & communiter omnes Docto. simile notatur. in c. eos. de tempor. ordin. in 6. in glo. quæ incipit, quod sc. Alexan. de Ne.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Sacerdos excommunicatus si celebrauerit est deponẽdus sed si dubitauerit se esse, & vel non esse excommunicatum, non ita grauiter punitur.* 4.
2 *Episcopus non potest sine licentia papæ se de vno episcopatu ad alium transferre, nec sufficit quòd petat licentiam nisi obtineat.* 11.
3 *Notoria puniuntur nulla monitione præmissa.*
4 *Fama in casu de quo hic facit plenam probationem.*
5 *Peccatum commissum sub spe veniæ multa aggrauat.*
6 *Excommunicatus priuatur communione aliorum actiuè. & passiuè.*
7 *Excommunicatus priuatur communione excommunicati.*
8 *Excommunicatus si ingerat se celebrationi diuinorum quomodocunque, grauissimè peccat, & irregularitatem incurrit secundum aliquos.*
9 *Excommunicatio à quocunque ferenda debet ferri præmissa monitione, licet aliter lata liget.*
10 *Sententia quando dicatur lata contra ius partis, vel contra ius scriptum.*
1 *Iudex delegatus potest procedere, non seruato tenore rescripti, quãdo rescriptum continet monitionem potius, quàm conditionem.*
11 *Episcopus transferens se de vno episcopatu ad alium sine licentia papæ debet vtroque carere.*

CAP. V.

ILLVD. † Excommunicatus celebrans deponẽdus est nisi cum eo misericorditer dispensetur, sed secũdũ hoc nihil afferet istud c. de nouo. ideò summo aliter, vt aliquid afferat. & sic, Si habens notitiam excommunicationis per solam famam celebrat, debet de rigore deponi: licet cũ eo possit misericorditer dispensari. hoc dicit, & est casus notabilis. Diuiditur, nam in prima ponit Hildesemensis episcopi transitum. In secunda ibi: vnde. ponit mandatũ delegato factum, & eius excommunicationem. In tertia ibi, ipse comparationem episcopi, & recognitionẽ, & excusationem. In quarta ibi, licet. excusatio impugnatur. in quinta ibi, cum eo. pœnæ remissionem. Casus literalis. Hildesemensis episcopus non petita, nec obtenta licentia domini papæ relicta Hildesemensi ecclesia Herbipolen. ecclesiam authoritate propria occupauit: propter quod papa mandauit episcopo Magdeburgen. vt cum factum illud notorium esset in partibus illis nisi infra xx. dies ab admistratione Herbipolen. ecclesiæ cessaret, ipsum excommunicatum publicè denũtiaret, quod idem episcopus nõ distulit adimplere. Ipse verò nihilominus diuina postmodum officia celebrauit, & fecit sibi ab aliis celebrare, & se ingessit celebrationi diuinorum. Ipse postmodum in præsentia domini papę constitutus suum recognoscens errorem misericordiam, & non iudicium postulauit, tamen in suam excusationem proposuit q̃ cum Magdeburgeñ. non esset ordinarius iudex eius, non credebat, q̃ monitione non præmissa authoritate delegata posset procedere ꝑ ipsum. vñ cum nec ante factum nec post literas ab eo monitorias accepisset: peccare non credebat, si diuina officia celebrarer, maximè cum sibi non constaret nisi per famam de sntia ꝑ eum lata. dñs papa his auditis, scribit capitulo Herbipolen. dicẽs q̃ licet in hoc vñ nõ omnino culpabilis extitisse, qa tñ i dubiis via tutior est eligenda, quãuis dubitarer de sntia ꝑ ipsum lata, debuit potius abstinere, quàm sacramenta ecclesiastica pertractare. Illud verò quod allegabat q̃ sub spe veniæ postquã nouerat se excommunicatum à papa sibi fecit diuina officia celebrari, & aliorũ communioni se ingessit, ipsum non excusat, sed potiùs ꝑeum facit, cum sub spe veniæ nullus debeat delinquere, & grauiùs esse xcommunicato nõ vitare alios, quã ab aliis nõ vitari. Papa tamẽ facit ei gratiam, quia nõ imponit ei pœnã, quã canõ illis imponit, qui post excommunicationem præsumunt celebrare diuina, & celebratio-
2 ni se ingerere diuinorum. Bernar. infrà. Not. 1. episcopo non licere transire de vno episcopatu ad alium sine licentia papæ nec sufficit petere licentiã, nisi obtineatur. vt s. de transla. præla. per totũ. & si ad maiorem exaggerationem ponderatur quòd nec licẽtia
3 fuit postulata. ¶ † Secundo not. quòd in facto notorio non requi

Universidad de Deusto
Biblioteca

a requiritur monitio: a potest ergo fieri excommunicatio sine alia monitione: quod tamen intelligo. vt no. in c. cum sit Romana. de appe. & in c. ad nostram el. 3. de iureiureiu. & ibi de materia.

4 †Nota tertiò quòd habens notitiam sententię excommunicationis etiam per solam famam debet abstinere à communione fidelium, & sacramētorū, aliàs peccat, & incidit in irregularitatem celebrando diuina, & in hoc est tex. valdè no. & quotidie contingit q episcopi excommunicantur in curia, & si non habent notitiam

b excommunicationis nisi per famam: b idcò tene menti istū text.

non tamen delinquit ita grauiter sicut si pro certo sciuisset, & ex

c hoc eligit vnus casus, in quo fama facit plenam probationem. c

5 ¶†Quarto no. q delinquens sub spe veniæ magis peccat. vnde in

d sacra scriptura. Maledictus qui homo peccat in spe. d† Item no.

6 q excommunicato prohibetur communio actiua e & passiua. vn

e de nec alij debent sibi communicare. 11. quę. 3. cum excommunicato, & in c. nuper. de sent. excę. nec ipse excommunicatus debet aliis communicare, vnde grauiter peccat excommunicatus communicando aliis, quia videtur contemnere excommunicationē,

7 & vsurpare communionem sibi interdictam. † An autem excom-

f municatus f debeat vitare excommunicantem, videtur quòd non,

g quia sunt in pari causa. arg. 32. q. 6. nihil iniquius. sed contra. vm g communiter tenetur. nam prætextu priuilegij non potest quis ex communicato communicare. vt in c. nulli. de sentent. excommunicatione. sed magis tenetur quis vitare delictum suum non debet sibi hanc immunitatem præstare.

8 ¶†Vltimò ex fi. literæ colligę, q siue excommunicatus celebret diuina, siue ingerat se celebrationi diuinorum, & siue faciat coram se celebrari grauissimè peccat, & videtur q sit irregularis. Circa quod multum instat Hosti secundum 10 An. & concludit q celebrās efficitur irregularis, secus si simpliciter audit. sed dic melius, aut quis audit diuina authorizando, vt quia episcopus authoritate sua facit coram se celebrari, & tunc efficitur irregularis, aut simpliciter audit non authorizando, & procedit opi. 10. And. & hoc voluit iste text. dū posuit ista duo sub eadem distinctione, & hoc voluit gl. fi. in cle. 2. de priuileg. in verb. celebrari, quæ ad hoc allegat istum textum, & tene illam semper menti, quia multi episcopi in hoc errant facientes coram se celebrari propter pudorem, non obstante excommunicatione contra eos lata. in glo. in verbo, diuina officia, ibi, sed alia officia præter missam. & c. gl. hic minus cautè loquitur. nam sequeretur q posset exercere alia deputata alicui ordini, quod est contra c. 2. §. eo. vbi dicitur q non debet attentare aliquid de ministerio interdicto. vnde intelligo gl. q potest dicere officium in priuato. f. quotidianum, & non annuum alicui ordini, sicut not. fuit in c. 2. §. eod. & ibi dixi. in glo. in verb. in hoc. in fi. Ioan. And. remittit ad no. in ca. inquisitioni. de sentēt. excommunica. sed conclude, quòd si de notificatione plurium surgit probabile dubium, tunc debet abstinere, quia tractatur de magno iudicio, donec fuerit certificatus. Nec obiste tex. quia non exigit famam precise, sed dicit famam sufficere, licet q-

h rium allegaretur. h

9 ¶†Extra glo. oppo. contra tex. in eo. q innuit differentiam esse inter ordinarium, & delegatum, vt ordinarius possit excommunicare sine admonitione, delegatus non. vnde ob. ca. sacro. de sentent. excommunica. Sol. illa fuit allegatio partis: & non est vera, vt dicit Innoc. & bene. nam quilibet iudex debet prius monere, licet teneat excommunicatio, sine monitione, vt not. in di. ca. sacro. & 2. qu. 1. in sum. vel fortè secundum Hostien. sit differentia hic inter delegatum, & ordinarium. quia respectu ordinarij non potest allegari ignorantia, seu defectus potestatis. sed in delegato sic, an requam certificetur. vt in capi. cum in iure. de offi. delegat. vel secundum eum excommunicatio lata ab ordinario sine monitione tenet, secus si à delegato, quia videtur contra intentionem delegantis. arg. in capitu. fina. de præben. & esset hoc maximum dictum si fuisset verū, sed in veritate nō procedit, quia ea quę sunt de iustitia etiam si exprimantur, non dant cerram formam. vnde tenet actus gestus in cōtrarium etiam à delegato, vt singulariter

10 voluit Innocen. in capi prudentiam. de officio delegat. †Vbi dicit q si delegato mandatur, vt condemnet Titium Sempronio in centum, si constiterit illum sibi obligatum. tenet sententia cōdemnationis, licet sibi nō constet, vt quia fortè non fuit plenè probatum, quia hęc sententia est contra ius partis, & non contra ius scriptum, nec illa verba sapiunt conditionem, sed monitionem, cum sint de iustitia. pro hoc c. licet. de offi. ord. c. graue. & hoc dictum no. quia facit ad multa. i Item ex dicto Hostiē. sequeretur q sententia iniusta à delegato lata nunquam teneret, quia non fuit de mente delegantis, quod est falsum.

11 ¶†Sed op. contra si. literæ & videtur q in nullo papa isti facit mi sericordiam, nam priuauit eum vtroque episcopatu, vt probatur, in c. quāto. de transla. episc. vbi loquitur de eodē facto. Sol. illa est pœna temerariæ translationis, quia temerè transiens de vno epis-

copatu ad alium debet carere vtroque. sed hic Papa pepercit respectu pœnæ imponendæ. quia celebrauit post excommunicationem. nam propter hoc debet deponi, vt in c. præcedenti. vnde remansit iste episcopus sine episcopatu, & poterit assumi ad aliam ecclesiam, & ministrare diuina, vbi alias non potuisset si fuisset depositus, & ideò fecit sibi gratiam.

ADDITIONES.

a ¶Monitio. tex. in c. bonæ. de elect.

b ¶Famam tantum. Vide glo. in c. apostolicæ. j. eo. And. Barbatias.

c ¶Sed *Butr.* dicit quod sufficit quem certificatum de excommunicatione per solam famam ad hoc vt debeat abstinere. ga ad hoc sufficit non plena probatio, dum tamē sit talis quæ inducat probabilem dubitationem. quia in dubio est tutius abstinere, & non abstinendo contemnit, ac si certus esset. & dicit hunc esse textū notabilem, & nescire parem in hoc. quia quotidie vadunt voces & per fide dignum dicitur talis est excommunicatus in curia, nā debet abstinere ex quo probabiliter conscientia eius propulsatur, quia debet tutiorem partem tenere. Vtrum autem relatio fide digni possit sufficere ad plenam certificationem vide gl. in cle. causam in verbo. plenè. de elect. & ibi per Doct.

d ¶Vnde Hieronymus, nobis non blandiatur pœnitentiæ subsidia, quæ sunt infidelium remedia. & Seneca. si scirem Deos ignoscituros, homines autem ignoraturos, tamen dedignarer peccare, & hoc dictum refert glo. xv. q. 1. merito. & ad Lucillum epistola. 43. si honesta sunt quæ facis omnes sciant, si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias. & in Moralib. nullum peccatorum turpium conscium magis timueris quàm reipsum, alium enim fugere potes, sed te nunquam. & Ci. li. 4. off. Si Deos, homines q; celare possumus, nil tum anarè iniustè, vel libidinosè faciendum est. & omnia hæc refert Do. Card. hic in 4. notab. Alex. de Ne.

e ¶Actiua. De hoc per eundem Abb. in capit. nulli. de sentent. excom. Et adde q excommunicatus ingerens se cōmunioni aliorum dicitur peccare ex contemptu, vt dicit Do. in c. nullus. circa medium. lv. dist. And. Barb.

f ¶Excommunicatus. Vide de isto arti. latè Felinum in c. à nobis. supra de exceptio. Seb. Sapia.

g ¶Contrarium. Contra hoc tenet gl. in c. deuotam. 27. q. 1. & vtrū excommunicatus admittitur ad testificandum contra alium ex communicatum. vide Specu. in tit. de teste. §. j. vers. quid si omnes de vniuersitate. Et adde quòd idem quod Abbas hic tenet Antonius in c. ex parte decani. de testibus. & vide eundem Abb. in d. c. nulli. de accusa. Item vide Antonium in c. à nobis. & quod ibi notaui, de excep.

h ¶Vide omnino gl. in cle. causam. in verbo, plena. de elect. Alex. de Ne.

i ¶Pro hoc bene facit tex. in c causam quæ inter vos. de re iudi. & ibi idem dicunt Doct. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio semper fertur propter contumaciam in aliquid non faciendo.*

2 *Sacerdos excommunicatus, si celebrat diuina debet deponi etiam quod non præcesserit aliqua monitio, vt in vlt. not.*

CAP. VI.

FRATERNITATI. Excommunicatus celebrans à beneficio suo deponitur hoc dicit. Primò decisa consultatio. Secundò responsio. ibi, presbyteros, & c. Casus literalis. Archiepiscop' Bisuntinus excommunicauit quosdam presbyteros, & clericos pro suis excessibus, qui nihilominus excommunicati celebrabant diuina, quæsiuit Archiepiscopus à papa vtrum possit eos suis beneficiis spoliare. Respondet Papa quòd si sunt canonicè excommunicationis sententia innodati, & posteà celebrare diuina præsumpserint, poterit eos omnibus beneficiis ecclesiasticis spoliare. Ber. Not. primò ibi presbyteros, & alios clericos & c. quòd pœna irregularitatis cadit nedū in presbyteros, sed etiam in alios clericos, & cum tex. loquitur de aliis clericis simpliciter, verificari debet in omnibus clericis etiam in minoribus cō stitutis. xxxj. distinct. cap. quod si dormierit. & facit pro se quæ dixi in capit. 2. §. eod. †¶ Secundò not. ibi. pro suis excessib. quòd excommunicatio potest ferri propter crimen, etiam ab homine. quod videtur contra no. in ca. episcopi. xj. q. 3. sed intellige q crimen fuit causa mediata. vnde debetur exponi. i. pro contumacia exurgēte ab excessibus in non satisfaciendo, sic intelige ista iura

iura in hanc materiam loquentia. pro hoc quod no. in c. ex parte. el. j. de ver. sig. Tertiò no. q sine alia monitione excōicatus celebrans puniri potest: facit quod no. in c. clerici. §. e. ¶ Vltimò no. 3 ibi poteris. pro illa opi. q episcopus potest dispensare cum celebrante in excommunicatione circa pœnam imponēdam ab homine. nam hoc verbum poteris, non inducit necessitatem. l. non quicquid. ff. de iud. ¶ Sed si institueretur actio, & probaretur delictum: tunc sentiunt hic doct. q debet de necessitate puniri. pro

a hac opi. potest adduci tex. in l. 3. C. ne san. bapt. a Sed gnaliter, an accusatio impediat dispēsationē vbi superiori ꝑpetit facultas dis-

2 pensandi. dic, vt no. in c. at si clerici. de iud. † In gl. fi. ibi deponere: quare ergo tex. hic dicit de beneficijs dic. vt in c. at si clerici. de iud. & dicit Io. An. q fortè, quia in depositione ab ordine requiritur numerus episcoporum. 1. 5. qō. 1. in c. si autē. & in c. fœlix. qui de facili haberi non potest. arg. in c. 1. de hæreti. lib. 6. sed de positio bene potest fieri per solum episcopum de consilio capituli: vt 28. q. 2. si quis abbas. & de his quæ fi. à præla. c. nouit. & cauquanto. & ideò papa hic dicit de pœna faciliori. vñ & illa alia pœna imponi potest: scilicet ab ordine, vt dicit glossa. &, bene. Quid autem de interdicto, ab officio, & beneficio qui immiscet se illi beneficio, an debeat deponi. Vide Arch. in c. ū quis ab episcopo 11. q. 3. qui dicit quod non.

ADDITIO.

a ¶ Vide Abb. Sic. in c. in archiepiscopatu. §. de raptor. Al. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta excommunicato non tenet.*

Conferens scienter excōicato beneficium suspenditur à beneficiorum collatione etiam quòd non fuerit monitus. 3. 6.

Sacerdos si celebrauit in loco interdicto, priuatur beneficiis, & efficitur irregularis, & ineligibilis, & per solum papam dispensatur. 5.

2 *Excommunicatus non potest salua conscientia retinere beneficium quod ac quisiuit tempore excommunicationis.*

4 *Excommunicatus occultus, & manifestus an, & quomodo differant.*

Excommunicatis an sint auferenda beneficia, quæ ante excōicationem habuerunt. 7.

3 *Dispensatio si in aliquo casu requiritur, nec dicatur per quem, potest fieri ab episcopo.*

9 *Dispensari quis non pōt per illū, à quo habuit cām, vt mereretur dispensari.*

10 *Promotus per papam ad aliquos ordines non poterit ad alios per inferiorem à Papa promoueri, ex quo ipse semel manum imposuit.*

11 *Archiepūs est ordinarius omnium episcoporū suæ prouinciæ, & poterit eos interdicere, & excōicare, quinimo hoc poterit facere ēt eius vicarius.*

12 *Excommunicatio iniusta, si contemnatur, ligat etiam quò ad Deum.*

CAP. VII.

a POSTVLASTIS. a† Collatio beneficij excōicato facta nō

1 tenet. & scienter talib. conferens à beneficiorū collatione suspenditur. Celebrans in loco interdicto si est clericus secularis beneficiis priuatur, si monachus in arctius monasterium detruditur. h. d. Primò decisa consultatio. Secundò responsio. ibi: consultationi. q̄ subdiuitur: vt patet in tex. & per §. Casus literalis. Quidam erant excommunicati, & tēpore suæ excōicationis ecclesiastica beneficia sunt adepti. quæritur vtrum ea possint retinere. Rñdet pa. q cum excommunicatis communicari non debeat, & excommunicatis clericis beneficia conferri non possunt, nec illa valeant licitè retinere, nisi cum eis fuerit dispensatum. cum ipsa canonicè non fuerint consecuti, & illi qui scienter talibus illa beneficia contulerant, & tandiu debeant à collatione beneficiorum suspendi, donec super hoc veniam consequi mereantur, vt in hoc, in quo delinquere præsumpserunt puniantur. Secundò ponitur alia quæstio. Clerici, quidam monachi, & moniales celebrauerunt in locis suppositis interdicto tempore ipsius interdicti, & adhuc celebrare diuina non cessant quamuis propter hoc sint excommunicationis sententia innodati, quæritur qualiter isti sunt puniendi. Rñdet papa, quòd clerici, qui talia præsumpserunt sunt ecclesiasticis beneficiis spoliandi, monachi, & moniales in arctiora monasteria ad peragendam pœnitentiam detrudendi. Ber. No. 1. in prin. literę, quòd cui denegatur aliquid, denegatur & omne id, per quod peruenitur ad illud, pro hoc, l. oratio. ff. de spō. nam quia excommunicato denegatur communio non possunt ei conferri beneficia: quia sine communione non

b pōt beneficia adipisci b nec in eis administrare, nec etiam iuuat priuilegium, nisi in casibus iure expressis, vt in ca. nulli. & c. cum desideres j. de senten. exc. & facit iste tex. in ratione sui, pro opi. Ho. & in c. veritatis. de dolo, & contu. q contractus initus cū ex cōmunicato, non valet in fauorem suum. de quo tñ dic melius

c vt ibi no. & in c. si verè, de senten. excom. c† Not. secundò, q ade-

2 ptus beneficium in excommunicatione, non potest salua conscientia illud retinere, cum canonicè nō sit illud adeptus, nisi sit dispensatum cum eo, quod videtur contra Compo. in c. sicut. de

d elect. vbi dicit q clericus i excommunicatione non tenetur ce-

dere. d ¶ † No. q dispensatio fieri potest vbi collatio nō tenuit.

3 ¶ † Ité no. in versi. illi verò. pœnam imponendā cōferenti beneficiū excōicato. nam si scienter fecit debet suspendi à collatione beneficiorū, & no. q non requiritur alia monitio ꝑcedens: & sic sumus extra casum cap. graue. de præbendis. Ité talis incurrit sę nā. de qua in c. cum in cunctis. de elect. & c. nihil. e. ti. sed si ignoranter contulit nulla pœna punitur: col' atio tamē non tenet. ar.

4 c. fi. & c. cum dilectus. de consue. ¶ † In his enim quæ tendunt in

e fauorem excōicati e non est differentia inter occultum, & manifestū, & idem in his quæ facit excommunicatus in fauorem alterius. nō ratione publici officij, vt sing. tenet Inn. in d. c. cū dilect⁹. & sequitur Io. An. in c. 1. de reser. libr. 6. An autem excōicatis sint auferenda beneficia priùs collata. Io. An. q sic. alle. c. cum bonę. §. de æta. & qualitate. & ibi gl. q si steterit in excommunicatiōe per annū habet locum talis priuatio, licet quidam intelligant de triennio. Item no. q in loco interdicto non possunt diuina cele-

5 brari. hodie dic, vt no. tex. in c. fi. de senten. excom. li. 6. ¶ † Item no. q celebrans in loco interdicto debet beneficio spoliari, dic etiam q efficitur irregularis, quia per solum papam liberari potest, & efficitur ineligibilis actiuè, & passiuè, vt in c. is qui. de sent. exc. li. 6. & per consequens poterit deponi ab omnibus ordinib. vt sentit hic glo. & ibi, sed fortè fecit mentionem de beneficijs,

6 per ea, quæ dixi in c. præcedea. ¶ † Op. contra tex. in eo quod dicit q scienter conferentes beneficia excommunicato debent suspendi. nam videtur q ipso iure sunt suspensi, per c. cum in cūctis. ver. episcopi. §. de ele. fol. potest dici q ibi tex. loquatur. in cu ratis beneficijs, hic verò in simplicibus, quia maior diligentia debet ibi adhiberi quàm hic, vel potest dici q ilie tex. potest intelligi quando episcopus prouidet scienter indigno in dignitate morum, & c. vt ibi, sed si alij indigno. vt puta, qa est excōicatus, vt hic

7 non habet locum illa pœna. ¶ †In glo. 2. in fin. aduerte, quia hæc glo. sic simpliciter intellecta non est vera, vt propter excōmunicationem sequentem possit excommunicatus priuari beneficiis prius habitis. nam de directo hoc esset contra c. 1. de iudi. Sed potest gl. saluari intelligendo eam secundū ca. qđ allegat de æta. & quali. c. cū bonæ. videlicet quando quis perseuerauit in excōicatione per triennium. nam quia ex hoc surgit præsumptio hæresis ꝑ eum, vt in c. fi. j. de pœn. & non modicę peccauit tanto tempore contemnendo claues ecclesiæ, non immeritò ergo ex hoc nouo delicto potest beneficijs habitis priuari. & dicunt quidam q sufficit perseuerantia per annum, vt no. in d. cap. cum bonæ. & hic per. rutus. & c. quicunque. 11. qu. 3. sed tu de intellectu illo-

8 rum c. dic plenè, vt dixi in c. j. de iudic. vbi omnino videas. ¶ † In gl. in ver. dispensatū. in fi. Not. bene gl. nā sentit notab. illam theoricam, quam sentit Inn. in ca. dilectus. de temp. ord. de qua fit magnum festum, q vbi à iure exprimitur, vt possit dispensari, & non

f dicitur per quem, tunc potestas dispensandi videt concessa epis. f Alij

ADDITIONES.

a ¶Postulastis. Vide quæ scribit Innocen. & post eum Antoni. & Ioan. de Imola. in capitul. post electionem. §. de concess. præben. Seba. Sapia.

b ¶Adipisci. Vtrum excommunicatus possit acquirere beneficiū, de quo vide domin. de Rota. dec. 40. secundum ordinem meum nouissimum antiq.

c ¶Dilectus. Vbi clarè dicit Innocen. quòd collatio beneficij facta excommunicato non tenet. & habetur in cap. pastoralis. §. verum. de appel. de suspenso à beneficio an possit sibi conferri. vide in ca. cum bonæ. & quod ibi no. de æta. & qua. gl. in c. per inq sitionem. de electio. Sed nunquid teneat collatio beneficij facta ab excommunicato, vide Inn. in c. si vero. hic allegat. vbi aliqua addidi in hoc articul. Item an executor excommunicatus possit conferre beneficium. vide do. de Rot. in antiqu. decis. 186. & in nouis decisio. 188. Et an excommunicato possit conferri beneficium. & vide Bald. in capitul. 1. §. de iud. Et de collatione beneficij facta excommunicato. vide glo. in cap. audiuimus. 22. quæ. & d. Anton. in capitulo ad probandum. de re iudicat. Item de hoc. an valeat collatio beneficij facta excommunicato, vide Antonium post Doctor. in capitulo post electionem. de concess. præbend.

d ¶Sed Ioannes Andreas dicit quòd hæc litera hoc non patitur. Alex. de Ne.

e ¶Excommunicati. Quando gesta per excommunicatum occultum valeant, & quando fiat differentia inter occultum, & manifestum. vide latè Fel. in ca. ad probandum. §. de re iud. & in c. vero. j. de senten. excom. Sebast. Sap.

f ¶Concessa episcopis. Vide glo. in ca. excommunicamus. §. credētes. & ibi dixi, de hære. And. Barb.

Alij verò dicunt quantum ad casum nostrum q̃ dispensatio deber fieri per concilium prouinciale, seu per patriarcham. ar. in c. graue. de præb. & hoc sentit primò Host. posteà distinxit q̃ aut absolutio ab excommunicatione, est reseruata papæ, & solus ipse dispensat, aut episcopo. & tũc poterit episcopus dispensare. Ego puto per rationem gl. & illam theoricam Inn. q̃ post absolutio
9 nem à quocunque factam poterit episcopus dispensare. † dum tamen non sit ille idem episcopus qui scienter contulit: quia cũ peccauerit in conferendo non est dignus habere hanc potestatem, vt in simili dicit glo. in episcopo simoniaco: vt j. q. v. præsentium. Et intellige q̃ licet collatio spectet ad inferiorem prælatũ, nihilominus interueniente dispensatione episcopi non requiretur alia collatio. & sic potest episcopus dispẽsare circa beneficium quod conferre non potest. sicut dicimus in eo interponente authoritatem permutationi beneficiorum ad alios spectantiIo um, vt no. in c. quęsitum. de re. permu. & in cle. vnica, co. ti. † Sed si collatio fuisset facta per papam, fortè inferior non posset tunc dispensare, ex quo semel papa manum apposuit. sicut dicimus in eo, quem ipse ordinauit, vt alius eum sine eius licentia ad altiores ordines promouere non possit, vt in c. cum in distribuendis.
a de temp. ord. a In gl. in ver. mereantur. i fi. sed est dubiũ quis erit superior hoc casu. s. in imponenda pœna collatori, & an to lendo posteà suspẽsionem inflictam. Aliqui, vt Host. dicunt q̃ synodus prouincialis, aut proprius patriarcha. per ca. graue. de præb. sed vt dicit Io. An & bene hic non sumus in casu illius c. vnde ibi requ ritur bina monitio, & hic nulla. Item non loquitur iste tex. in c. excõmunicatis, sed aliter declara quis erit iste superior, nec
11 alij docto. specificè attingunt. ¶ † Sed dic q̃ hæc pœna poterit irrogari per superiorem immediatum istius collatoris, vt si est inferior episcopo poterit suspendi per episcopum. argu. 18. qu. 2. si quis abbas. si enim est episcopus, poterit suspendi per archiepiscopum suum, nam archiepiscopus est ordinarius omnium episcoporum, suæ prouinciæ. & poterit cognoscere de criminibus episcoporum non inducentibus depositionem. vnde potest archiepiscopus suspendere, & interdicere, & excommunicare, & 2
b est ratio: qa ibi reseruatio fuit facta de incerto beneficio: hic de incerta præbenda. Sed vltra prædicta tangam quędā pro declaratione. Et primò ꝫ tex. opponitur in quantū ponit similitudinē inter papam, & episcopum quo ad vnionem, nam non est similitudo inter ipsos vt patet. nam eps non potest vnire sine consensu capituli, vt in c. j. de his, quæ fi. à præla. & in cle. 2. de reb. eccle. non alie. ad quod Papa tenetur huius timore. Host. in verbo, ita, subaudit, sed non eodē modo. Ex quo not. q licet dictio, sicut. & dictio ita, inducant similitudinē, tamen non omnimodā, de quo vide gl. in c. inquisitionis in prin. s. de accus. vbi glo. idē tenet. Itē dicit Host. q per hoc q nō fit omnimoda similitudo, facit q episcopus non possit vnionem facere sine collaudatione ambarum ecclesiarū. ad quod papa nō tenetur. 9. qu. 3. cuncta. & c. per principale. Sed Ioā. Andr. dicit hoc esse falsum, quia episcopus potest

10, vt est tex. in cle. si vna. de reb. eccl. non alie. & gl. ibi, in verbo, vocatis: bene tamen requiritur consensus illius cui ecclesia, quæ vnitur subest, vt est tex. in cle. ne in agro. §. ad hæc de sta. mon. & glo. ibi, in verbo, rector. Item dictum Host. potest saluari quando ecclesia, quæ vnitur alteri est collegiata: quia tunc in vnione requiritur consensus capituli cuius ius læderetur in eligendo prælato, quod non potest auferri ab inuito. 12. q. fin. c. si cum sim. & hoc tenet Paul. & Lap. & Io. de Imo. in d. clem. & gl. in verbo, rector. Secundò quæro, quid renouatur hic? dic secundū D. Car. q reuocatur subiectio cum omnibus inde secutis, & hoc vult iste tex. vt patet ibi: quod fecit te consulto. & hic est verus sensus huius tex. quicquid dicat Host & But. Tertio quæro, quare nō fuit citatus archiepiscopus iste qui confirmauit vnionem Host. dicit q debuit citari: quia factum suum potuit defendere, vel per consuetudinem, vel per priuilegiū, vt de off. ord. duo simul. ad istum tex. resp. q papa ad hoc nō astringitur cū sit s. iura, de concess. pb. ꝓposuit. Sed D. Car. dicit q quò ad hoc vtrūm metropolitanus fuerit citatus iste non facit nec prò, nec ꝫ. Itē nō est verum indistinctè q iudex sit citandus, quando agitur de reuocatione gestorum, vt in c. cum speciali. de app. vbi per gl. & Doct. Item dicitur q si fuisset citandus, citatio non debuisset omitti per principem, alias processus non tenet: quia defensio est de iure naturali, quæ per principem auferri nō pōt, in clem. pastoralis. de re iudi. Vltimò in quantum gl. enumerat hic casus papę reseruatos, vide in Spec. ti. 2. §. nūc ostēdendū. vbi enumerat 99. casus. Sed Hosti, addit vnum verbū q nec vnionē episcopatuum, nec alios casus reseruatos Papæ non consueuit expedire sine consilio fratrum lc. Cardinaliū. nec hoc potest facere de potestate ordinaria. c. nouit de his quæ si. à præla. sed bene de potestate absoluta, vt in ca. proposuit. de concess. præb. Not. ex hoc tria. Primò, q Papa vtitur duplici potestate, vna ordinaria, alia absoluta, de quo dixi in c. ex publico. de conuers. coniu. Secundò q Papa ex potestate ordinaria non disponit ꝫ iura, sed solùm de potestate absoluta. Tertio q papa non potest aliquid arduum expedire sine consilio Cardinaliū de potestate ordinaria, secus de absoluta. de quo dic vt in c. super eo. de hæret. in vj. & in c. ex gestis. de cler. non resid. Alex. de Neap.

SVMMARIVM.

1 *Clericus qui de suo crimine publicè gloriatur debet ab officio suspendi.*
2 *Confessio extraiudicialis de crimine non probat crimen, sed est sufficiens indicium ad torturam.*
3 *Suspensus ab officio, & beneficio simpliciter, an dicatur suspensus in perpetuum, vel quomodo.*

CAP. IX.

a QVAM SIT GRAVE. a † Clericus, qui de crimine publicè gloriatur propter q scandalum secutum est ab officio, & beneficio suspenditur, & per hoc commune summarium nimis restringitur sensus literæ, quia videtur exposcere scandalum quod videtur contra principiū. & ideò simpliciter potest sic sumari. Suspendi debet clericus, qui de suo crimine publicè gloriatur. h. d. secunda pars. ideoq̄ne. ¶ Casus literalis. Quidam diaconus P. nomine publicè cōfitebatur se carnaliter cognouisse vxorem cuiusdam sui cōuicini siue parochiani, propter quod vir illi remisit vxorem suā ad propriam domum, significatū fuit hoc do. pa. vnde mandat cuidam archiepiscopo, quatenus si constiterit de præmissis, & præfatum clericū ab officio, & beneficio app. cel. suspendat, & virum illum compellat, vt vxorem suam recipiat, & maritali affectu pertractet eandem. Ber. ¶ Nota. j. ex text. delictum præcedens aggrauari ex gloriatione subsequenti. ¶ Secundo no. q ipsa gloriatio delicti, etiam si aliter non constet de delicto est graue peccatum. iuxta illud psal. quid gloriaris in ma-

b litia? &c. ¶ † Tertiò nota. q etiam de iure canonico confessio fa-

2 cta extra iudicium de crimine non probat ipsum delictum quò ad pœnam ordinariam ipsius delicti infligendam, nam si alias cō stitisset de delicto grauiùs iste fuisset punitus, ex quo constabat de eius confessione, vt in c. cum non ab homine, de iud. iuncto dicto Inn. in d. c. qualiter. 2. de accusat. sufficit tamen talis confessio ad sup-

ADDITIO.

a ¶ Quàm sit graue. Vide ad istum tex. Abb. in c. olim. ex literis. s. de rescript. Sebast. Sapia.

b ¶ Vnde Seneca, Tam turpe est laudari à turpibus quàm si laudaris ob turpia. Et inducit Host. simile in eo quod lex distinguit inter eum qui vi rapuit, cum primus delictū celet, secundus publicet, vt in l. 2. in 4. col. §. in hac actione. ff. vi bon. rapt. Ex quo not. quòd grauius est publicè peccare, quàm occultè, de quo vide gl. 32. q. 5. tolerabilius. Alex. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ad ſupponẽdũ cõſentẽ torturæ a, vt eſt tex. ibi, & Bar. in l. capite quinto ff. de adulter. ent do. de Ro. deci. clxxiij. alias clxxxiij. hoc tamẽ dictu aliter limito in c. at ſi clerici. de iud. & dic, vt ibi.
¶ Vltimò no. q̃ ex ſola confeſſione g̃ oriantis de delicto, non licet marito à ſe vxorẽ abijcere. nã non valet confeſſio in præiudicium alterius, vt in c. primo. de confeſſ. & capit. ſignificaſti. de adult. & l. ſi. C. de accuſatio. ¶ In gl. ibi alias non fuiſſet ſupẽſus & c. gl. ſentit huc vnã lect. ad iſtũ rex. ſecundũ quã ſummat Ioan. And. propter ſcãdalũ inde ſecutum, iſte fuit punitus extraiudicialiter, non autẽm q̃ per hanc confeſſionem conſtaret de delicto, quia ſi conſtitiſſet actius fuiſſet punitus, ſed vt ſ. dixi, iſta lectu. mihi non placet, quia in prin. c. ponderatur grauitas delicti ſurgens ex gloriatione. Item ſecundũ hanc lec. gl. ſequeretur abſurdũ q̃ de delicto gloriãtis vnde ſcãdalũ non eſt ſecutũ nulla pœna poneretur. Inn. tamen dicit, hic iſtum puniri tãquã maledicũ detractorem, & leuem. quorũ quodlibet ſufficit ad hanc pœnam imponendam non autẽ punitur de delicto confeſſato, quia de eo non conſtabat. Idẽ videtur velle Hoſtien. dicens q̃ hæc decretalis imponit pœnam glorianti ſe de delicto. nã cũ hoc delictũ ſit graue non debet remanere impunitũ, vt in c. vt famæ. de ſenẽ. excom. No. ob. quod hic non erat acculator, quia iſte publicè fuit confeſſus, & euidentia facti non indiget accuſatoribus, vt in c. euidentia. de accuſa. Conclude q̃ cõfeſſio facta extraiudicium de crimine regulariter non probat delictũ, vt de eo poſſit iſte puniri. ſed ſi tranſit ad aliam ſpeciẽ delicti tunc punitur de illo delicto noviter accuſato, ex glorificatione ſua, vt eſt delictum glorificatio
b nis de malo, & ex his habet pœnã iſtius delicti gloriãtis. b ¶ †ſed
3 quæro vltra alios nunquid iſte remanebit ſuſpẽſus in perpetuũ, & ſic generaliter poteſt quæri vbicunque à iure aliquis ſuſpenditur ſimpliciter ab officio. & beneficio. Inn. in c. 2. de ſolut. ſentit q̃ ſicut in excõmunicatione canonis abſolutio cõceditur epiſcopo ſi papa ſibi non reſeruat. ita eſt in ſuſpenſione. Contrariũ ſentit glo. in ca. cupientes. in §. cæterũ. & ver. ſuſpenſus. de elect. lib. vj. ſed dic vt no. glo. in cle. j. de hæreti. in verſ. excõmunicationis. q̃ aut ſuſpenſio eſt ad tẽpus, & tunc inferior non poteſt relaxare, aut ſimpliciter ſine præfinitione tẽporis, & hoc poteſt ſicut in excommunicatione. & dic latius, vt not. ibi glo. quæ eſt ſingu.

ADDITIONES.

a ¶ Torturæ. Tu vide pleniſſimè de hoc quod nota. in apoſ. ad iſtũ in c. olim numer. 9. in verſ. ubi ici torturæ vbi do cautelã ad euadendũ confeſſum extraiudicialiter cr men de tortura. ſ. vbi etiã Fel. ver. ſecũdo, niſi reuocet. ſ. de reſcript. etiã in apo ad iſtũ in c. de hoc. nume. 7. in apo. in ver. ad ſupponendũ torturæ. ſ. de ſimonia. Zacharias.
a ¶ Torturæ. Vide Ang. Are. in tract. maleſi. in verbo. fama publica. verſic. quæro, an vnu indiciũ & in verbo, cõparent, dicti inquiſiti, & negant totum. & in verb. nec non ad denuntiationem. verſ. quæ o in confeſſio. Fel. in c. de hoc. ſ. de ſimo. Ro. in conſi. vij. incip. viſis neceſſariis. & in conſil. 4. incip. quædam mulier. Sebaſtia. Sapa.
b ¶ Nunquid autem iſte poteſt ſe purgare præſuppponendo, q̃ ex iſta gloriatione non pleniẽ ꝓbetur delictũ, qđ eſt verũ ſaltẽ quo ad delictũ principale, de quo ſe gloriatus eſt Io. dixit q̃ ſi infamatus cõpellitur ſe purgare, in quo ſi deficeret deponetur. de adulte. ſignificaſti. Philip. autem dicit q̃ nõ reciperet ipſius purgationem, quia quod quiſque voce ſua, & c. vt de proba. per tuas. Pro hoc alle. But. notab. dictum Inn. in c. per inquiſitionem. de elect. vbi dicit q̃ licet cõfeſſio non ſit ſufficiens, vt quis de directo de delicto damnetur, eſt tamen ſufficiens, vt quis compellatur inſtare confeſſioni. niſi aliter doceat ſe intellexiſſe. Et quando quis poſſit ſuam confeſſionem interpretari, dic vt in c. cum dilecti. de accu. & de iſta materia ſc. quando confeſſio noceat, & quando non, dic vt in d. c. per inquiſitionem. & in ca. at ſi clerici. de iudic. Alex. de Ne,

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus præſtans cauſam directè, vel indirectè homicidio priuatur ab officio ſacerdotali & adminiſtratione epiſcopatus.*
2 *Irregularitatem non incurrit clericus ſi præſentiam ſuam exhibuit alicui homicidio.*
Epiſcopus, vel alter prælatus habens iuriſdictionem temporalem non debet præſtare præſentiam ſuam quando ſit iuſtitia corpora is, ex eo quia videretur præſtare opem, & ideò incurreret irregularitatem.
3 *Mandatum ad delictum inducitur per iſta verba, nunquam reuertaris domũ niſi aliud ſentiam de te.*
Mandans verberari aliquem ſi ſequatur mors tenetur de homicidio.
4 *Epiſcopus poteſt quis fieri etiam ante acceptatum ordinem presbyteralem.*
5 *Irregularitatem an quis incurrat per iſta verba, talis meretur decapitari ob crimen quod commiſit.*

CAP. X.

1 EX LITERIS † Epiſcopus a cuius authoritate homicidiũ
a commiſſum eſt à miniſterio altaris, & officio pontificalis, &. epiſcopatus adminiſtratione depon tur. Vel ſic. Epiſcopus pſtãs cauſam directè, vel indirectè homicidio cõmittẽdo, eo cõmiſſo priuari debet officio pontificali. & ſacerdotali. & ab adminiſtratione epiſcopatus remoueri. Vel tertiò. & breuiùs. Clericus authoritatẽ, vel cõſiliũ directè, vel indirectè homicidio preſtãs irregularis efficitur h. d. Prima pars narrat factum. Secũda diffiniẽdo cõmittit, ibi, nos autẽ. ¶ Caſus literalis. Quidam viſitatores ī Lombardia acceſſerunt ad eccleſiã Albigañ. vt in ea viſitationis officiũ exercerent, epiſcopus Albigañ. inter cętera quæ propoſita fuerant contra ipſum cõfeſſus fuit, q̃ cũ quidã in villa quadã quæ ad eius iuriſdictionem ſpectat infamaretur de furto. & ipſe fur hoc negaret offerens q̃ candẽtis ferri iudicio ſe purgaret, & ſi deficeret ſuſpenderetur. epiſcopus quæſiuit à iudice deputato abipſo ad maleficia puniẽda, quid ſibi ſuper hoc videretur, iudex reſpondet, vt fieret ſicut fur dixerat. tandẽ ferrũ candẽs in ipſius præſentia eſt allatũ, quod cũ fur illud accepiſſet cõbuſtus eſt, iudex paucefactus conſuluit eꝑm quid ſibi ſuper hoc eſſet agẽdũ, & ipſe reſpondit q̃ ſi fur cuaderet malũ eſſet, & ſic eꝑs, & iudex villã illã exeuntes in eorũ præſent a ille fur eſt ſuſpenſus, tñ epi
2 ſcopus ipſe dicebat in eius excuſationem ſe talibus verbis vſum fuiſſe, auditis quantus eſt rumor populi, & oẽs dicũt malũ eſt, ſi ſic euaſerit impunitus: his auditis. & redactis in ſcriptis inquiſitorib. resipſum eꝑm cum literis ſuis dictam confeſſionem cõtinentibus remiſerũt ad papam, ſed ipſe nihil ſuper his propoſuit corã papa. nec literas inquiſitorum oſtẽdit, ipſe tñ dicebat ſe illas papæ præſentaſſe: imò ſtatim cum alter de prædictis inquiſitorib. ad apoſtolicam ſedem acceſſit. qui rem per ordinem dño Papæ expoſuit. Idẽ eꝑs de curia receſſit, & pquiſitus nõ potuit inueniri, dñs papa his omnib. auditis per dictum inquiſitorem, & per literas inquiſitorum: quia idem epiſcopus non ſolũm in iudicio ferri cãdentis, verũ etiam in furis ſuſpendio multũm exceſſit, cũ his non tantũ authoritatẽ præſtitit, ſed etiam præſentiam ſuam exhibuit corporalẽ: ipſum reputauit indignũ miniſterio altaris: & quia põtificale officiũ ſine miniſterio altaris exerceri nõ poteſt, mãdat dictis viſitatoribꝰ quatenus moneant eundem, vt epiſcopatui cedat, alioquin remoueãt ab eccleſia Albigañ. & eidem
2 eccleſiæ faciant de perſona idonea prouideri. B. † No. j. ex text. q̃ eꝑs habens iuriſdictionem temporalem in loco non debet præſentiam ſuã exhibere cũ iuſtitia corporalis exhibetur, alias incidit in irregularitatẽ, ſi inde ſequitur mors, vel mẽbri mutilatio, videtur. n. præſtare opem ipſi homicidio: & ideò irregularitatẽ incurrit. l. diſt. ſi quis viduam & in ca. ſicut dignũ. in §. clericos. ſ. de homi. ſecus dic in alio nõ habẽte iuriſdictionem temporalẽ: licet. n. præſentiam ſuam exhibeat vbi talia exercentur non tamẽ efficitur irregularis, ſed grauiter peccat, quia facit contra c. ſententiam. ne cle. vel mona. de quo ibi no. & intellige, & limita iſtũ
b textum. b Secundò no. quòd iudicium ſeu purgatio cum ferro calido ſeu aqua calida eſt reprobata pro hoc. ī. de purga. vul. per totum. Nã per eam tẽtatur Deus, quia agitur, vt Deus miraculosè oſtẽdat innocẽtiam, vel nocẽtiam. Item eſt iudicium fallax, quia ceſſante diuina potẽtia naturaliter debet comburi. Tertiò no. q̃ verba enũciatiua diſponũt tacitè quãdo ex illis ſequitur malum
c imminens. nam iſte epiſcopus dixit auditis quantus eſt clamor
3 populi, omnes dicunt, &c. † Et facit ad quæſtionem quæ fuit de facto

ADDITIONES.

a ¶ Epiſcopus Dicit Bal. in l. cunctos populos. C. de ſum. tri. quòd ſi quis eſt ſuſpectus de fuga, nõ eſt neceſſe quòd peremptorium ven. at in eius notitiam. Et idem dicit Sal. in l. abſentes. in ver. tertiò quæro. C. de accu.
b ¶ Simile in excõicato. vel ſuſpẽſo audiente miſſam. vel officium diuinum. nam ſi eſt perſona priuata, quæ nõ præſtat auctoritatẽ celebrationi nõ incurrit irregularitatem, ſecus ſi eſt epiſcopus, vel abbas, qui videatur quaſi auctor zando facere celebrari. de quo vide gl. in cle. 2. de priuil per Doct. in c. fi. ī. eo. Alex. de Ne.
c ¶ Idem dicit D. Card. in ſecundo nota. & dicit hoc procedere eo, quia referendo id quod alij dicũt. & non reprobãdo, intelligitur approbare, & ex hoc infert quòd ſi aliquis dicit, alteri omnes dicunt q̃ tu es fur, intelligitur iniuriari ſibi, & ſic actione iniuriarum poteſt conueniri, quod no. Alex. de Ne.

a facto quæ quotidiè poteſt contingere. famulus cuiuſdam a nobilis fuit verberatus, dominus eius ſibi dixit, nũquam reuertaris domum niſi aliud ſentiam de te contra verberantem. poſteà famulus interfecit verberatorem ſuum, quæritur nunquid dominus ex illis verbis teneatur de homicidio, quaſi mandaſſet ſibi illud homicidium. & fuit determinatum q̃ ſic, & ita fuit dñs pu-
b nitus b. vt recitat Bar. in l. ſi quis mihi bona. §. ioſſum. ff. de acqu. hẽre. & pro hoc facit quod nõ refert an directè, vel indirectè aliqd conſulatur. & optimè probat iſta litera, & facit ad illã deciſionẽ tex. in l. certũ. ff. ſi cer. pet. & l. cum quid. eo. ti. & ad idem c. fin. de homi. lib. vj. vbi ſi mando aliquem verberari, & is cui mandatur illũ interfecit, teneor de homicidio, quia fui in culpa illud mandatũ præbendo. ita in propoſito iſte nobilis tacitè mandauit ver
c berãtẽ verberari, ideò tenetur de homicidio ſecuto c, q̃ bene no.
4 ¶ † Vltimò collige q̃ officiũ pontificale non poteſt exerceri ſi-
d ne ordine præſbyterali. ſuſpẽſus ergo ab officio preſbyterali d poteſt exercere officium pontificale, nunquid aũt poſſit haberi ordo pontificalis ſine præſbyterali. Io. an. hic quod ſic, ſed habebit in habitu non in actu, Nec ob. iſte tex. quia loquitur de exercitio ordinis põtificalis. & pro hoc q̃ no. gl. iij. di. ſollicitudo. quę dicit q̃ recipit quis characterẽ ſi ordinatur in epiſcopũ. licet nõ ſit presbyter. & dixi in c. vnico. de cle. per ſal. promo. Circa hoc tamẽ poteſt multũ dubitari, & tenendo opi. Theologorũ quod epiſcopatus nõ ſit ordo, forte hęc opi. nõ eſſet vera, quia in ſubſtãtia nõ videtur differre ordo pontificalis à ſacerdotali, niſi amplier poteſtatẽ ſacerdotalẽ. vt ſentit hic do. Ant. ſed pro hoc ad duco. c. olim. 95. diſt. vbi dicitur q̃ olim eꝑs non erat preſbyter, ſed omnes presbyteri regebant vniuerſalẽ eccleſiam, & exercebant oĩa ſacramenta, ſed pp ſchiſmata fuit ordinatum. vt eligere tur vnus ex presbyteris qui præeſſet omnib. & vocaretur epiſcopus quaſi ſupra ſacros, & ſic videtur q̃ epiſcopus præſit tantum in dignitate, & non in ordine, licet quædam fuerint ſibi reſeruata, & interdicta presbyteris. vt chriſmare, &c. Ad idem adduco q̃ dr̃ de omnib. apoſtolis q̃ parem poteſtatẽ receperunt à Deo, ſed Petrus præ aliis recepit principatum. vnde omnib. dictũ fuit. ite & prædicate euangelium, &c. & cuicunque remiſeritis peccata, &c. ſed Petro ſoli dictum fuit: paſce oues meas, &c ę. 21. diſt. in nouo. vbi bonus tex & hęc no. & ſunt addenda ad ea quę dixi in c. vnico. de cle. per ſal. promo. ¶ In gloſſ. 2. in fi. conclude verũ intellectum poſt doctores q̃ ex duobus, vt etiã ſentit gl. iſte epiſcopus ꝛxit irregularitatem. Primo inquantum dixit illa verba malũ eſt ſi ſic, &c. nã videtur præſtitiſſe cõſilium ad mortẽ: & nõ refert an directè vel indirectè quis præſtet conſiliũ ad mortẽ alicuius, vt ſ. dixi & ex ſolo conſilio contrahitur irregularitas. l. diſtin. ſi quis viduã. & præalle. c. ſicut dignũ. Secundo videtur præſtitiſſe authoritatẽ & opẽ, &c. illi ſuſpendio exhibẽdo ſuã preſentiã corporalẽ: ex quo habebat ibi iuriſdictionẽ tẽporalẽ: ex quo habebat iuriſdictionẽ tẽporalẽ, vt latius, ſ. dixi. facit quod not. in
5 ca. j. ſ. de offic. dele. de conſenſu authoritatis. † Ex his infertur ad
e q. q̃ tangit gl. nunquid clericus incurrat irregularitatẽ ſi interrogatus dicit q̃ pro tali caſu debetur pœna mortis. & cõclude ſecundũ Hoſtien. hic & Archi. in c. fi. 3. diſt. q̃ aut crimẽ nõ imminet puniendũ de preſenti, & nõ contrahit irregularitatem. & ita procedit iſta gloſ. alias autẽ ſi ex cõſilio ſiue generali ſiue ſpeciali ſequatur homicidium irregularis erit. vt in preałle. c. ſi quis viduã. ſecus dic vbi ex ſua ſola reſponſione non ſequeretur homicidiũ, puta quia omnino iudex eſt deputatus ad illũ decapitãdũ, & iſte fuit interrogatus à quodam alio, quæ pœna debet imponi pro illo delicto, & reſpõdetur q̃ capitalis. nã ex hoc non effi-
f citur irregularis: f quia homicidium non fuit ſecutum ex conſi-
g lio ſuo: quia iudex omnino ad hoc erat diſpoſitus. g ¶ In gloſſ. in verſi.

ADDITIONES.

a ¶ Famulus cuiuſdã. Vtrũ videatur mandaſſe, qui dixit ſeruo, non reuertaris ad me, niſi facias q̃ ſentiã nouũ. & illã deciſionẽ Bart. in d. l. ſi quis mihi bona ſequuntur Bal. Ang. Io. de Imol. & Mod. ibi Paul. de Caſtr. in cõſi. 260. inci. videtur per prædicta. Angel. de Are. in tract. maleſi. in verſic. Semproniũ mandatorem. in 21. quæſtione. & Pe. de Anch. hic: qui ad iſtã qõnem põderauit iſtũ text. quẽ etiã alle. ad hoc Io. de Ana. in conſ. 59. inci. viſa inquiſitione formata per magnificum dñm capitaneum florentium, &c. fortiùs per illũ tex. ſing. in d. c. fi. extendit prædictã deci. Bar. Matt. de Macheſi. in no. 188. q̃ etiam procedat quando dñs proferens talia verba expreſsè inhibuiſſet, ne occideret, quia vulnera nõ poſſunt fieri ad menſuram. Bal. in l. non ideò. in 18. quæſt. C. de accuſ. & illa deci. Barto. ab omnibus approbatur. & illam ibi limitant Rap. Cuma. & Lu. Ro. niſi offenſa fuiſſet illata domino, non cum ferro, ſed cum alapa, vel cum pugno, quia dñs vtẽs illis verbis erga famulum facias q̃ ſentiã nouum de tali, intelligeretur mandaſſe de ſimili vindicta cum alapa, vel cũ pugno, & ideò ſi tunc famulus occideret, non teneretur dominus, per no. in l. j. C. vñ vi. Secundò limita prædictam deciſionẽ Bar. vt procedat, & ſit vera in terminis in quibus loquitur Barto. ſcilicet in tali famulo in quo non poterat cadere alia veriſimilis interpretatio, quam hominis dij committendi. Sed ſi talia verba, Facias q̃ ſentiã nouum de tali, eſſent prolata ad talem perſonam, in qua veriſimiliter poſſet cadere alius ſenſus. tunc ſtaretur interpretationi domini, puta ſi iniuriatus diceret procuratori ſuo vel alicui aduocato. Facias, q̃ ſentiam nouum de tali. ita probatur ex doctrina no. Bal. in l. j. C. de ſer. fugi. Tertio limita deci. Bar. vt non procedat quãdo dictus paſſus iniuriã, diceret famulo q̃ accideret vnum baſtonum, & faceret q̃ ſentiret nouum, nam ex genere inſtrumenti quod veriſimiliter non eſt aptum ad mortem inferendam, dominus non teneretur, dato etiam q̃ eum illo baſtono eũ occideret. Ita ſing. inquit Bal. in l. cum mandati. circa fi. C. mand. ita ſing. limitans d. c. fin. de homi. & facit quod ſignanter dicit idem Bal. in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. vbi limitando d. c. fi. dicit non procedere, quando mandaſſet q̃ percuteret alapa, vel ligno, & ille ferro percuteret. Facit etiam bene doctrina eiuſdem Bal. in l. non ideo. in fin. C. de acc. vbi quærit an mandans teneatur in delictis, ſi mãdatarius exceſſit mandatum. & dicit diſtinguendo, vt ibi per eum. & ſequitur Ang. de Are. in d. ver. Sempronium. in 18. q. Quartò no. limitat idem Bal. in l. ſi literas. ad fi. C. manda. niſi famulus repudiaſſet commiſſionem patroni, dato q̃ poſteà iuerit. & ſecutum fuit homicidium. Quid autẽ eſſet, ſi famulus à principio acceptaſſet mandatum, ſed poſteà repudiato, mandato, deliquiſſet, an dominus tunc teneretur, vide no. Bal in l. i. C. de ſer. fugi. poſt Inn in c. ad audient ã. ſ. de homi. Et punctus ſtat in eo, q̃ mandatũ ſemper præſumitur durare, & eius vigore homicidium fieri, niſi dominus expreſſe reuocaſſet, & reuocationẽ intimet mandatario, vt notã. declarat Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniu. Quintò mirabiliter limitat, q̃ ad hoc vt illa deciſio Bar. procedat, requiritur q̃ tria copulatiuè concurrant. primò q̃ præcederet inimicitia capitalis inter dominum, & illũ iniuriantẽ. ſecũdò, q̃ dominus ſecretè mãdauerit famulo ad aurẽ. Tertiò q̃ incontinenti conſecutũ fuerit homicidiũ. alias vbi vnũ ex iſtis ceſſaret, non haberet locũ illa deciſio Bart. dato q̃ famulus, aut domeſticus, aut amicus homicidium perpetrauerit. ita eſt de mente Bal. in d. l. j. C. de ſer. fug. in verſi. & reprobatur mãdatũ, &c. ita intelliguntur not. per Bar. in d. l. ſi quis mihi bona. §. fin. iunctis not. per eundem Bart. in l. ſi ventri. § fin. ff. de his, quæ in frau. cre. & ita expreſſe, & ad literam ponderat. & firmat Ioa. de Ana. in d. conſi. 59. Sextò mirabiliter limitat illam deciſionem Bart. Alex. de Imo. in conſi. dcxj. incip quoniã abundè, vt procedat ſi dominus recuperat iniuriam illicitè, vnde tunc illa verba domini, facias q̃ ſentiã noua de tali, importãt, q̃ ſicut iniuriã illicitè receperat, ita videtur pariter mandaſſe famulo, q̃ illũ illicitè, aut vulneraret, aut occideret. eò q̃ qualitas præcedentis iniuriæ arguit qualis fuerit animus domini in ſequentibus. ar. d. l. ſi ventri. § fi. & q̃ in fin. deciſionis declarat Bal. in l. ſi prædium. C. de ædil. act. iſta ſic recollegi ſub domino meo. do. laſ. de Mayno, dum legeret dictam l. j.
b ¶ Punitus Per illam deciſionem dicit Bal. in le. multum. C. ſi quis alteri, vel ſibi. q̃ ſi inter Titium, & Martinum fuit tractatũ de occidendo Seium per ipſum Titium præſumitur q̃ Titius Seium interfeceritꝰſi reperiatur occiſus. Quod ſequitur Alex. in conſi. j. inci. viſo proceſſu. in 3. vol. Sebaſt. Sapia.
c ¶ Idem tenet But. hic. Alex. de Ne.
d ¶ Presbyterali. Hoc idem dicit Io. And. per illum tex. in ca. 2. ſ. de cle. percuſ. & in c. ſanè. 2. de offi. dele. Sebaſt. Sapia.
e ¶ Clericus. Vtrum clericus incurrat irregularitatem, ſi interrogatus dixit q̃ de iure pro tali crimine deberet pœna mortis puniri. & ibidẽ. q. iſtã ponit Abba. ſicu. in c. j. ſ. de fur. & de qu iſta in terminis vide Ray. in Sum. de homi. circa finem. in §. item nota q̃ ſi epiſcopus. vbi concludere videtur, q̃ ſi caſus erat de facto, & reſpõdeat quid iuris, & ex hoc ſequitur homicidium, erit irregularis, alias ſecus, de quo tu vide late, & eleganter Spe. in tit. de legato. §. iuxta propoſitionis. verſi. quid ſi iudex habens latronẽ. Sed tu dic q̃ clerici poſſunt dare conſilium in legibus, & ſtatutis condendis, & licet ex hoc ſequatur ſemper mors, non ſunt irregulares, ſecundum Bar. in auth. habita. in prin. C. ne fi. pro pa. ad quod vide Inn. in ca. ad audientiã. de homici. vbi dicit, q̃ qui dat cõſiliũ rei licitæ ſecũdũ cõſcientiã. ſed ex hoc indirectè ſequatur mors, non efficitur irregularis. Et de q. hic poſita per do. Abb. vide omnino Domini. in ca. fi. 3. diſpu.
f ¶ Irregularis. De iſto articulo vide Fel. in ca. ſicut dignum. verſi. fallit, tertiò. ſuprà, de homici. Seba. Sapia.
g ¶ Tu autem diſtingue plenius poſt Io. Cal. & D. Car. q̃ aut clericus conſuluit ſuper certo facto imminente. & tunc eſt irregularis ſecundum Hoſti. & Docto. qui dicunt, ſi ex conſilio ſuo generali, vel ſpeciali ſequitur homicidium incurrit irregularita-

Universidad de Deusto Biblioteca

versi. per quisitus. in fi. Dic quod hic non erat necesse istum citari, nam citatus fuit à iudicibus, vt prælentaret se papæ. vt in c. fi. & quod ibi no. de accu. vnde statim fuit contumax ex quo ibi
a non fuit repertus, a tenementi.

ADDITIO.

Item de quo remittit ad c. clerici. ne cler. vel mo. & dicit Host. q etiam si quis ex voluntate refert verba talia, videtur consensisse homicidio, vel cõsuluisse, vt fieret. vt in c. Mathæus. de simo. Vnde dicit q debet cauere ne dicat iudici, vel officialib. quando agitur de suspendio hominis iam ad mortem indicati, eatis, & iusti iam factatis, quæ ratio si bene ponderentur verba Host. videtur incurrere irregularitatem, & tamen isti iustitiarij fecissent omni no illum suspendi cum esset condemnatus. quod multum facit contra limitationem quam hic dat Ab. Sic. Sed ego puto q limitatio Abb. sit vera. ex quo enim iudex absque consilio illius fuerat impositurus mortem non dicitur mors secuta, vel ex persuasione, fateor tamẽ q grauiter peccat, & si debet intelligi Host. & sic videtur sentire Spe. in tit. de lega. §. iuxta. versi. quid si iudex. vbi videtur sentire q quando præstatur consilium in casu de facto emergente consulens incurrat irregularitatem quando iudex fuit consilium eius secutus, ergo secus esset si sine eius consilio id fecisset, nam non dicitur præstitisse opem consilio morti alicuius, ex quo sine eius consilio iudex erat facturus, tutius tñ est q à talib. abstineant, nisi reus esset de iure absoluendus, quia tũc posset consulere illum absoluendũ, secundum Goff & Host. & communiter Doct. in c. clericis. ne clerici, vel mona. quod intelligo nisi ex hoc accusator debeat puniri de calumnia, & sic debeat pati pœnam sanguinis, tunc enim non puto q possit cõsulere reum absoluendum, ex quo alius in tali consilio in cõsequentiam venit condemnandus ad pœnam sanguinis, & hoc voluit g. o. in simili. 51. di. c. j. & hoc tenet Ab. Sic. in ca. clericis. ne cler. vel mo. Item cauere quis debet q quando casus de facto imminet nõ suadeat iustitiam fieri, licet enim licitum sit in genere suadere iustitiam 23. qu. 5 pessimam. tamen cum casus imminet à tali suasione abstineri debet, de quo per Host. in summa. eod. tit. §. 2. sub §. clericus. versi. possent tamen clerici, & sequ. Aut casus de facto non imminet, & tunc discurre per tres casus. Primus. qñ iurisperitus talis consulens, & respondit secundum quod iura volunt, & tunc non est irregularis, 23. q. fi. pessimam. in fin. & sic debet intelligi glo. 3. dist. omnis. Secundus, quando erat peritus iuris, & errauit. & hoc casu dicit Ioa. Cal. & Do. Cardin. q aut sunt opin. & ipse sequutus est opin. aliquorum sic consuluit, & nõ est irregularis, quia cum de certo facto non consuluerit satis est q non fuit in culpa, argu. de homi. significasti. el 2. & eod. ti. petitio; Sed hoc intelligo quando nesciebatur quæ est communis opin. sed si sciretur non excusatem si iudicasset contra communem opin. licet Doct. aliqui suam opin. teneant, vt in simili dixi Bart. in l. 2. C. de pœna in. qui ma. iud. vbi dicit q qui iudicauit secundum opinio. quæ communiter reprobatur debet puniri in sindicatu. Spec. in tit. 2. §. iuxta. versi. quod si iudex. vbi dicit q si iurisconsultus errauit in apicib. iuris. & vbi sunt variæ opin. magistrorum, vel quando respondit secundum suam opin. in qua etiam alij periti errant non est irregularis, dum tamen ipse consulens dicat super hoc esse varias opin. Not. bene verba Specu. nam vult duo. Primò, q quando præbet consilium, dicat super hoc esse varias opin. Secundò q erret in eo. in quo etiam alij periti errant, & sic vult q non possit culpa imputari si erraret in eo de quo esset cõmunis opin. nam periti in hoc non errarent. & arbitror etiam istam fuisse mentem Ioan. Cal. Aut consulens erauit in casu in quo nullus erassaret, & tunc talis ignorantia crassa est, & nullum excusat. de cler. excom. minist. c. apostolicæ. Ego autem arbitror q sufficiat q error iuris cadat in leuissima culpa, quia leuissima facit hominem irregularem, vt dicit glo. singu. in ca. significasti. el j. de homi. Quãdo autẽ error iuris cadat in latam, leuem, vel leuissimã culpã declara. vt per Bart. in l. quod Nerua. ff depo. & Doct. in c. j. de commodato. Tertius casus quando non est iurisconsultus, & tunc aut præsumit q iudex sequatur consiliũ eius, & sic est in culpa, & sic irregularis, arg. de æta. & qual. ad aures. Aut nõ præsumit, nec præsumere debet q iudex sequatur consilium, & tunc quia cessat culpa, nec factũ est certũ non est irregularis secundũ prædicta. Et idẽ dicit Spec. in tit. 2. §. iuxta. versi. sed quod si iudex. hoc tamen intelligit nisi responderet ad casum qui de facto imminet, quia tunc efficeretur irregularis, si ex ius responsione sequatur mors, quia est in culpa respondendo in casu de facto occurrente. In quibus dictũ est ex consilio sequi irregularitatẽ intelligesecuta. morte, vel mẽbri truncatione. vt in cle. si furiosus. de homi. alias non contrahitur irregularitas, de cler. pug. in duc. cũ effectũ desideret irregularitas. 15. q. j. c fi. & hoc tenẽ mẽti. & vide que dixi in ca. cleric. s. ne cler. vel mona. Alex. de Ne.

a ¶ Vult dicere q iudices monuerunt eum, & sic fuit contumax, qa monitio iudicis habet vim peremptorij, vnde vnica monitio iudicis operatur tantum quantum citatio peremptoria, secundum vnum intellectum in l. 2. C. quomodo. & quando iudex. Et in hoc tenent Doct. in cap. consuluit. de offi. deleg. vbi idem tenet glos. & Doc. Sed Inn. intelligit q iste episcopus erat suspectus de contuma. vel culpa, quia tunc non est necesse q perueniat ad eum peremptorium, qui fil. sint legi. cautam. & c. perlatũ. de cler. non resi. tua. & hoc dictum tene menti. But. autem remittit ad no. in c. cum dilecti. de dolo. & contu. & 3. q. 9. caueant. Alexand. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta clerico aleatori est nulla. & nu. 6 & 7. vbi limitat.*
2 *Vsurarius est infamis ipso iure citra aliquam sententiam.*
3 *Iudices possunt deponere tanquam testes coram alijs iudicibus de gestis coram se.*
4 *Falsum non committit quis, si vtatur instrumento falso in iudicio, nisi ipse falsauerit instrumentum, vel scienter ipso vtatur.*
5 *Beneficium collatum indigno, non potest alteri conferri, donec fuerit super in dignitate illius iudicatum. intellige, vt infrà & nu. 8. & 9.*
6 *Clericus aleator excluditur a beneficio obtinendo, non autem ab obtento, nisi sit incorrigibilis. vsurarius verò, & ab obtento, & obtinendo excluditur.*
10 *Collatio beneficij facta per papam si reddatur nulla. vel quia surreptitia, vel indigno facta, an reuertatur ad papam, vel ad ordinarium loci.*
11 *Agenti possessorio adipiscendæ aut recuperandæ etiam in beneficialibus, vel etiam petitorio, & an, & quo casu obsit exceptio criminis cum infamia.*
12 *Pœna quando imponitur alicui ipso facto, non requiritur quod opponatur in sententia condemnatoria.*

CAP. XI.

INTERDILECTOS. Ab obtinẽda dignitate repellitur vsurarius, & publicus aleator. h. d. Vel summa aliter. & sic. Collatio beneficij facta indigno cassari debet. & conferentes scdo ante cassationem primæ collationis priuari debẽt ea vice potestate conferẽdi. h. d. Diuiditur. Nam primo decisẽ narrat factum. Secũdo diffinit ibi, nos igitur. Subdiuidit. Nã prima diffinit de. P. secunda de. B. Tertia de cantore. Secũda ibi, præterita. Tertia ibi, qa vero. Casus literalis. Vacante succentoria Pictauiensi cãtor ipsius ecclesiæ, ad quem pertinet collatio succentoriæ eã contulit P. canonico Pictauiẽsi. Postmodũ dicta collatione nõ cassata eãdem succentoriam cõtulit B. canonico Pictauiensi. vnde orta quæstio ne inter eos causa cõmissa fuit inter eos super ipsa succentoria quibusdã iudicib. delegatis, corã quib. petiit vtraq; pars electionem de se factam cõfirmari, & electionẽ alterius cassari. lite contest. & testibus hinc inde receptis causa delata est ad dominum papam. præterea iudices quasdam literas concesserunt partibus in quib. quædam clausula in literis illis vltimò fuit apposita, pro ponebatur contra dictum B. quòd illa non fuerit apposita de cõscientia iudicis, & sic falsauerat literas illas, & quòd vsus fuerit literis sic falsatis, & super hoc deposuerunt iudices. qui literas cõcesserant. dominus Papa attestationibus vtriusque partis inspectis inuenit esse probandum dictum Petrum publicum aleatorẽ esse, ac publicum vsurarium. qui vndecim pro duodecim mutuabat in ludo ipse verò in sui excusationem allegabat consuetudinem Gallicorum. qua ferè vniuersi clerici sic mutuant frequenter, & ludunt. sed papa illam cõsuetudinem penitus reprobauit, cum in illis magis sit puniẽda offensa per quos delinquendi authoritas vsurpatur. vnde quod circa dictum P. de succentoria ipsa factum est propter indignitatem, & vilitatem ipsius decreuit dominus papa irritandum, cum personis vilibus, & indignis patere non debeant portæ dignitatis, iuxta legitimas sanctiones. Præterea contra præfatum B. fuit probatum quòd de conscientia iudicium vltima clausula non fuerit inserta in literis eorundem sicut per ipsorum depositiones exprimitur euidenter, propter quod pars altera proponebat quòd prædictus B. vsus fuerit literis sic falsatis, & ideò tanquam falsarius debeat repelli, papa tamen considerauit q licet constaret de dicta clausula, quando in illis literis fuisset apposita præter conscientiam iudicis. tamen fides facta non fuit quòd dictus B. illam clausulã apposuerit, vel procurauerit, vt ab alio poneretur, vel etiam q scienter vsus fuerit literis sic falsatis. vnde papa ab huiusmodi falsitatis obiectu absoluit eundem, maximè cum post huiusmodi obiectum eis vti nolu rit, sed quia per depositiones duorum testium constiterat quòd concessio facta. P. prædicto præcesserat, quãquam propter indignitatem eiusdem meruit reprobari concessionem postmodum factam B. decernit irritam, & inanem, & quia cantor in constan

constanter se habuit in hoc facto, vt prima donatione non cassata secundam facere attentauit. & dignum sit, vt in eo quis puniatur, in quo peccauit. dominus papa priuat ipsum potestate conferendi hac vice succentoriam ipsam, mãdans iudicibus quatenus eadem authoritate apostolica personæ idoneæ assignare procurent. Bern. ¶ No. j. ex tex. ibi cuius donatio pertinebat, &c. q verbum pertinere, latè ponitur, & pater. vnde referrit etiam si pertineat de iure speciali. nã colla tio huius dignitatis non poterat pertinere ad cantorẽ, nisi de iure speciali, quia de iure communi spectat ad episcopũ. 16. q. 7. omnes basilicæ. & c. nullus. non ergo vitiatur libellus, neque probatio si dicitur beneficium pertinere
a ad collationem alicuius, licet pertineat solo iure speciali, facit l. verbũ pertinere. ff. de ver. sign. ¶ † Secundò not. q ludus alearũ a
1 intantum est clericis prohibitus. vt etiã cõsuetudo non valeat in oppositum. etiam si facit respectu cuiusdam voluptatis, quinimo clericus aleator debet reputari vilis, & idignus ad beneficiũ obtinendum, & tene menti tex. qui ista est vna causa sufficiens
b ad irritandum collationem factam clerico aleatori. b ¶ † Tertiò
2 no. quòd vsurarius est vilis persona indigna ad obtinendam ali-
c quam dignitatem, & facit iste text. quòd vsurarius sit infamis ipso iure, de quo vide tex. cum glo. in l. improbum fœnus. C. ex quib. cau. infa. vbi glo. intelligit tex. & bene quòd sine alia sententia talis est infamis infamia ciuili ipso facto. & clariùs loquitur tex. 3. q. 7. infames. §. porro, sed de nouo multũ dubito, quia text. in d. leg. improbum, loquitur de vsurario exercente vsuras vltra modum à iure ciuili permissum. Quid si quis exerceret vsuras secundum modum à iure ciuili permissum, nunquid sit infamis ipso facto cum de iure canonico omnis modus reprobatur, & ius ciuile in hoc non dedignatur sequi canonem. vt in authent. de eccl. tit. & not. in c. quia frustra. de vsur. & certè dubium est satis pulchrum, nam respectu iuris canonici omne fœnus est improbum. & iste tex. facit quòd sit infamis ipso facto, & tex. in d. §. por
d ro. cogita. d ¶ † Quartò not. ibi, nisi ipsorum depositionibus, &c.
3 iudices posse deponere tanquam testes coram aliis iudicibus de gestis coram se. & solet multum ad hoc allegari iste tex. & dic vt
e plenè no. in ca. cum à nobis. de testi. e ¶ † Quintò not. quòd vtens
4 instrumẽto falso in iudicio, non per hoc potest puniri pœna falsi nisi probetur quòd ipse falsauerit, vel quòd ipse scienter vsus
f fuerit, & præsumitur ignorantia, si post obiectionem desistit fab
5 vsu eius. ¶ † Vlt. not. quòd conferens beneficium indigno, quem putabat idoneum, non debet ante obiectionem seu reprobationem illius collationis, illud beneficium alteri conferre, licet de indignitate ipsius modo sibi innotescat, alias debet puniri prout
6 hic dicitur. quod bene not. ¶ † In glo. j. in fi. Not. glos. quòd aleag tor clericus indistinctè repellitur ab obtinendo beneficio, cum collatio sibi facta est nulla, si de hoc constabat tanquam facta vili, & indigno, & si non constabat: quia erat occultus debet irritari: sed à beneficio obtento ante quam exerceret ludum, non dẽt incontinenti repelli, & eo priuari, sed alia mitiori pœna poterit plecti, nisi monitus noluit se corrigere quia & tũc beneficio priuabitur, vt 35. distin. cap j vsurarius verò potest repelli ab obtento, & obtinendo, episcopus tamen cum se correxerit dispensare potest circa beneficiũ, & facit quod dicitur, & not. in c. præterea. §. de vsur. Et ex hoc not. quòd magis eos non debere facere conuiu-
h rius, quàm aleator. h ¶ † In glos. in ver. voluptuosos. in fin. No. be
7 ne gl. nam relata ad tex. probat q etiam clericis licitum est ludere causa conuiuij. & idem voluit gl. in ca. j 35 dist. sed Phili. tenet hic contrarium in clericis. dicens eos non debere facere conuiuia. 43. dist. c. conuiuia. & q nõ oportet. Idẽ dicit Goffre. in laicis. nam conuiuia v. dentur eis reprobata, nisi ex quadam charitate faciant. vt in d. c. conuiuia. & credo hoc dictum verius quò ad cõcedere. l. quod in conuiuio. alleg. in glos. talis tamen sic ludens, licet malè facit, non tamen crederem quòd debeat reputari vilis, ita quòd repellatur ab obtinendo beneficio. ¶ In glos. in ver. vel procurauerit. in fine. Vel dic quòd illud ca. loquitur de literis gratiæ in quib. citiùs præsumitur falsitas, secus in literis iustitiæ quæ de facili possunt obtineri, vt in c. penul. eod. ¶ In glos. in ver.
8 decretalis, nec etiam doct. apertè attingunt. ¶ † Sed pro clariori intellectu sic oppo. videtur enim quòd collatio secundò facta debuit valere, nam prima fuit nulla ipso iure, tanquam facta crimi-
noso, & infami saltem infamia facti, nam infamia nedum repellit à dignitate obtinenda, vt leg. 2. C. de dign. libro 12. & in regu. infamibus. libr. 6. per Dy. quinimo si est infamia iuris repellit à dignitate quæsita. pro hoc bonus tex. cũ glo. in l. j. § miles. ff. de his, qui notan. infa. & in l. omni. & l. infamia. C. de decur. libro 10. vbi dicitur quòd infamia quæsitũ adimit honorem. ergo debuit valere secunda collatio. argum. in reg. non præstat impedimẽtum. de reg. iur. lib. 6. Sol. potest hæc decreta. intelligi dupliciter, primò quòd collatio prima non fuit nulla ipso iure. & hoc sentit hic Hostien. exponendo ver. irritandum. id est eum irritum nuntiandum. & etiam sequitur Fride. de senis consi. 44 & 49. & tunc potest responderi quòd secunda non valuit propter defectum potestatis, quia propter delictum collatoris deuoluta erat potestas conferendi ea vice ad superiorem, sed iste intellectus mihi non placet, quia hic cassatur, & punitur iste collator propter suã inconstantiam. & quia prima non reprobata processit ad secundam. ideò intelligit istum tex. quando collatio fuit facta indigno ignoranter ita quòd notoriè non constabat collationem esse nullam. nam præsertim respectu consuetudinis poterat dubitari, vtrùm collatio esset nulla ipso iure, & vtrùm iste deberet reputari vilis, ex quo vsuram exercuerat tantum in ludo, & quòd ludebat secundum consuetudinem aliorum clericorum. vnde antequam reprobaretur prima, non debuit procedere iste ad secundam collationem. nunquam enim fienda est secunda collatio, vel electio nisi constet notoriè primam viribus non subsistere. vt not. in c. auditis. & c. cùm terra. de electioni. vnde iste collator non erat priuatus ipso facto potestate cõferendi, quia ignoranter fecit, sed fuit priuatus propter ipsius inconstantiam, vt dicitur in tex. quia prima non cassata processit ad secundam, & istũ puto verum, & clarum intellectum c. omissis dictis Innocen. per
i quæ non approbatur intellectus cap. ¶ † Ex prædictis omnibus
9 not. hoc dictum singulariter in practica, quòd vbi collatio est facta indigno per ignorantiam non debet procedi ad secundã collationem per collatorem. nisi priùs reprobetur prima. ex quo notoriè non constabat de nullitate primæ collationis. ¶ In glos. in ver. irritam. ibi, sed valdè sunt ista dissimilia, &c. & ratio est, nã secunda stipulatio ideò valet, quando prima est elidibilis per exceptionem. quia potest hoc casu interesse. nam nisi interuenerit secunda, prima posset tolli per exceptionem. ergo valet secunda, ex quo potest prætendere interesse. insti. de verbor. oblig. §. alteri. sed secus est in collatione, quia si prima collatio tenuit licet veniat irritãda antequam irritetur beneficium non vacat, ergo nõ
K potest alteri conferri. ẽ. de concc. præben. per totum. x ¶ Et in fin. glos.

ADDITIONES.

a ¶ Ludus alearum. Et ita per istum text. concludunt Ioa. de Imo. & Car. in cap penult. suprà de vita, & honest. cler refert Do. meus Do. Rochus Cur. in repet. capitul. fin. suprà, de consuetud. Sebasti. Sapia.

b ¶ Ratio est, quia ludus est crimen. vt est text. nota. in prœmio fforum. in §. illud. & per illud quidam Doctor Bononien. decidit talem quæstionem Pisis. Ibi enim erat tale statutum, quòd bannitus pro crimine potest impunè occidi. Accidit quòd quidam bãnitus fuit occisus pro ludo, & ille Doctor determinauit quòd occisor non deberet puniri, quia censebatur bannitus pro crimine. cum ludus sit crimen, vt in dicto capitulo illud. & hoc refert, & tenet Bar. ibi. ratio autem prohibitionis ludi est, quia ex ludo alearum, vel taxillorum multa crimina proueniunt, vt dicit text. in dicto §. illud. de quibus Hostien. ponit versicu. os, quos vide in summa, eod. tit. sub § clericus. & seq. Alex. de Ne.

c ¶ Sit infamis. vide Bald. in d. l. improbum. & le. fratres. C. de inoff. testa. And. Bar.

d ¶ Et hoc tenet Pe. & Cy. in d. c. improbum. & in d. c. præterea. ẽ. de vsur. in vlt. add. Alex. de Ne.

e ¶ Et dicit Hosti. q primi iudices deposuerunt hoc coram secundis, & per secundos vtræque allegationes fuerunt remissæ. Alex. de Ne.

f ¶ Desistit. Adde plenè hanc materiam esse examinatam per Laufran. de oria. in c. quoniam contra falsam. §. statuimus. versi. instrumentorum productiones. num. 3. 4. versi. quæro vlterius, & ibi remissiuè, & plenè in apostil. Cel. ad cum ẽ. de prob. Zacharias.

g ¶ Beneficio. An collatio beneficij facta infami sit nulla, vide Fel. in ca. ex parte. ver. collatio tamen facta. ẽ. de rescr. c. omnipotens. in fi. ẽ. de accu. & in ca. querelam. ẽ. de iureiuran. & ibi an infamia priuet ipso facto titulo beneficij, & alijs dignitatibus, & honoribus. Sebast. Sapia.

h ¶ Sed Do. Car. dicit q iste non erat infamis infamia tempore collationis quia communiter putabatur q excusaret consuetudo. & dicit q magis hoc consonat literæ, q prima collatio fuerit annullanda, & non nulla, & ex hoc no. q consuetudo tollit infamiam facti, quæ ex delicto oritur. Alex. de Ne.

i ¶ Idem tenet Do. Car. vt dixi in præced. add. Alex. de Ne.

K Butr. autem magistralius soluendo dicit quòd contrarium loquitur in stipulationibus ad eundem finem tendentib. in quibus propter interesse est vtilis multiplicatio, & ideo si prima stipulatio est valida, & exceptione elidi non potest, valet secunda, quia interest vt valeat. iste autem tex. loquitur in collatorib. inuicem contrariantib. qui repelluntur propter impossibilitatem,

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

fin. gloss. de hoc dic. vt suprà dixi, & vt no. in præalleg. ca. auditis.

10 ¶ † In gloss. fin. fin. hæc gl. potest adduci ad quæstionem, num quid si collatio beneficij facta per papam, vel eius executorem non tenuit, vel propter surreptionem literarum vel propter indignitatem personæ redeat potestas ad papam, an verò ordinarius loci possit illud beneficium alteri conferre. Inno. hic ponit duas opin. quidam dicunt quòd ad papam tantum, ex quò enim papa semel se intromisit de illo beneficio, non licet alteri apponere manum. arg. in c. vt nostrum de appel. Alij contrà, sed conclude post Ioan. And. & Compostel. in c. quod sicut. de elect. & aut papa reseruauit sibi beneficium, & tunc licet collatio non habeat locum, vel effectum non potest inferior se intromittere in illa vacatione. argu. in c. si eo tempore. de elect. libr. 6. aut non est vsus verbo reseruationis, & tunc aut mandauit illud beneficium conferri non expressa certa persona, & idem videtur sibi ire seruasse, & illi voluisse prouidere, aut mandauit conferri certæ personæ, & tunc si collatio non valuit potestas redit ad ordinarium, quia papa intendebat prouidere tantum illi personæ expressè, ex quo ergo illa persona non potest habere, vel propter surreptionem literarum, vel indignitatem, eius potestas redit ad ordinarium, quia cessante causa cessat effectus, i. cum cessante.

a de app. hoc not. a ¶ † Vlti. extra gloss. oppo. videtur enim quòd

11 exceptio criminis non debeat admitti contra istum P. ex quo habuerat collationem, & agebat tantum possessorio adipiscendæ, id est pro possessione habenda. vt in c. accedens. de accu. Sol. dicit Inno. quòd exceptio criminis non debet admitti sine infamia, quasi sentiat istum fuisse infamatum de istis obiectis. & circa hoc dicit aliqua pulchra verba quæ solent quotidie allegari. dicit enim quòd aut quis agit in beneficialibus possessorio adipiscendæ ad confirmationem, vel collationem, vt quia habuit electionem, & confirmationem, aut collationem, & tantum sibi deest possessio, & tunc non admittitur exceptio criminis, nisi cum infamia. vt in præalleg. ca. accedens. vbi plenè dixi. Aut agit possessorio recuperandæ, & tunc non admittitur aliqua exceptio criminis cum infamia, vt in cap. item cum quis. de resti. spo. ¶ Et not. bene hoc dictum quòd etiam in beneficialibus non agenti possessorio recuperandæ exceptio criminis etiam cum infamia non prodest. Sed licet Inno. omnem exceptionem excludat, tamen multa opponi possunt. de quibus plenè dico in ca. in literis. de resti. spol. & facit quod not. 3. quæstio. 1. in fin. Aut agit quis petitorio pro beneficio quod semel habuit, & tunc aut opponitur tale crimen, quod inducit priuationem ipso facto, & admittitur exceptio secundum eum. & bene puta si opponitur quòd sit hæreticus vel quòd fuit sententialiter de aliquo crimine condemnatus. Et no. bene hoc vltimum quòd condemnatus de aliquo crimine per sententiam censetur priuatus ipso facto beneficio suo, quod intellige quando crimen erat tale quòd inducebat priuationem beneficij, vel quando irrogabat infamiam ipso

12 facto. ¶ † Nam sufficit quòd condemnetur, licet pœna exprimatur in sententia quia illa intelligitur imposita authoritate iuris. l. 1. ad Turpi. & 2. q. 3. ca. Eufemium. §. notandum. & in ca. postulasti. secundum vnam lect. suprà de for. compe. & ad idem text. præall. eg. leg. 2. §. miles. ff de his, qui nota. infa. vbi dicitur quod miles damnatus de adulterio, efficitur infamis, & infamia solvit vinculum militiæ. vnde ipso iure infamatus per senten-

b riam perdit dignitatem b nedum secularem, sed etiam ecclesiasticam. vt nota. gloss. secus puto vbi quis damnaret de crimine, quod non induceret infamiam, nec priuationem beneficij, tunc enim talis exceptio non admitteretur, vt tatim dicam c

& sic re-

ADDITIONES.

¶ & concursum, quia duos sponsos habere non potest, & ideo stante prima, quanquam irritanda non valet secunda. tamen circa plures, an possunt circa idem concurrere, declara secundum Bar. in l. qui bis. ff. de verb. oblig. Alex. de Ne.

a ¶ Idem tenet Do. Car & But. Sed quid si compromissarij eligunt indignum, ad quem deuoluitur potestas eligendi. Host. hic examinat, sed dic vt hodie habetur. in ca. si compromissarius. de elec. in 6. vnde dic vt ibi dicitur. Alex. de Ne.

b ¶ Perdit dignitatem. Vide Inno. in ca. qualiter. el 2. ad fin. & ibi d. Ant. & quæ ibi. de accus. do. Abb. in capitul. quærelam. de procu. Andr. Barba.

¶ Adde de hoc Ludouic. Roman. singular. suo 504. incipien-

te. fuit à me quæsitum. vbi tenere videtur quòd ipso iure, quòd probat per textum in l. infamia. ponderando text. in verbo, adijcit. C. de infa. libr. 10. & per l. miles. ff. de his, qui nota. infa. Zacharias.

leges quę sequuntur iustitiam, & æquitatem. s. quando tales le-
ges sunt editę in materia sibi spectante. Sed Ab. Siculus, in d. c. ec
clesia Sanctę Mariæ. hoc limitat duobus modis. Primò, quando
lex esset merè priuilegiata clericorum, vel ecclesiarum, nam tūc
esset tenenda, quia cessat ratio superioritatis, cum etiam nō sub-
ditus possit esse priuilegiatus. & sic dt debere intelligi c. nouit. de
iud. Secunda limitatio est, quia si lex esset fundata super ratione
naturali posset iudex ecclesiasticus illam seruare, non rōe legis,
sed virtute rōis naturalis, qa deficiēte lege vel canone recurren
dum est ad rationem naturalem. vt in l. cum ratio. ff. de don. & in
l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tut. fa. quod no. in ca. secundo
requiris. de app. & hoc etiam modo potest intelligi c. super spe-
cula. Quid autem si lex ciuilis disponit super materia pertinente
ad ecclesiam, non disponendo, sed tantum lucrum quod dedit
aufert, vel pœnam imponendo, vide per Ioan. And. & Do. in ca.
statutum. de heret. in 6. & Abb. Sicul. in d. c. ecclesia sanctę Mariæ.
sed de ista materia, & quando lex, vel statutum, vel consuetudo
sit seruanda in foro ecclesiastico, vel quo ad clericos, dic vt per
Doct. in c. quod clericis. de foro comp. & in d. c. ecclesia sanctæ
Mariæ. vbi Abb. Sic plenissimè omnes casus cōplectendo. sed But.
ibidem etiam notanda dixit in hac materia. Alex. de Ne.

a ¶Posse fieri. Vide quæ adducit An. Sic in cons. 38. inc. præclaro. in
2. vol. & in cons. antepen. in j. vol. & cons. 18. inc. clementissimis,
e. vol. Rom. in con. xlij. inc. visis quæ egregij. Seb. Sap.

b ¶Vbi ratione notorietatis. No. diligenter istos effectus notorie
tatis, & adde ipsum Pan. in c. inter cætera. s. de re iud. vbi per illū
tex. dicit. ꝙ licet in rescripto prohibeatur appellatio à sententia
diffinitiua, non tamen videtur remoueri facultas appellandi, præ
textu notorię iniquitatis. Et idem ānt. in c. ex conquęstione. ſs.
de restit. spol. Item facit ista reg. quam ponit Franc. de Areti. in §.
nihil commune. in l. naturaliter. ff. de acquire. poss. vbi dicit, ꝙ i-
sta solet esse regula, quod in omni materia, ꝙtumcunque præci-
sa, non excluditur exceptio, vel allegatio alicuius iuris. nūquam
tamen intelligitur excludi talis allegatio, talis exceptio, si sit no-
torietas superueniens post sententiam, facit eam retractari. cap.
2. de purga. vul. secundum vnum intellectū, tenent Inn. & Mod. in
c. fraternitatis. de frigi. & malefi. & ipso do. Abb. Panorm. in ca.
suborta s. de re iud. facit quod no. Bal. in l. j. C. ne lic. in vna, eadē
que causa ter. prouo. & ele. j. de re iud. quę dicit, ꝙ contra tres sen
tentias conformes non pōt opponi exceptio nullitatis, non ha
bet locum, quando nullitas erat notoria, per Ale. & alios in l. 4. §.
condemnatum. ff. de re iud.

c ¶Sed Bur. hic aliter sentit, nam ipse opponit contra tex. quòd est
sibi contrarius. Nam primo dicit quòd ędificatum post denuntia
tionem noui operis debet demoliri siue iure, siue iniuria. postea
dicit quòd ecclesia est demolienda si in alterius præiudicium fue
rit ædificata. Sed But. soluit, & dicit ꝙ hic sunt duę causę, quæ fa
ciunt demolitionem fieri. Vna est quia spreta denunciatione cō
structa est ecclesia. & hoc est de iure ciuili. Altera est, quia in præ
iudicium alterius ecclesię fuit constructa. & hoc est de iure Ca-
nonico. Modo si concurrunt ambę causę demoliendum est opus
si concurrit altera tantum idem, quia idem ius per aliud iuuat.
& hoc est quod voluit text. iste secundum ipsum. Pro hac opi. fa-
cit, quia vbi in iure assignantur duæ causæ vel plures, si omnes
cessant, exempta vna causa, in illa quæ remanet, durat legis dispo
sitio, vt in §. affinitatis. insti. de nupt. & sic But. vult quòd etiam vbi
nulli sit præiudicialis ædificatio, si tamen est facta post noui ope
ris nunciationem ecclesia destruetur, & hoc tenent communiter
doct. non ob. iura alle per Ab. Sic. quia illa iura loquuntur vbi
non interuenit nunciatio noui operis, quia in ipsa est specialevt
omne ædificium post ipsam constructum veniat destruendum,
vt probatur hic, & clarius in capit. seq. Inn. hic, & Docto. faciunt
aliquas q. sed fortè dicam in seq. Alex. de Ne.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Nuntiatio noui operis non debet, nec potest fieri illi qui est in aliqua dignita te, vel magistratu, nisi dignitas, vel magistratus sint perpetui.*
2 *Denuncians an admittatur ad probandum ius sibi esse ædificandi.*
3 *Nunciatus si velit ostendere ius sibi esse ædificandi potest nuntians excipere quòd non audiatur nisi de demolito ædificio.*
Spoliatus si conueniatur à spoliante super petitorio, potest opponere exceptio nem spoliationis ante lit. contest. non autem post.
4 *Actio si denegatur alicui, intelligitur non ipso iure, sed ita demum si opponatur sibi non competere actionem.*
5 *Ciuitas, vel ecclesia si à superiore destruatur perdet omnia iura, & priuilegia adeò quòd ciues non appellabuntur amplius ciues illius ciuitatis, vel canoni ci illius ecclesiæ, secus si sit destructa ab aliquo tyranno.*
6 *Iurans vigore alicuius rei, cessante illa re absolutus est à iuramento.*
Iurans obedire superiori, si ille non erit amplius superior censetur absolutus.
7 *Peccatum non debet quis committere pro scandalo vitando.*
8 *Nuntiatio noui operis an transeat in successorem nuntiati.*
9 *Nuntiatio noui operis non habet locum in operibus rusticanis, vel vbi in dilatione esset periculum.*
10 *Absentes an, & quando, & quomodo sint vocandi in actibus spectantibus ad ipsam vniuersitatem tanquam clericorum.*

CAP. II.

a CVM EX INIVNCTO. a Summatur, vt s. capitu. proxi-
nam. primò mandat opus demoliri, & irritat quicquid ex il-
lo secutum fuit. secundò, reprehendit archiepiscopum, qui non
curauit scandalum subditorum, ibi super eo. tertiò, orat eum, vt
parcat, ibi: finis. ¶ Casus literalis. Archiepiscopus Cantuarien.
cœpit ædificare quandam capellam de Lameth in loco perti-
nente ad ecclesiam Cantuarien. monachi Cantuarien. denuntia-
uerunt ei nouum opus, ipse archiepiscopus spreta denuntiatio-
ne ædificauit ecclesiam, & canonicos instituit in eadem, reditus
assignando eisdem: recepit etiam iuramenta fidelitatis ab ipsis.
vnde monachi Cantuarien. domino papæ grauiter sunt conque
sti, mandat papa Cantuarien. archiepiscopo, quatenus quicquid
ædificatum est in ecclesia de Lameth post noui operis denuntia
tionem suis expensis faciat penitus demoliri, eo non obstante si
absens fuerit, eum in lege sit eautum, vt si ille cui nouum opus
fuerit nuntiatum ædificauerit ante remissionem, & post agere
cœperit ius sibi esse ita ædificatum habere, debet sibi actio dene
gari. & irritum reducat quicquid de instituendis canonicis ibi, &
aliis ad ipsam ecclesiam pertinentibus ordinatum est, & ab ipso,
vel ab eius antecessore, & canonicos obligatione præstiti iura-
menti denuntiet absolutos authoritate papæ: quia ex quo prin-
cipale non tenet quicquid ex eo, vel ob id secutum fuerit debet
irritari. ¶Super eo verò. In isto §. dicit Pa. ꝙ miratur quòd mo-
nachi Cantuarien. cum omnia dimiserint propter Deum, tot la-
boribus, & periculis personas, & res non dubitauerunt frequen
ter exponere, quòd nullo modo fecissent, nisi cognoscerent præ
missa in præiudicium Cantuarien. eccl. redundare, archiepisco-
pus pro vitando scandalo ipsorum ab huiusmodi iniuriis nō ces
sauit, cum scriptura dicat, quòd illa quæ sine mortali peccato o-
mitti non possunt pro scandalo vitando dimittenda, nec illa de
bent pro scandalo vitando committi, quæ sine mortali peccato
committi non possunt, pariter & dimitti pro scandalo vitando
cessandum est, & eis etiam insistendum est, vnde apostolus. Si scā
dalizatur frater, non comedam carnes in æternum, & licet scan
dalum maiorum sit vitandum, est etiam scandalum minorum,
juxta illud veritatis testimoniū. Qui scandalizauerit inquit vnū
de pusillis istis, qui in me credunt, &c. In fin. dicit quòd contra-
dictioni suæ taliter finem imponat, vt contradictio præterita per
veritatem obedientiæ valeat expiari. Ber. ¶ Not. primo, ex text.
quòd ędificans ante remissionem denuntiationis, non solum te
netur habere patientiam, vt ædificium destruatur, sed etiam de-
ber expensis suis illud destrui. & ex hoc, & text. not. quòd etiam
hæc pœna habet locum in ecclesia. vt ex facto prælati ædifican-
tis, nomine ecclesiæ post denuntiationem teneatur ad impēsam
præstandam pro destructione operis, etiam si fuerit alia ecclesia
1 ædificata. ¶ †Item not. quòd etiam existenti in dignitate, s. u ma
gistratu potest denuntiari nouum opus, & debet destrui etiam
eo existente in dignitate & idcò, quia hæc dignitas archiepisco
palis est perpetua, secus vbi esset temporalis, quia tunc propriè
existenti in dignitate, non fit denuntiatio, sed quædam protesta
tio, & post finitum officium fit denuntiatio, quæ tamen trahitur
retro ad diem protestationis de quo dicendum, prout legi. & no.
in leg quinta. § si quis ipsi prętori. ff. eo. videtur hic text. pro opi.
Bar. in d. §. si quis. vt tex. ille procedat in habente officium tempo
rale, secus in habente perpetuum officiū, vt hic. Et ex hoc, & præ
dictis colligitur quòd habens dignitatem ad vitam potest con-
ueniri etiam per subditum durante dignitate. facit quod legi. &
no. 1 1. q. 1. si clericus & 2. q. 1 prohibentur. in l nec magistratibus
b ff. de iniur. b ¶ †Item no. ibi, debeat actio denegari, &c. ꝙ denun-
2 tians volens probare ius sibi esse ædificandi ante destructionem
operis noui debet admitti, sicut etiam in simili dicimus spoliato
rem non audiendum ante restitutionem volentem probare de
proprietate sua. vt in c. fi. de ordi. cog. ita nec denuncians audiē
3 dus est nisi priùs omnia reducat in statum pristinum. ¶ †Et ad-
uerte, quia tex. hic dicit ꝙ debet actio denegari. opus est ergo ex
ceptione non autem repellitur ipso iure, vt etiam no. Bar. in l. 1.
§ si quis. ff. eo. vnde sumptum fuit quod hic dicitur, & sic si non
opponeretur ante contestationem litis, non potest amplius op-
poni. & si docuerit de iure suo, sententia fertur pro eo siue alia
c destructione operis, c simile dicimus in exceptione spoliationis,
vt si doctor docuerit de proprietate, snīa fertur pro eo, & ab-sor-
bebit illa possessorium, vt legitur, & not. in prælleg c. fi. & c. 2. e.
4 tit. & 2. q. 2. in c. 1. ¶ † Et no. ex prædictis, & ex tex. ꝙ per hæc ver
d ba denegetur actio d non audiatur, & similis nō sit exclusio ipso
iure, sed opus est exceptione, nam exceptio ista dilatoria est. ad
5 prædicta facit gl. in reg. in pœnis. de reg. iur. li. 6. ¶ † No. ꝙ destru
cta ecclesia authoritate superioris nomina debent reponi in sta
tum pristinum. Ex quo infert Inn. ꝙ clerici ibi instituti non pos
sunt amplius appellari canonici ipsius ecclesiæ, nec aliquid inde
consequi de prouentibus deputatis illi ecclesiæ. Idem dicit, &
bene si ciuitas authoritate superioris destrueretur, vt non pos-
sint inde oriundi appellari ciues illius ciuitatis, quia destructa
e est. e & omnia priuilegia ciuitatis sublata sint. facit l. fi. vsufructus.
ff. qui. mo. vsu. amit. secus est, fm eum, vbi ex facto alicuius tyran
ni, vel ab hostibus vna ecclesia destrueretur, seu ciuitas, quia tūc
retinet omnia priuilegia, & clerici possunt se appellare canoni-
cos. & etiam eis mortuis alij in eorum locum substituendi sunt.
f 23. dist. in nomine domini. & 7. q. 1. pastoralis, quod bene not. ad
6 prædicta. vide bon. gl. in ca. statutum. de elect. libr. 6. f ¶ †Nota.
ibi, de

ADDITIONES.

a ¶Cum ex iniuncto. Hunc tex. dicit sing. And. Sic. in cap. causam s.
de iud. ad hoc quod standum est dicto, & assertioni viri bonę cō
ditionis, & famæ, ad quod vide eundem in capitu. 1. de iudic. Se-
ba. Sapia.

b ¶Et in l. quas literarum. ff. de iud. & in l. quemadmodum. ff. ad le.
Aqui. Alex. de Ne.

c ¶ De hoc etiam vide per in l. 1. §. sublata. ff. ad Treb. & in leg nam
& posteà. in princ. ff. de iur. iur. in quib. iurib. omnino vide Barto,
Alex. de Ne.

d ¶Denegetur actio. Vide quæ notaui post Barto in l. 1. ff. ad Treb.
Andre. Barba.

e ¶Destructa est. An destructa ciuitate, vel ecclesia, sint sublata eius
priuilegia. vide remissiuè per Ale. in le. inter stipulantem. §. sacrā.
in fi. ff. de verb. obli. & in l. si grege. ff. de leg. 1. & Fel. in cap. cum di
lecta. vers. si destructo monasterio. s. de rescri. Seba. Sapia.

f ¶Dic clarius quòd quando ecclesia, vel ciuitas destruitur superio-
ris auctoritate, vt quia propter delictum inhabitantium de-
struitur, de consec. di. 1. placuit. & l. si vsusfructus. ff. quemadmo. v-
susfruc. amit. & tunc non potest se appellare ciuem, vel dominū
illius ciuitatis, vel ecclesiæ, quia per talem destructionem sub-
lata sunt omnia priuilegia, & desinit esse ciuitas, vel ecclesia. & pro
hoc bene facit hæc decreta & hoc dicit Innocē & tenent Doct.
hic. idem dicit glo. 16. quæst. 7. & hoc diximus in gl. quæ incipit,
argumentū quod. Quandoque ciuitas, vel ecclesia vnitur, vel ad
alium locum transfertur. & de hoc vt in ca. l. ne sede vac. & in ca.
recolentes. de statu. mona. Quādoque ciuitas, vel ecclesia destrui
tur præter culpam suam causa legitima non subsistente, vt quia
ab hostib. vel latronib. destruitur, & tum retinet priuilegia, & cle
rici, & ciues illius retinent nomen suum. 7. quæstio. 1. pastoralis.
19. quæstio. 2. semel. & dicit Inno. & Doct. hoc procedere in ciui
tatib. & locis profanis, vt in l. domum. ff. de contrahe. empt. & in
le. ædes sacras. ff. de relig. & sump. fu. & omnia prædicta sequitur
Archid. & Ioa. Andr. in c. statutum. de elect. in 6. hæc diximus su-
per glo. quæ incip. argumentum quod. 16. q. 7. Quandoque colle-
giū non destruitur, sed dispergitur. verbi gratia, tempore morta
litatis vniuersitas totaliter recedit, ita quòd nullus scholaris re-
manet in loco vbi est vniuersitas. Bar. in l. fi. in fi. ff. de colle. illi. di-
cit ꝙ iura & priuilegia vniuersitatis retinentur per illum locum,
à quo denominabatur vniuersitas, secundum opini. Andreæ de
Pisis. & alleg. not. in l. 1. §. ait. ff. quod cuiusque vni. & per Ioā. An.
& Doctor. in capit. abbate de verb. sign. in vlt. gl. vbi videbimus
Alex. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi, denuntiari absolutos. &c. quòd præstans iuramentum alicu us rei, cessante illa re absolutus est à iuramento. Isti enim canon ci iurauerunt obedire archiepiscopo, vel facere ibi residentiam, certa destructa ecclesia, authoritate superioris absoluti censentur ab illo iuramento, ita si iuro obedire tibi, tanquam superiori, post tuam depositionem à dignitate non teneor tibi amplius obedire, quia cessat causa cuius ratione iurabam, vt i
7 c. venerabilem ẽ. de ele. ¶ † Vltimò no. & tene a mẽti tex. in ver.
a super eo. vbi possunt colligi duæ regulæ. Prima quòd pro scandalo euitando, non debeat quis ea committere, vel omittere per quæ incidat in peccatum mortale. Secunda regula quòd pro scandalo euitando debet veritas iuris remitti, vel ea, quæ possunt omitti, vel committi sine peccato mortali, & quòd peccat nõ obuians scandalo proximorum cui potest obuiare sine peccato. &
b nota illud, væ illi per quem scãdalum venit. b Matth. xviij. c. &c.
8 ¶ † In glo. ibi, succesferit in vitium, &c. hæc gloss potest intelligi multipliciter. Primò quòd iste successit in vitium prædecessoris, quia prædecessor inchoauit opus. & iste successor post denuntiationem factam prædecessori perficit opus, sciens denuntiationẽ fuisse factam, & iste intellectus bonus est in se. arg. c. sæpe. de rest. spol. Item quia ecclesia tenetur, ex quo nomine suo ædificabatur. & ecclesia nunquam moritur, vt in c. si gratiosè. de rescr. lib. vj. Secundò potest intelligi quòd iste successit in vitium, quia res erat vitiosa, & tunc oportet soluere secundum quod intelligit Bartol. in leg. pen. ff. eo. quando conuenitur dignitas, & non persona. & hoc casu non requiterem scientiam istius successoris, sed de mente istius literæ est, quòd iste sciebat, vt patet in ver. super eo. ibi tu saltem pro vitando, &c. alias autem vbi requiritur mala fides prælati non sufficit mala fides prædecessoris, quia successor in dignitate nõ causat ius suum à defuncto, sed à superiore, vt est
c gl. in c. de quarta. de præscrip. & in ea cura. de iurepa. ¶ † In glos.
9 in ver. nuntiatum. ibi, in solo fiunt, & non ad alia, &c. Et ex hoc infert secundum doct. & bene quòd si quis secaret segetes, seu incideret arborem non haberet locum ista denuntiatio noui operis. Idem si in opere rusticano, scilicet si vellet colligere vuas ex vinea, ne momento pereant, & commoditas colligẽdi abfit, &c. l. 2. C. de fer. idem vbicunque in dilatione subesset periculum. leg.
d de pupillo. §. fi quis riuos. ff. eo. ¶ In ea glos. ibi authore prætore exigitur, &c. valet ergo denuntiatio sine iuramento, quia nõ tenetur nisi ad instantiam iudicis. vt in §. qui opus. alle. in gl. & si iu-
e dex non exhiberet iuramentum non per hoc inficitur virtus de
10 nuntiationis. ar. in c. 1. de iur. calum. lib. 6. e ¶ † Extra gl. quæritur quidam

ADDITIONES.

a ¶ Tene. Adde hic omnino quod no. Io. de Imo. in cle. j. de immu. eccle. de Bellenzinis.

b ¶ Sed ego habeo dubium, quod Doctor. non tangunt. Nunquid pro euitãdo scandalo sit committendum peccatum veniale. sed ego credo quòd non, licet iste tex. videatur cõtrarium innuere, & moueor, quia quis non debet dicere mendacium causa liberandi hominem à morte temporali, vel æterna, vt in capi. 1. & 2. ne quis. & ca. faciat homo. & cap. si quis à te. 22. q. 2. & tamen tale mendacium non est peccatũ mortale, qa est mendacium officiosum, quia nulli nocet, q̃ alteri prodest. & ad istum text. subaudi, maximè, cum enim sit committendum peccatum, vt aliquis liberetur à morte æterna, multò minus, vt euitetur scandalum. Item iura præallegata loquuntur indistinctè, & ponunt regulam negatiuam. sc. q̃ p. nulla causa, quæ possit cogitari dicendum est mendacium. etiam si illud tantum sit peccatum. ad hoc glo. 14. d. quod ait, quæ dicit q̃ quis non debet committere peccatum veniale. vt alius euiter mortale, sed quid põt esse maius scandalum quàm peccatum mortale & q̃ magis sit ꝙdemnandum peccatũ mortale quàm scandalũ, & hoc probatur hic, qa text. iste vult q̃ non sit faciendum peccatũ mortale propter scandalum vitandũ, tanquam peccatum mortale sit magis ponderandum. Si ergo qs non debet facere peccatũ veniale, vt alius vitet mortale, ita etiã non debet peccare venialiter, vt euitetur scandalum. Ale. de Ne.

c ¶ Sed aduerte in hoc, qa Host. hic dicit q̃ l. pen. ff. eo. quæ dicit q̃ hæres illius, cui est facta denunciatio noui operis tenetur solum ad patientiam vt opus demoliatur, non autem debet præstare expensas quæ fiunt in opere demoliendo, debet intelligi nisi hæres ratum habeat ædificium cœptum per defunctum, vel nisi ędificet, quia tunc non tenetur præstare patientiam, vt opus demoliatur, sed etiam tenetur soluere expensas demolitionis, vt in l. prætor. §. hoc interdictum. & in l. fin. quasi hoc velit inferre quòd ex denunciatione facta prædecessori obligetur successor prælatus ad patientiam, & ad expensas si ratum habet illud ædificium cœptũ per defunctum, vel si ipse postea ædificauerit. & hoc modo intelligit istum tex. sed D. Car. in i. oppos. dicit q̃ tenetur per denunciationem factam prædecessori, cum succedat in dignitate, quæ est perpetua, de rescr. si gratiosè. lib. 6. & hic attenditur dignitas non persona. Aliud autem in hærede, qui licet censeatur eadem persona cum defuncto tñ in veritate non est eadem persona. & sic intelligit istum tex. Sed But. sic intelligit, sc. si successor sciuit nunciationem factam prædecessori, nec prosecutus fuit in opere. & dicit, qa sic oportet intelligere hunc tex. quia tunc propter factũ suũ hoc sibi nocet, vt dicatur succedere in vitium, & ita loquuntur iura per ipsum allega. & istum intellectum puto veriorem, & magis conuenit literæ, vt etiã dicit Ab. Sic. Nec mihi placet opi. in l. pe. ff. eo. ti licet D. Car. & Ab. Sic. ipsam sequantur, vt sc. si est facta nunciatio noui operis prælato, successor teneatur præstare patientiam, & impensam, quia ead. persona sc. ecclesia conuenitur. nam delictum prælati non nocet ecclesiæ, vt in reg. delictum. cum simil. Vnde ecclesia ex facto prælati qui ædificauit spreta denunciatione non tenetur, nisi quatenus ad eam peruenit, vt si patiatur opus demoliri, non autem, vt præstet expensam. & hoc declara, vt per Bar. in l. fin. ff. eod. ti. Nunquid autem si post denunciationem mihi factam ne faciam nouum ædificium in re mea, & posteà alieno, seu vendo, emptor qui est singularis successor obligetur ex tali denunciatione, ita si ipse post emptionem rei, & traditionem opus construxerit debeat destrui, dato q̃ ipsi emptori non sit facta nunciatio noui operis, vide Bar. in l. fi. ff. eo. vbi hoc declarat. Alex. de Ne.

d §. Item nunciatio noui operis non concernit præterita ædificia, sc. ante denuntiationem facta. sed illa demoliuntur per interdictum quod vi, aut clam, vel per aliud interdictum, non autem per edictum noui operis nunciationẽ, vt in l. 1. §. 1. ff. eo. ti. Alex. de Ne.

e ¶ Doct. dicunt q̃ si exigitur iuramentum tale, valet nũciatio noui operis, cum etiam sine prætore possit fieri, si tamen posteà adeatur prætor iurabit de calumnia si exigitur iuramentum tale, alias denunciatio retractaretur, vt in d. l. de pupillo. §. qui autẽ opus. Puto tamen verum illud quod dicit Ab. Si. q̃ si iudex non exigeret iuramentum, q̃ denunciatio valeret. Et hoc tenet glo. & Barto. in d. §. qui opus. Verum quia Abb. Sic. non integrè examinat hanc gl. quæ multa tangit. Vnde ex ea quæ indiget declaratione, annectendo etiam illa quæ hic tradidit Io. And. pro modũ summæ. & ponit etiam Io. Cald. in rubric. huius titul. Et primò præmitto quid est denunciatio, siue nunciatio noui operis. & dic quòd est significatio prohibitoria quam facit is qui prætedit ius habere in solo contra posse nouiter ædificãtem opus in eius præiudicium, per quam conceditur, vt ædificatum siue iure, siue iniuria demoliatur, vt §. c. prox. & hic, & ff. e. l. j. & per totum. Secundò quæro ad quæ opera pertinet nunciatio noui operis. hoc tãgit glos. in prin. sui. & Abb. Sicul. declarat, & addit. fecit, dic vt ipse, quia est communis conclusio doctorum. Tertiò quæro quis dicatur nouum opus facere. In hoc gloss. respondet quòd dicitur nouum opus facere, qui aut ædificando, aut detrahendo, aut immutando pristinam faciem operis immutat, vt ff. eod. l. 1. §. opus nouum. non autem ille qui reficit antiquum, vt ead. l. §. si quis ædificium. & deinde consuluit. & ita pertranseunt doctor. & ad text. in §. reficere. ff. de itine. actũq; priuat. vbi text. dicit quòd reficere est ad pristinam formam reducere. longe enim est aliud, reficere, & facere. & ista verba illius §. j. Sed contra communem sententiam doctor. scribentium, hic & in rubric. huius titul. vide tur text. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. eod. per locum à speciali. Nam ille §. dicit speciale in reficiente riuos, vel cloacas, vt ei non possit nunciari nouum opus, quia publicæ salutis, & securitatis est cloacas, & riuos purgari. ergo excepto illo casu speciali potest nuntiari nouum opus contra reficientem. Solu. In hoc ponuntur plures solutiones. Sed Dyn. & Bart. dicunt quòd aut quæritur vtrùm contra fulcientem possit nuntiari nouum opus. & dicendum est quòd non. & hoc modo loquitur lex i. §. si quis ædificium. & secundum Barto. ibi debet esse verbum fulciat: non autem verbum, reficiat. Aut quæritur vtrum contra reficiẽtem. & cæ. & tunc dicendum est quòd sic, fallit in reficiente riuum aut cloacam vt est text. in d. §. si quis riuos. Vnde dicunt quòd contra reficientem viam publicam potest denuntiari nouum opus. l. qui viam. cum ibi not. ff. eod. Rationem autem differentiæ inter reficere, & fulcire ponit, quia ille qui fulcit non facit de nouo. sed ille qui reficit sic. vt in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obligat. Sed contra Bart. & Dyn. videtur text. in leg. i. §. opus nouum. ff. eod. & in l. g. 3. §. reficere. ff. de itin. actuque priuat. Sed dic pro concordia quòd aliquando ædificiũ, puta domus, in totum destruitur, vel corruit, & tunc si vult reficere in ea forma, in qua prius erat, & non potest. fallit in refectione rivi, & cloacæ vt in d. l. de pupillo. §. si quis riuos ff. eod. & ratio, quia non dicitur verè eadem domus, dato quòd ex eisdem tabulis reficiatur, vt in l. inter. §. sacram. ff. de verborum obligation. & in l. si ita legatum. §. fin. ff. de legat. 1. quando per fictionẽ dicitur eadem

eadem domus, vt in l. seruitutes. §. sublatum. ff. de seru. vrb. præd. & hoc modo debent intelligi Dyn. & Barto. §. si quis riuos. Aut ædificium non corruit totaliter, & hoc casu siue fulciat, siue reficiat domum dum tamen pristinam faciem operis non mutet: & hoc modo loquitur l. j. §. si quis ædificium. iuncto. §. opus nouum. ff. eo. ti. & hoc probat optimè ille tex. in ratione sui. dicit enim quòd quia opus nouum non facit, sed veteri substituendo remedium non potest nouum opus nuntiari: & sic non habet locum nuntiatio quãdo refectio fit ad substituendum vetus ædificium quod adhuc durat. secus si in totum corruisset. hoc etiam modo debet intelligi l. 3. §. reficere. ff. de iti. act. pri. & hoc modo intelligendi sunt etiam Doct. hic dum dicunt quòd nouum opus non potest nuntiari illi qui reficit. Nam debet intelligi de reficiente ædificium quòd non corruit totaliter, alias secus. & hoc tenet Paul. de Castr. in d. §. si quis ædificium. & hæc no. quia per Doct. nostros non declarantur. Quartò quæro, an non iurans de calumnia admittatur ad denuntiandum nouum opus glo. hic tangit, & Innocen. ẽ. capitul. proxim. & etiam tetigi in princ. huius add. Quintò quæro quot modis fiat nuntiatio noui operis, gloss. hic tangit. Sed tu dic clariùs quòd tribus modis. primo modo, simplici verbo nuntiantis: & tunc nuntians perdit possessionem, & facit aduersarium possessorem, vt in l. 1. §. in operis. & in l. de pupillo. §. meminisse. ff. eod. titul. Dicit tamen Bartol. & Dyn. in d. §. meminisse. quòd licet perdiderit potest eam recuperare per interdictum, vnde vi. quia factum aduersarij ædificantis dedit causam perdendi possessionem, vt in l. 3. proinde. de vi, & vi arm. Item sua propria auctoritate posset recuperare secundum ipsos antequam diuertat ad extraneos actus, vt in leg. tertia. §. cum ignor. ff. de vi & vi arm. quia videtur spoliatus, vt in d. §. proinde. Dicit tamen quòd iste effectus perdendi possessionẽ non tollitur per remissionem, id est permissionem. vt ille, cui est facta nunciatio noui operis ædificet iterum donec de causa cognoscatur, quia licet possessio perdatur solo animo, vt in l. si quis mo recuperatur, sicut nec acquiritur, vt C. de acquirend. possess. l. licet. & ista vltima sunt verba Hostien. in summa, eodem titulo, §. fina. quæ sequitur hic Dom. Cardina. & Butr. per quæ autẽ vertit formam differentiæ. Vos facitis mihi iniuriam, quia ædificatis in meo, vel cõtra seruitutem mihi debitam, vnde rogo quòd exeatis, alias nuntio nouum opus vobis. Sed Barto. in l. de pupil lo. §. meminisse. dicit quòd verba debent concipi personaliter, & debent referri ad illos qui sunt in opere, vt in ead. l. §. nunciationes. verbi gratia, nuntio, vel prohibeo vobis ne quid operis noui. vt in l. prætor. in princ. & in l. fina. ff. eodem titulo, alias si diceretur prohibeo ne ædifices, vel similia verba personalia, non haberet locum edictum, de noui operis nunciatione, nec eius effectus, sed interdictum, quòd vi, aut clam. vt in l. aut qui aliter. §. si quis non denuntiasset. ff. quod vi aut clam. Secundo modo fit nũciatio per iactum lapilli, & tunc denuncians non perdit possessionem, imò ipsam retinet. vt in l. de pupillo. §. meminisse. ff. eod. titu. & per hoc dicit gloss. quòd melius est facere nuntiationem per iactum lapilli quàm simplici verbo. Sed dicunt Doctor. quòd gloss. dicit verum quo ad effectum retinendæ possessionis, sed quo ad alium effectum est melius nuntiare simplici verbo, quàm per iactum lapilli, vt scilicet euitetur rixa, vel rumor, quia de facili venitur ad arma, quando fit realis nuntiatio. Ratio autem qua sed per lapilli retinetur, assignatur per Doctor. in d. l. de pupillo. §. meminisse. quia denuntiare nouum opus simplici verbo est signum hominis formidolosi, & timidi, sed nunciare per iactum lapilli est signũ hominis audacis, & pugnatiui, & parati per vim suam possessionem retinere si alius non acquiescat. Tertio modo fit nuntiatio per præconem, seu per iudicem, & hoc casu nũ eod, quia hoc casu non videtur pusillanimus, sed magis causa rixæ vitandę adiuisse iudicem, sicut consulit l. vt in leg. tertia, Cod. de pignor. & in l. æquissimum. ff. de vsufruct. & formam talis nũtiationis format Hostien. in summa, eodem titulo, §. fina. Et Barto. in d. l. de pupillo, §. meminisse. ff. eod. dicit quòd parte petente, debet iudex inhibere ne cõstruatur nouũ opus concipiẽdo per sonaliter verba executiua in hanc formã. Ad petitionẽ B. iudex imposuit tali nũtio. vt vadat ad talẽ locũ. & dño. vel operariis ibi existẽtib. nũtiet. & prohibeat ne in d. loco aliquid noui operis fiat: & si senserint se grauatos cõparcant. sed gl. ibid. dicit q̃ sufficit q̃ iudex prohibeat per nuntiũ, ne aliquid noui operis fiat, vel q̃ veniat rursus. sed Bar. hoc reprobatur, quia ad veritatẽ alternatiuę sufficit alteram partẽ impleri, vt l. si hæredi, plures. ff. de condi. in

sti. & sic posset ædificare interim, & alterum facere, scilicet venire responsurus, & per hoc denuntiatio non haberet effectum. vnde communis practica secundum eum est quòd fiat copulatiuè, scilicet, & si senserint se grauatos. Et vt §. dictum est, Paul. de Castro in d. §. meminisse. conatur saluare gloss. sed tu tene practicam Bar. quia tutior est, & melior. communiter tenetur per Doctor. vnde non refero verba Paul. de Castro. Sed inquantum dictum est quòd nuntians simplici verbo perdit possessionem, & quòd aduersarius ipsam acquirit facit contra: quia possessio non acquiritur sine dominio, vt in l. licet C. de acqui. posses. & in l. quemadmodum. ff. eodem ti. Solu. Bartol, in l. 1. §. in operis. ff. eodem titu. hoc intelligit quando ædificator habebat animum acquirendi possessionem soli: & ideo eam acquirit: secus si habuisset animum acquirendi possessionem iuris, pura seruitutis, vel libertatis tantum, tunc illam acquirit, & non possessionem soli: quia non habet animum. & si diceres quomodo potest nuntians simplici verbo petere destrui id quod est factum post nunciationem, cum possessionem perdiderit. Respondet quòd ædificator censetur possidere. vi. aut clam ab aduersario qui nuntiauit nouum opus, & propter hoc debet destrui quod ædificatum est. Et dic quòd tria requiruntur ad hoc, vt ædificator propter nuntiationem acquirat possessionem. Primum est quòd nũtians sit in possessione, alias non posset facere ædificantem possessorem, quia nemo dat quod non habet. l. traditio. ff. de acquirendo rerum do. & l. quæstio. 7. Dai bertum & in c. quod autem de iurepatron. Secundò quòd ædificator habuit animum acquirendi possessionem, vt ṡ dictum est. secundum Bartol. Tertiò quòd nũtiatio sit facta simplici verbo, secus si fieret per iactum lapilli, vel per iudicem, vt ṡ. dictum est. Sextò quæro cui debet, vel possit nuntiari nouum opus? gloss. hic tangit. Sed clarius dic secundum Ioann. Andr. & Dom. Cardin. in rubr. huius titu. quòd potest nuntiare omnibus existentibus in re, domino, seruo, vel operariis, vt in le. de pupillo. §. 1. & §. nunciationem. & §. nuntiare. imò & furioso, & infanti potest fieri nuntiatio, nec in hoc exigitur tutoris auctoritas, vt in le. operis. & in le. sequen. §. 1. eod. titul. sed Do. Paul. de Castro in d. §. operis. dicit quòd illa le. dupliciter potest intelligi. Primò quòd erant aliqui in fundo eorum nomine puta operarij, vel fabri, quibus facta fuit nunciatio, & tunc talis nunciatio statim ligat quantum ad hoc vt infans. vel furiosus teneatur præstare patientiam, vt opus demoliatur, etiam si opus esset factum antequam peruenerit ad notitiam tutoris, vel curatoris, quia factum illorum qui operabantur nocet eis, in eo qđ ad eos peruenit. & hoc procedit etiam si fieret nunciatio fabro ipso, furioso, vel infanti, quia nuntiatio facta fabris, vel operariis eos ligat. quantum ad impensas non tenetur nisi ædificium factum foret postquam nuntiatio peruenisset ad notitiam tutoris, vel curatoris, postquam potuissent prohibere fabris quòd non ędificent, liberaretur tamen infans cedendo actionem contra administratorem, cuius dolus, vel negligentia nocuit infanti, vel furioso. per l. fina. ff. de administ. tuto, sed iste intellectus non congruit illi literæ, quia loquitur de nunciatione facta fabris, est tamen verus in se. Secundo modo intelligitur, quia nuntiatio facta fuit ipsi infanti in prædio, & tunc dicendum est quod ligat à tempore scientiæ tutoris, vel curatoris ex quo potuerunt prohibere, sicut si fuisset facta nullo existenti in prædio, vt not. in le. de pupillo. §. nunciationem. ff. eodem. cum paria sint ibi non esse, & esse ibi, sed inutilem, & sine intellectu, vt in leg. 1. ff. quod cuiusque vniuersit. Et dicit Do. Paul. de Castro quod non ligat prius, etiam quantum ad patientiam præstãdam, sicut quando nullus ibi est, vt nota. in d. l. de pupillo. §. nunciationem. Nec obst. d. l. in operis. quia ad validitatem nuntiationis non exigitur auctoritas. vel patientia tutoris, si ex post facto tantum exigitur quantum ad hoc vt opus posteà demoliatur. Puto tamen q̃ etiã hoc casu sufficeret quòd pupillus cedat actionem contra tutorẽ quo ad impensas. de quo vide in Spec. eodem titu. §. 1. versi. pen. & proximè dictum est. Septimò quæro in quo loco possit nuntiari nouum opus? Et glo. respondet quòd debet fieri in re presenti, vt in l. de pupillo. §. nũtiationem. §. si quis fortè. ff. eo. tit. de quo etiam per glo. in præced. Videndum est itaque primò, An denuntiatio facta domino extra locum, in quo fiebat opus valeat. Secundò, quid si est facta in loco, vbi fiebat opus, domino tamẽ absente. Quò ad primum Bart. in d. §. si quis fortè. tenet quòd op' non debet demoliri etiam si dominus peruenerit ad locũ in quo fiebat opus. & hoc probat ille tex. qui dicit q̃ nuntiatio est nulli momenti. & hoc tenent communiter Doctor. de quo per Hosti. in summa, eodem titul. §. cui fiat. versicul. quid si fiat nuntiatio. & hoc intellige quòd ad edictum, de noui oper. nuntiat. secus quòd ad interdictum, quòd vi aut clam. vt est textus cum gloss. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

l aut qui aliter. §. si quis cum denunciasset. ff. quod vi aut clam. Vnde sis cautus si domino nunciasti in absentia, & ei ne aliquid ædificari faceret, quòd non petas illud destrui tanquam ædificatum spreta nuntiatione, quia succumberes. sed petas illud destrui tanquam vi, vel clam factum post tuam denuntiationem, quia hoc modo poteris obtinere. & hoc nota. quò ad primum. Quo ad secundum aduerte, quia aut nullus erat præsens in loco, in quo opus erat inchoatum. & hic casus est aliquantulum dubius. sed glos. in l. de pupillo. §. nunciationem. ff. eodem titulo, dicit, quòd nuntiatio valet mero iure, sed non habet effectum nisi à die quo peruenit ad notitiam illius, qui faciebat ædificari, & quo potuit accedere, & mittere ad locum, & prohibere fabris ne ædificent. vnde si priùs erat aliquid factum non teneretur nec præstare patientiam, vt destruatur, sed nec ministrare expensas. sed postea tenetur ad vtrumque. Sed contra hoc facit dict. capitul. nunciationem. vbi dicitur quòd denuntiatio noui operis debet fieri eo loco, vbi opus nouum fit, siue quis ædificet, vel inchoet ædificare. sed hoc non potest esse nisi sint ibi fabri. Item nuntiatio debet taliter fieri, vt possit ad notitiam peruenire, vt dicta l. de pupillo. § nuntiare. versiculo, & generaliter. ff. eodem, sed vbi nullus in loco est præsens, talis denuntiatio non potuit ad notitiam domini peruenire propter hoc quidam recesserunt ab opinione & dixerunt talem denuntiationem nõ valere, etiam si ex post facto perueniat ad notitiam domini. Sed Paul. de Castro tenet opinionem glos. præallegat. quia secundum Angel. sufficit quòd possit denunciatio in notitiam venire per notarium, & testes, quos nuntians secum ducat, nisi probaretur fraus, vt quia duxit occultè quosdam sibi notos, vt tenerent secretum, & eam damnificarent dominum, quia malitiis est obuiandum, &c. vt in le. in fundo. ff de rei vendicat. & per dictum Angel. tollitur primum motiuum ſ. factum. nam si nuncians habet secum notarium, & testes, ista nunciatio potest peruenire ad notitiam domini & si non peruenire non ligaret dominum, vt ſ. dictum est. Non obstat primum motiuum, scilicet quòd requiratur quòd quis ædificet, vel inchoet ædificare. Nam hoc potest contingere, etiam si fiat nuntiatio nullo existente in opere. & idẽ tenet Spec. eodem titul. § primo. versicu. penult. vbi dicit quòd nuntiatio facta in re præsenti, & vbi nullus erat præsens, tenet quantum ad hoc vt postquam dominus sciuerit debeat abstinere ab ædificando, & si non fecerit destruere tenetur. Secunda est quæstio circa hoc, quod si nuntiatio fit fabris, vel opificibus qui erant in opere illi verò nuntiauerunt domino, sed eo ignorante in opere processerunt. Specul. eodem titulo. §. 1. versic. fin. dicit quòd non, per l. de pupillo. § si quis forte. ff. eodem. secus si ædificasset postquã sciuit nuntiatum. Sed Barto. in d. §. nuntiationem. & §. si quis forte. dicit quòd debet præstare patientiam, vt opus destruatur. non autem impensas. idem dicunt Doctor. communiter. & ratio differentiæ est inter hunc casum. & præcedentem, quia nullus erat in opere. nullus commisit culpam aliquam cum nullus ibi esset. vnde non ligatur dominus ex tali nuntiatione, nisi postquam sciuit. sed quando aliqui erant in opere, culpa eorum reputatur culpa domini, licet in non notificando. qui vtitur eorum opera. Ista tamen culpa licet sit sufficiens quo ad hoc vt teneatur præstare patientiam, vt opus demoliatur, expensas demolitionis non tenebitur præstare, quia ista est pœna, vt in l penult. ff eodem. Iaco. de Aret. tenet quòd si fabri, vel operarij quibus nuntiatio est facta ædificãt domino ignorante, quòd non tenetur nec præstare patientiam, vt opus demoliatur, nec ministrare expensas demolitionis, & sic tenet opin. Specul. Sed Paul. de Castro in d. l. de pupillo. §. nuntiationem. dicit quòd sibi videtur, quòd si ibi erant fabri quorum opera vtebatur procedit opin. Doctor. per rationem prædictam, sed dominus poterit ab eis recuperare damnum, quod sensit ex demolitione, quia debebant bonum consilium prodomino sumere, & vlterius non procedere quousque sibi significarent. argument. in leg. item quare. § exercitu. ff. loca Puto etiam quòd ipsi fabri teneãtur culpa sua soluere expensas demolitionis, non enim censentur esse in bona fide, ex quo spreta nuntiatione processerunt in opere non facta notificatione domino, vnde tenentur, vt in leg. in rem. ff. de rei vendicat. Idem tenet Bartol. & Iaco. Butr. in d. l. de pupillo. § nuntiationem. argument. l. licet. in fin. ff nau caup. stab. Dicit tamen Dom. Paul. de Castro quòd si fabri non essent soluendo non tenerentur præstare patientiam, vt opus demoliatur, ne versentur in damno, quod intellige, nisi postquam constiterit illum non habuisse ius ædificandi. Item Dom. Paul. de Castro dicit, secus esset si alij erant præsentes quorum opera dominus non vtebatur. Nam illorum negligentia non reputatur sua culpa. ideo nec ad patientiã tenebitur, quia nec ab illis posset recuperare, quod intellige nisi postquam sciuit nuntiationem esse factam, vt dixi in casu præcedenti. & nota, quia posset de facto quotidie contingere. Octauò quæro quis possit nuntiare, quia supra vidimus quibus est facienda nuntiatio. & glos. nostra respondet quòd nedum dominus, sed etiam emphyteota, & creditor, vt in l. in prouinciali. §. si ergo. & l. creditori. ff. eodem titulo. Item potest nuntiare nouum opus vsufructuarius, sed non contra dominum, secundum notab. glos. quæ allegat. ff. de remissio. in l. 1. & 2. sed intellige glos. secundum iura allegat. nisi quando ex hoc vsufructus efficeretur deterior, & tunc nuntiat nouum opus non ad finem, vt opus demoliatur, sed ad finem, vt æstimetur vsufructus. & hoc modo loquitur l. 1. & 2. ff. de remissionibus. & l. 1. §. fina. cum sequent. ff. eodem titulo, vbi plenè de hoc. De seruo autem an possit nunciare nouum opus, glos. bene dicit. Vtrum autem pupillus vel minor 25. ann. possit nuntiare nouum opus, dic, vt in l. de pupillo. in princip. ff. eodem. prædicta procedunt quando quis nuntiat nouum opus, eo quia afficitur priuato incommodo. Sed ratione publici interesse, puta si ædificetur in publico quiliber ciuis admittitur ad denuntiandum, vt in l. in prouinciali. §. fin. cum l sequent. ff. eodem. & hoc dicit glos. nostra. Ex prædictis infertur secundum Hostien. in summa eodem titulo. §. quis possit. quòd tribus de causis potest fieri nuntiatio, scilicet, aut iuris nostri conseruandi, Aut damna depellendi. Aut iuris publici tuendi, vt in l. 1. §. nunc videamus. & §. nuntiatio. ff. eodem. Sed alibi dicit text. quòd triplex est causa nuntiationis. Naturalis, publica, & impositiua. & declarat ille textus, quia dicitur naturalis causa quando in nostro aliquid immittitur, puta in domum meam, vel aliquid in nostro ædificatur, vt quando quis in solo tuo ædificat. Publica, quando quis in loco publico. Impositiua quando quis ædificat contra seruitutẽ sibi debitam, puta si constituerit seruitutem non eleuandi altius domum suam, & deinde vellet eam eleuare contra seruitutem impositam. nam posset ei nouum opus nuntiari, & iste est text. in l de pupillo. §. fextus ff. eodem. sed dic quòd illud quod dicitur in dicto §. fextus, comprehẽditur sub illo quod dicitur in dicto §. nuntiatio. vbi tex loquitur magis generaliter, scilicet quòd nũtiatio noui operis fit, vel causa iuris nostri conseruandi, vel damni depellendi, vel iuris publici tuendi. Nam primò quis intelligitur nuntiare nouum opus causa sui iuris conseruãdi, vt quando ædificatur in re, in qua nuntians habet dominium directum, vt in l. de pupillo. §. fextus ff eodem. vel vtile, vt in l in prouinciali. § si ego. ff. eodem. & in leg. 1. §. primo, ff. quod vi, aut clam. vel ius hypothecæ, per quod totam rem potest auocare, vt in l. creditori. ff. eod. vel ius seruitutis realis, vt in l. & si forte §. 1 si serui, vendic. præterquam in seruitute viæ, vt in l. qui viam. ff. eodem titu. Damni autem depellendi causa fit nuntiatio, quãdo nullum istorum habeo: sed timeo ne ædificium ruat super meum, & det mihi damnum. Et aduertendum, quia ibi non admittitur denuncia tio per satisdationem de demoliendo, quia nõ prouideretur per hoc nuntianti, sed per satisdationem de damno infecto, quia ista possunt simul stare, scilicet quòd iure ædificat in solo in quo nullum ius habeo: & tamen dubito damnum recipere. Tertia causa est iuris publici conseruandi, vt quando omnia ista cessant, tamẽ aliquis ædificat contra formam legis communis, vel municipalis, vel in loco vel flumine publico. Nam quilibet de populo admittitur ad denunciandum, vt in l. in prouinciali. § fina. cum l. sequent. ff. eodem. Secus si aliquis ædificaret in mari, vel in littore maris, quod conceditur occupanti. sed non sic conceduntur publica, vt not. glossa in titut. de rerum diuisi. § item lapilli. Vnde aues, & pisces, & feræ bestiæ dicuntur res communes, & non publicæ, quoniam occupantibus conceduntur, vnde tunc non potest nuntiari nouum opus, quia nuntians non debet plus iuris habere ad prohibendum, quam ædificans, ad ædificandum, & ista sunt verba Paul. de Castro in lege prima, §. nunc videamus. ff. eodem. Nonò quæritur an nuntiatio possit fieri per procuratorem? dic quòd sic, vt in l. de pupillo. § qui procuratorio, & §. fi. cum l. sequent. eodem. Sicut aũ procurator illius in cuius præiudicium constituitur nouum opus, potest nũtiare, vt d. §. qui procuratorio. ita etiam potest nuntiari nouum opus procuratori ædificantis. vt in l. si procurator. ff. eodem, & intellige quòd procurator possit nuntiare nouum opus scilicet quãdo de eius mãdato constat, sed si dubitatur de mandato, tunc compellitur satisdare rem ratam dominum habiturum, etiam si sit verus procurator, vt est tex. in d. §. qui procuratorio. & dicit Innoc. in capi. præceden. quòd quando opponitur contra procuratorem, per hoc non differt iudex facere inhibitionem de non ædificãdo, ni si incontinenti, & quasi in momento ostendat non valere procuratorium, quia si dicatur contrarium non satisfit edicto ꝙ vult ab opere

ab opere cessari. Sed Do. Cardi. dicit quòd aut certum est quòd habet mandatum, & aduersarius non opponit, & tunc non est opus satisdare. Aut opponit, & tunc si procurator vult expectare quòd discutiatur de mandato, & tunc non tenetur cauere rem ratam dominum habiturum. sed econtra si non vult expectare quòd discutiatur de mandato tenetur satisdare rem ratam dominum habiturum ad effectum, vt statim teneat nuntiatio. sed hoc declara melius, vt dicit Barto. & Paul. de Castr. in §. qui procuratorio. Nam aut instrumentum procuratoris ostenditur illi cui fit nuntiatio extra iudicium, & tunc aut fatetur illud instrumentum, & tunc dicitur constare de mandato, nec tenetur cauere rem ratam, &c. sed statim tenet nuntiatio. Aut dicit illud instrumentum non esse verum, vel non continere sufficiens mandatum, & tunc dicitur esse dubium de mandato, quia non tenetur illi instrumento credere, cum possit dubitare de fide eius, & ad ipsum non pertinet hoc dubium decidere. Aut instrumẽtum producitur in iudicium, & tunc si iudex pronunciat illud instrumentum verum, & continere sufficiens mandatum, diceretur constare de mandato non obstante contradictione aduersarij, & reputabitur legitima persona ad denuntiandum nouum opus, iuxta no. in l. licet. C. de procura. & in capitul. 1. eodem titulo. Circa hoc tamen dic quòd si apparet instrumentum in aliqua parte non iuspectum, & contineat clausulas, ex quibus appareat procuratorem habere mandatum ad nuntiandum nouum opus, iudex non debet differre facere inhibitionem de non ædificando, nisi ille qui opposuit contra procuratorem incontinenti, & quasi in momento ostendat procuratorem non valere: quia si dicat contrarium non satisfit edicto, quod vult ab opere cessari. Aut certum est quòd nõ habet mãdatum, & nõ auditur etiam si velit satisdare secundum Domi. Cardina. Aut dubitatur, & tũc procurator admittitur cum satisdatione, vt in d. §. qui procuratorio. de quo Domi. Cardina. se remittit ad capitul. primum de procurat. Sed circa hoc dubitatur de tribus. Primò, an procurator generalis possit nũtiare nouum opus. glos. tenet quòd nõ in d. §. qui procuratorio. Barto. autem ibi tenet cõtrarium quòd sufficit procurator generalis. & istud tenẽt communiter Doctor. per l. 1. in fi. ff. eodem titulo. vbi vsufructuarius qui habet generale mãdatum potest nũtiare nouum opus. & quòd intelligitur generale mãdatum à domino, est bon. text. in l. prima, in fi. ff. vsufruct. quemadmodum caue. & not. in l. actiones. §. renuntiare. ff. pro socio. vbi etiam est bon. tex. & hoc intellige secundum Paul. de Castro in procuratore qui habet generale mãdatum ad negotia, secus si ad iudicia, quia tunc nũciario, licet sit quædã prouocatio ad iudicium, nõ tamen est actus iudiciarius, vt in leg. 3. §. item nũtiatio. ff. eod. Secũdò quæro circa hoc quod si procurator. de cuius mandato dubitatur, nũtiat nouum opus & posteà apparet ipsum non esse nec fuisse procura. nũquid fiet demolitio operis facti cõtra inhibitionem talis procuratoris, qui non erat verus procura. Innocen. primò dicit quòd nõ, deinde refert alios tenere cõtrarium, scilicet quòd opus debet demoliri, quia graue est prætorem contemnere, vt in l. de pupillo. §. meminisse. ff. eodem. Sed ego credo distinguendum, quòd aut dominus habet ratam nuntiationem factam per falsum procur. & tunc opus debet demoliri, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato cõparatur, vt in l. fi. C. ad Macedo. & hoc puto esse verum, si de rata cauisset, aliàs sua nuntiatio potuisset cõtemni, vt in d. §. qui procuratorio. Aut dominus nõ habet ratam talem nuntiationem, & tunc opus nõ est demoliendum: quia perinde habetur ac si nõ esset facta, ex quo procurator falsus ipsam fecit, & dominus vult quòd non sit facta. vnde perinde habetur ac si remisisset denũtiationem: imò videtur ipsam remittere, ex quo eam ratam nõ habet. & istud est de mente Paul. de Castro in l. si procurator. ff. eodem titulo. Tertiò dubitatur, an procurator qui nuntiauit nouũ opus possit talem denũtiationem remittere ad finem, vt ille cui est facta nũciatio licet possit ædificare, vt in d. §. qui procuratorio. & in l. cũ procurator. ff. eod. titul. Et est cõclusio quòd procurator nõ potest facere gratuitam remissionem, nisi ad ipsam haberet speciale mãdatum, vel generale cũ libera, vt in l. 3 §. nõ tãtũ. ff. quod vi aut clam. Sed remissionem necessariam potest facere procurator habẽs simpliciter mãdatum ad denũtiandum, quia hoc venit in consequẽtiam mãdati, cum sit de necessario contingẽtibus, vt in l. ad rem mobilem. & in l. ad legatum. ff. de procura. Nam etiã dominus tenetur remittere nuntiationem quãdo sub est causa necessaria, puta, quia offertur satisdatio secundũ formã capit. fi. ẽdem. alias si talis satisdatio sine iusta causa recusaretur, haberetur pro recepta, & remissio intelligeret facta. de quo vide in sequen. & cap. fin. eodem ẽdem. vlterius quæro quia dixi 5. in proxima addi. quòd nuntiatio noui operis non potest fieri quo ad opera præterita, sed illa demoliuntur per interdictum, quod vi, aut clam, vel aliud, vt in l. 1. §. 1. ff. eodem. Nam quid nunciatio noui operis possit fieri quo ad opera inchoata. Dicit Innocen. quòd sic quòd ad futura ædificia dummodo sit factus aliquis apparatus, vt in l. 1. §. cœpisse. ff. de pollicit. & in l. 1. in princi. & §. potest ff eodem. Nec obstat l. stipulatio §. opus, vbi dicitur quòd non sufficit apparatus, nisi appareat aliqua species facti operis. Nam secundum Bartol. & Paul. de Castro. edictum, de noui oper. nuntiatio, habet duos effectus. Primus est vt prohibeatur opus fieri post nuntiationem. & hoc casu sufficit quòd apparatus aliquis sit factus. & hoc modo loquitur l. 1. §. potest. ff. eodem. Secundus effectus est quòd demolitur illud quod est factum post nuntiationem. & iste est effectus demolitorius, & hoc casu est necessarium quòd habeat instar operis, aliàs non potest demoliri. & hoc modo loquitur l. stipulatio. §. opus ff eodem. Vnde si sunt positi aliqui lapides in loco, non tamen habet instar operis. i. muri, vel parietis, quia nihil est factum cum calce, illud non destruitur. In quantum autem dixi quòd denuntiatio potest fieri quò ad præterita opera inchoata respectu illius quod ædificatum est, intellige hoc quò ad opus ædificatum post nuntiationem noui operis. nam ædificatum non est destruendum, vt in l. non solum. § qui opus. & §. sciendum, versiculo. sed vt probari, ff. eodem. Vnde Specul. eodem titulo. §. 1. versicu, & non dictæ. quòd ille qui nuntiat nouum opus sapienter facit si coram tabellione, & testibus facit mensurari ædificij longitudinem, & latitudinem, & altitudinem, & cum opus factum post denuntiationem demoliri debeat, per hoc iudicatur quantum post denuntiationem ædificatum fuerit. de quo latius per Hostien. in summa eodem titu. § qualiter. versiculo, est etiam consilium. & ibi Hostien. ponit formam instrumenti. & istud est bonum consilium, quia si omitteretur dato quòd constaret esse ædificatum ante nuntiationem, & post nuntiationem, si non constat quantum sit ædificatum ante nuntiationem, & quantum post, nihil venit destruendum, ne contingat quòd aliquid destruatur de eo quod prius factum erat. Idem econtra si non constaret aliquid esse factum ante nuntiationem, licet res vera fuisset factum, sed constat aliquid fuisse factum post denuntiationem totum venit destruendum. & sic interest etiam illius cui facta est nuntiatio, vt videatur quod sit aliquid ædificatum ante nuntiationem. Nam sicut agens debet probare suam intentionem, ita postquam est probata debet reus probare suam exceptionem. Vnde si probo quòd nuntiaui, & quòd post nuntiationem ædificasti fundata est intentio mea. Nam si excipis de parte prius ædificata, necesse habes illam ostendere. ita declarat Paul. de Castro. in d. §. qui opus. Dic tamen quòd ille cui est facta nuntiatio non tenetur ostendere quantum sit ædificatum ante denunciationem, sed sufficit, quòd ostendat aliquid fuisse ædificatum. & si ostendit aliquid fuisse ædificatum, licet non probet quantũ illud sit, nisi nuntians probat quantum sit ædificatum post nuntiationem, nihil destruetur, vt ſ. dictum est. & ita intellige Dom. Paul. de Castro. Item quæro, quid si quis ædificat in pluribus locis, & quis non vult nuntiare nouum opus, nisi quo ad locum vnum tantum. vt pone, quia non vult impedire totum opus, sed tantũ partem. dic quòd tunc nuntians debet demonstrare in quo loco opus nouum nuntiauit, secus si vellet totum opus prohibere, quia tunc simpliciter nuntiaret nouum opus, de quo vide bonũ tex. in leg. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. eodem. Quærendum est etiam quis sit effectus nuntiationis. Ioan. Andr. tangit, & Ioa. Cal. & Do. Card. in Rubr. huius tituli. in 10. quæstio. Sed dic vt plenius per Hostien. in summa, eodem titulo §. quis sit effectus. Primus est, quia quicquid est ædificatum post nũtiationem siue iure siue iniuria debet demoliri expensis ipsius ædificantis. vt hic, & in capi. præceden. & ff. eodem. l. 1. 1. respon. & intellige siue iure, siue in iuria, i. siue fuerit iustè ædificatum, siue iniustè. Secundus effectus est, quia rem afficit. vnde & is tenetur, ad quem possessio peruenit, scilicet quo ad patientiam, vt patiatur opus destrui, sed non quo ad pœnam, scilicet vt teneatur ad expensas demolitionis, vt in l. penul. & fin. ff. eodem hoc declara, vt per Bar. in dicta. le. fina. Tertius est, quia si ille cui opus nouum nuntiatum est nolit rem defendere transfertur in eum onus probationis, vt ff. eodem. leg. prius. Quartus effectus est, quia quando fit nũtiatio simplici verbo, nuntians perdit possessionem, & transfertur in illũ, cui fit nũciatio, vt ff. eod. l. 1. §. in operis. secus si fieret per iactum lapilli, vel auctoritate iudicis, vt in l. de pupillo. §. meminisse. ff. eodem. Et hi effectus tolluntur per remissionem tacitam, vel expressam secundum Hostien. de qua remissione statim videbis. Vltimò

Universidad de Deusto

quæro quomodo tollatur nuntiatio noui operis, dic quòd tol
litur expressè, quod est quando nuntians dicit quòd est conten
tus quòd ille cui est facta nunciatio ædificet.ff.eod. l.non solùm,
§ sciendum,& l.1.in princip.ff.de remissi. Remittitur autem tacitè
multis modis. Primò quando transactio est secuta auctoritate
prætoris, vel iudicis: quia nec aliud prætor quærit, quàm vt
controuersias dirimat. Ergo si nuntians,& ille cui facta est nuntia
tio inter se conueniant, vel nuntians spote recedat à nuntiatio-
ne, debet prior ratum habere, vt in l j.§.& post opis.& §.inde quæ-
ritur.ff.e. Secundo modo fit remissio tacitè per mortem nuntian
tis reintegra, scilicet, antequam esset aliquid ædificatum, secus si
aliquid esset ædificatum post mortem nuntiantis. idem dicas
quod dicitur re integra, quando post nuntiationem, nec est ali-
quid ædificatum, nec est præstita satisdatio, vel repromissio de
opere demoliendo, secus si esset satisdatum, vel repromissum:
quia tunc effectus nuntiationis non tolleretur per mortem: &
dic quòd satisdatio debet præstari de opere demoliendo quan-
do quis nuntiat nouum opus pro iure suo priuato. Nam tunc
ille cui est facta satisdatio debet satisdare cum fideiussore. Sed
quando nuntio nouum opus non pro iure meo priuato, quia
nuntio, ne quid fiat in loco publico: & tunc sufficit quòd ille
cui facta est nuntiatio promittat sub fideiussore de opere de-
moliendo, si apparebit eum iniustè ædificasse, vt in l. non so-
lùm §.si cum iure.ff. eodem. Sed Hostien. in summa eodem ti-
tulo,§.qualiter.versicul. fit & tacitè remissio. dicit quòd remis-
sio nuntiationis fit tacitè si intra annum satisdetur de opere de-
moliendo si apparuerit iniuria ædificatum, vel quando per nun-
tiantem steterit quominus satisdatur, vt leg. prætor. ff. eodem §.
deinde ait prætor.& §.hoc interdictum.& §.fin. Sed aduerte, aut
quæris nunquid per satisdationem intelligatur remissa nuntiatio
quantum ad effectum, vt nuntians interim possit ædificare,& dic
quòd sic.& hoc modo loquuntur iura allegata per Hostien. Aut
quæris nunquid ista nunciatio duret etiam post mortem nun-
tiantis quantum ad effectum, vt ædificàs teneatur opus destruc-
re quo ad effectum, vt fideiussores sint obligati, & in hoc dic q
sic,& si hoc casu non tolletur per mortem nuntiantis.& hoc mo
do debet intelligi dom. Cardina. in rubric. huius tituli, in 9. quæ.
& hoc tenuit glo. in le. non solum, §. morte. ff. eodem titulo.& il-
lam glossam sequitur ioi Bartol.& ibi Paul. de Castro. dicit illam
glossam notabilem, scilicet, quòd per satisdationem de opere
demoliendo desinat res esse integra, ideo si post satisdationem
præstitam moriatur nuntians.& posteà ædificatur, poterit hæres
ædificantis, etiam si aliam nuntiationem non faciat agere ad de
molitionem ex illa stipulatione interposita per defunctum. Sed
Paul. de Castro. dicit quòd Angel. tenet contrarium, & melius,
nam illa stipulatio cum sit prætoria extinguitur extinctio eo, su-
per quo est interposita. vt le. 1.§.sub conditione.ff. vt lega. nom,
caueat. sed per mortem extingueretur nuntiatio, si stipulatio nó
esset interposita. ergo ista stipulatio non facit eam non extingui,
imò cum ea extinguitur. Non obst. quod not. glossa. fin. in le. non
solum §. morte. ff. eodem quia iura allegat. per illam glossa. loquũ
tur quando stipulatio erat iam commissa in solidum. Vnde sicut
non extinguitur per mortem actio orta ex hoc edicto, ita nec or
ta ex stipulatione, quin tunc stipulatio faciat, vt transmittatur
contra hæredem. quòd aliàs non trãsmitteretur, vnde reddit ius
potentius, non autem auget. Sed tu tene opini. glos. quæ commu
niter tenetur in dict.§. morte. quam tenet etiam Ioan. Calder.&
Dom Car. vt ẽ. dixi.& dic quòd quando interuenit satisdatio, vel
repromissio de opere demoliendo,& ideo morte nuntiantis nõ
extinguitur ratis nuntiatio, quia cum processum sit ad satisdatio
nem, vel repromissionem res definit esse integra, & in practica
hoc esset obseruandum. Sed aduerte, licet morte nuntiantis re-
integra extinguatur nuntiatio, non tamen extinguitur morte
illi9, cui est facta nuntiatio, quia hæres eius tenetur non facta alia
denuntiatione demoliri ædificium factum, non tamen in pœnã
incidit, nisi sciens ædificauerit.& sic non tenebitur præstare ex-
pẽsas demolitionis, nisi fuerit sciens, licet teneatur pati, vt demo
liatur, vt in l. non solum. §. morte. ff. eodem. Tertiò modo remitti
tur nuntiatio tacitè, si is qui nuntiauit, non vult iurare de calum
nia, q. o. declara, vt dicit hic Abb. Sicu.& Do.& suppleo in prin-
cu us tituli. De aliis quæstionibus quæ hic possunt tãgi, dic vt ff.
eodem.& per Host. in summa, eodem titu.& de ista materia aliqd
videbitis j. cap. fin. Sed inquantum ẽ. dixi quòd quando fit nũtia
tio noui operis verba executiua debent esse impersonalia, puta,
ne quid noui operis fiat secundum Docto. Barto. in l. de pupillo.
§. meminisse. ff. eodem. licet glos.& Hostien. ibi sentiant contra-
rium. sed reperi Dom. Paul. de Castro in l. si procurator. ff. eo tit.
vbi improbat opin. Bartol. dicit enim quòd licet nuntiatio ex
edicto de noui opis nuntiatione, possit,& debeat fieri impersona
liter quando nunciator vult comprehendere omnem ædifican-
tem, attamen non reprobatur nuntiatio facta in personam, quo
minus contra illam persona m,& non contra alias oriatur inter
dictum demolitorium ex hoc edicto. & dicit de hoc esse tex. in
l. non solùm. § si in iure. ff eodem. & dicit Dom. Paul. hoc esse vti-
le: quia in interdicto, quod vi, aut clam, expedit agentem pro-
bare de iure suo, & aliter demolitionem non obtinebit. sed in
hoc interdicto sufficit probare opus factum post nuntiatio-
nem, vt in l prætor. § 1. in fin. & dicit Dom. Paul. quòd istum in
telligitur habuit glo. 2. in d. l. si procurator. ff. eodem. quæ dicit
quòd non datur interdictum quod vi, aut clam: imò actio ex
hoc edicto, scilicet in factum: sed etiam interdictum demolito
rium, vt in l prætor. § nonnulli ff. eodem. Sed aduerte, inquan
tum Dom. Paul. dicit quòd in interdicto quod vi, aut clam ex-
pedit agentem probare de iure suo, alias demolitionem non ob
tinebit, videtur contra tex. in l. 1. §. hæc. ff. quod vi aut clam. est
destruendum siue iure, siue iniuria sit ædificatum, id est siue ius
conuenit ædificandi, siue non. vnde ædificans non auditur si
vult probare se in suo ædificasse. Solu. Bartol. ibi intelligit quan
do ædificans volebat probare se dominum, vel etiam constabat
ipsum dominum esse, sed aduersarius possidebat rem, in qua o-
pus est factum, vel erat in possessione alicuius iuris, cui per illud
opus præiudicatur. argumen. ff. de aqua quot. & æsti. l. penulti.
vnde quo ad interdictum quod vi aut clam est dicendum, quòd
aut ædificans est dominus rei, in qua ædificat, non tamen posses
sor, vel si est possessor præiudicatur per illud possessioni alicuius
iuris in qua alius est,& tunc illud opus est destruẽdum ante om
nia, siue habuit ius ædificandi, siue non, quia cum per illam ædi-
ficatores spoliauerunt aduersarium sua possessione est ante om
nia restituẽdus, & hoc modo loquitur lex prima, §.& parui. ff. qd
vi aut clam. Aut ipse ædificans est in possessione, nec per hoc pre
iudicat possessioni alterius,& tunc illud opus non est destruen-
dum per interdictum, quod vi, aut clam, nisi agens probet de iu-
re suo: secus si competeret edictum, de operis no. nunciatio. quia
tunc illud opus quod esset ædificatum post noui op. nuntiat. an
te omnia esset destruendum, etiam si ædificans fuisset in posses-
sione,& ista est differẽtia inter hoc interdictum. & interdictum,
quod vi aut clam. Sed quò ad principale edictum Domin. Paulus
de Castro, inquantum vult quòd noui operis nuntiatio facta in
personam nuntiantis, puta, prohibeo ne ædifices valeat, sed tan
tum comprehendat personam cui facta est nuntiatio, sed quan-
do est facta impersonaliter, puta, prohibeo ne quid noui operis
fiat, tum comprehendit omnes ædificantes, quia intelligitur fa-
cta in rem,& sic est realis nuntiatio, de quo dic, vt in l. fina. ff. eo-
dem.& mouetur Domi. Paul. per l. non solùm. §. si cum iure. ff. eo
dem. vbi probari videtur quòd valeat talis nuntiatio, ne quid no
ui operis facias. Sed Barto. in hoc sensit,& dicit quòd ibi non po
nuntur verba nuntiantis, sed iurisconsulti, quasi dicat, nũtiat ne
quid facias per verba apta. Nam si nuntiaui ne quid fiat imper-
sonaliter, sequitur quòd per hoc nuntiaui ne quid facias. & Bar-
tol. dicit verum quòd in dicto §. cum iure. ponuntur verba iuris-
consulti, non autem nuntiantis. Vnde ante factum seruanda es-
set opinio Barto. Sed post factum ego dicerem quòd aut inser-
ta sunt aliqua verba, ex quibus apparet quòd intendit nuntiare
nouum opus, puta quia dicit, nuntio tibi ne nouum opus facias,
vel prohibeo ne nouum opus facias,& tunc habet locum inter
dictum de noui operis nunciatio. & hoc modo potest procede-
re opinio glos. Hostien.& Domi. Paul.& sic potest intelligi l. nõ
solùm §. si cum iure. fateor quòd hæc nuntiatio erit personalis,
non autem realis, vt dixit Domin. Paulus. Aut non sunt aliqua
verba expressa, per quæ appareat quòd velit nuntians vti edi-
cto, de operis noui nunciatio. puta, quia dicit prohibeo tibi etiã
ne ædifices, & tunc nisi ex coniecturis appareat quòd voluerit
nuntiare nouum opus non poterit vti hoc edicto, sed debebit
recurrere ad interdictum, quod vi, aut clam. & hoc modo po-
test procedere opinio Bartoli. Nam quando constat de mente,
non refert quid ex æquipollentibus fiat, & ipsi mentis tandum
est. sed quando de mente non constat verba sunt inspicien
da, vt in l. non aliter. ff. de seruitu. Vnde istud addas ad illud quod
dixi super glos. quæstione quinta, & ibi de hoc remittas, quia
hoc supplet quod ibi deficit, & per hæc sumus de hac difficili,
& subtili materia expediti, quæ est practicabilis. Alexander de
Neuo.

¶† Extra

10 ¶ † Extra gl. quæritur, quidã ex canonicis sunt absentes, quidã
vero præsentes, imminet electio hẽda, vel aliquod negotium ec
clesiæ, quo congregabitur capitulum,& qualiter expedietur ne-
gotium. Inn. potuit super hoc vnam gl. fin.& quotidie allegatur,
quam sic concludo, aut canonici sunt absentes ex causa volun-
taria, vel propter delictum proprium,& tunc non tenẽtur cano-
nici intrinseci exire ad extrinsecos, quinimo si negocium nõ est
graue non tenẽtur eos requirere, sed vbi negotium est arduum,
is ad quem spectat conuocatio capituli, vel si non est aliquis, ibi,
ad quem spectet congregatio de iure, vel consuetudine debent
saltem cõuenire duæ partes totius vniuersitatis,& præfigere ter
minum absentibus, vt veniãt per se, vel constituant procurato-
rem,& si non venerint imputetur eis,& valebit quicquid fecerit
à maior pars istarum duarum partium.a Et no. ex prædictis, primò
b q vbicunque negotium est arduum,b & graue, semper absentes
vocandi sunt, si commodè vocari possunt, & placuit mihi sem-
per hoc dictum, & sequitur do. Ant. licet gl. quam allegat totus
mundus in c. ij. de test. libr. vj. dicit quòd in tribus casibus tantùm
absentes sunt vocandi, sed certè in illis casibus vocantur propter
arduitatem negotij, ergo idem in omnibus arduis c cõsimilibus
c vel maioribus. arg. eius quod no. gl. in l. j. C. de condi. inde. c ¶ Se
d cundò no. qualiter debeat congregari vniuersitas. d quia si est a-
liquis ad quem spectet de iure, vel consuetudine is debet con-
gregare, si autem non est, tunc potestas congregãdi pertinet ad
duas partes vniuersitatis, quia virtus vniuersitatis consistit in
duabus partibus antequam congregatur. sic intellige l. nulli. ff.
quod cuiusque vniuer. no. nec in istis duabus partibus debẽt
computari non vocandi, vt not. gloss. in cle. quod circa. de elect.
sed valet quicquid facit postèa maior pars illarum duarum par-
tium.& sic intellige l. nulli. quod cuiusque vniuer. no.& l. quod
maior. ff. ad muni. capitulo primo. de his, quæ fiunt à maior. par-
e te capitul. e ¶ Si verò aliqui sunt absentes propter potentiam ty-
ranni

ADDITIONES.

a ¶ Iunge illud quod dicit Ab. Sic. hic. prope fi.& inc. ibi, si verò ali
qui sunt absentes propter potentiam tyrãni. Et dic clarius q ali
quando aliqui se absentant, vel expelluntur pp potentiam tyran
ni, vel propter tyrannidẽ publicam, quandoque se absentant, vel
expelluntur pp inimicitias priuatarum personarum, vel propter
delictum. In primo casu dicit Inn. q si expediret ecclesiæ, vel cle
ricis illius ecclesiæ facere aliquem ẽctum, vel eligere prælatum,
vel aliqui d aliud, licet hæc ordinariè essent facienda in ecclesia,
de elect qd sicut. tamen pp necessitatem fiet alibi. 23. dist. In no-
mine domini,& etiam quod plus est tyranni darẽt clericis facul-
tatem eundi ad ecclesiã sic inuasam,& etiam si aliqui clerici ibi
remanserũt,& etiam si non timeatur de impressione, dũmodo il
li qui exierũt iusto timore, vel aliqua iusta causa exierint cũ per
pe. ua,& bona pace, vel honesta.& dicit Inn. idẽ videri si illi qui
exierunt sint pauciores, dũmodo præsumatur q electio, vel alius
contractus vtilius extra ecclesiam possit celebrari q̃ intra, arg. de
ele. bonæ. el j.& quod ibi not. Inn. Et cũ his verbis Inn. trãsit Host.
D. Car.& Bu. qui tamen ex illis elicit istã conclusion m q si cõ
modè potest negotium extra ecclesiam exerceri, quãquam regu
lariter negotia ecclesiæ in ecclesia sint tractanda, de elect. quod
sicut.& ca. cum terra. hoc tamen casu debent se congregare vbi
tutè,& commodè possit negotium expediri, de elect. bonæ, &c.
clusio fortiùs procedit quando maior pars se absentauit, vel fuit
expulsa.& istud etiam est de mente Abb. Sic. hic in fin. commen-
ti,& adde hic illationem, quam facit in fi. commenti. In secũdo
verò casu quando sunt expulsi, vel absentes propter inimicitias
priuatas dicit Inn. secus esse quam in casu præced. qa intrinseci
non debent ire ad forinsecos, quia forinseci possunt constituere
procuratorem, de elect. quod sicut. §. j.& c. quia propter. & ff.
de procur. l. j. Et dicit Host. quòd absentes sunt requirendi. arg. ẽ.
qui ma. accu. pos. c. j.& propter hoc dicit Butr quòd si vnus par-
ticularis priuatus timeret inimicitias non audet ire ad locum, ni
hilominus requiri debet. arg. ẽ. qui ma. ac. pos. c. j. hoc tamẽ casu
intrinseci ad extrinsecos exire non coguntur, sed constituẽt pro
curatorem si de sua processerit voluntate, vt in l. 1. ff. de procur.
& dicit hoc notan. propter bannitos qui debent mittere procu
ratorẽ ad præsentes, vt in c. quia propter.& not. bene hoc, quòd
bannitus propter delictum ex hoc non perdit potestatem dãdæ
vocis sibeneficio non est priuatus. Ex prædictis Inno. infert quę
stionem talem. Aliquis propter inimicitias non audet ire ad ec-
clesiam, an talis retineat possessionem rerum suarum, quam ha
bebat in ecclesia.& circa hoc dicit Innoc. quòd is qui timore ini
micorũ, vel hostium dimittit res suas retinet possessionem etiã
ciuilem, vt in l. licet. C. de acq. pos. hoc limitat tamen Inn. duob.
modis. Primò, quando caperetur ab hostib. quia tunc perderet
possessionem rerum suarum. Secundò, quando non capitur, sed
res capiũtur ab hostib. quia possessio earum perditur, alleg. ff. ex
qui. cau. ma. l. denique.& l. prætor. §. is autem.& perdit possessio-
nem, quia censẽtur spoliatus, vt in ca. in literis.& c. item cum ouis.
de resti. spo.& hoc dictum Inno. sequitur Host Io. An.& D. Car.
Vnde But. hic dicit quòd si aliquis est absens.& timet reuerti so.
lùm timore rei. i. ne expellatur de possessione rei, si voluerit
ingredi,& tũc perdit possessionem, vt in l. id quod. §. quod autẽ.
& in l. clã possidere. §. qui ad nundinas. in fin. cum l. seq. ff. de acq.
poss. sed si timeo propter personam tantum, tunc nõ perdo pos-
sessionem. Vnde si timore inimicorum exeo proprium domi-
cilium, adhuc animo retineo possessionem rerum mearum.& di-
cit hoc no. propter istos qui habent ius patronatus,& sunt ex-
pulsi propter partialitates, quia non perdunt quasi possessionẽ,
quia timent principaliter de persona, non de re. & dicit se ita vi
disse allegari hac gl. Inn.& istud no. pro limitatione legum præ
alleg.& gl. in c. olim. el. j. de resti. spoli. in gl. quæ in c. vt suas.& si
isti possident ciuiliter, interim contra eos non potest currere
præscriptio, cum non currat contra possidentem ciuiliter. vt di
cit Bartol. in leg. 3.§. ex contrario. ff. de acq. poss. & per Bal. in l.
j. C. de ser. fug. per D. Car. in cap. cum olim. el 2. j. tit. prox. versic.
iudices. in fin.& licet Doct. communiter hoc sequantur, tamen
in subtilitate iuris posset dubitari. Alex. de Ne.

b ¶ Arduum. Inno. arduis negotiis absentes sunt vocandi. & vide
An. in capitulo cum omnes. de consti.& ibi de hoc latè notaui.
Bar. de Bellentzinis.

c ¶ Hoc etiam videtur esse de mente Host. dum dicit quòd præsen
tes.& residentes ea quæ sunt minima, vel d. quibus consueuit
per se possunt expedire non vocatis absentibus. x. quæ. secunda
hoc ius.& de elect. in Genesi. & capitulo bonę. el primo. vbi de
hoc. sed Do. Cardina. hic sequitur glo. præalleg. sc. in cap. 2. de tes-
ta. in vj.& in capitu. in ecclesiasticis. de præben. eodem lib. sed de
hoc dic, vt ẽ. in capit. cum omnes. de constit. vbi iste artic. examina
tur per Ioann. And. in mercur. quòd omnes.& vide Dom. Dom.
omnino in di. capit. 2. super gloss. in versic. ipsorum. de testib. in 6.
Alex. de Ne.

d Vniuersitas. Et vide Ant. post Inno. in capitu. primo. de maiorita.
& obedien & quod ibi latè not.& Ant. in capi. cum nobis olim.
de elect.& vide omnin quod scripsi latè in meis recollectis. in
capit. quæsiuit. in ij. nota. de his, quæ fiu. à maio part. capit. de Bel-
lentzinis.

e ¶ Istud est de mente Innocentij, & scribentium. sed de hoc ad
quem spectet conuocatio capituli seu collegij, vel vniuersita-
tis, dic vt per Innocen.& Doctor. in capitul. cum nobis olim. de
elect.& dicit Innocen. hic,& Doctor. post eum, quòd si clerici
sunt dispensi. quod ille ad quem spectat vocatio vocabit eos,
vt in capitul. 1. de ma.& obe. dum iste qui vocat sit in loco ido-
neo vbi plures conuenire possint, vel si etiam non sit in loco
idoneo, ad locũ idoneum vult accedere. alias autẽ si illi quos vo
cat sint in nimis remotis partibus, veluti, vt Lombardi veniant
in Franciam, non tenentur venire, quia manifestè iniquum est
mandatum, argumen. de electio. cum inter vniuersos.& capitul.
coram. Sed inquantum Innocen. dicit quòd si clerici moran-
tur ad remotas partes quòd non tenentur ire, dicit Hostien.
quòd quicquid dicat Innocen si ecclesia indiget residentia, te-
nentur venire, ad minus si iurauerunt ecclesiæ. quod quasi vbi-
que fit de consuetudine generali, de iureiurand. breui. de verbor-
signifi. cum clerici.& si vocatus non venerit poterit per prælа-
tum priuari. de clerico non residen. intra quatuor.& capitul. se-
quenti.& capitul. fina. Sed Domi. Cardinal.& bene, dicit quòd
istud non contradicit Innocen. quia ipse loquitur de his qui
vocantur non ad ecclesiam, nec ad residentiam, sed ad alium
locum,& ob aliam causam.& quis dicatur locus remotus, dic
vt in capitul. cum in illis. in gloss. in verbo, remotis. de tempo.
ordin. in 6. Item secundum Innocen. vocandi sunt filij famil. si a-
libi quàm in domo patrum habeant domicilium, sed si cũ patre,
tantum pater est vocandus. ff. ad municip. l. placet.& leg. non vti-
que.& in Specul. de syndico. Sed Hostien. tenet contrarium. Pri-
mò, in eo quòd maiores 14. an. debent vocari ad actus vniuer-
sitatis, allegat. capitul. cum 20. de offic. delegat.& de præbend. su-
per inordinata. Sed Domin. Cardin. dicit quòd illa iura loquun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ranni, & non audent securè venire ad locum: tunc si electio, vel contractus ecclesiæ potuit vtilius expediri extra, debent isti qui sunt in ciuitate exire ad forinsecos: & bi fiat electio vel contractus, etiam si sit minor pars, alias autem fiet in ecclesia admissis procuratoribus absentium. & ex his no. quòd expulsus iniustè de vniuersitate non perdit ius vniuersitatis: imò debet vocari ad actus vniuersitatis, vel altem constituat procuratorem. Statuta ergo vel alia ordinamenta facta per præsentes non valent in prę iudicium absentium non vocatorum. pro quo vide tex. 63. dist. quinto. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatus non potest etiam præfixita cautione de demoliendo, interim ædificare si denuntians non vult. vide infra capitulo proxi. vbi ponitur ratio.*
2 *Nuntians nouum opus, tenetur intra tres menses docere de iure suo, alias nuncians ad fiendi data cautione de opere demoliendo.*
3 *Appellatio ab interlocutoria requirit expressionem causæ, appellatio verò à diffinitiua secus.*

CAP. III.

1 SIGNIFICANTIBVS. ¶ In optione est nuntiantis nouum opus, an intra tres menses de præiudicio suo debeat ostendere, & interim cessetur ab opere, an verò recepta cautione de opere demoliendo statim ædificare permittat. h. d. cum sequen. In prima narrat factum appellationis remedio relatum. In secunda dat iudicem ibi, ideóque.

¶ Casus literalis. Quidam ciuis Parisien. N. nomine cœpit ædificare in platea ecclesiæ sanctæ Oportunæ Parisien. in præiudicium ipsius ecclesiæ, canon. sanctę Oportunæ denuntiauerunt ei nouũ opus, deponẽtes de ipso super hoc coram officiali Parisien. archidiaconi quæstionem. & offerentes se probaturos incontinenti plateam illam ad suam ecclesiam pertinere, & illum in suum præiudicium ædificare, vnde petebant illum prohiberi ne ædificaret, non obstante dicto N. offerebat cautionem de opere demoliendo si appareret cum ius ædificandi non habere. Officialis interloquendo decreuit probationes canonicorum admittendas. & ab opere interim quiescendum. à qua interlocutoria idem N. ad Senon. ecc etiam appellauit. officialis Senon. interlocutoriam illam cassauit decernens prædictum N. procedere debere in opere construendo præstita prius cautione de ipso demoliendo, si ius non habuerit, non admissis probationibus clericorum, prædicti canonici ad sedem apostolicam appellauerunt. Mandat papa quatenus si est ita, quicquid factum est post appellationem in statu si prius fuerit reuocetur, & post, &c. Bernard.

2 ¶ † Nota. 1. ex text. quòd denuntians nouum opus tenetur probare de iure suo intra tres menses & hoc si vult impedire ædificiũ, non enim tenetur omnino intra dictum terminum docere, sed post lapsum trium mensium potest procedi in ædificio recepta cautione de opere demoliendo. & procedetur in causa. Secundo hoc habetur argumen. optimi ex text. clericum posse prosequi nuntiationem noui operis contra laicum in iudicio ecclesiastico. & sic est casus in quo iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicos, sed Ioan. Andr. videtur aliud sentire, dum super tex. dicit istũ archidiaconum habuisse iurisdictionem in laicum de iure speciali, sed potest dici saluando primum quòd specialitas erat respectu archidiaconi, qui non habet de iure communi iurisdictionem, sed forsan episcopo potuisset iste laicus de iure conuenire, quia ille qui molestatur de iure suo. & sic est reus, & quodammodo committitur sacrilegium turbando rem ecclesiæ, merito potest conueniri coram ecclesiastico argument. capitul. cum sit. de foro competen. & videtur hic sentire Domin. Anton. quòd semper nota. a ¶ † Vbi imò scias quod Innocen. posuit hic quæstionem nunquid cum appellatur sit necesse exprimere causam. & dicit quædam quę communiter non approbantur. Sed conclude breuiter veritatem, quòd appellans ab interlocutoria tenetur causam grauaminis specificare. nec potest ex non specificatis appellationem iustificare. vt in c. cord. de app. lib. 6. & melius in cle. appellanti. eo. tit. sed in appellatione à diffinitiua nõ est necesse exprimere causam, quinimo expressa vna causa potest appellans ea dimissa aliam prosequi. vt l. ij. & l. scio. ff. de appella. & no. in d. c. cordi. ratio diuersitatis est: quia ante diffinitiuã, cũ iudex non sit functus officio suo fit sibi iniuria per recessum. l. litigatores. ff. de arbi. & in c. vt debitus. c. de ap. ideo debet causa appellationis exprimi. sed quãdo appellatur à diffinitiua, iniuria nõ fit iudici cum sit functus officio suo: & habet locum illud, nõ opositum

ADDITIONES.

Ditur in alijs casibus longe diuersis. & bene dicit. Item Hostiens. contradicit Innocen. in alio vbi dicit mulieres vocandas. & dicit quòd non leruatur, vt mulieres vocentur, nec faciunt numerum: imò in multis locis tantum vocantur illi per quos vniuersitas regitur, vt in l. ciuitates. ff. quod cuiusque vniuersit. no. & de iuramen. calumn. l. 2. §. hoc etiam. & ff. de cond. & demonstrat. l. municipibus. & dicit quòd iura quæ allegat Innocen. probant siue mares siue fœminæ qui sunt in municipio constituunt vniuersitatem, contrahunt domicilium ibi: non autem quòd vocari debeant ad ea quæ agenda sunt pro vniuersitate. Et contrarium probant iura prælegat. de procura capitul. fin. & quod ibi no glossa 1. & istud dictum Hostien. communiter tenent Doctor. & de consuetudine etiam seruatur: quia mulieres non vocantur ad consilia vniuersitatum simul cum masculis: sed bene possunt mulieres facere collegium siue vniuersitatem fœminarum tantum, & habere syndicum, vt sunt moniales, vt ff. de rescriptis. cum dilecta. de hoc vid. Specu. de syndico. ver sicul. quid de mulierib. Vltimò quæro de intellectu tex. ibi: de instituendis ibi Canonicis. Innoc. dicit quòd ordinauerat archiepiscopus imponere certum numerum canonicorũ, & aliquos ibi instituerat. quos iurare fecerat de residentia ipsius loci. & etiam quasdam ecclesias deputauit pro beneficiis clericorũ ipsius ecclesiæ. Et dicit Hostien. q hoc non solum fieri potest per sedem apostolicam, vt j. tit. 1. cap. pastoralis. sed etiam per diœcesanum de consensu capituli, de donatio. consultationib. & capit. pastoralis. Item quo ad iuramentum, dic quòd forsan fuit iuramentũ fidelitatis, sed melius conuenit literæ quòd fuerit iuramentũ de residentia facienda, prout dicit Innoc & hoc placet Domi. Cardinal. Item in eo quòd mandat eos denuntiari absolutos auctoritate Papæ, dicit, quòd forsan fit ne archiepiscopus videatur venire cõtra factum suum, de cler. con. ug. diuersis fallatiis. Vel vt intelligatur q cognitio. & declaratio iuramenti, f. an sit seruandũ, an non, ad solum Papam spectat, de elect. venerabilem. ad fin. de quo dic vt ibi Alex. de Ne.

a ¶ Butr. facit regul. quòd vbicunque clericus comparet contra laicum ad tuendam suam possessionem videtur vt reus trahi, & nõ trahere, & dicit quòd censetur stimulatus, & reus etiam quo ad forum. Et dicit quòd hic videtur casus de vna quæstio. quam vidit in ciuitate Perusij, quia missio erat facta in possessionem rerum ecclesiæ: non comparuerunt clerici, & petierunt se remitti ad ecclesiasticum. & fecerunt inhibitoriam. Sed Specu. tenet cõtrarium in titul. de satisdatio. §. fina. versiculo quid si clericus, vbi dicit quòd si clericus ædificans est paratus mulieri nuntianti satisdationem coram episcopo, & si non recepit satisdationem, videtur nuntiatio remissa cum clericus satisdare velit, vt in l. prætor. §. si quis paratus. ff. eod. Nam actor debet sequi forum rei, & sic vult Specu. quòd coram iudice illius cui fit nuntiatio debet recipi satisdatio, quia ille est iudex causæ. & idem dicit Ioan. Andr. qui ad istum text. respondet, quòd officialis de quo hic de speciali iure erat iudex laici huius. & idem dicit Domin. Card. hic. ergo si ex speciali iure non habuisset iurisdictionem in laicum, nõ debuisset coram eo recipi satisdatio, sed coram suo iudice. & hoc tene quicquid dicit Butr. & Ab. Si nec est verum quòd videatur committere sacrilegium: quia potest esse quòd ædificet iure qd putat se habere: non autem quòd intendat ius, seu rem ecclesiæ capere. Alex. de Ne.

b ¶ Specificare. Quando causa grauaminis sit specialiter exprimẽda, vide Dec. in c. consuluit. 2. §. de appel. & ibi nunquid sufficiat exprimere per relationem ad acta. Aliquid etiam ponit idem Dec. in c. consuluit. j. eo. tit. Seb. Sap.

c ¶ Vt debitus. Et ibi vide eundem Panorm. in 3. not. cum iis quæ ibi addidi.

positum opponam, & c. cum Ioannes. de fid. inst. & l. per hanc. C. de temp. ap. quod etiam tenendum. a

a ¶ Non obstat c. ex parte. de appel. nam causa appellationis est exprimenda. & non causa causæ. nam sufficit appellare, quia appellatio est facta ad locum non tutum, etiam si causa non exprimatur, & non est necessaria expressio causæ remotæ, & ita dicit hic Bu. Et scias quòd gl. refert istam opi. Innoc. in clemen. appellanti. in gl. 2. de app. & reprobat. & ibi Pau. conatur sustinere opi. Innoc. & dicit illam procedere quãdo iniqtas deteg itur ex allegationib. iuris, non enim oportet ius exprimi in appellõne, qa est certum ius. & ex tenore sententię apparet iniquitas. vt in cle. pastoralis. de re iud. sed vbi iniquitas debet detegi ex probationib. & allegat. facti, tunc causa est exprimenda in appellatione ab interlocutoria, & hoc modo loquitur c. cordi. de app. in 6. & cle. appellanti. eo. ti. Secundo modo saluat opi. Inn. quando causa est notoria quæ cõsistit ex actis, vel ex tenore sententiæ. non ob. gl. in d. clement. appellanti. quia debet intelligi de alia notorietate quàm de illa quæ apparet ex actis, vel tenore sententiæ. & dicit Ioann. de Imol. hoc valdè notabile, quia si hoc est verum suffiret dicere vbicunque ex actis aperte constaret inquitas, appellatum propter iniquitatem sententię. Ego autem sic dicerem qd aut causa appellationis euidẽter apparet ex actis, vel ex tenore sententię, & simpliciter appellat, quia sententia interlocutoria est iniusta vel grauat, & tunc non valet appellatio ex quo non refert se ad acta, vel ad sententiam, aut fit remissio ad sententiam est iniusta, vt apparet ex actis, vel ex tenore sententiæ, & tunc valet appellatio, quia per relationem causæ quæ est sententia, vt in actis censetur expressa in appellatione, ex quo ad ipsam fit relatio, vt in l. institutio talis. ff. de condi. instit. & pro hoc tenuit Io. de Imo in quadam addit. quæ mihi placet. Item hic tractat Inn. an ante sententiam diffinitiuam de iure ciuili possit appellari. de quo dic, vt hic plenè per eum. Item tractat an à sententia super possessione lata possit appellari, de quo dic. vt in c. ex quæstione. & in c. cum ad sedem. de resti. spol. & in c. fi. de iud. & in c. consultationib. de off. deleg. & per Io. And. in spec. de app. §. in quibusver. 6. & seq. & per Legistas. in l. j. C. si de mom. pos. fu. app. Alex. de Ne.

CAP. IIII.

IS CVI OPVS. Summatũ est s. c. prox. & non diuiditur. Casus literalis. Quidam denuntiauit nouum opus alicui, qui in suum præiudicium ædificare volebat. ille volebat prestare cautionem de opere destruẽdo, denuntians nolebat cautionem illam recipere, imò volebat statim probare præiudicium suum, vel saltem vsque ad tres mẽses. Quęsiuit iste denuntians an deberet audiri. Respon. ei pa dicens q ille, cui ipse nouum opus denuntiauit tenetur ipsum expectare vsque ad tres menses, volentem probare præiudicium sui iuris, non obstante cautione, quę offertur ab ipso de opere destruendo si nõ iure ędificatum appareat. No. j. ex tex. quòd oblatio cautionis de opere destruendo, non dat facultatem procedendi in ædificio, nisi vel consentiente denuntiatore, vel post lapsum trium mensium à tempore denuntiationis, non enim vltra expectare tenetur cum graui præiudicio suo, & aduerte, quia, vt dicit Io. And. & bene ista prouisio. de qua in tex. licet prima fronte videatur dura, & tamen vtilis, & ei cui facta est denuntiatio, & denuntiati. nam sæpe aliquis credens ius ædificandi habere errando ædificat. vnde si posset ædificare oblata cautione posset perdere expensas factas in ædificando, & faciẽdas in destruendo. vnde vtilius sibi est expectare denuntiantem per tres menses. nam si probauerit de iure suo vterque conseruatur indemnis. & hæc prouisio vtilis etiam est denuntianti. nam si ius ædificandi illi non competeret, tunc posset interim isti præiudicium magnum generare in edificio, pone quòd ædificium ante portam domus est, vel in alio loco illi præiudiciali.

De priuilegiis, & excess priuil. Tit. xxxiij.

Continuatio Rubricæ.

¶ Continuatur hęc rubrica ad præcedentes hoc ordin. Suprà visum est excessibus prælatorum. verum quia quandoque delinquunt subditi excedendo terminos priuilegiorum suorum, & dubitatur etiam de intellectu priuilegiorum. ideo hic subdit de priuilegiis, & excessib. priuilegiatorum. De materia rubricæ tractatur 15. q. 7. per totum. facit quod habetur 3. di. priuilegia. 9. q. 3. ci epo. §. sola. vsque ad fi. et 1. q. 3. c. priuilegium. 12. q. 2. ca. qui diuinis, & reperitur in 6. in cle.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas de iure communi potest esse sine episcopatu, licet consuetudo aliter obseruet in Italia, alibi secus.*
2 *Ciuitas potest constitui, etiam sine principis licentia.*
3 *Absolutio ab excoicatione non conceditur per inferiorem prælatum episcopo.*
4 *Dignitas quantuncunque excellens vilescit quando sunt in numero personæ illam habentes.*

CAP. I.

EPISCOPALIA. Maiores ciuitates duntaxat priuilegio episcopatus sunt honorandæ. hoc dicit. vel aliter, & sic. Epalis dignitas nõ debet tribui, nisi locis insignib. & populosis. hoc dicit. Casus literalis. Dubitabatur quę personæ ciuitatis priuilegio epali sint honorandæ. Consultus papa respondet q episcopi, non nisi maioribus populis, & frequẽtioribus ciuitatib. præsidere debent ne honor epalis cui debent excel
1 lẽtiora committi sui numerositate vilescat. Bern. ¶ No. 1. ex tex. &
a tenemenți q ad esse ciuitatis a non requiritur epus. potest enim esse ciuitas, licet non habeat episcopum, vt in c. episcopos. 68. di. & hoc apertissime probat hæc litera ibi, & frequentioribus ciuitatibus, &c. præsupponit. n. quòd potest esse ciuitas populosa absque eo q habeat episcopum, sed potest de nouo sibi concedi, nam antequam esset creata hęc dignitas epalis, ciuitates iam constitutæ erant. eps. n. constitutus de iure positiuo, & post aduentũ Christi in primitiua ecclesia tempore apostolorum in concilio generali. vt probatur. 96. dist. in c. olim. & idem in aliis dignitatib. ecclesiasticis. 21. dist. c. 1. & 2 sed ciuitates prouinciæ erant longè ante aduentum Christi. 21. dist. clericos. & 99. dist. c. 1. Sed cõ interpretatione Italicorum receptum est. vt ea duntaxat reputetur ciuitas, quę habet episcopum, sed apud vltramontanos maximè Theutonicos hoc non recipitur. vt no. Ioan. And. in c. si ciuitas. de sent. excom. lib. 6. & Bar. in l. fi. ff. de coll. illi. & in l. 2. ff. de verborũ significatio.

2 ¶ † Vbi etiam Bar. notanter voluit q ad constituendam ciuitatẽ b
b non requiritur indulgentia principis, sed populi de se possunt constituere ciuitatem, quia hoc fm eum est de iuregent. arg. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & quod ibi no. In primum facit l. intantum. §. fi. ff. de verb. sig. vbi sine licentia principis, nõ põt constitui, nec refici ciuitas. Ex hoc refert Bar. ad q. c quæ de facto potest adduci in c hac ciuitate Senarũ vbi populus spõte pluries ampliauit ciuitatẽ q struẽdo nouos muros, an appellatione ciuitatis veniãt illa loca nouiter

ADDITIONES.

a ¶ Ad esse ciuitatis. Non est de substantia, quòd ibi sit episcopus, & pro hoc est tex. in c. vrbes. & in c. in illis. & in c. illud. 80. distinctio. & in c. Felix. & in c. multis. 16. qu. 1. & tenet Bar. in l. 1. cir med. C. de metro. sed in contrarium dicit Bal. & male in extrauagan. de pa. Const. in vers. nos Romanorum. de quo vide Bar. in extrauag. qui sint rebel. in ver. Lombardiæ. & in trac. de insula. in 14. figura. & in l. 2. in fi prin. ff. de verb. sign. fi. & aduerte, quia dicit in l. fina. post prin. ff. de coll. illicit. quòd de consuetudine non appellatur ciuitas nisi illa, quę habet episcopum. sed de hoc vide plenè Bald. in l. fi aliquam. ff. de off. proconsi. & le. & per Io. de Imo latè in l. 1. §. fi autem. ff. de op. noui nunc. & pro conclusione. Abb. hic alle. etiam text. in c. ita nos. 25. q. 2. quòd episcopus creatus ad ciuitatem destructam, vel submersam habet iurisdictionem, saltem in districtu, vel diœcesi illius ciuitatis. secundum Bal. sing. in extrauag. de pace Constan. in ver. nos Romanorum. ad fi. quod est bene not. pro
b episcopo Adr. & Cœmadensi, & similib. quorũ ciuitates sunt submersæ. de Bellentz.
b Ciuitatem. Vide Bar. in l. opus nouũ ff. de oper. pub. cũ multis allegatis per Ias. in l. ex hoc iure. Seba. Sap.
c ¶ Ad quæstio. Vide hic multa congesta per Fel. in c. Rodulphus. s. de referi. Sebasti. Sap.

Universidad de Deusto

nouiter intercluſa,& tenendo illã opi.Bar.q̃ non requiratur ſpecialis licentia principis,latis poteſt dici q̃ ſic.Inn.tamen in ca.cũ ad eccleſiarum de of.ord.tenet oppoſitum,videlicet q̃ ad eſſe ciuitatis requiratur licentia principis. ſed primum dictũ forte verius. a No.2.q̃ dignitas epiſcopalis non debet concedi omnib. locis peretib.eam,ſed maioribꝫ populoſis duntaxat Idem probatur in c.epiſcopi.80.di.†Tertiò no.ibi excellẽtiora committi,&c. quod omnia gratia,& excellentiora reſeruantur epiſcopis. tacit ergo iſte tex pro opi.Inn.in c.2.de eo qui furt.or.rece.vt in caſib. perm iſſis à iure ſolus epiſcopus diſpenſet,& non inferior prælatus.Item q̃ ſolus epiſcopus abſoluat à ſententia excõicationis,& nõ inferior prælatus.vt no.in c.ſuper.d̃ ſen.exc.in cle.1. de priuile.

4 †Vltimò no.q̃ ex numeroſitate vileſcit dignitas,quæ de ſe eſt excellens,& eſt ſimile in c.legimus.93.dist.ideò dicit glo.in auth.de referend.in prin.q̃ illa dignitas propter extenſum numerum vileſcit:ſic videmus hodie in Italia in doctoratu,nã quia omnes paſſim ad illum promouuntur eſt contemptibilis longè vltra, quàm b conſueuit eſſe. b In gl.1.in fi. vel dic & melius q̃ à principio debet ſeruari quod hic dicitur.& in c.epi.alle.in gl vt maioribꝫ duntaxat locis cõcedatur hæc dignitas,ſed ex poſt facto ſi ciuitas deſtruatur,ſiue diminuatur,haberet locum dictum.c.legimus.vt pro pter defectum diuitiarum nõ minus debeat honorari,quia in eis principaliter honoratur dignitas ordinis,& non potentia diuitiarũ,c nam & olim in primitiua eccleſia non erat proprietas apud eccleſias,ſed volentes conferre,bona ſua vendebant,& pretium offerebãt egenis,ſed poſtea fuit conſtitutum,vt meliùs ſubueniretur conſtitutis in neceſſitatib.vt proprietas non venderetur,ſed reſeruaretur eccleſiis, vt ex reditib.alerentur indigentes. vt in c. videntes.12.q.1

ADDITIONES.

a ¶De hoc dic,vt dixi in ca.dilecta.de exceſ.præla. in magna add. Alex.de Ne.

b ¶D.Car.hic poſt Io.An.allegat Hieronymum,ad Almachiũ.2.vbi dicit ſic.quãuis clarus ſit honor vileſcit in turba,& apud bonos viros indigna eſt dignitas,quam multi indigni poſſidẽt.& Hieronymus ad Marcellum.lib.8.ratum prouerbium eſt vltroneas putreſcere merces. Ale.de Ne.

c ¶Sed communiter potentia diuitiarũ de facto honoratur. Vnde Hierony.ad Cromacium. In patria mea ille ſanctior,qui ditior. Alex.de Ne.

CAP. II.

SICVT.Non obſtante priuilegio fori põt laicus eccleſiæ male factor per eccleſiam puniri.h.d.Caſus literalis.Dicit Greg.q̃ ſicut ipſe nó vult in iudiciis perturbare priuilegia laicorum,& ita non vult q̃ ipſi laici ei debeant præiudiciũ aliquod inferre: quod ſi fecerint authoritate apoſtolica vult eis reſiſtere,& ipſos laicos volentes coercere,non eſt d̃ legem agere,ſed legi facere ſubſidium B.No.1.ex tex.q̃ turbãs iura eccleſiæ poteſt coerceri,& puniri per eccleſiã.ad hoc c.ſignificãtib.ſ.ti.prox.& quod ibi dixi in a c.cum ſit generale.de fo.comp.vbi clarius hoc probatur a & loquitur iſte tex.de priuilegio fori per quod reus cõueniẽdus eſt in foro ſuo.

ADDITIO.

a ¶Et dicunt q̃ in quantũ iſte tex.loquitur de priuilegiis laicorum, debet intelligi de priuilegiis fori per quæ reus eſt conueniendus in foro ſuo.dicunt q̃ poteſt etiam intelligi de aliis priuilegiis eis conceſſis.& ſic intelligitur duob.modis.Secũdus intellectus magis mihi placet,licet vterque ſit verus in ſe,quia de iure cõi,& nõ per priuilegium quilibet coram ſuo iudice tantũ eſt conueniendus,& ſic q̃ctor debeat ſequi forum rei potiùs eſt ius cõe quàm priuilegium.Vnde debet tex.intelligi de priuilegiis conceſſis laicis,puta quòd deberent conueniri coram tali iudice,& non corã aliis. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus in vno loco eſt etiam excommunicatus in omni alio loco. Sepeliens vſurarium,vel excommunicatũ manifeſtum incurrit excõicationẽ. Celebrans coram excommunicato manifeſto non incurrit irregularitatem,ſed ſuſpenſionem per annum.*

2 *Inſtitutio,vel deſtitutio in eccleſia non ſpectante ad aliquẽ pleno iure pertinet ad epiſcopum,& non ad alium,nec valet conſuetudo in contrarium.*

3 *Prælatus habens eccleſiam ſibi ſubiectam poteſt à presbytero exigere rationem,non quantum expendit quolibet die,ſed quantum expendit in fabrica eccleſiæ.*

4 *Oblati non tamen plenè alicui religioni nõ gaudẽt priuilegiis illius religiõis. Fratres tertij ordinis S.Franciſci non gaudent eccleſiaſtico priuilegio.*

5 *Dictio pleno iure,importat omnimodam exemptionem.*

6 *Patroni nullam aliam iuriſdictionem habẽt in presbyteros eccleſiæ patronatæ,niſi quod poſſint ipſos præſentare,& poſtea ab eis generalem rationem temporalium exigere,& epiſcopo referre.*

Prælatus habẽs eccleſiã ſubiectã pleno iure,an poſſit ſolus eius bona alienare.

7 *Excommunicatio ſiue interdictum,non fertur per iſta verba,ſubiaceant excommunicationi,vel interdicto.*

CAP. III.

CVM ET PLANTARE.Religioſi etiã exẽpti eccleſias,& decimas non debent à laicis recipere,ſine cõſenſu diœceſanorum h.d.vſque ad § excõicatos,& ille §.h.d.Excõicati, & interdicti omnino non debent admitti ad diuina,etiam per religioſos exẽptos.h.d.vſque ad §.in eccleſiis. & ille §. hoc intendit. Religioſi etiam exempti in eccleſiis non pertinentibus ad eos pleno iure non inſtituunt,nec deſtituunt inconſultis epiſcopis ſed rationem exigunt de temporalibus ab inſtitutis.h. d. vſque ad § quod ſi.& ille §.hoc intendit.Hoſpitalarij. & templarij ſemel in anno celebrant in eccleſia poſita in loco interdicto, ibi tamen non ſepeliuntur corpora mortuorum.h.d.vſque ad §. de confratribus.& ille §.hoc intẽdit.Confratres exemptorum, ſeu ipſorum oblati,qui in totum ſe non tranſtulerunt iudicari poſſunt ab ordinariis locorum.h.d.vſque ad fi.& diuiſio patet per §. ſed Io.An.diuidit totam decretalẽ in tres partes tm. nam primò ponit exordium.& querelam epiſcoporum deciſam. ſecundò q̃ uidit,tertiò prorogat,& pœnam imponit.ſecunda ibi, eccleſias.tertia,ibi,q̃ autem.Et ſecunda principalis ſubdiuiditur in quinq; quæ omnia patẽt ex ſummar intellectu.& iſta diuiſio eſt bona. Caſus literalis.Fratres templi,& hoſpitalis excedebant in pluribus d̃ epiſcopalem authoritatem,qui & ſcãda um faciebant, & inducebant periculum animarum,propter quod epiſcopi in Lateranen.concilio de ipſis grauiter ſunt conqueſti.ſuper his primo dicit papa,cum & plantare ſacram religionem,& plantatam fouere modis omnibus debeamus,nuſquam illud melius proſequitur,q̃ ea conſeruare quæ recta ſunt.& corrigere quæ profectum virtutis impediunt. Demum deſcendit ad articulos,in quibus prædicti fratres excedebant,recipiebant.n.eccleſias ac decimas de manibus laicorũ ſine d̃ conſenſu eorum,prohibet papa prædictis fratribus & aliis quibuſcunque religioſis,ne decætero prædicta recipiant ſine conſenſu eorum,dimiſſis illis,quas d̃ teno rem iſtum aliquo tempore receperunt Item excõicatos nominatim interdictos ab epiſcopis recipiebant ad diuina,p̃cepit cõcilium,tam his,q̃ aliis religioſis prædictos euitandos,iuxta ſentẽtias epiſcoporum.Item in eccleſiis ſuis quę ad eos pleno iure nõ pertinent presbyteros inſtituẽdos in eis cum vacauerint epiſcopis repreſentent,vt de cura plebis epiſcopis reſpõdeant,ipſis fratribus de rebus temporalibus cõpetentem rationem exhibeant, & inſtitutos inconſultis epiſcopis non audeant remouere. Itẽ ſi réplarij,vl̃ hoſpitalarij ad eccl̃iaſticũ officiũ admittãt.excluſis excõicatis,& iterdictis,nec ibi tũc ſepeliãt corpora d̃fũctorũ Itẽ d̃ fratrib. p̃dictorũ ſtatuit q̃ciliũ,vt ſi oĩo ſe nõ reddiderint fratrib.prædictis, ſed in proprietatibus ſuis remanſerint pp hoc ab eorum ſuorum ſententia à iuriſdõne nullatenus eximantur,ſed ptãtem ſuam in eos ſicut in actos parochianos ſuos exerceant cum delinquunt. Quod aũt dictum eſt de prædictis fratribus idem præcepit obſeruandum de aliis religioſis.S.r.d̃ hoc inſtitutum venerint t,eccleſiæ in quibus iſta præſumpſerint,ſubiaceant interdicto, & quod a egerint irritum hẽatur.B.†No.j.ex tex.excõicat a vel interdictus 1 in vna eccleſia eſt excõicatus, vel interdictus in qualibet alia ec b cleſia,& tanq̃ excõicatus vitari debet,ẽt ab exemptis.b An aũt celebrans coram excõicato, vel interdicto incurrat irregularitatẽ, vel excõcationem,dic q̃ nõ.vt 1c.is qui.de ſen.exc.6.li.hodie tñ celebrans corã excõicato manifeſto,incurrit ſuſpenſionem per menſem.de quo dic,vt in c.eporũ.e.ti.li.6.Itẽ ſepelientes vſurarium,ſeu excõicatũ manifeſtũ incurrũt manifeſtè excõicationẽ. 2 de quo dicẽdum.vt in cle.eos.de ſepul.†Scdò no.quòd in eccleſiis non ſpectantib.ad aliquẽ pleno iure inſtitutio, & deſtitutio pertinet ad eũm,nec valet cõſuetudo in d̃rium.vt c.j.de ca.mon. 3 li.6.†Tertiò no.q̃ prælatus habens eccleſiam ſibi ſubiectam põt exigere rationem de rebus tpalib.tamen non tenetur presbyter inſtitutus minutam reddere rationem, vt quantum expendat c qualibet die provita,ſed quantum expendit in fabricam eccleſię.c vltimo

ADDITIONES.

a ¶Excommunicamus,Vide Fel.in c.1.in prin.ſ.de treug.& pac.& in c.prudentiam §.6.ſ.de offi.deleg Seb.Sap.

b ¶De quo eſt bo.tex.cum gl.7.q.1.ſi quis presbyter. Alex.de Ne.

c ¶Sed declara plenius.Et quo ad hoc primò quæro quando ad iſtos religioſos pertineat exigere rõem de tpalib.In.dt quòd hoc eis q̃petit ex ædificatione,puta ſi ędificãt eccleſiã.Sed dic q̃ idem ẽt ſi per alium quẽlibet modum,religioſi haberent eccleſias ſibi ſubiect

4 Vltimo no.q̃ oblati aliquibus religionibus non gaudent priuilegiis illarum religionum niſi ex toto ſint tranſlati,vt quia tradiderunt ſe & ſua,alias remanent ſub iuriſdictione ordinariorum, & pro hoc bonus tex.cum gl.in c.ſi.de ſepul.li.6.& in c. vt priuilegia.j.eo.Et facit hæc litera d̃ Bar.in l.ſemper.ff.de iur.immu.vt a iſti fratres tertij ordinis a non gaudeant priuilegio eccleſiaſtico, cum non ſint plenè tranſlati in eccleſiam.quam viuunt in coniugio.& idem videtur in iſtis rectoribus hoſpitalium qui plenè trãſlati non ſunt,quod plenè dico de his.& ſimilibus in ca.2.de foro comp.In gl.in ver.nominatim.in fi.de hoc dic,vt plenè no. in c. 5 in Lateranen.de præb.†In gl.in ver.pleno iure,ibi epiſcopus nihil poſſit attẽtare,&c.no.bene gl.qd importet priuilegij clauſula,q̃ cum pleno iure alicui inferiori prælato cõceditur,eripitur enim illa eccleſia à poteſtate diœce.epiſcopi,quod nullum ius epiſcopale ibi exercere poteſt.quod etiam tenet Hoſti. in c. quando.j. b eo.b †In ea.gl.ibi,&iſta inſtitutio,& deſtitutio,&c.d̃ hac materia 6 dic latius,vt no.in c.ne monachis.ſ.de præb.& dixit hic Inn. inter cætera quod iſti religioſi habentes eccleſias ſubiectas habẽt iuriſdictionem in clericos ibi inſtitutos,nec ſine eorum conſenſu poſſunt alienari bona illius eccleſiæ.Hoſt.dicit hoc poſſe procedere in patronis exemptis.ſecus autem in non exemptis, quia ex ſolo iure patronatus nõ quæritur iuriſdictio,vel poteſtas præſtandi cõſenſum alienationi rei eccleſiaſticæ, ſed tu dic melius prout latè ſolet notari in d.c.de monachis.Sed quantum ad propoſitum conclude,q̃ religioſi quandoque habẽt in eccleſiis ius patronatus duntaxat,quãdoque habẽt eccleſiam ſubiectam ita vt poſſint reditus quærere invſus ſuos,quandoque habent in eccleſiis ſolam collationem,quandoque habent pleno iure.primo caſu quãdo habent tantũ ius patronatus, dic q̃ ſiue ſint exempti,ſiue non.non habent iuriſdictionẽ in presbyteros ibi inſtitutos,ſed ſolum habẽt p̃ſentare epiſcopo presbyteros inſtituẽdos, & poſſunt exigere rationem generalem de adminiſtratione temporalium,& ſi reperiant aliquid correctione dignum debent referre ad epiſcopum.& pro hoc tex.in c j.xvj.q.v.vbi dicitur q̃ ſi etiam epiſcopus in diœceſi alterius ædificat eccleſiam non habet ibi niſi p̃ſentationem rectoris,& alia quæ conſequitur qui libet ex iure patronatus,cætera verò reſeruantur epiſcopo loci. Idem ergo in religioſis exemptis vel nõ,nam ſpecialitas hęc nõ c probatur iure in eis.e Secundò caſu quando habẽt eccleſias ſubiectas,vt poſſint reditus deputari in proprios vſus, tunc etiam non habẽt iuriſdictionem in preſbyteros,nec etiam poſſunt ibi aliquem inſtituere ſine conſenſu epiſcopi, quia populus ſolum eſt ſubiectus ipſi epiſcopo de quo no.in c.viſis.xvj.q.ij.& in c. de d monachis,d̃ſi verò habent ibi collationem, tunc nihil vltra poſſunt.ibi vſurpare.ar.c.quæ dixi in d.c.cũ ex iniũcto.in fi. de hęre-

vltimò

ADDITIONES.

¶Subiectas,licet non pleno iure,vt ſentiunt hic doc. Dicit tamẽ Inn.quòd ſi laicus fundator eccleſiæ donat ius ſuum religioſis, non debebit eis reddi ratio de temporalibus.quia laicus non potuit plus iuris transferre in religioſos, quàm ipſe haberet. cum ergo laicus non habet ius,vt ſibi reddatur ratio temporalium, ergo nec religioſi quibus confert ius ſuum.& remittit ſe ad no. in c.de monachis de præb.& in c.in Lateranenſi.e.ti. Secũdo quæro,an eo caſu quo redditur ratio iſtis religioſis de temporalibus, de quibus temporalibus ſit reddenda ratio.Et iſtud eſt quærere quomodo intelligatur iſte text.in §.in eccleſiis. in ipſis verò proprib.temporalib.rationem reddant.Inno.reſpondet quòd non ſolùm de his quæ iſti religioſi dederant eccleſiis ſubiectis poſſunt rõem exigere,ſed ẽt de aliis,quæ alij dederunt, & quod plus eſt ẽt de decimis, & de aliis ſpũalib.eſt reddenda rõ nam ex quo eccleſia eſt ſua,omnia annexa ſunt,qualia ſunt poſſeſſiões eccleſię, decimæ,& omnes obuentiones,vt de conſti. tranſlato. & ſic Io. quunturiura de hac materia loquentia,vt hic,& xvj.q.2. ſanè. & idem dicit Hoſt.dicens idem eſſe in feudalib.vt de app.Romana. §.debet.li.6. Dicit ẽt Inn.& Doct. q̃ licet patroni ſiue ſint exempti,ſiue non in eccleſiis ſuis,& ſua fundatione poſſint exigere rõnem quomodo regantur poſſeſſiones, & quomodo reditus expendantur,non tamen ab eis principaliter exigant rõnem q̃d ſingulis dieb.dent pro piſcib.vel carnib. Dicit ẽt Inn. q̃ poſſunt exigere hanc rationem,et ſi presbyteri non ſint de dilapidatione ſuſpecti,quia hoc eis à iure conceditur,& tamen ipſi patroni non cogunt ſubditos ad hoc,ſed debent eos facere cogi per ordinarios ſuos,patroni enim ratione iuris patronatus nullam habent iuriſdictionem ſuper eos.& ſi ordinarius videret q̃ patronus nimis ſæpe.& malitioſè exigeret rationem,non impenderet officium ſuum,quia malitioſis non debet fauere.ſed obuiare,ff.de rei vend.l.in fundo Hoſt.verò dicit q̃ id quod dicitur hic de ratione reddenda intelligitur de cenſu,vel portione ſi quam forſam religioſi in eccleſiis percipiunt ab antiquo,de nouo.n. non poſſunt imponere,nec quod antiquum eſt augmentare, quod dic vt de cenſibus,prohibemus.& capitu.ſignificauit.& capitu.grauis. Alex.de Ne.

a ¶Fratres tertij ordinis.Adde Car.in cle.1.de ſent.excõ.eundem in cle.1.q.36.de dec gl.& Gem.in c.quiſquis 7.q.4. doct.in c.vt priuilegia.j.eo Bal.in l.placet.ver.quid de ſororib.C.de ſac.ſan.eccl & Bar.in l.1.& auth.ingreſſi.ver.quæro an aliquis ingreditur.eod.tit. Zach.

b ¶Hoc intellige quando eccleſia eſt ſubiecta pleno iure loco exẽpto.nam tunc prælatus loci exempti habet iuriſdictionem epiſcopalem,epiſcopus verò nullam habet iuriſdictionem in loco vtroque iure ſubiecto,alias ſecus.& ita intelligit hic Butr.qui dicit q̃ ita intelligit ipſemet Inn.in c.ſtatuimus.de tranſact.& gloſſ.in c. 1.in verbo,proprij.de reb.eccleſ.non alien.Sed quid ſi religioſi cõmorantes in eccleſiis pleno iure ſubiectis delinquant:An Abbas poſſit extra monaſterium ſedere pro tribunali in parœciis epiſcopo prohibente?Hoſtiẽ.dicit q̃ non,alleg.l.ſi.ff.de iuriſ.omn.iu.& quod leg.& no.de auct.& vſu pal.extuarum.& de of. or.quãto. niſi priuilegium,vel conſuetudo aliud inducerent.ſ. de exceſſ.prel. accederit.ib.imò diœceſanus tale corrigat.vt in ca.1.ſ.in eos.eo. lib.in 6 & quod no.de off.Arch.c.ſi.intellige q̃ diœceſanus tales corriget ſi delinquunt in loco non exempto,alias ſecus,vt in c.1. in prin.de priuil.in 6.Bur.etiam dicit q̃ Abbas inueſtigare & etiã extra monaſterium poteſt ad finẽ leuis correctionis.intellige nõ iudicialiter:ſed per viam informationis extraiudicialis, quod declara.itẽ no.in c.quanto.de offi.ord.vbi habetur. Nunquid ſi religioſus,delinquat pertineat electio ad Abbatem,vel ad epiſcopũ. Vltimò quæro quale ius habeant iſti tenentes eccleſias pleno iure ſubiectas.dicit Bur.q̃ ſuper omnib.temporalib.ſalua portione vicarij.ſ. de præb,extirpandæ.§.qui vero.& eis tanquam ſuperioribus de omnib.eſt reddenda ratio.ſed intellige Bur.quando eccleſia ſubiecta eſt deputata ad vſus monachorum eccleſiæ ſuperioris.vt j.e.paſtoralis.alias ſi non eſſet deputata in vſus ſuos de mẽſa non poſſet cõuertere fructus in vtilitatem ſuam,licet eſſet pleno iure ſubiecta,vt in clemen. 1.de ſupplend.negligent.prælat.& per gloſſ.in clemen. 1.in verb.ad menſam.de excel. prælat. Alexan.de Ne.

c ¶Idem tenet Bur.hic,& Doct.maximè Io.de Imo.in c.de modo. de præb.Sed aduerte,quia D.Card.dicit in prin.3.q.9. eccleſiæ dicuntur pertinere pleno iure ſi ædificatio eſt facta per clericos.ſed hoc eſt falſum,& contra præl.c.1.16.q.5.&c,nec Inn.dicit iſtud: imò ſentit q̃ eccleſia pertineat pleno iure ex ædificatione facta p clericum nam modo poſuit gl.ſuam poſt illa verba,pleno iure nõ pertinent,& dicit q̃ debet eccleſia pertinere ad religioſos nõ pleno iure:ſed eis debet reddi ratio de temporalib. quando talis eccleſia fuit ædificata pro religioſis,& hoc modo Innocen.explificat quando dicatur eccleſia non pleno iure pertinere. Vnde D.Car.non bene conſiderauit verba Inn. Sed quæro an patroni ratione iuris patronatus poſſunt inquirere de ſtatu eccleſiarum, & de vita clericorum?Hoſt.dicit q̃ non,ſi iudicialiter fiet inquiſitio,ſed bene ſi fit extraiudicialiter de plano ſine iuramento, & ſi reperirent aliquid corrigendum,diœceſano demum denuntient. 16.q.7.filiis.de ſtatu monach.c.pe.§.ordinentur.c.ſi § quod ſi Abbas dummodo manum correctionis non apponant. nam & metropolitanus non debet hoc facere,niſi primò diœceſano denuntiet,de cenſi.c.Romana.§.ſacer.li.6.Secundum priuilegium quia põt patronus ratione iuris patronatus ſe opponere ne nociuę alienationes fient.d.c.filiis.17.quæſt.7. Tertium priuilegium ratione iuris patronatus cuſtodia eccleſiarum vacantium pertinet ad patronum ſi ſit eccleſiaſticus,non tamen fructus earum poſſunt in ſuos vſus conuertere.de quo dic,vt in capi.bonæ. de app.& in c.cum veniſſent.de inſtitu.& in c.cum vos.de off. ordi.Quartum priuilegium,quia verò patrono ratione iuris patronatus competit priuilegium vt alatur ſi deueniat ad inopiam.Et circa hoc ſe oſtẽdit Inn.& Hoſt.& Doct.ſed dic,vt plenè habetur in c. nobis.in fi.de iure pat.& de cenſi.cum apoſtolus.§.inhibemus. & c.prohibemus.& c.quanto.Quintum priuile.quòd ſi imponitur collecta epiſcopo per ſe.& patronis clericis per ſe,tales eccleſiæ ſecũdum Inno.contribuent cum patronis,& non cũ epo.& dicit But. hoc tenere Doc.Sed dubitatur nunquid vltra rationem quam eccleſiæ iſtæ reddunt patronis,poſſint prælati,& ipſi exigere.Inno dicit q̃ ſic.dicens q̃ ratione iuriſdictionis ordinariæ prælati habent ratio nẽ prædictã exigere,& auxilium petere,de off.ord. conquerente. Ale.de Ne.

d ¶Et capit.in Lateranenſi.eodem titulo.& j.eodem paſtoralis. Al.de Ne.

Universidad de Deusto

Vltimo casu quando habent pleno iure. dicę aut populus est sibi subiectus pleno iure & habent ibi institutionem liberam, & destitutionem, & sic intellige hoc arg. à ẽrio sensu. vt in c.1. de cap. mo. lib. 6. Si verò ecclesia est pleno iure subiecta sed non populus tũc religiosi habẽt ibi institutionem collatoriam tit. sed institutio autoritabilis quò ad cũram populi spectat ad epm. vt no. hic in c. 1. a de cap. mo. lib. 6. a & hoc casu intellige illud dictũ Inno. quod habent iurisdictionem super clericos, & ꝙ possunt interponere auctoritatẽ alienationis rei ecclesiasticæ, & ita ipsemet In. sentit alibi, in c. a. de transl. & vide gl. in cle. 1. de reb. eccl. non alie. in glo. in ver. eme. in anno. in fi. & hodie an, & qñ possit celebrari in ecclesia sita in loco interdicto, vide bonum tex. in d. c. fi. de sen. exc. lib. b 6. & quod ibi no. b †In gl. fi. ibi subiaceãt interdicto eorum. sen 7 tit hæc gl. ꝙ per ista verba subiaceat interdicto, non fertur interdictum ipso facto: sed debet ferri per epm, & idem communiter doct. hic, sed contrarium tenet gl. in c. 1. de iniu. lib. 6. in fi. & videtur probari in c. si quis suadente. 17. q. 4. & dixi in c. licet. de crim. c fal. c Abbas.

ADDITIONES.

a ¶Et de hoc est optimus tex. in c. 1. in §. 1. in fi. de verb. sign. in 6. facit c. per exemptionem. eo. lib. Et illud quod dicit Abb. Si. qui dicti ꝙ interdum ecclesia pertinet ad religiosos pleno iure, intantum ꝙ ibi ad regendam ecclesiam rectorem instituunt. sed quia populus non est exemptus oportet rectorẽ presentare episcopo vt ab ipso recipiat curam, & de illo tantum tenebitur episcopo respõdere & sic in visitatione quæret episcopus quomodo celebret diuina officia populo, & quomodo illis administret sacramenta. sed Abbas inquiret de reliquis. pro hoc est opti. tex. in d. cap. 1. §. 1. in fi de verbo. sig. in 6. & in d. capitul. peremptionem. de priuileg. eo. lib. Sed Abb. Sic. emittit gl. hic recitare in verbo pleno iure. quę est valdè notab. Nam vult ꝙ priuatio seu depositio quo ad titulum beneficij pertineat ad Abbatem cui ecclesia est subiecta pleno iure. Sed depositio ab ordinib. pertinet ad episcopum: quia est ordinis episcopalis. & hoc patet, quia confirmatus nondum consecratus non potest deponere ab ordinibus. vt in ca. transmissam. de elect. & ibi per Doct. Sed aduerte quòd inquantum G. dicit ꝙ si in priuilegiis religiosorum continetur ꝙ à quocunque episcopo possunt recipere sacramenta poterunt vocare ad depositionẽ quos episcopos voluerint. Nam Ioan. An. dicit ꝙ in hoc multum ponderanda sunt verba priuilegij, licet enim possint recipere ordines à quo episcopo voluerint, tamen nõ potest episcopus alius illam diœcesim intrare sine licentia proprij diœcesani. Ad hoc quod no. gl. pen. in c. eos de temp. ord. in 6. & cum hoc transit Butr. hic. Alij dicunt quòd poterit ingredi vt priuatus: quia hoc cõperit iure facultatis, vt in l. per agrum. C. de seruit. & aqua. sed non cum insignijs episcopalib. Sed Do. Card. hic. in §. cum in ecclesiis. in fi. 2. q. dicit ꝙ religiosi habent priuilegium ꝙ possint ad hoc alium pontificem vocare, non posset episcopus hoc prohibere & in hoc, vt dicit debet attendi forma priuilegij. Tu autem concude iungendo omnia similia quòd aut dicitur in priuilegio ꝙ possunt vocare alium episcopũ & tũ poterit alius episcopus ab eis vocatus ingredi diœcesim absque licentia proprij episcopi, quia hoc important illa verba, ꝙ possint vocare. Aut in priuilegio dicitur ꝙ possunt illud facere fieri per q emcunque episcopum, & tunc aut vult ingredi alienam diœcesim absque insigniis episcopalibus, & tunc potest, quia est facultatis, & dicitur ingredi vt priuatus, non, vt episcopus & hoc casu poterit sedere pro tribunali in loco monachorum exẽpto à iurisdictione proprij epi, ad hoc c. cum eps. de off. or. lib. 6 Cum insignijs autem epalib. non potest intrare diœcesim, nec sedere pro tribunali in loco non exempto absque licentia proprij diœcesani. & ita intellige istam materiam. Alex. de Ne.

b ¶Et dicit Io. An. ꝙ licet certis temporib. licet solenniter celebrare tẽpore interdicti, nõ tamen tunc licet mortuos solenniter sepelire de quo se remittit ad gl. in cle. eos. quæ incipit hoc dicit de sepulturis. Ale. de Ne.

c ¶Nam D. Car. & Bur. attestantur istam esse communẽ opi. ſ. ꝙ nõ importet canonem latæ sententiæ. sed dixi in c. excõicationem in addit. quæ inc & ibi hoc tenet glo fi. §. de rap. & plenè. in c. clericis. ne cle. vel mona. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus non admittens, vel conseruans priuilegia alterius priuatur suis.*
2 *Negligentia prælati, vel alterius officialis in administrãdo in litiam, an sit in aliquo punibilis.*

CAP. IIII.

DILECTI. Suis priuilegiis priuandus est, qui alienis priuilegijs derogat. h. d. In prima ponit quærelã. in secunda ibi, ꝙ certo prouidet. Casus literalis. Fratres hospitalis hierosolymitani conquæsti fuerunt domino papæ quod archiepiscopi, & episcopi eis de suis malefactoribus iustitiam facere nolunt priuilegia ipsorum non respicientes. a Vnde papa scribit prælatis prædictis ꝙ ipsi certo sciant, ꝙ ipse priuilegia ipsorum prælatorum de curta abr. cum ipsi obuiare non timeant scriptis authenticis ecclesiæ Romanæ. B. †No. j. ex tex. regu'am quòd prælati tenentur administrare iustitiam plenam priuilegiatis secundum tenorem priuilegiorum ipsorum, alias puniri debent, & priuari eorũ priuilegijs. Et no. ex hoc & ex tex. pœnam nolentis seruare priuilegia alterius, vt priuetur priuilegijs sibi concessis. † In gl. j. in fin. sed dubitatur nunquid prælatus negligens facere iustitiam incurrat pœnam suspensionis, de qua in c. cum æterni, de re iud li. 6. & tenet hic Host. ꝙ nõ, qa illud capitulũ punit hic iniustitiam non negligentem. alias multi illaquearentur. & dixi tutius esse, licet in oppositum faciat c. nemo. de simo. sed idem Host. tenet ẽrium in c. legitima. de appel. li. 6. vt recitat ibi Io. An. credo sic posse distingui ꝙ aut prælatus stat in meris terminis negligẽtiæ, vt quia petenti iustitiam negligit facere. & habet locũ dictum Host. hic. Aut negligentia resoluitur in factum, vt quia non vult dare dilationem vni contra iustitiam & contra conscientiam, & tunc habet locum pœna dicti c. cum æterni. quia tunc satis dicitur facere iustitiam. quod tene menti. b

ADDITIONES.

a ¶Tertij ordinis. Vide plene Maria. So. in ca. 2. in noua declaratione. supra de foro comp. Seb. Sap.

b ¶Sed D Do. in prælI. ca. ". si quis. de re iud. in 6. dicit ꝙ si iudex omittit per gratiam, vel per sordes ex qua omissione quis grauat ꝙ incurrit pœnam, de qua in d. c. nã. ibi dicitur, si in iudicio quicquid fecerit. nam ille dicitur facere qui omittit facere, vt in l. qui non facit. ff. de reg. iu. & no. gloſſ. in c. j. in verb. confecerint. de vſur. in 6. & no. Io An. post Arc. in c. generali. de ele in 6. Sed mihi videtur verior distinctio Ab. Si. nec ob. iura ſ alleg. quia verum ꝙ non faciens, facere dicitur ſm significationem impropriã non autem secundum propriam. vnde cum prælat. c. 1. sit speciale debet strictè interpretari. sed ante factum, ſ. antequam talis ingerat se diuinis tutior est opi. D. Dom. ſ. vt reputet se suspẽsum, sed post factum tenerem distinctionem Ab. Si. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Sepelientes scienter excommunicatos incurrunt excommunicationem ipso facto.*
2 *Excommunicatio durat etiam post mortem excommunicati, adeò quòd qui associant cadauer, vel aliter participando cum eo incurrunt excommunicationem minorem.*
3 *Excommunicatus, qui fuit in facto sepultus non debet exhumari, nisi fieterit per eum quomodo in vita absolueretur.*

CAP. V.

AD HAEC Etiam priuilegiati, qui sepeliunt mortuos excõmunicatos eos extumulare tenentur hoc dicit. vel sic. Etiã priuilegiati non possunt admittere excommunicatos ad sepulturam, & si admiserint debent inde eos eiicere, & si non fecerint, episcopus suppebit. hoc dicit. Casus literalis Hospitalarij defunctum quendam in excommunicatione sepeliebant in cœmeteriis ecclesiarum, quod significatum est domino papæ. Mandat papa Cantuarien. Archiepiscopo quatenus ꝑcipiat ipsis hospitalariis, vt corpora illorum defunctorũ in excommunicatiõe extra cœmiteria eiiciant. quod si nõ fecerint, archiepiscopus illud exe 1 qui non omittat Bernard. †No. primò per text. quòd excommunicati debent sepeliri extra cœmiterium ecclesiasticum, & hodie sepelientes manifestos excommunicatos incurrunt excommunicationem ipso facto de quo dicendum. vt in clement. eos. de sepult. ¶Secundò not. argumentum quòd episcopus potest extumulare excommunicatos sepultos in ecclesiis exemptorum, si ipsi exempti sint negligentes in hoc faciendo, vt hic colligitur intelligendo quòd isti hospitalarij erant exempti, dictum tamen satis placet in fauorem ecclesiasticæ disciplinæ, quod videtur hic tenere Inn. An autem possit episcopus punire sepelientes excommunicatos, vel admittentes excommunicatos ad diuina. Vide plenè per Ioan. Andr. post Ioann. Monach. in cap. episcoporum. eod. tit. lib. 6. vbi concludit quòd non, si perso 2 nę & locus sunt exempti. ¶†In glo. j. in fi. no. gl. & tene menti ꝙ virtus

a virtus excommunicatio nis, durat etiam post mortem, & sic excõicatio nedum afficit animam, sed ẽt corpus. Hosti. tamen sentit ẽ istam gl. dicens ꝙ mortuus non est homo, quia non est ibi anima, & in eo non cadit vera cõio. Item cessat ratio, quare prohibetur cõio excõicati. nam fit, vt rubore confusus citius inducatur ad excõicationis satisfactionem. vt in c. pia. de exc. li. 6. quę ratio cessat in mortuo. Io. An. ponit ẽrium, & sequitur gl. probatur opi. gl. in c. à nobis. el. 2. de sen. exc. vbi ẽt post mortem excommunicatus mandatur absolui si in eo apparuerunt signa contritionis, ergo excõicatio durat post mortẽ ẽt in decedente in contritione, cũ semper opus sit absolutione. Itẽ non est verũ ꝙ omni no cessat rõ participationis, vt dicit Host. qa tpe vitæ inducent ad satisfaciendum scientes, quia ẽt post mortem debent euitari. lauando ergo mortuum, vel vestiendo, vel sepeliendo, seu sociando ad sepulturam ẽhitur ista excõicatio minor, de tali participa b tione. ꝙ no. b †In gl. 2. ibi. nisi forte tales fuerint. &c. No. bene gl. 3 quòd excõicatus sepultus ante absolutionẽ, nõ debet exhumari si non deficit pro eo, quominus fuerit absolutus in vita. de quo potest dubitari per c. à nobis, præall. ná debet absolui etiam post mortem, & posteà sepeliri, sed satis potest teneri gl. vt fiat absolutio in tumulo. & hoc in fauorem. & respectu humanitatis.

ADDITIONES.

a ¶Virtus. Vtrũ liceat cõicare excõicato mortuo, vide hic pulchrius Io. de Lig. & Cal. in repe. c. cum excõicato. 12. q. 3. circa princ. Lud. Ro. in suis sing. in litera P. notabili, quod incipit. participans, vbi refert se de facto ita fuisse interrogatum à Car. de Vrsino. & facit quod no. Ber. in l. 2. de cad. puni. vbi dicit de statuto puniente bannitum ingredientem ciuitatem, an habeat locum in bannito mortuo, qui fuit portatus in ciuitatẽ. Et facit quod no. Bal. in l. fororem. C. de his quib. vt indi. vbi dicit Ang. si ex statuto est licitum interficere bannitum an liceat vulnerare bannitũ mortuum. Et ista faciunt ad quæstionem, quam nõ vidi per aliquem tactam, an percutiens clericum mortuum sit excõicatus. Et dicit Abb. in ca. à nobis. el. 2. de sent. exc. ꝙ mortuus non potest creari miles, neque doctor. Item ad prædicta optimè facit quod no. Arch. in c. fi. xvj. q. j. vbi dicit pone quòd clericus iuit animo interfi ciendi aliquem, & eum repetit mortuum, attñ, vt satiaret appeti tum suum iratum, iam mortuo amputauit caput. quæritur an sit irregularis. Et alleg. pro & contra. & tandem cõcludit eum non esse irregularem, cum de iure non reperiatur expressum. c. is qui. de sen. exc. li. 6. Pro quo opt. facit quod no. Arch. in cap. de monachis. §. fi ergo. in 16. qõ. & Arch. post Laur. in ca. periculosè. super gl. fi. de pœ. dist. 1. vbi dicunt ꝙ qui voluit interficere hominem, si non potuit, ex hoc non est irregularis, licet gl. in d. c. periculosè. dicat ẽrium. Item add ꝙ iniuria ꝑt fieri iam mortuo, vt dt Bart. in l. j. ff. de his qui. vt ind. & gl. & Bal. in l. fideicõmissum. C. de fide. vt patet ẽt per gl. 23. di. c. quorundam. & 23. q. 2. in sum. & in §. per ẽrium. insti. de hær. quæ ab intest. defe. & insti. quib. ex cau. manu. non licet. §. j. & alibi dixit Bald. in auth. cui relictum. in v. r. not. ꝙ annua. C. de edi. diui Adr. tollen. ꝙ anima defuncti cõtristatur de sec. nup. vxor. Sed de qõne hic posita ꝑ gl. & per Do. Abb. vide in terminis Arch. in cap. illi qui. 6 q. j. vbi concludit cum opi Host. hic. videlicet ꝙ non sit excõicatus. Et dic tamẽ posse talibus imponi pœnam per hominem quæ ex hoc tex. potest dici, & dicit ꝙ hoc fallit in casu c excõicamus. §. sanè. de hæreti. & adde ꝙ istã glo. alleg. pro sing. & sequitur Dom. Abb. in c. mulieres. j. de sen. exc. de Bellentz.

b ¶Ista sunt verba Vincent. qui dicit, ꝙ licet mortui non possint eis participare, vt moris est, puta videndo, lauãdo, vestiendo corpus, & similia quæ nõ possunt negari fauorabilia mortuo. quod intelligit D. Car. respectu viuorum ei coniunctorum, de sepult. abolendæ. pro hoc est bon. tex. 13. q. 2. animę defunctorum. vbi curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarũ, magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia mortuorũ & per hoc dicit Ioan. An. esse responsum ad id quod ſ. dicitur de communione, quia etiam mortuo potest cõicari, vt d. c. à nobis. & de sepult. sacris. Itẽ si mortuis non fierent prędicta magis timebitur cẽsura ecclesiastica, & hęc est præcipua causa ꝓhibitionis, de excep. pia in prin. in 6. Item in rebus insensibilib. cadit cõio siue participatio, d. cle. excom. min. c. fi. Vnde sufficit ad incurrendum minorem excõicationem dicere, aue excommunicato, licet ipse non respondeat. 2. q. 3. excommunicatos. & 24. q. 1. Omnis. Vnde tene opi. huius gl. quia Doct. eam communiter tenent. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus de aliquid non faciendo si illud postea fecerit perdit suum priuilegium. 6.*
2 *Ad decimas soluendas tenentur etiam religiosi.*
3 *Decimæ licet sint de iure diuino tamen papa potest concedere priuilegium de eis non persoluendis.*
4 *Prælatus potest præiudicare ecclesiæ in omittendo, ipse tamen tenetur de satisfaciendo omne damnum quod per negligentiam suam pertenit.*
5 *Renunciare an quis possit priuilegio sup.*
7 *Priuilegiatus an perdat priuilegium suum si per multum temporis venit cõtra illud ignoranter.*
Præscriptio currit aduersus ignorantes, licet contra eam detur restitutio.
Præscriptio non interrumpitur ex sola contradictione.

CAP. VI.

a SI DE TERRA. a †Contra priuilegium ecclesiæ præscribi-
1 tur spatio 30. an. hodie verò xl. vt ff. eo. accedentib. Casus literalis. Monachi S. Andreæ ordinis Cistercien. habent priuilegium de non dandis decimis de laboribus suis. Monachi isti habẽt terras in parochia canonicorum de Plautio, de quibus decimas persoluerunt per triginta annos dictis canonicis. quæritur vtrum sint exempti ratione prædicti priuilegij ad non soluendum decimas dictis canonicis de eisdem terris. Consultus papa mandat monachis illis quatenus si de terra illa quam habent in parochia illorum canonicorum per xxx. an. decimas persoluerunt, eisdem eas de cætero integrè sibi soluant, quia licet eis sit concessum, vt de laboribus suis decimas non persoluant, de priuilegio tamen indulto tanto tempore detrahere voluerunt. vnde non possunt per priuilegium se in hac parte tueri. cum liberum sit vnicuiq; iuri suo
2 in hac parte renuntiare. †No. 1. ex tex. ibi parochia. &c. ꝙ decimæ debentur ecclesiæ parochiali, vbi prædia sua sunt etiam religiosis personis. de quo plenè in c. cum cum cõtingat. de decim. Ex quo & ex text. not. quòd de iure diuino, seu communi etiam religiosi tenentur ad decimas persoluendas. de quo in ca. ex parte. & c. nu
3 per. de deci. †No. ꝙ quãquam decimæ sint de iure diuino. vt in c. rua. ſ. de decim. tamen papa potest priuilegium concedere de eis non persoluendis, & ꝙ clericis, & religiosis hoc potest concedere clarum est, vt hic, & in d. c. ex parte. & c. nuper. Sed an laicis possit hoc concedere, dic. vt legitur & no. de deci. à nobis. †No. quòd
4 canonici seu rectores ecclesiæ possunt præiudicare ecclesię tacẽdo, & patiendo præscriptionem currere. delictum ergo istorum in tacendo, & non faciendo expressè protestationem nocet ecclesiæ. & vide glo. singu. in c. placuit. 16. q. 3. quæ dicit prælatũ qui
b passus est præscriptionem b currere contra ecclesiam posse conueniri per ecclesiam ad satisfactionem de omni damno ob suam negligentiam contingente, & non mirum, nam prælatus tenetur de suo, sicut tutor si potuit aliquid acquirere ecclesiæ, & neglexerit. 12. quæstio. 2. monemus. l. quicquid. C. arbi. tut. fortius quando neglexerit, & passus est acquisita dilabi. facit ad prædicta l. non est
c ignotum. C. de admi. tut. c †Ex fine literæ. not. ꝙ liberum est vni-
5 cuique renuntiare priuilegio suo. quod intellige, quando non tãgitur ius superioris, vel tertij. vnde priuilegio exemptionis nõ potest priuilegiatus renuntiare sine licentia papæ. vt in c cum tempore. ſ. de arb. Potest etiam colligi ex hoc tex. iuncto capitu. accedentibus, ẽ. eo. ꝙ sicut contra ius commune non currit præscriptio nisi xl. an. vt in c. fin. de consue. ita nec contra priuilegia indulta ecclesiæ, vt hic & in c. accedentib. etiam contra alia bona competentia ecclesiis. vt in c. de quarta ſ. de præscrip. & in auth. quas
6 actiones. C. de sacrof. eccl. †Et not. hunc text. iuncto cap. acceden tib. quod etiam priuilegium datum ad non faciendum non tollitur per vnam contra factionem, sed requiritur spatium xl. an. si cõpetit contra ecclesiam, de qua materia plenè in ca. cum accessissent. de constitutionibus. ¶†Sed pro declaratione literæ quæri-
7 d tur an indistinctè tollatur priuilegium d spatio quadraginta annorum. Ioannes Andreas, & Hostiens. hic videntur limitare mirabiliter hoc cap. vt procedat quando sponte facta est solutio: e
e vt ipsi

ADDITIONES.

a ¶Si de terra. Pro intellectu huius cap. vide glossi. in c. fina. 16. quæstio. 7.

b ¶Præscriptionem. Dicit idem Ab. in c. 1. ſ. de in integ. resti. & in c. 2. circa prin. ſ. de præscriptionib. & in c. 1. ſ. de dolo, & contum. & Car. in cle. 2. in prin. in 5. no. de religio. domib. & Andr. Sicul. in c. vt super. ſ. de reb. eccl. non alie. Sebasti. Sap.

c ¶De ista materia dic, vt plenè habetur in cap. 1. de dolo, & contumacia. vbi habetur an, & quando delictum prælati nocet ecclesię. Alex. de Ne.

d ¶Priuilegium. Quomodo, & quanto tempore priuilegium tollatur, tradit latè Ias. in l. beneficium. versic. tertiò principaliter quæsunt. ff. de constit. prin. Fel. in c. cum accessissent. versic. septimò limita. ſ. de cõstitutionib. vbi latè, an per ẽrium actum tollatur priuilegium. Seba. Sap.

e ¶Est solutio. Adde Ludo. Rom. cons. 252. Alexã. cons. 190. & 213. quinto libro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ipsi voluerint locus sit per ignorantiam, vel inuiti soluẽtes. Ar. l. ad eos ff. commo. l. quod. & quoque. de reg. iu. Et mirandum quòd alij doct. sequentes simpliciter inhæreant huic dicto. nã nullo modo puto verum. quia tacitè inferunt q̃ ignorantes non currit p̃ scriptio, quod falsum est, vt in c. vigilanti. & ibi dixi de præscrip. & clarius in l. fin in fin. C. de præscript. lon. temp. licet Bartol. in l. 1. §. si quis autem. ff. de itiner. actuque priuat. dicat simpliciter q̃ licet currat ã ignorantem præscriptio datur tamen restitutio & sic secundum omnes saltem currit præscriptio, & sic ẽt non puto verum. quia iniusti soluentes non præiudicant, ex quo in bona fide sunt præscribentes, imputandum est ergo soluentib. quare non allegabant priuilegia, & in iudicio nõ egerunt: sola. n. contradictione non interrumpitur præscri. 16. q. 3. c. dilectio. §. potest. & l. fi. C. de præsc. lon. tem. quod limita, vt no. in c. nihil cum scandalo, de præscr. Si. n. non reddebatur iustitia in loco propter hostilitatem tunc posset procedere illud dictũ. ad hoc c. ex transmissa. & quod ibi no. de præscr. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium si allegat, debet illud ostendere, aliter sibi non creditur.*
2 *Dictionis, Quamuis, natura.*

CAP. VII.

PORRO. Priuilegiorũ tenor inspiciendus est. & seruãdus. h. d. Vel aliter: & sic. De priuilegiis non est iudicandum, nisi eorũ tenore iuspecto, & fm continentiã eorũ ab omnib. subditis sunt seruanda. h. d. Et potest exemplificari. tex. per c. nuper. ã. de deci. Cuius literalis. Tẽplarij. & hospitalarij multa prærogatiua libertatis sunt muniti. Verum aliam libertatem habere videntur in locis illis, in quib. fuerint habitatores, antequam ad eos peruenisset quã in aliis suis possessionib. & si habeant eandem, vel aliã hoc ex inspectione priuilegiorũ valet cognosci, fm quod inuenitur in priuilegio, ita est obseruãdũ. In fi. dicit pa. sic volumus eos tenorem suorum priuilegiorũ seruare quod fines eorũ non transgrediantur. B. †No. 1. ex tex. q̃ alleganti priuilegiũ non creditur, nisi illud ostendat. & fm continentiam eius ita est seruandum, ad hoc solet quotidie allegari iste tex. & de modo exhibendi priuilegia, vide hodie bo. tex. in c. cum personæ. co. ti. lib. 6. Secũdò p̃ colligi. ar. prò. & contrà, q̃ bona ac quisita per priuilegiatos assumunt sibi naturam priuilegiorum. fac. c. quia circa. ĩ. eo. & cle. j. de deci. & l. fiscus. ff. de iur. fisci. & quod no. in cap. vnic. de iure pat. lib. 6. In hoc tamen inspici debet tenor priuilegij, vt in litera. †*In* gl. 1. ibi, sed propriè noviderur posse stare, &c. Et est ratio, quia ista dictio, quamuis, de natura debet aduersari tam in iure, quàm in facto, si mile no. in c. at si clerici. de iud. in prin. sed hic non sumitur aduersatiuè. sed ampliatiuè. nam sensus literę est secundum gl. seq. q̃ cũ isti hospitalarij habeant multa priuilegia in bonis suis, nõ est dubitandum, quin habeant libertatem in bonis acquirendis. Et ex hoc nota q̃ de propria natura istius dictionis, quamuis. est aduersari præcedentib. & non ampliare, & sic facit pro intellectu statutorum in quib. verba debent stare propriè. vt in c. in nostra. de iniur. sed si intelligeretur q̃ isti non habeant libertatem aliquam in bonis acquirẽdis, tunc dictio quamuis. stat propriè aduersans precedẽtib. a In gl. in ver. ex inspectione. in fi. No. gl. in practica. & vide no. in c. contingit. ã. de fide instr. & in d. c. cum personæ. Abbas.

ADDITIO.

a ¶ Sed priorem expositionem sequitur Host. & Do. Car. & But. de statu mon. recolentes. de decim. dilecti. & c. licet. de censib. c. 1. & 12. q. 2. ecclesiarum seruus. & de off. Arch. c. fi. vbi de hoc. Nam hęc expositio non conuenit literæ, quæ dicit priuilegia istorum debere inspici, quod esset superfluum si non haberent aliam libertatem, quã habitatores habebãt. Vnde tene primam expositionẽ. & de hoc arti. san res transeat ad priuilegiatum cum onere suo, seu ei annexo, an vero priuilegiatus vtatur suo priuilegio, dic vt in c. pastoralis. de deci. & in c. 1. de cẽsi. & in cle. 1. e. ti. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Census si fuerit solutus per multa tempora, an per hoc probetur subiectio.*
2 *Exemptio siue immunitas per quæ verba concedatur.*
3 *Recipere aliquem in protectionem non præiudicat iuri aliorum.*
Recipiens aliquẽ in protectionem, non tenetur ipsum defendere si sibi moueatur guerra quando scilicet est iusta. secus si iniustè opprimitur. ş.
4 *Exemptio siue immunitas non præsumitur nisi probetur.*

CAP. VIII.

ACCEPIMVS. Solutio census nõ approbat quẽ exemptũ, nisi ex alia deprehendatur, vt quia soluitur ad indicium perceptæ libertatis. h. d. vel aliter, & sic. Per solutionẽ census quæ fit romanæ ecclesiæ non probatur exemptio à iurisdictione episcoporum h. d. Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, ceterum. Casus literalis. Quidam legatus apostolicæ sedis inuenit plurimas ecclesias in sua legatione. Dubitatur vtrum hoc ipso essent exemptę à iurisdictione episcoporum. Quæsiut à papa quid iuris sit super hoc. Et ipse commendans in hoc diligentiam suam, dicit q̃ sicut omnes illi qui specialiter existunt de iure beati Petri apostolicæ sedi annuatim censum exoluunt, ita non omnes censuales ab episcoporum subiectione habentur immunes, veruntamen inspicieda sunt priuilegia ecclesiarum, & eorum tenor est diligenter attendendus, & si fuerit deprehensum q̃ ecclesia quæ soluit censum specialiter beati Petri iuris existat, & ad indicium perceptæ libertatis annuarim census soluatur, ecclesia illa libera est exempta. si verò ad indicium perceptæ protectionis sensus persoluitur, propterea à iurisdictione episcopi nõ est subtracta. *B.* †No. j. ex tex. q̃ licet in priuilegio exemptionis non reseruetur census persoluendus superiori, nihilominus valet. & tenet collata exemptio, quia non est de esse exemptionis, vt soluatur census, licet quandoque soleat superior sibi retinere. de quo in c. constitutus. de religio. do. Secundò. no. ex litera illud ar. nõ a probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. simile in c. tuæ. de spon. non hoc. C. vnde cog. sic enim arguit papa, exemptio solet competere sine solutione census. ergo sola census præstatio nõ 2 probat exemptionem. ¶ † Tertiò not. quòd ista duo simul b iuncta non probant exemptionem. videlicet census præstatio. & recept

ADDITIONES.

a ¶ Probat. Et facit ad dictum testis q̃ debeat de necessitate cõcludere non alias probat hoc esse, &c. concor. tex. vulga. in l. nõ hoc. C. vnde leg. quem ibi multum no. quòd articulus, & positio debent de necessitate concludere, vt ibi per eum cum concord. insignatis per d. Alex. Imol. & alios. Adde etiam tex. in ca. auditis. ã. de præscrip. in ver. si per illa constiterit, quòd vallis sit ille locus, &c. vbi videas, quòd per illum tex. ibi dicit idem Panorm. post Io. An. de Bidello, qui conduxerat equum ad vecturam pro eundo Florentiam, & talis equus naturaliter perit in itinere sine culpa bidelli. & ita probauit per socios itineris nam occubuit, quia probatio sua erat dubia, & non concludens necessariò, quia bene probauit vnum equum fuisse mortuum in via, sed non probauit, quòd fuerit ille equus locatus. Debuit ergo ille bidellus esse cautus, & probare colorem, & qualitatem equi mortui. *Et Io. An.* sequitur etiam ibi *Ant.* cum concor. ibi additis post istum. Facit etiam ad istam regulam q̃ dictum testis debeat de necessitate cõcludere. vt hic, quod no. dicit idem panor. in d. c. auditis. mihi nõ placet, &c. cum his quæ ibi addidi post eum in add. inci. no. limitationem, & c. limita, dictam regulam procedere, quando probatio dubia nihil concludit, secus est, quando probatio dubia alterum duorum concludit quorum alterum sufficit, quodcunque illorum sit. Ita limitat Ant. de But. in c. plerunque. in fin. de rescr. Ste autem nihil ibi dicit, vbi *Ant.* reputat valde nota. & idem d. An. in c. ex parte. e. ti. Item limita per text. in c. proposuit. de cle. exc. mĩ. quem no. ibi. Ant. post im. quòd vbi requiritur probatio temporis pro fama, sufficit præsumptiuè probare, probando q̃ olim erat præsumptiuè probatum quòd etiam fuerit illo tempore certo, & determinato. Et sequitur pro valdè sing. d. Fran. de Aret. consi. inci. videtur dicendum, quamuis contrarium in hoc voluerit Bal. in l. siue possidetis. C. de prob. & hoc adde ad c. proposuit. Item limita, vt per gl. no. in l. neque natales. C. de probat. per quem inferunt ibi Iac. But. & Bal. ad multa, præsertim ad probandum aliquam esse meretricem, quia probatur probando quòd scholares vadunt ad eam in dorsum. Et subiungit ibi Bald. quòd scholaris, quando loquitur cum muliere non præsumitur ei dicere Pater noster. Vide etiam Bal. in l. data opera. C. qui accusare non poss. Bal. & Im. in l. fi. ff. de hæred. instit. vbi multa pulchra dicuntur ad propositum per Bal. in l. 2. in princ. per illum text. ff. de fur. Et vide etiam quod per d. gl. dicit Salic. in d. l. non hoc. C. vnde leg. Item limita vt per Gemi. in ca. 1. de pac. in 6. Limita etiam vt per gl. fi. in l. cum dotem. quam ad hoc ibi not. C. de iure dot. sufficit dictum testis concludere à communiter accidentib. Item limita ex eo quod not. idem Bal. in l. cum virum. per illum text. in l. no. C. de fideic. vbi no. quòd admittitur probatio pertinens. id est, non vrgens. Et quæ dicatur probatio pertinens, vide ipsum in l. ad probationem. C. de probationi. & etiam Bart. ibi. & in l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiurand. & in l. iam dubitari per gl. ibi in ver. non ab re. ff. de hæred. instit.

b ¶ Census præstatio. An præstatio census arguat exemptionem vel subiectionem, vide *Fel.* in c. ad audientiam. ver. & dum remittit. Abb. ş. de præscript. vbi dicit quòd quandoque denotat subiectionem, quandoque exemptionem, quandoque protectionem. Sebast. Sap.

& receptio sub prestatione, nunquid autem solutio census per multa tempora facta probet subiectionẽ. tex. facit hic q̃ nõ. sed vide Bar. in l. si locat. in fi. & of. procon. dixit in c. peruenit. &c. om
a nis anima. ã. de censi. 4 † Quartò no. q̃ ista verba recipi nus te, vt
2 sis specialiter in ius beati Petri, &c. inducunt exemptionem, & est ratio Nam omnes cle. sunt de iure beati Petri. Si ergo specialiter recipitur, videtur quid nouum concedi, & multa verba quæ habent inducere libertatem plenariam & exemptionem, vide in c. si papa. e. tit. li. 6. & c. j. de ver. sig. c. lib. per quę decidunturaliqua
b no. per *Inn.* b † No. ex fi. literę q̃ per receptionem facta fam sub pro
3 tectione, non detrahitur in aliquo iuri aliorum quod not. in fa
c cto. quia quotidie domini temporales potentiores recipiunt minus potentes. sub protectione eorum, nam per hoc non præiudicatur iuri aliorum in aliquo, & sic habentes iura parata possunt hoc non obstante liberè exercere. Ex quo infero, q̃ si guerra iusta mouetur cõtra receptos sub protectione, non tenet recipiẽs ad defensionem, pro hoc quod no. hic gl. fi. & ibi dicam super ea. In gl. j. in fi. quasi gl. velit innuere istos esse exemptos sed Host. tenet contrarium, dicens istos non esse exemptos, licet in multis sint priuilegiati. Et de Cisterciẽ. probatur ã. de simon. ne Dei. De templariis, & hospitalariis, in c. veniens. de ver. sign. li. 6. & facit c. parentibus. ĩ. e. sed concordando potest dici q̃ gl. habuit respectum ad factum, vt quia post ista iura fuerunt istis concessa priui-
4 legia exemptionis. † Dictum vero Ho. ad ius. quia de iure nõ sunt exempti. quia subiecti sunt episcopis locorum de iure communi. xvj. q. 7. omnes basilicæ. &c. domus. & q. j. & per totum. & in c. venerabilis. de religi. domi. & facit c. cum episcopus. de of. or. li. 6.
5 In gl. ibi, cũ iniustè grauantur, &c. † No. glo. pro his quæ ã. dixi, q̃
d recipiens aliquem sub protectione d̃ sua non tenetur eum defendere, nisi cum iniustè grauatur, mouetur ergo superior facilius ad defendendum eum, & fulminandum sententias. Et no. quòd etiam in subdito receptio sub protectione parum operatur, & videbatur oppositum, quia omnes subditi debent esse sub protectione d̃ iorum, & verba debẽt aliquid operari. sed, vt dixi operantur istud, & facilius mouetur pro eis superior, q̃ pro aliis. quia pro aliis p̃t scribere ordinariis, vt iustitiam faciat, sed pro istis receptis sub protectione potest fulminare sententias. vnde domini temporales recipientes aliquos sub protectione, tenẽtur eos defendere injustè oppressos, ita dicit Host. papã debere facere, si recipit aliquem sub protectione, & ad c. vnic. de peregri. alleg. in
e gl. dic. vt ibi. e Extra gl. quærit *Inn.* an ecclesia exempta censeantur clerici exempti, & quid de parochianis hodie, decisum est in ca. per exemptionem. e. ti. li. 6. Vltimò potest quæri tex. dicit priuilegium inspiciendum, an in eo dicat q̃ census soluitur ad indiciũ perceptæ libertatis, & tunc censetur exemptio ad indicium perceptæ protectionis & tunc non est collata exemptio, quid ergo dicendum in dubio, quando simpliciter reseruatur census, vel solutio, dicunt doct. q̃ per hoc non probatur exemptio. & bene, & satis probatur per principium literæ, quia non probat hoc &c. facit l. neque natales. C. de probatio. & in cap. inter corporalia. de transla. episcop. vel eccle. Abbas.

ADDITIONES.

a ¶ Sed aduerte quomodo intelligatur reg. d̃ qua hic, ſ. non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. de qua reg. est ẽt tex. in l. non hoc. C. vnde cog. & in l. neque natales. C. de probat. nam gl. & post eam Bald. in d. l. neque natales. dicit q̃ qñ illud de quorius tradita, quandoque cõ. vt plurimum contingit adesse, & est annexum. vel solitũ vt in plurib. & tunc debet dari reg. cõ. sc. qd teria probationum locus à cõiter accidentibus multũ pondera incipit. vnde Iac. But. ş. de adult. vnde Bal. in d. l. nõ hoc. in fi. C. vñ cog. dicit q̃ si frequenter, & facile hoc ab illo contingit abesse tunc leue est indicium, vt in l. cum res. C. de probat. & in l. ciuile. C. de fur. Si autem frequenter, & facilè cõtingit adesse, tunc est graue indicium, & æquiparatur præsumptioni iuris. & Bal. in d. l. non hoc. tractat de probatione q̃ fit p veras probones, & de probatione præsumpta, & de probatione quę fit per indicia. sed an indicia inducant veram probationem, vide ibi Bal. qui eleganter loquitur. de quo ẽt vide Abb. Sic. in c. tertio loco. de prob. & in c. quanto. de præsum. & hæc perpetuò notabis, quia sæpe in practica habebis quia ad multa faciunt, &c. *Alex.* de Ne.

b ¶ Et propter hoc inspiciendus est tenor priuilegij secundum gl. hic. Sed Hosti. dicit q̃ etiam bulla, & fiũ, & omnes circunstantię inspiciendæ sunt ne falsitas aliqua latere possit cuius multę sunt species. de cri. falsi, licet. Sed *Io. An.* dicit q̃ dictum *Host.* procedit cum dubitatur de veritate priuilegij. Cum autem dubiũ est non de veritate priuilegij, sed de ipsius effectu, inspicimus tenorem vt hic, & ş. c. prox. & sic debet intelligi gl. hic. Alex. de Ne.

c Quid significet receptio sub protectione, & q̃ ille, qui tenetur ad protectionem, debeat defendere cum armis, videtur probare tex. in l. desertorem. §. fi. ff. de re mil. An autem si lata sententia pars dicat me subiicio protectioni talis, videatur appellare. vide tex. in c. ad audientiam de appel. Ang. in l. 1 C. de excul. mu. lib. 10. Sed de illo q̃ dixi, de defensione cũ armis, vide Bar. in l. cõtu. ff. o. in prin. Itẽ de ista protectiõe adde qd no. Bar. in l. j. C. si quis. præd. pote. Itẽ adde hic q̃ ille qui tenetur aliquem defendere de iure, & facto tenetur defendere armata manu, itatenent Bar. Ang & *Im.* in l. stipulatio ista. in prin. de ver. obl. Cy. Bal. & Sal. in l. fi. de act. em. Bal. in l. non solum. §. si status ff. de proc. & Bald. in recollectis. in l. 1. ff. de euict. & Pet. de Anc. & Io. de *Im.* in c. fi. de emp & ven. & etiam Bu. in cons. suo inc. in Christi nomine, qõ proponitur sub istis terminis, vtrum ablata re vendita. & Ang. in cons. 274. inci. Christi nomine promittendum: cum seq. cons. & Pe. de Anch. in cons. 84. inc. nomine commisso dubio. Pe. de Anch. in d. cons. limitat hoc fallere in papa promittente. Sed de hoc etiam primo vide gl. in ver. ordinem relatum ad tex. & ibi d. Ant. in c. ego. de iureiu. Ille autẽ, qui simpliciter promisit defendere. intelligitur defendere de iure non de facto, fm Ba. in l. damni infe. la. 4. ff. de dam. infe. Item adde q̃ ille qui tenetur non fingere fieri certum quid non solum prohibetur tenere, sed eriam debet adhibere diligentiam vel custodiã, ne id fiat. tex. est no. in l. 1. ff. loca. de Bellenz.

¶ Adde an promittens aliquem defendere teneatur defendere cũ opprimitur de facto. *Ang.* cons. 261. & de eo, qui submittit se gratiæ alicuius. vide Ca. cons. 4. dever. sig. & de eo, qui se submittit misericordiæ alicuius per *Ale.* cons. 68. *And.* Barb.

d ¶ Protectione. vide *Ang.* in l. 1. C. de excu. mu. & Bar. in consti. Di gestorum.

e ¶ *Host.* dicit quod nõ est mirum si ecclesia Romana pro talib gladium suum vibrat. cum & domini temporales pro illis, quos in protectione recipiunt guerram faciunt nisi is fati fiat. vnde cum ecclesia nõ debeat alicui inijcere gladium 27. q. 1. deviduis nec fraudem adhibere, de don. per tuas. cauere debet q̃ aut neminem à se curet, aut à se curatum defendat. vnde p̃fulit q̃ nõ, nisi ex magna cã. & pro Deo recipiat aliquem sub protectione, & tum illum defendat quo ad personam. & bona. remittit se ad no. in c. ad liberãdam. in decis. de iudæ. & Card. ẽt se remittit ad ibi dicta per ipsum in vers. sanè Sed d. Car. ponit hic q. Quid si Turdatinus eps habet in diœcesi Perusina ecclesiam vtroque iure sibi subiectam, an rector eius ligetur per statutum epi factum g̃naliter contra non residentes: hoc est quærere, An si eps vnius diœcesis hẽt ecclesiam in diœcesi alterius epi sibi plenè subiectam, nunquid ecclesia ligetur ex statuto epi, in cuius diœcesi est sita. & d. Car. dicit q̃ non, & alleg. Fed. de Se. cons. 94. & satis deciditur ex no. c. cum & plantare. ş. eo. ex quib. hæc q. decidi potest, tamen illam ibi adde. Aliqua alia tenent tangenda. sed dicam vobis ĩ. eo. tuarum. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

3 *Priuilegium extenditur ad alias res, vel personas in eo non expressas licet in non expressis sit eadem ratio. secus est in lege. ratio differẽtiæ ponitur. infra, num 3.*
2 *Ius patronatus contra patronum est præscriptibile, secus contra ecclesiam.*

CAP. IX.

1 SANE. † Priuilegium non extenditur a ad personas in eo nõ ex
a pressas. h. d. Vel aliter & sic. Priuilegium vni concessum nõ põt ad alium extendi pp identitatem rationis. h. d. & solet quotidie allegari. Casus literalis. quærebatur à domino papa. vtrum priuilegium vni concessum extendi potest ad aliũ. Consultus papa respondet. q̃ nullus debet authoritate sua sibi assumere q̃ alicui certa ratione inspecta à Romana ecclesia, in priuilegium est concessum. Ber. Nota primò. ex tex. q̃ priuilegium est ius singulare, & sequitur, personam priuilegiatam. & cum ea extinguitur. vnde non transit ad aliam personam. ad hoc regula priuilegium. de reg. iur.
2 lib. 6. † No. secundò q̃ vnico concessum priuilegium, non potest per alium vsurpari. Et facit ad quæstionem. nunquid laicus possit præscribere ius patronatus, & videtur quòd non, quia illud ius concessum est laicis in priuilegium. vt in capite tertio. de iurepatronatus. ergo non debet vsurpari per alium, sed dic vt no. *Io.*

ADDITIO.

a ¶ Non extenditur. Quòd priuilegium non extendatur ad personas non expressas, vide Bal. in l. non tantum. § non omnia. ff. de excus. tut. Gem. in c. ne aliqui. de priui. in 6. Per. de Anc. in cons. 109. inc. prima facie. Ang. in cons. 272. inc. qñ dictum priuilegium. Cat. in cons. 12. Decium in cons. 47. in prin. Sebasti. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

no. Io. An. in regula, ℣ alicui de reg. iur. lib. 6. in mercu. & no. in c. querelam, de elect. E conclusio est ℣ ℨ patronum currit præscriptio, quia est ius priuatum, secus ℨ ecclesiam non patronatā. † In gl. i in fi. & est ratio diuersitatis. nam lex debet esse cōis omnib. dum tamen sit conscripta pro communi vtilitate omnium. 4. dist. erit autem lex, & ideo si in lege exprimitur vna persona tantum, videtur illa expressa causa exempli, non ℣ dispositio legis ad illā personam dūtaxat restringitur: sed priuilegium est lex priuata, & conceditur ex quadam ratione speciali, ideò non extenditur ad a alios non expressos sine a authoritate concedentis. Ab.

ADDITIO.

a ¶ Dic't tñ Gost ℣ licet priuilegium non extendatur ad alium: tamen quandoque aliis conceditur, vnde minor cedit alteri beneficium restitutionis in integrū. ff. de min. l. ℣ si minor. facit ff. de admi. tu. l. ex plurib. & quod ibi no. in gl. Sed dubium est an hæc Decr. procedat in priuilegiis corpore iuris clausis per ca. nimis. el 1. & 2. ℨ. de excess. præla. & quod no. de decim. ex parte. & de celeb. missianè. & cum eo transeunt Doct. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia præsumuntur publica, & authoritate episcopi cōstructa si in eis est campana, & publicè celebratur.*
Campana si est in aliquo loco præsumitur publicus, si autem esset campanella quæ priuatè sonaret, est secus. 2.
3 *Oratoria priuata non gaudent priuilegio ecclesiarum. 4.*
5 *Exemptus si committit delictum ex loco exempto in locum non exēptum, punitur per ordinarium loci exempti, vide ℨ c. prox. nu. 8.*
Mandans committi delictum in loco, punitur in eo loco, non autem in loco vbi factum est mandatum.

CAP. X.

PATENTIBVS. In oratoriis priuatis campanæ publicè teneri non possunt, etiam per religiosos. h. d. & secūda pars ibi respondemus, & tene menti istum tex. quia quotidie allegatur, &
a est in vsu. a Casus literalis. Hospitalarij, & templarij, & alij certa habent oratoria in domib suis, quæ fuit episcopus Abluen. vtrū liceat prædictis ponere campanas, & publicè pulsare: respondet papa ℣ non licet eis hoc agere, imò compellendi sunt vt iure suo sint ita contenti, quòd iustitiam non impediant aliorum. B.
1 † No. 1. ex tex. & tene menti perpetuò istam literam, quòd habere campanam publicè in loco, & pulsare publicè est signum loci publici, & sacrati. Et ex hoc infertur ad quæstionem, de qua
b quotidie dubitatur. An Hospotalia b censeantur publica, vel priuata, si non apparet an autoritate episcopi sint constructa. nā si ibi est campana, quæ publicè pulsatur, signū est illa esse publica c
c & subiecta esse episcopis. Idem si ibi publicè celebratur, & populus admittitur ad diuina. Sunt enim ista signa publica. de consec. dist. 1. vnicuique. & c. fi. no. Arc. de conse. dist. 1. c. nemo. dico plene de dona, inter dilectos. † No. ibi publicè ℣ in oratoriis priuatis, non est prohibitum tenere campanellam priuatam, & priua-
3 tè pulsare. † Vltimò not. quòd oratoria non gaudent priuilegio ecclesiarum. & dicuntur oratoria loca apta ad orandum non consecrata, nec habentia dotem sicut habent magni domini in domibus suis, & possunt destruere quando volunt. Ecclesiæ verò sunt consecratæ publicè & habent dotes suas. de his. no. in ca. fin. ℨ. de
4 censi. † In gl. 1. in fi. Host. dicit ℣ publicè non potest ibi celebrari licet priuati sic. vel dic meliùs post Io. An. ℣ aut auctoritate episcopi oratorium est constructum, aut non. primo casu potest celebrari publicè: secundo non, & hoc placet, intellige ergo iura alle. in gl. quæ dicunt quòd in oratoriis non debet celebrari. f. publicè, nisi quando locus fuit constructus auctoritate episcopi vel priuatim, quando sine eius auctoritate, & hoc no. & vide quod no.
d in c. fi. de censi. d In gl. 2. fi hæc gl. loquitur nimis generaliter, nec est vera ita indistinctè prout loquitur, quia esset contra c. 1. eo. ti. lib. 6. de quo dicetur in c. ℨ. prox. sed quò ad terminos huius c. fatis potest sustineri vt exempti excedentes in hoc possint puniri per episcopum. Ratio est, quia campana pulsatur propter audientes, & sic lædunter personæ non exemptæ, & committitur delic-
5 tum extra locum exemptum. † Sicut dicimus in proiiciente lapidem in loco exempto, & percutiente in loco non exempto, vt possit puniri per ordinarium loci, propter delictum commissum extra locum exemptum. vt no. in capitu. in obscuris. de regul. iur. libr. 6. in mercu. simile quod dicimus in mandante delictum committi in vno loco, vt delicto ibi secuto possit mandans ibi puniri: quia videtur & ibi delictum contummasse. vt in cle. pastoralis. de re iud. & not. Bartol. in l. si vt proponitur. ff. de fideiuss. & hoc delictum optimè probatur hic, si intelligimus istos tēplarios esse exē
c ptos, vt dicit gloss. in c. recepimus. ℨ. eo. e Sed extra gloss. opp. contra tex. de c. nimis. de excess. præla. vbi dicitur ℣ religiosi licitè tenent campanam licet non habeant parochiam. Sol. dicit ibi Goffre. illud procedere in monasteriis eorum. i. in ecclesiis positis in
f monasteriis, f vel secundò illud procedit ex priuilegio, istud de iure communi. vel tertio secundum Host. contrarium loquitur de vna campana, vt sic liceat istis religiosis vnam campanā tenere in eorum monasteriis, & non plures. vt in ista litera. & quanquā primus intellectus Gof. multum mihi placet, & sit amicus isti li-
g teræ. tamen perpetuò no. dicunt istud Host. pro istis religiosis ℣ potissimè mendicantibus. qui retinent plures campanas, ita quod eorum loca videantur principaliora in ciuitate. Nam non possunt de iure communi tenere, nisi vnam campanam. & satis debet eis sufficere ℣ hoc permittatur, ex quo non habent populum, & ita seruant fratres minores obseruantiæ. & pro hoc facit cle. exiui-
h de ver-sig. vbi etiam prohibetur eis habere spatiosa. loca. b Abb.

ADDITIONES.

a ¶ Host in verbo, patentib. colligit argumentum ℣ in iudiciis literæ clausæ fidem nō faciunt sed patentes. quod dicit verum, vbi non apparet forsan ℣ sigillum remotum est, vel fractum, nisi iudex in actis dirigi fecerit, tunc enim credendum est sicut aliis actib de excess præla. inter. vers. præterea. de restit. spol. cū ad sedē. ad fi. si autem sic aperiuntur ℣ sigillum integrum remaneret, & apparent non vitiatę. & c. fidem faciunt. C. de ed. diui Adr. tol. l. fin. vbi ratione personarum, vel causarum aliud dicatur. ideo enim testium solenne quod in scriptis celebratur clauditur, & signatur vt ei magis credatur, & minus suspectum habeatur. C. de testam. l. si vnus. & de fideiuss. l. fi. sed melius facit secundum Bu. l. hac consultissima. C. de testa. Sed D. Car. dicit ℣ iste petiit testificari literis patentib. & non clausis. & dicit ℣ dicuntur literę clausæ quando Papa scribit, & literæ non habent bullam appensam, sicut sunt breuia quæ Papa quotidiè scribit. & dicit D. Car ℣ breuia non faciunt fidem publicam, sicut literæ cum bulla per quam tollitur
b suspicio, & remittit se ad c. ex parte. de fide instrumen. vbi vide. Alex. de Ne.

b ¶ An Hospitalia. Vide Fel. in c. de quarta. ver. tertia declaratio. ℨ. de præscr. & ibi latè, quando hospitalia gaudeant priuilegio ecclesiarum. Seb. Sap.

c ¶ Publica. Et hoc tenet Ant. in c. fi. de censi. de Bellent.

¶ Adde de hoc dicendum, vt per Fede. cons. cxxx. Lapum allegatione xlj.

c ¶ Ex hoc dicit Butr. ℣ articulās dēt esse cautus in articulando, qa debet articulare locum publicum, & quòd ibi tenet publice cāpanas. & quòd publicè pulsetur, vel quòd publicè ibi celebretur. Alex. de Ne.

d ¶ Sed Io. An. dicit ℣ aut oratorium est ibi auctoritate episcopi cōstructum & tunc licitum est ibi dicere missas priuatas. aut nō est auctoritate epi, & tunc est licitum dicere missas ibi. Ale. de Ne.

e Inn. autem primò idem dicit cum glo. ista, sed posteà dicit ℣ licet personę sint exemptæ, non tamen ecclesiæ. & ista est ratio quare propter delictum perdunt priuilegium exemptionis, & ab ordinario possunt puniri. & idem dicit Abbas. Host. autem dicit hic esse speciale hoc casu expresso ℣ illi coerceantur ab ordinario per censuram ecclesiasticam, alias secus, alleg. deverb. sig. veniēs, j. resp. li. 6. & ita pertransit simpliciter recitando Io. An. & D. Car. sed mihi placet illud quod dicit Abb. Sic. & idem hic dicit Butr. dicens ℣ vbi delictum exempti extendit vires suas extra locum exemptum. tū delinquens in loco exempto potest à diœcesano puniri. Nam pulsare campanas non fit, nisi propter auditum, & ex tali pulsatione surgit turbatio propter sonum qui extenditur ad aures, & auditus extra locum exemptum. Al. de Ne.

f ¶ Istud in grangis vel priuatis oratoriis. bene facit c. fi. de censi. vt habetur quid differat oratorium ab ecclesia. Alex. de Ne.

g ¶ Pro istis religiosis. Religiosi non debent habere, nisi vnam campanam, & an prædicatores possint habere plures campanas, vide Old. cons. 229. de Bellent.

¶ Adde, quòd voluit allegare Ol. con. 227. cui ad de Bar. in cle. exiui. §. proinde. de verb. sig. & Alex. con. 78. vol. 2. Zach.

h ¶ Idem dicit But. dicens ℣ est magis contemplatiuum habere vnam campanam quam plures. Idem sentit Dom. Car. dum dicit quòd omnes solutiones prædictæ possunt contigi. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Fratres S. Antonij, vel sancti Spiritus, an licitè possint petere eleemosynas.*
2 *In ecclesia polluta sanguinis effusione, non debent celebrari diuina.*
3 *Excommunicatus, vel suspensus ab vno, non potest, nisi per illum, vel eius superiorem absolui.*
4 *Conuersi ad aliquam religionem, si non sunt omnino conuersi, non gaudent ecclesiastico priuilegio, & remanent subiecti statutis ciuitatum, & terrarum.*
5 *Irregularitatem an incurrat ille, qui celebrat in ecclesia interdicta, siue interdicto iuris, vt pollutione, siue interdicto hominis.*
6 *Monachus non efficitur ex eo, quòd deferat habitum, si ipse non intendebat profiteri.*
7 *Monachus qui iocosè simulat se monachum, non obligatur ad monachatum.*
Mona. [illegible]

Monachus, qui facit professionem in monasterio monialium, nō valet professio, & compellitur illud exire, & monasterium monachorum intrare.
8 *Exempti ratione loci si delinquunt vel alio modo se obligant in loco non exempto per quem possunt puniri.*
Quid exemptis ratione personæ.

CAP. XI.

TVARVM. In tota prouincia exhortationis officio priuantur hospitalarij, qui mittunt pro eleemosynis cruce falso signatos, & si missi sunt laici excommunicantur, si sunt clerici ab officio, & beneficio suspēduntur, & eadem suspensione puniuntur, qui ante reconciliationē in polluta ecclesia celebrant, & suspēsi per episcopos exemptos absolui nō possunt, & fratres priuilegiatorum, qui ad eos se omnino non transferunt, priuilegiati non sunt. h. d. vsque ad fi. In prima ponitur querela, & cōsultatio. In secunda respon. ibi, verum. & in prima ponuntur quatuor excessus istorum hospitalariorum. ¶ Casus literalis. Fratres hospitalis sancti Ioan. cū pro eleemosynis colligendis mittere debeāt clericos, & fratres de ordine suo cruce signatos ipsi mittunt laicos, & illiteratos, qui in superbiam elati in multis excedere prę sumunt. In quadam ecclesia baptismali sibi ab archiepiscopo Lugdū. concessa, quidam eorum percussit vicarium sacerdotem ipsam ecclesiam sanguinis effusione fœdando, propter quod archiepiscopus prohibuit ibi celebrari diuina. donec fuerit reconciliata, ipsi nihilominus ibi diuina officia celebrarunt. Itē quosdam presbyteros ab episcopo suo officio suspensos iidem, quamuis laici sint, restituerunt ad diuina officia exequenda. Item quosdam laicos, qui cum vxoribus suis in domibus propriis commorantur pro eo quod sibi soluunt aliquid annuatim, ita eximere contendunt, vt alijs secundum legem terræ de sibi subiectis respondere non teneantur. Consultus papa respondet cum priuilegium mereatur amittere, qui perm ssa sibi abutitur potestate. Mandat archiepiscopo Lugdu. quatenus si aliquos clericos aut laicos inuenerit missos à prædictis fratrib. pro eleemosynis colligendis falso cruce signatos, interdicat illis qui eos miserunt officium prædicationis in tota prouincia sua. Missos, si laici fuerint, excommunicet, si clerici ab officio, & beneficio suspendat, non obstante aliquo priuilegio, vel appellationis remedio. Illos verò, qui post interdictum suum in ecclesia prædicta celebrauerunt diuina, eadem pœna suspensionis inuoluat, & ideò diuina officia celebrari non permittat. donec fuerit recōciliata. Presbyteros ab episcopis suis suspensos, & fratres illos ad officia sua te
mere restitutos, in eandem sententiam reducat. Illos verò quos propter præmissam causam ad respondendum aliis asserunt non teneri, compellat aliis respondere, nō obstāte appellatione. Ber. Not. j. tex. optimum ℨ istos, qui non sunt verè oblati, seu conuer
a si portantes falso habitum a religionis, possunt. n. per episcopum loci coerceri, quia videntur delinquere in ipsam religionem ecclesiasticam, ideò sortiuntur forum ecclesiasticum, isti. n. erant cruce falsò signati, id est portabant signum crucis falsæ in pectore, sicut portare debent verè oblati, & conuersi ipsorum hospi-
1 talium. † Secundo no. contra istos fratres Sancti Anto. seu Sancti Inno. mittentes tam clericos, quàm laicos cruce falso signatos pro eleemosynis colligendis. tales enim, & si mittantur ab exemptis non sunt per episcopum loci admittendi, imo sunt puniendi tam ipsi, quàm mittentes, quia vt dixi deludunt religionē ecclesiasticam fingentes se religiosos seu oblatos, vbi non sunt. Et ex hoc, & ex text. not. casum, in quo episcopus habet iurisdi-
2 ctionem in laicos. ¶† Tertiò not. quòd in ecclesia polluta sanguinis effusione, non debent clerici celebrare diuina sine reconciliatione. & quamquam hic accesserit interdictum etiam episcopi nihilominus sine eo à iure prohibetur ibi celebrari. argu. hic, & clarius probatur in c. fin. de consecra. eccle. vel alta. & tenet Io. Andr. in c. vnico. de consecr. eccle. vel alta. lib. 6. vbi vide bonam gl. quo mō potest pollui ecclesia, & qñ debet fieri reconciliatio.
3 † Quartò no. ℣ si suspensus per episcopum, nō potest absolui per
b inferiorem prælatum etiam exemptum, sed de hoc parum dubitandum, quia sententia censuræ lata ab homine non potest relaxari, nisi ab eodem, vel suo superiore. vt in c. pastoralis. de offic. ordi. imo plus dicendum est quòd à sententia excōmunicationis, vel suspensionis lata à iure regulariter non possunt inferiores episcopis absoluere etiam subditos, quia episcopis duntaxat cōpetit. vt not. in c. super. de sent. excom. & bonus text. in clem. j. de priuileg. nisi isti haberent quasi episcopalem iurisdictionem. ad hoc not. in cle. j. de reb. eccl. non alie. in gl. & dico in c. significasti. de foro compe. † Not. vltimò, & tene menti quòd fratres, seu
4 oblati religiosorum, si non sunt omnino oblati, vt quia se, & sua non obtulerunt in totum non gaudent priuilegiis exemptorū, seu ipsius religionis quinimo subiiciuntur statutis ciuitatum, & terrarum. In glo. 2. ibi. non extendit ad hūc casum, & hoc ideò, quia contrarium loquitur de interdicto generali, sed hic loquitur de interdicto speciali vnius ecclesiæ. tārum licet propriè non sit interdictum, sed suspenduntur ibi organa, donec ecclesia sit
5 reconciliata. ¶ † In cad. gl. ibi, fuit interdicta à iure, & nō ab homine. sentit breuiter gl. & clariùs gl. antepe. ℣ episcopus præcipiendo ne celebretur in illa ecclesia videtur ponere nouum interdictum, adeò ℣ celebrantes ibidem incidunt in irregularitatem, & sic sunt suspensi ipso facto ab officio, & beneficio. Contrarium tenet hic do. Ant. & meliùs est, vt in dubio non censeatur, velle ponere nouum interdictum, sed potius velle exequi interdictum, quia vt dixi non debent ibi celebrare diuina ante reconciliationem. concludo ergo ℣ aut est verum interdictum in ecclesia iuris, & ibi celebrās efficitur irregularis. vt in c. fin. de excess. præla. & in c. cum term. de reiud. lib. 6. & c. is cui. §. is qui. de sen. excom. eo. lib. 6. Aut ibi est verum interdictum hominis, & idem dicendum. Si verò est interdictum iuris, non est verum, vt quia est ibi quædam suspensio organorum, vt quando ecclesia polluta est sanguinis, vel seminis effusione. & tunc celebrans nō efficitur irregularis. vt d. c. is cui. Si autem sequitur interdictum hominis, aut intendebat de nouo ponere interdictum. & vera est gl. Sed in dubio nō est præsumēdum ℣ voluerit interdictum nouum ponere, sed potiùs voluisse recensere prohibitionem iuris. ar. in ca. graue. & c. licet. de off. or. & quod ibi no. & pro hoc singulariter facit iste rex. dum mandat illos presbyteros suspendi, ergo non erant suspensi, & sic non erant irregulares, & licet gl. o. antepe. dicat ℣ referrtur hoc ad factum. ista est impropriatio. Ex quo infertur ℣ cum episcopus præcepit clerico notoriè criminoso, vt non celebret efficitur irregularis, si celebrat, quia videtur potius episcopus recēsere prohibitionem eius, quàm nouum interdictum inducere, & idem dicendum in similibus quæ-
c stionibus. c ¶ † In gl. o. in versic. falso signatos. nota ex hac gloss. ℣
6 vbicunque constat de animo deferentis habitum, quando non intendit profiteri, tunc delatio habitus quantuncunque longi tē poris non inducit professionem.
7 ¶† Secundò not. illam quæstionem positam in fine. vt iocosè, seu causa explendę libidinis simulans se monachum non obligatur
d ad monachatū. d Contrarium sentit glo. in c. clerici. de regula. & Barth. Brixi. in quæstione dominicali, quæ incipit, iuuenis. Io. An.
e dicit contrariū procedere in professione expressa, ista gl. ℣ procedit in professione tacita. hoc dictum admitteremin foro contentioso tantum, secus in pœnitentiali quò ad Deum. per textum optimū in simili in c. tua. de sponsa. & not. ex dicto Io. And. ℣ valet pro
f fessio facta per virum, in monasterio monialium, sed compellet
8 posteà intrare monasterium monachorum. f ¶ † In gl. in ver. priuilegium

ADDITIONES.

a ¶ Falso habitum. Adde Lapum allegatione 18. vbi ponit de pœna infligenda his, qui sunt validi, & fingunt se infirmos, & mutant habitum, vt extorqueant eleemosynas.

b ¶ Suspensus. Vide Fel. in ca. tam literis. in princ. ℨ. de testibus. post Abbatem ibi. Et ibi quid de suspēso à papa, an possit inferior absoluere. Sebast. Sapia.

c ¶ Sed quid si in ecclesia inducta est cessatio à diuinis, an celebrās durante tali cessatione efficitur irregularis, dic ℣ non, vt in c. irregabilli. & quod ibi not ℨ. de off. or. & vide gl. in c. si canonici. in verbo, cessare, eo. tit. lib. 6. Alexand. de Ne.

d ¶ Monachatū. Et hoc tenet Arch. in d. c. ℣ interrogasti. 27. distin. Sed de hoc vide Ioan. de Imo. in cle. j. de deci. & Spec. in tit. de statu. ver. 39. Sed ℣ talis non obligetur, in terminis in hac quæstione decidit Arch. in c. si quis verò. 3. q. 4. per illum tex. quem dicit optimum ad hoc, & ita dicit tenere Lau. Vin. Goff. in hoc ca. tuarum. §. verum. & ita etiam dicit sentire Inn. in c. 2. de regula. & vide de hoc latissimè, & melius quā alibi in d. c. quòd interrogasti. 27. dist. de Bellentz.

e ¶ Procedere in professione. Pro ista differentia inter hoc tacitū, & expressum facit optimè quod notat Ant. in cap. j. quod metus cau. vbi dicit ℣ facilius obligatur quis per professionem expressam, quàm per tacitam, & in plus obligatur. & facit text. quē ipse non alle. in c. constitutionem. de regula. lib. 6. de Bellentzi.

f ¶ Et istud etiam tenet Archi. 27. quæstion. 2. si vir. & Fede. de Sen. suo consilio 266. & Butr. hic qui simpliciter transit cum opinio. Ioan. And. Et dicit D. Car. hic ad fin. commenti, ℣ hoc est singulare. & ratio secundum eum est, ℣ moniales habeant eadem substātialia, quæ monachi. & idem dicit in professione tacita. & dicit ℣ sic loquitur glo. in c. 3. de reg. scilicet de illo qui suscepit habitum in monasterio monialium fingens se mulierem. Sed distinctio Ioan. And. communiter tenetur. puto tamen in puncto iuris esse veriorē opin. D. Car. Nam ex delatione habitus professorij, quis intelligitur profiteri. & perinde efficitur regularis ac si expressam professionem fecisset, vt in ca. ad nostram. de regu. ita ℣ non

Universidad de Deusto
Biblioteca

legium.in fin.adde hodie c.j.eo.ti.lib.6.Et aduerte:nam quando que exemptio conceditur aliquibus ratione certi loci,vt monachis respectu monasterij: vel canonicis respectu certæ ecclesiæ:
a & habet locum c.j.de priuile.lib. 6. vt ratione delicti a cõmissi extra locum exemptum,vel ratione cõtractus alibi initi:vel ratione rei alibi sitæ possint conueniri coram ordinario loci.vnde in terminis huius c.si voluimus præsupponere istos fuisse exemptos,dicendo quod poterant puniri per episcopum: quia delinquebant extra locum exemptum mittendo istos fatõ cruce signatos.& sic videtur deliquisse in loco, vbi explicatur mandatum vt in cle pastoralis de re iud.& dixi ꝛ.c.proxi. Et no.singulariter ibi tam text. secundum istum intellectum, vt isti exempti ratione certi loci possint puniri per ordinarium loci quando verè, vel fiere delinquunt extra locum exemptum. Quandoque exemptio conceditur personæ:& non respectu certi loci. vt patet in priuilegio cõcesso capellanis,& familiaribus papæ:& tunc ratione delicti non possunt coram ordinario cõueniri:alias eorum priuilegium esset inutile, ex quo sunt personaliter priuile-
b giati,b non respectu loci.b Posset tamen dubitari de eo,quando transunt moram in domicilijs eorum,faciendo residẽtiam in ecclesia,nunquid ralis capellania eos excuset:& videtur q nõ. arg. in c.i.§.in eos.præalle. hoc tamen esset ia ius exordiendum, &
c examinandum, quàm hic sit examinatum: c sed pro cursu lectionis ista sufficiant.

ADDITIONES.

☞ auditur si dicit se non habuisse animum profitendi,vt in c. q in terrogasti. 27. di.& habetur in d.c.3.de reg. Vnde cũ militet eadem ratio in expressa, & tacita religione non videtur facienda differentia inter tacitam,& expressam professionem, nisi dicens q quando masculus sumit habitum professorium in religione monialium,non intelligitur ex hoc verè profiteri.quia ille habitus nullo modo est conueniens iuri,secus in professione expressa,quia illa concordat,& conuenit in substantia b.cum religiosis.virorum.& hoc modo potest seruari opin.Ioan.Andr.Alex. de Neap.

a ¶Ratione delicti. Adde Fel.in c.j.versi.quomodo priuilegium.ꝛ. de fo.cõpe.Gem.in c.j.§.illũ.& quod ibi noc.Cel.in apposto.ad eũ in apostil.in versi.exempti.nu.2.de verb.sign.in 6.

a ¶Dicit tamen Inno.ꝛ.eo.accepimus.q si delictum est cõmissum in loco non exempto,vel circa rem non exemptam, est leue,& bene facit ordinarius si remittit ad monasterium.i.ad prælatum fuum.argu.ff.de re mil.l.3.in j respon.ff.de cust.reo l.de militib. & le.non du.& C.de exhib.reis.l.j.Dicit etiam ibi Inno.q si exem prius delinquit in re exempta,puta non portando habitum, vel dissipando bona ecclesiæ exemptæ non conuenietur coram ordinario,vt ꝛ.eo.patentib.& j.eo.cum capella. Sed secundum Ioa. And.illud quod dicit Inno.de habitu,procedit quãdo illud agit in loco exempto.secus si incideret sine habitu in loco non exẽpto,quia tunc posset puniri per ordinarium.argu.in c.j.eod.tit.in 6.& ibi per Ioan.And.Alex.de Ne.

b ¶Istam distinctionem facit etiam Butr. & dicit quod Abba.Sic. Alex.de Ne.

c ¶Iste §.multum facit pro eo quod dicit Ab.Sic.Nam ibi est casus quòd priuilegiati,vt non possint interdici,vel suspendi,vel excõmunicari vbicunque sint gaudent priuilegio, nisi manserint in prioratib.subditis ordinario,quia tunc ratione habitationis, vel translationis ad prioratum subditum episcopo potest talem episcopus interdicere,vel suspendere,vel excommunicare. iste est rex.in d.§.in eos.Vnde videtur dicendum q quemadmodum priuilegiatus vt nullibi possit interdici,&c.si transfertur ad locum subditum episcopo non potest vti priuilegio,eadem ratione videtur quòd exemptus in quolibet loco nõ censeatur exemptus contrahendo domicilium in loco subdito ordinario.& hoc putarem verum vbi quis esset exemptus simpliciter non respectu certi loci,secus si esset exemptus nedum simpliciter,sed etiam cũ speciali denominatione.ca.j.eod.tit.in 6.quia tunc dato q contraheret domicilium in loco subiecto ordinario, non per hoc posset ab eo puniri,vt dicit Ioa.And.in c.j.eo.tit.in 6.& refert D. Domi.eo.c.§.nunquid.& tale priuilegium habent capellani Papæ.Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium si perdatur,& constet de eius tenore per testes innouatur.*
2 *Instrumentum perditum,& eius tenor probatur per testes, qui illud perlegerunt si deponat de tenore quod erat sine vitio.8.*
3 *Priuilegia & etiam instrumenta non debent reuocari sine citatione illorum, quorum interest.*
Citatio per edictũ fit,quando non reperiuntur certæ personæ quæ debẽt citari.
4 *Scriptura licet requiratur in aliquo casu,si tamen fuit perdita poterit per testes probari.*
5 *Testis ad hoc,vt sibi credatur debet esse iuratus,etiam si esset cardinalis, vel aliquis sanctæ vitæ.*
6 *Testis deponens sine iuramento facit aliquam præsumptionem.*
7 *Excommunicatus,an præsumatur absolutus ex eo quod papa participat cũ eo.*
8 *Testes qui habent probare tenorem instrumenti perditi: an habeant probare omnem eius solemnitatem.*
Notorium & fama probatur per duos testes
9 *Legato,vel commissario,vel alteri asserenti se venire mandato superioris, an creditur,si non ostendat commissionem.*
10 *Instrumentum quod fuerit deperditum an stetur iuramento perdentis.*
11 *Literæ papæ etiam si nunquam fuerint exhibitæ probantur per testes si fuerint deperditæ.*

CAP. XII.

a CVM OLIM.a † Priuilegium deperditum docto de perditione,& eius tenore per testes innouatur.Vel aliter,& sic. Priuilegiũ perditum de cuius veritate,& tenore,& perditione constat
1 per testes potest innouari. h. d. & est casus notabilis. In prima
2 processus narratio.In secunda diffinitio: ibi nos verò. ¶ † Potest etiam tertiò summari,& generalius.Contenta in instrumento perdito probari possunt per testes, qui illud perlegerũt si deponunt de tenore, & q erat sine vitio: & non est alibi casus ita clarus.¶ Casus literalis. Abbas monasterij Eugubium olim præsentauit domino papæ priuilegium libertatis Lucij papæ petens illud innouari. Episcopus Eugubinus contradicit asserens illud in eius præiudicium redundare,propter quod priuilegium non extitit innouatum. Tempore procedente abbas iterum constitutus coram papa procuratore episcopi præsente allegans se prædictum priuilegium Lucij amisisse,petit vt dñs papa faceret recipi testes super amissione ipsius priuilegij,& tenore ipsius.papa cõmisit hoc Cardinali.12.apostolorũ, qui fideliter in scriptis redegit depositiones 10.testium iuratorum,& eis publicatis procurator episcopi petiit inducias ad reprobãdum testes abbatis. Papa illas ei cõcessit,vt apud se.apo.probarent, q vel ẽt,vbi pars altera suos testes,pduxerat.Post hoc dñs papa manifestè cognoscens tam per depositiones testium,q̃ assertionem quorũdã Cardinalium tenorem dicti priuilegij tacẽm fuisse q cœnobiũ illud nullo mediãte ad Rom.eccl.pertinebat.& q non liceret alicui episcopo cõtra monasterium illud,& illius capellas excõicationẽ proferre,cũ soli Roma.ponti.sit subiectum,& q nulla in eo dicecesani episcopi mẽtio habeatur,præterea tempore Cœlestini ad præsentiam eius accedẽs ipse inspectis priuilegijs ipsius abbatis, ipsum licet excommunicatus diceretur ab episcopo Eugubino, tamẽ non ligatum admisit ad osculum pacis,quod non fecisset, nisi esset exemptus.Istis omnibus consideratis do.papa. decreuit priuilegium illud Lucij papæ q sine reprehensione bullæ,chartæ,vel literæ apparebat,quando fuit ei ostensum illius fuisse tenoris cuius dicitur extitisse per depositiones testium,& cardina-
3 lium assertionem.Ber.¶ † No.j.ex rex.quòd cõtra petẽtem innouationem alicuius priuilegij seu instrumenti, potest pars de cuius præiudicio agitur se opponere.& impedire innouationem, si probat de iure suo,& ideò quia hoc potest tendere in præiudicium alterius,nunquam debet innouari priuilegium, siue instrumentum,nisi citatis illis,quorum interest,& si nõ apparet de interesse

ADDITIO.

a ¶Quomodo probatur amissio instrumẽti.Et de hoc vide per Bal. in l.fi.in fi.C.de eden.Adde hic qd not.Bart.in tract.de testib.ver. testis dixit aliqua vera esse,q̃ audiuit.vbi dicit,q si scriptura cõtinens dictũ testium deperiret,& extarẽt testes,qui dicerẽt se audiuisse testes idoneos iuratos,& solẽniter examinatos sic deponere,valebit eorũ dictũ. Et an si seruus manumissus amittat chartam libertatis probare possit amissionẽ instrumẽti. vide per Ar. in c.2.54.distin.& adde hic gl.in ver.compellẽdos. in cle.j.§.cæterum.de vsu.gl.in c.nobilissimus.97.dist.& Spec.de leg.§.superest. 6.ver.sed quid si literæ negotiationis.vbi tenet,q nõ sufficit per testes probare tenorem instrumenti amissi, nisi probetur ipsum non esse vitiosum,& non abolitum neq; cancellatum per edicta. C.de edict.diui Adr.tol.quã Spe.voluit allegare dum alleg.l. j.de edict.di. Adr.Item de q huius gl.vide omnino per Bart.in l.2. q diuus.in §.fi.ff.de iur.fis.& Bal.in ea.l.vbi dat sing. & nouum intellectum ad istum tex.Bar.in l.j.ff.si cer.pet.& Bald.in l.testium. C.de test.Cy.in l.in exercendis.C.de fid.instr.& vide tex.& Bal in c.j.in §.j.in tit.quid sit inuesti.& vide gl.no.& Bar.in l.j.C de discusso.lib. 10.& vide gl.& Bar.in l.fi.circa prin.C.de iure emph.& Bal.plenè in l.quoniam.C.de hære.Ang.in auth.de tabel.ibi,in gl. quæ incipit.facili.omnino de hoc vide Paul.de Cast.in l. nostrã. C.de test.& Bar.multũ eleganter in l.si quis ex argentariis.§.pe. ff.de eden.adde Alex.consi.194.de Bellentz.

teresse alicuius,debet fieri edictum generale. vt quicunque putauerit sua interesse,compareat ad contradicendum.de quo no.
a plenè in c.Albericus.& c.significauit.de test.& c.fin.de fid.instr.a ¶ Secundò no. q perdito priuilegio, seu instrumento, non est necesse probare de veritate instrumenti,sed satis est probare de
4 tenore,quod tñ intellige, vt j.latiùs dicam. ¶ † No. tertiò q licet scriptura sit de substantia gratiæ apostolicę,quia non potest probari,nisi per scripturam secũdum regulam curiæ,tñ si scriptura quæ interuenit perdita est,potest probare per testes,qui scripturam viderunt. Alia non colligo,quia veniunt examinanda cũ
b gl.b ¶ In gl.2.in fi.No.gl.vult enim q ibi tenetur reus producere suos testes,vbi actor producit.Sed contra hoc facit, nam si actor voluit suos testes producere ad curiam mos ei gerendus fuit, ad acquiescẽdum suæ voluntati.cum de iuo tñ præiudicio agebatur.ar.in c.j.de rest.spo.& l.circa.ff.de proba. & hoc non debet imputari reo nolenti facere talẽ sumptũ, vel non volenti de facili suos testes producere ad curiã. & ideò Io.And & cõmuniter doct.tenent oppositũ,dicentes quem non cõpellendũ ad producendum testes in curia.arg.in c.constitutus. de fideiuss. & ad istũ tex.respondent multipliciter. Primò q fuit fortè conuentum in
c ter partes,vel q episcopus recepit inducias sponte sub illo teno re, vel tertiò,& melius papa habebat illud factum suspectum, c
5 ideò voluit quod testes producerentur in curia quod not.¶ † In
d gl.ver.quorundam fratrum.ibi cum iurati non fuerunt, &c. no. perpetuò gl.q cardinalibus non creditur, d vt testibus sine iuramento.nisi sicut,& alijs bonis viris ad inducendam quandam p̃sumptionem. Ex quo duo singulariter collige. Primò q homo in quacunque sit dignitate constitutus non potest valide deponere ad plenam probationem sine iuro.& idem dic de viris religiosis quantumcunq; honestis,vel validis,vt eis nõ credatur ad plenum sine iuro,etiam in fauorem ecclesiæ,vt est text.optimus
e in ca.nuper.ꝛ.de test.e † Secundò no limitationem ad illud dictũ
6 q testib.non testimoniis iudicandum est,id est q simplici assertioni.sine iuramento nõ est standum.vt in c.tua. de coha.cle. & mu.vt intelligatur de plena probatione,sed quandã præsumptionem bene inducunt assertiones bonorum virorũ, sine iuramento.& licet Inn.colligat hic ex tex.assertionibus cardinalium erendũ,tum intelligo sm prædictam distinctionem, vt credatur quo ad præsumptionem quandam inducendã pro hoc iste tex. vbi papa ponderat testiũ depositiones,vltra assertionẽ Cardinalium.facit quod not.in c cum à nobis.de testib.& c. quod super.
f de fide instru.f In gl.in ver.mentio.no.ex hac gl.iuncto tex.quòd in priuilegio exemptionis non est necesse facere mentionem de episcopo loci,seu de iure suo,quia satis tacitè fit mentio de iure ordinarij,nam exemptio importat,vt exemptus eripiatur à iurisdictione ordinarij,& subiiciatur soli superiori,& ponderatur hic q in priuilegio non fiebat mentio de episcopo ad denotandũ q
7 nullũ ius reseruatur episcopo in monasterio.† In gloss.in ver.nõ ligatum ibi,arg.contra dic q hoc arg.venit contra tex. & nõ cõtra præcedens dictum gl & opp.ꝛ. tex.in eo q per admissionem ad osculũ iste probatur non ligatus.cuius contrariũ innuũt iura allegata in gl.Cõclude veritatẽ q aut quæritur nũquid admissio inducat absolutionẽ.& dicendũ q non,sed debet fieri absolutio cũ solẽnitate.vt in c.cũ desideres.& c.à nobis.de sen.excom. Fallit in papa,qui est supra ius, & hoc qñ papa hoc intendit. sed in dubio non præsumitur absoluere tali mõ.vt in cle.si summus.de sen.excomm.Aut quærimus,nunquid in dubio per talem admissionẽ præsumatur non ligatus.& tunc dicit Innoc.& bene,q ligatus.& ita loquitur ista litera.Aut facit sine causæ cognitione, & per hoc nõ probatur nõ ligatus,vt in c.si quãdo. allega. in gl.
g fin.ibi,oportet quod plura probet.& dic iuncta gloss.in fi.& satis
g h colligitur ex tex.q tria de necessitate probanda sunt.h Primò testor instrumenti;sub hoc comprehẽditur, q etiã probetur dies, & locus instrumenti,& idem de aliis substantialibus instrumenti,nam non est instrumentum,si non adsunt substantialia ipsius. vt in auth.vt præpo.nomen impera.in prin.& in c. abbate sanè. de iud.in 6.facit l.si vnus.C.de testamen.Et ideo si erat instru-
6 mentum,in quo erant necessarij quinque, vel sex testes, oportet q hoc probẽt,duo tamẽ sufficiũt ad probandum hanc solemnitatem.pro hoc bo.text.cum gl.in l.2.de bo.poss. secũdum tab.sicut & duo probãt notorium,& famam.vt gloss,quæst.j. c. Deus omnipotẽs.§.fi.Ista omnia sunt de tenore instrumẽti.& ideo tacitè comprehẽduntur in tex.si enim instrumẽtum exemplatum nõ facit fidem sine istis substãtialibus, fortiùs nec depositiones testium.Secũdò debet probari authoritas instrumẽti,quòd fuerint sine aliquo vitio falsitatis.nã in fraudẽ posset dici instrumẽ-
i de ponant de authoritate ipsius,& hoc satis apertè vult dicere tex.in fi.& in hoc testes debent esse discreti. Tertiò requiritur q probetur perditio instrumenti ne fraudulenter allegetur perditio,vt nõ possit deprehendi falsitas. sed diceres tu ad quid oportet probari perditionẽ instrumenti cum parem vim habent in
i iudicio testes,& instrumẽta,i vt c.cum Ioãnes.de fide instr.& l.in exercendis.C.eod.ti.Respondeo q verum est vbi testes deponerent de veritate rei,vt q fuerint præsentes in gestis contentis in instrumento.secus quando deponunt de tenore instrumenti, nã tunc testes non deponunt de veritate rei, & instrumentum poterat esse falsum.vnde concludendo mentẽ doct.Dicunt quandoque scriptura est de substantia actus,vt in sententia. vel in gratia pap.tunc non sufficit q testes fuerunt præsentes,sed oportet probare.q scriptura interuenerit, & q fuit perdita.l.testium.in
k fin.C.de testi.vbi bo.tex.k Quandoque scriptura non est de substantia actus, & tunc aut testes non viderũt gesta in instrumento.sed tantum tenorem instrumẽti, & oportet, q probetur perditio, quia potuisset instrumentum esse falsum si melius sciret cognoscere iudex,quàm testis Quandoque testes interfuerunt gestis contentis in instrumento, nec scriptura est de substantia,
& tunc

ADDITIONES.

a ☞ De quo etiam dic,vt in c.cum dilecta.de confirm.vti.vel inu. Alex.de Ne.

b ☞ De hoc scilicet an concessiones apostolicæ, seu gratia apostolica possit probari per testes si scriptura non fuit cõfecta,hoc est quærere.an scriptura sit de substantia gratiæ apostolicæ, dic vt plenè per D.Domi.& Io.Andr.in proœmio Sexti.Alex.de Ne.

c ¶ Sed contra hoc facit,c.fi.de confir.vti.& capit.dudum.de decim. Host.soluit q illa iura loquuntur in cõfirmationibus in quibus si non fit mentio de iure diœcesani nõ fit ei præiudicium.& idẽ dicit de commissionibus,de iustitia,vt ca.super.co.de offi.deleg. Idem etiam dicit de indulgentijs,siue priuilegijs per quæ aliquid speciale cõceditur,dummodo priuilegiatus exinde æquetur alicui quod commodum.ff.ne quid in loco publico,l.j.§.si quis à principe.& §.meritò.& quod not.j.eod.pastoralis.& ca.in his.nisi ex qualitate concessionis vel intentione concedentis aliud perpendatur,de cõcess.preb.c.j.§.nec etiã.& §.ex parte.lib.6.Sed in priuilegio exemptionis ex quo de diœcesano nulla fit mentio,quo ad omnia præiudicatur,nisi aliquid sibi reseruetur,& iure illud solùm potest exigere,de præscr.veniens.Ratio diuersitatis est, quia in confirmationibus non intendit confirmans ius nouum dare, secus in priuilegijs,in quib.apparet de intentione eximentis,per quæ intendit in totum præiudicare ordinario seu diœcesano.supplet etiam D.Car.dicẽs q est aliud,vt priuilegijs aliquid speciale conceditur quàm in priuilegio exemptionis, quia imprimis non intendit præiudicare ordinario nisi in expressis,vt in iurib. præalle.& hoc etiam est de mente Host.Alex.de Ne.

d ¶ Non creditur.Vide quãdo credatur testibus nõ iuratis per Ias. in repe.ladmonendi.ver.3.quærit.ff.de iureiur.Sebast.Sapia.

e ¶ Sed gl.notab.in le.non erit.ff.de iureiur.dicit q religiosi iurant per crede mihi,& ego aliquando dum essem delegatus apostolicus examinaui religiosos productos in testes qui promiserũt veritatem dicere ponendo manum ad pectus. & iste est mos religiosorum,quia non exprimunt verbum iuro,sed dicunt quòd dicent veritatem ponendo manus ad pectus.& ista est forma iuramenti quod præstant religiosi quando examinantur in testes,vel ex alia causa.Alex.de Ne.

f ¶ D.Car.se remittit ad c.constitutus.de appel.Alex.de Ne.

g ¶ Sed quid si Papa vitat aliquẽ,an cõmunicantes cũ tali incidãt in excommunicationẽ minorem?Inn.dicit q nõ,qa esset necesse ad ipsam incurrendam q noïetur excõiatus à superiore,argu.2.q. j.multi.& hoc debet intelligi secundũ Host.qñ est occultus.ꝛ.eo. cũ & plãtare.§ excõicatos.Secus si vitaret nõ simpliciter,sed tanquã excõicatũ.& hoc constaret.Et hoc mõ pòt intelligi c. si inimicus.93.dist.fatetur tñ Inn.q peccat ille,qui habet in familiarẽ cũ quẽ videtà prælato pro delictis suis vitari,pro hoc secundum Host.præal.c.si inimicus.& c.grauc.ꝛ.de excess.præl.Alex. de Ne.

h ¶ Probãda sunt.Ad hoc multa allegat Alex.in consi.196.incip.viso testamento.2.vol.Felin.in c.sicut.de oculum.ꝛ.de re iudic.Mod.er.in auth.si quis in aliquo.C.de eden.

i ¶ Et instrumenta.Vide Alex.in cõsi.123.incip.discussus.in j.Bald. in l.scripturas.C.qui pot.in pig.habe.Fel.in c.sicut.de re iud.

K ¶ Et dicit q tria debet probari,scilicẽ esse gestã,& scripturã inde confectã,& esse deperditã & hoc tenet hic Ioan.An.& D.Car.hic, in verbo,nos,in 4.q.ad fi.& Butr.hic idem dicit Bar.in le.emancipatione.C.de fid.instr.& in l.testiũ.C.de test.vbi hoc videtur probari ꝑpe fi.illius l.Et hoc est intelligendũ sm D.Car.nisi dolo aduersarij perdiderit scripturã,quia tunc sufficit probare solũm amissionem,vt in l.si de possessione.C.de probat. Alex.de Ne.

Universidad de Deusto

& tunc non est necesse probare perditionem instrumenti: vel q̃ instrumentum fuerit sine falsitate: sed satis est deponere de veritate rei: quia testes etiam æquiparantur instrumentis. vt ꝛ̃. E aduerte q̃ vbi scriptura est de substantia actus, & testes non interfuerunt actui, sed viderunt tantum tenorem: hoc casu dicit g'o sing. in l. sicut iniquum. ff. de fi. instr. quam sequitur ibi Bart. & in auth. si quis in aliquo. C. de eden. quãdo testes non faciunt plenam fidem, sed semiplenam: ita q̃ poteſt deueniri ad iuramẽtum, quia sicut non creditur notario exemplanti sine authoritate iudicis: ita nec testibus deponentibus de tenore. quod videtur contra nunc tex. & dicta doc. nostrorum: & mirandum q̃ doc. nostri. de hoc non faciunt mentionem. sed Bar. vbi ꝛ̃. restringit hũc tex. quando testes erant maximæ authoritatis, vt aduocati, & magni doct. qui de facili potuissent deprehendere vitium falsitatis, tunc testes faciũt plenã probationem. & hoc etiam sentit gl. ista in fin. dum dicit q̃ testes debent esse discreti: & testes qui vitium potuissent cognoscere. & hoc etiã est de mente huius literæ. vbi papa fundat se super visione sua: & ita loquitur tex. in fin. quod

a no. a ¶ † In ea. gl. ibi. si honestus. & notus esset, &c. no. gl. & vide-
9 tur prima frõte contra l. vnicã. C. de manda. princ. vbi dicitur q̃ etiam comiti non debet credi asserenti sine literis se legatum principis: aliqui restringunt illud notabiliter ad cardinales: sed
b ista gl. extendit se ad quemliber b notum, & bonum virum. quod not. Et ad contrarium credo posse responderi, & erit optima limitatio ad illam l. q̃ vbi non tractatur de præiudicio alterius creditur noto. & probo viro asserenti se legatũ sine literis: & ita intellige gl. no. in c. sicut. de sen. excom. secus vbi in præiudicium alterius. quia vt legatus vult deponere prælatum, pro hoc c. cum
10 in iure. de offic. deleg. ¶ † In ead. gl. ibi per iuramentum, &c. nota. sing. glo. q̃ perditio instrumenti potest probari per iuramentum perdentis. sed Inno. & Io. And. hic dicũt q̃ requirũtur aliquæ cõiecturæ de perditione. & sic iudex adhibebit aliquam causæ cognitionem, quod satis placet. c ¶ † Et in fi. glo. not. eandem gl. q̃ li
11 teræ papæ de iustitia possunt probari per testes, si fuerunt perditæ. doct. hic multum instant, & concludunt, q̃ aut fuerunt semel exhibitæ, & præsentatæ in iudicio, & tunc possunt probari per
d testes eis perditis. d secus si nunquam fuerunt in iudicio exhibitę. ego tamen tenerem glo. nam si literæ gratiosæ quæ præiudiciales aliis, & instrumenta præiudicialia possunt probari per testes, licet nunquam fuerint exhibitæ in iudicio: fortius literæ iustitiæ in quibus non potest præsumi falsitas. cum de facili possit haberi pro hoc c. pen. de cri. fal. tene menti.

ADDITIONES.

a ¶ Et sic quando testes non deponunt de facto quod continetur in instrumento, tria sunt necessaria ad hoc vt ex eorum dictis resultet plena probatio, licet in actu non requiratur scriptura. Primò. q̃ probatur casualis amissio. Secundò q̃ testes deponant de tenore instrumenti. Tertiò. q̃ tales sint perditi, ita q̃ sciuissent discernere an instrumentum fuisset falsum, an verum, alias si testes non sunt tales non inducunt probationem, & ista est doctrina Bar. in locis præall. per Ab. Sic. Sed Do. Car. in princ. c. voluit hoc limitare, dicens q̃ fallit in fisco, cuius fauore sufficit ad plenã probationem q̃ testes sint communes, & sic in eo non exigitur q̃ testes sint periti, alleg. Bar. in l. 2. §. diuus ff. de iu. fisc. Sed ista limitatio non est vera simpliciter. Nam in fisco est speciale q̃ si testes deponunt q̃ aliquis habeat instrumenta ad fiscum pertinentia q̃ ip se potest exhibere. & nõ exhibet, q̃ præsumitur ea subtraxisse, & præsumitur sibi illa instrumenta nocitura. & ideo faciunt fidem contra eum. & hoc casu est specialitas fauore fisci, vt testes communes deponentes de tenore instrumenti, & q̃ ille apud quem sunt talia instrumenta poterit. & non exhibet inducant plenã probationem. & hoc modo loquitur Bar. in d. §. diuus. Sed si probatur verum furtum instrumentorum, tunc pro quocunque cuius instrumenta fuissent subtracta sola amissio probaret, & faceret fidẽ contra subtrahentem, vel contra eum, cuius dolo instrumenta fuissent subtracta, vt in l. si de possessione. C. de proba. & hoc vult glo. hic quã signa. quia est magistra. Sed aduerte, licet dixerim testes communes deponentes de tenore instrumenti facere semiplenam probationem, vt dicit hic Abb. Sic. & Bar. vbi ꝛ̃. secus est dicendũ in testibus illiteratis. quia tales nullo modo probant tenorem instrumenti, & hoc sensit gl. in auth. de tabellion. quæ inc. id est facile. Ex qua ibi colligit And. q̃ illiterato est impossibile cognoscere instrumentum, an sit illud de quo quæritur, & ex hoc dicit q̃ non est credendũ illiterato dicenti, q̃ vidit instrumentũ pub icũ, in quo continebatur refutatio Titij. Nam cum sit illiteratus & suo testimonio falsitas redarguatur, & commentũ, quia impossibile est sibi vidisse quod continebatur in instrumento. ex quo est illiteratus. & hæc not. Alex. de Ne.

b ¶ Extendit se ad quẽlibet. vide quod no. post Do. Ant. in c. quod
super his, in fin. col. de fid. inst. vbi ad hoc allegat Spec. in duobus locis. Adde Paul. de Ca. cõsi. 296. in primo impressis. de Bellẽtzi.

c ¶ Sed opin. huius glos. tenet Bar. in l. emancipatione. C. de fide instr. vbi dicit q̃ sufficit probare amissionem per iuramẽtũ. arg. l. fi. C. fi. de instr. & dicit hoc esse generale in omnib. casib. in quibus scriptura requiritur de necessitate. Sed tutius est tenere opi. Doct. hic, & dic secundum Inno. & Doct. q̃ non sufficit probare simpliciter amissionẽ. sed est necesse probare casualẽ amissionem. quia si voluntarie amisisset vel lata culpa non prodesset et probare solum tenorem, & q̃ instrumẽtum esset sine vitio: quia posset esse occulta falsitas in instrumẽto, quam prima facie testis perpendere non posset: nec auditur asserens hanc negatiuã quòd nullum vitium ibi esset, nisi fauore casualis amissionis. Alex. de Ne.

d ¶ Eis perditis. Adde quod voluit Anch. consi. 41. Et quid si committitur quòd aliquis absoluatur ab excommunicatione, & instrumentum commissionis ostendit, quod est specialiter de excõicatione, & testes dicunt quòd commissio fuit generalis, cui sit danda fides, vide Anch. consi. 76.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium innouatum non tribuit nouum ius, sed antiquum cõseruat, adeò quòd si primum non valebit, nec secundum innouatum valeat 4.*
2 *Reſcriptum non faciens mentionem de exemptione, vel exceptione peremptoria partis, non est nullum, nisi sit de stylo curiæ. 5. secus si non faceret mentionem de exceptione dilatoria.*
3 *Renouatio priuilegij an requirat citationem partis. 7.*
6 *Excommunicatio lata in illos qui appellauerunt, an liget.*
8 *Impetrans reſcriptum, vel offerens libellum an teneatur probare causam expressam in reſcripto, vel libello.*

CAP. XIII.

3 †Ing. l. in fi. no. gl. q̃ paria sunt concedere ecclesiam pleno iure, & concedere vtroque iure, quibus casibus ecclesia vꝺ concessa in spiritualibus, & tpalibus. & dic in spiritualibus. i. vt habeat potestatem donandi, seu instituẽdi, & deſtituendi, & alia iurisdictionalia exercendi. ꝺr in temporalibus non q̃ reditus conuertat in vsus suos, vt dixi in c. pastoralis. ẽ. e. sed vt possit exigere rationẽ de temporalibus sicut patronus ecclesiasticus. vt in c. cũ & plãta
d re. ẽ. e. & hoc voluit Inn. in c. cũ ad sedem. de rest. spo. vel intelli ge secũdum Inn. hic q̃ pleno iure ꝺr cõcessa ecclesia, quãdo cõ ceditur quò ad legem iurisdictionis, & quò ad legem diœcesa nam. de quibus no. in c. dilectus. de offi. or. & cap. j de sta. re. & quæli bet expositio est bona. vel clarius dic, q̃ dicitur concessa pleno iure ecclesia, vt habeat ibi iura episcopalia, quę sunt tantum iuris
4 dictionis. †Sed queritur, quid si ecclesia exẽpta solui at aliquid epo, dicunt gdam q̃ si illud est ius epale. tunc præsumitur subiecta, sc cus si esset quid extraneum à iure epali. Hos. tenet q̃ semper præ
e sumi e debet pro epo. ratione iuris episcopalis. secus ergo videtur
f in alio. Et sic sentit si vna ecclesia soluit alteri ecclesiæ aliquid an nuatim, q̃ propter hoc non presumitur sibi subiecta. Aliud tamẽ sentit Bal. in l. solent. de off procon. in fi. Sed vide no in c. omnis a nima. & in c. peruenit. de censi. in gl. 2. in fi. Vel sm Hos. dic vno
g dale. i. aliquid nomine cathedratici in synodo exigere. g Abb

ADDITIONES.

a ¶Quòd ecclesia. Vide Car. in cons. 48. inc. reuerende pater. Ant. de But. in cons. 19. inc. quia hic. & d. Alb. disputatione inc. duo clerici. in 33 col. vbi ponit quid importet, habere ecclesiã pleno iure sub iectam. Seb. Sap.

b ¶Sed D. Car. dicit q̃ hic monachus, & clericus æquiparantur quò ad habendam exemptionem, & sic non refert an ponatur monachus, vel clericus in ecclesia vtroque iure subiecta monasterio, se cus autem quo ad monasterium, in quo non debent poni clerici seculares, de ista mona ea quæ in fi. secus aũt si ponãtur monachi in prioratib. ordinario subiectis, quia tunc subsunt ordinario, vt in c. 1. in fi eo. ti. in 6. Idem, & fortiùs de clericis secularib. Sed verius loquitur Ab. Sic. quò ad istum, quia loquitur de monachis. si ue clericis permanentib. in monasterio, & in ecclesiis vtroque iure subiectis, sed hoc plenè declaraui. in d. c. ea quæ. & in c. 1. eo. ti. Alex. de Ne.

c ¶But. autem collegit ex hoc tex. q̃ vbi priuilegium exemptionis concessum personis eas nominat sub nomine appellatiuo, vel cũ adiectione nominis appellatiui, nõ solũ censentur priuilegiari re spectu loci nominati, sed etiam loci pleno iure subiecti, & sic hæc decr. extendit c. cum capella. ẽ. eo. cum. n. loca sint pleno iure subiecta, censẽt iure capitis principalis. Postea aũt dicit posse dici q̃ hoc operatur hic duplex priuilegium. Primò, quia capellæ erant pleno iure subiectæ. Secundo quia priuilegiũ fuit concessum ec clesiis vtroque iure subiectis. & sic tex. non probat notabile prædictum. Sed dicit q̃ Io. An. summãdo sentit istud. quod summarium omnes Doct. sequuntur. & ponit hic Abb Si. vnde etiã ipse sic summando idem videtur sentire. sed tamẽ tex. non probat. sed tene menti q̃ videntur communiter omnes Docto. idem sentire. Alexan. de Ne.

d ¶Pleno iure. Adde quod voluit Ant. de Bu. cons. 19.

e ¶Præsumi. adde vt per Fed. cons. 130.

f ¶Non præsumitur vide quæ dixi ẽ. de cauſ. poſ. & propr. in c. cum ecclesia. And. Barb.

g ¶Sed D. Car. format qõnem. Pone, papa eximit monasterium cũ suis pertinentiis, an ecclesiæ vtroq; iure subiectæ intelligantur exemptæ & dicit consuluisse q̃ sic per hanc literã. & quia tales ecclesiæ sunt tanquam glantiæ. ad hoc c. fi. de censi. nec ratione ipsa rum monasterium tenetur adire episcopalia, nisi habeat populũ non exemptum, quia tunc instituendi ponuntur auctoritate epi. de c. mo. c. vn. in 6. ideo subsunt epi scopo. ẽ. eod. cum capella. Ista quæstio Dom. Cardi. dependet ab illo quod dixi in præced. ad. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ si remittantur indefinitè censentur remissæ & præteritæ, & futuræ.*
2 *Gesta per antecessorem legitimè facta, extenduntur ad successorem.*
3 *Priuilegiũ inquãtũ cõcernit tantũ prejudiciũ cõcedẽtis, est largissimè interpretãdum, sed quatenus concernit in prejudicium tertij strictè interpretatur.*
4 *Indefinita an æquipoleat vniuersali.*
5 *Publicatio bonorum non extenditur ad bona post delictum acquisita.*
6 *Reseriptum ad lites, vel ad beneficia non extenditur ad futura.*
7 *Obligatio omnium bonorum indefinitè facta concernit etiam bona futura.*

CAP XXII.

1 QVIA CIRCA. † Eps remittens alicui ecclesiæ decimas epales indistinctè remisisse vꝺ, non solũ præteritas, sed & futuras. h. d. & est casus no. Cõs diuisio. Scda ibi, sup quo Casus literalis. Archieps Lõdon. q̃essit monachis oĩm sanctorũ, priuilegiũ sup decimis epalib. retinẽdis, sic fortè dicendo remittimus monasterio omnium sanctorum decimas possessionũ ipsius monasterij p tinentes ad archiepatum. Quæsiuit archieps Lõdon. successor cõcedentis priuilegiũ à papa, vtrum monachi prædicti priuilegium illud extendere valeant ad possessiones acquisitas tpe priuilegij, & postmodum acquirendas. Rñdet pa. q̃ remissio decimarum illa rum facta fuit sm canones, hoc est de cõsensu capituli, pdecessor illius indefinitè remittendo decimas epales monasterio, cũ nihil excepit, & potuerit excepisse, intellexisse vꝺ nõ solum de decimis possessionũ illius tpis: sed ẽt futuri, quia in bñficiis plenissima dẽt interpretatio adhiberi, & vna, & eadem res nõ dẽt diuerso iure cẽ
2 seri. B. †no. 1. ex tex. epm posse ecclesię inferiori decimas epales si bi debitas remittere. & sic concessio est canonicè facta. pura ex

causa, &

Universidad de Deusto

a causa,& interueniente consensu capituli extendit & ad successorē. a vt hic No.2.q dispositio indefinita æquipollet vniuersali.de quo
3 plenè in c.vt circa.de cle.lib.6.No.3.& tene menti q priuilegiū b
b concessum etiam q̄ iurisdictionem debet contra concedentem. largissimè interpretari.accordat ca.cum dilectus.de consue.quod ergo dicitur q priuilegium concessum contra ius est strictè inter pretandum.quia omnis recessus à iure cōi est odiosus,vt in c.1.& 2.de fi.presby.lib.6.debet intelligi,& restringi nisi priuilegium tā
c tum præiudicet concedenti,c quia tunc censetur beneficiū princ ipis,quod debet largissimè interpretari.c.olim.de verb.sig.& in
4 l.fi.ff.de const.prin.†In gl.ibi,ideò cōtra dantem fit interpretatio &c.pondera hoc dictum gl.quia videtur specialitatem ponere in tex.vt fiat ita largissima interpretatio,quando præiudicat concedenti tantum.Item & clarius volunt Host.Abbas & Io.An.dicentes quòd ideò hic fit largissima interpretatio,quia præiudicabat tantum concedenti,quo casu debet largissimè interpretari,vt hic in tex.secus,si hoc priuilegium esset concessum à papa,quia tunc cumpræiudicaret iuri ordinarij esset strictissimè interpretandū.vt
5 no.in c.cum dilecti.de do.& ita intellige gl.in c.cum app.§.e.& ibi dixi †Conclude cum gl.q vbi dispositio indefinita concernit rē, aut est multum præiudicialis,& non extenditur ad futurum, vt i l.si ita.ff.de aur.& argē.lega.vbi si lego argē ū meum tantum venit argentū quod erat meum tempore testamenti.Ad idem c.fœlicis.de pœ.lib.6.ad idem.l.si mandauero.§ is cuius.ff māda.vbi pu-
d blicatis bonis d alicuius cēsentur publicata bona p̄sentia,non futura.Ad idem c.fi.de rescr.vbi rescriptū non extenditur ad futuras lites.ad idē c.literas.e.t.in cle.vbi literæ beneficiales,non extenduntur ad beneficia futura.vbi verò tractatur de modico piu dicio,& tunc extenduntur ad futuras.l.si C q̄æ res pig.obl.pos. vbi si obligo bona mea,videor obligare nedu præsentia sed etiā futura.quia tractatur de modico piudicio. *A* primo membro vf excipiendum qñ dispositio indefinita est in priuilegio,& piudicat cōcedenti tm̄,vt licet sit graue præiudicium nihilominus extendatur ad futura,quia in beneficiis debet fieri largissima interpretatio,vt hic,quod no.Et de hac materia vide per Bar.in d.l.si ita. & in l.talis scriptura.de leg.1.& in reg.qui sentit onus.de reg.iur.
e lib.6.& per Io.An.e in mercurialib. Abbas.

ADDITIONES.

a ¶Et dic q dē fieri ex causa qñ fit ex causa necessitatis,vel pietatis. Sed etiam aliud requirit.s.q non sit immensa talis donatio,vel remissio,alioquin posset reuocari,de don.ca.2.& c.apostolicæ.& de præca.c.2.Et ista sunt verba Inn.& Host.cū quib.Dos.transeunt, Alex.de Ne.
b ¶Quod priuilegiū,vide latissimè per Fel.in c.causam quæ.col.x. 4 ver.tertia declaratio.s.de resc. Seb.Sap.
c ¶Concedenti.Adde Ale.cons.190.Lud.Ro.cons.89.
d ¶Facit ad hoc q no.idē Alb.in c.in præsentia.s.de prob.& d.Ant. in c.cū dilectus.de suc.ab intesta.vbi ponit offerentē bona sua v- c
trum videatur offerre bona futura.facit etiam quod no.in l.fi.C. quæ res pig.ob.pos.& quod no.Vgo.in c.vt lex cōtinentiæ.28.q. 1. Bar.de Bellentzi.
¶Adde illud,an publicatis bonis veniant legata post maleficiū, & an veniant legata conditionalia,vide latè vnū verbū per Bar. in l.nam ad ca.quā legit cum l.quod traditū.ff.de cōd.&demōs.& ibi latissimè in additioni.vide d.Franc.Cur.in cons.59.in 9.col.& præcedenti.& in prin.filius.cons. Aene de Falco.
e ¶Tractatur etiā hic per But.Sed vide vbi dicit Abb.Si.quia pleni⁹ ibi tradit.Sed quæro quæ fuit forma priuilegij,de qua hic Inn.dicit hic q cōtinebatur in eo q episcopus monasterio remittebat omnes decimas quæ sibi debebantur de possessionib. monasterij.Et ex hoc dicit Ioā.And.q monachi de decimis quas debent ecclesiis parochialib.non soluebant,nisi tres partes,vel forte fm cum monasteriū habebat partem,& de decimis, quas percipiebat non tenebatur ad partem episcopalem propter remissionem. Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Patriarcha facit crucem ante se deferri in omni loco præter quā in loco,vbi sit summus pontifex,vel eius legatus.*
2 *Ille censetur maior in dignitate,qui est in honorabiliori loco.*
3 *Patriarcha est ordinarius omnium archiepiscoporum qui sunt in sua diœcesi, non tamen habet iurisdictionem in subditos episcoporum. Archiepiscopus est ordinarius episcoporum,qui sunt in eius diœcesi.*
4 *Legatus sedis apostolicę an possit vti vestib.& insignijs papæ,& vbi?*
5 *Ab archiepo appellatur ad patriarchā,quando archiepiscopus est subditus patriarchæ.8. Patriarcha habet plures prouincias sub se.*
6 *Patriarcha precedit omnes cardinales,& vadit immediatè post papam.*
7 *An appelletur ab episcopis ad patriarcham omisso medio.*
9 *Episcopus,vel alius prælatus an possit vti insignijs dignitatis suæ extra locum sibi subiectum.*
10 *Peccata venialia diminuntur per simplicem benedictionem prælatorum.*

CAP XXIII.

ANTIQVA.Ponit cōcilium ordinem quatuor patriarchaliū sedium vsque ibi,seruata.vbi ponit tria priuilegia ipsarum. Primum,quia dant pallium.Secundum ibi, dominicę. quia ante
a se faciunt crucem deferri,a præter quàm in casibus hic exceptis. Tertium ibi,in omnibus,quia ad ipsos appellatur,& hoc ptestatur ibi,saluis.Casus literalis.Concilium generale renouat priuilegia quatuor patriarchalium sedium,statuendo,vt post Romanam ecclesiam,quæ in talibus obtinet principatum, Constantinopolitana primum locum obtineat,Alexandrina secūdum. Antiochena tertium.Hyerosolimitana quartum,seruata cuilibet propria dignitate,ita q postquam prælati ecclesiarū à Romano pontifice pallium acceperint præstito sibi fidelitatis, & obedien tię iuramento,& ipsi postmodum licenter pallium suis suffraganeis largiantur,recipientes pro se obedientiam canonicam,& q
1 Romana ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. †Secundo dicit q ante se faciant crucem vbicunq; deferre nisi in vrbe Romana,& vbicunque summus pontifex,præsens fuerit, aut eius legatus vtens insignibus apostolicę dignitatis.Vltimò dicit quòd in omnib.prouinciis eorum iurisdictioni subiectis,ad eos, cum necesse fuerit appelletur saluis appellationibus ad sedē apostoli
2 cam interpositis,quibus est ab omnibus deferēdum.B.†No.j. ex tex.q maioritas seu prioritas loci denotat maioritatem, & prio ritatem dignitatis,concor.ca.j.&c.statuimus.de ma.& obe.& 18. di.§.hinc ēt.&c.vl.Secundò no.q patriarchę pñt appellari antistites.& est nomen hic multum commune episcopis, & superio rib.Nam dicitur antistes,quasi ante stans. Tertiò not. quòd patriarchæ vtuntur pallio.Et est pallium quoddam ornamentum habens multas cruces,quod ponitur super humeros prælati dū
b celebrat,de quo dic vt suprà,de aut.& vsu pal,b per tot. Quartò nota,q archiepiscopi possunt dici suffraganei patriarcharum,sicut episcopi archiepiscoporum,vt in cap.pastoralis.de offic.or.
3 †Et no.q patriarchę sunt ordinarij archiepiscoporum, sicut archiepiscopi episcoporū.Vnde scias quòd sicut certæ diœceses sunt deputatæ archiepiscopo in prouincia, & super omnes episcopos illarum diœcesum habet archiepiscopus iurisdictionem ordinariā,vt in d.c.pastoralis.ita certæ prouinciæ deputatæ sunt cuilibet patriarchæ in quibus habent ius patriarchale,& habent iurisdictionem ordinariam super archiepiscopos,& sicut archiepiscopus regulariter non habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum suorum,vt in c.pastoralis.præallata nec patriarcha
4 in subditos archiepiscoporum subditorum sibi.†Item no. quòd legatus apostolicę sedis quandoque vtitur insigniis pa. Et dicit Host.quòd eis vtitur quando proficiscitur vltra mare.Et sunt insignia hæc,vestis rubea,palafrenus albus,frœnum, & calcaria de
c aurata.†Ulteriùs collige quòdde archiepiscopis appellatur ad patriarchas non tamen intelligas de quolibet archiepiscopo, sed
5 ab archiepiscopis existētibus in prouinciis deputatis ipsi patriarchæ.Nam quilibet patriarcha habet plures prouincias sub se,vt volui tex.ibi,in omnibus autem prouinciis eorū iurisdictioni subditis.In gl.in ver.Alexandrina.in fi.no.gl.& vide similem gl. 22.
6 di.in c.renouantes.†Sed quæro,quia dicitur in tex. quòd debet Cōstātinopolitana habere primam sedem, quomodo hoc intelligitur.Sol.secundum doctor.Dic q inter ipsos patriarchas cum incędunt vel sedent in aliquo loco dēt incedere iuxta ordinē hic deputatū.Secundò pt intelligi qñ sunt in cōsilio, corā papa,
d vel p̄sitorio publico,vt post papam dsedeat patriarcha Cōstātinopolitan⁹.& sic de aliis,& sic isti patriarchæ p̄cedūt Cardinales, & loqt de quatuor principalib.de qb.loqtur iste tex.nō de aliis.

Dicit ta

ADDITIONES.

a ¶Ante se crucē deferri.Adde qđ d electo nondū confirmato, non consecrato,sed q nec palliū recepit.vide quod no.in ap.ad istū in c.1.nu.8.in apost.in ver.aduerte.s.de transl.episcopi.Seb.Sap.
b ¶Vide in c.nisi.& c.ad honorem,vbi omnino vide gl.quę etiam declarat vbi & quib.diebus debet fieri.Ale.de Ne.
c ¶Ista sunt verba Host.q dt q insignia apostolicę sedis sunt vestes rubeæ,& palafren⁹ albus,calcaria de aurata, & similia,qbus vtitur legatus missus de latere,ex quo trāsit mare.ñ alter, nec aliis nisi sit spāli priuilegio decoratus,simile de off.leg.c.pe. Et dt D. Car.q delegatus trāsiens mare etiā si sit religiosus vti potest insignijs apostolicæ sedis & dicit hoc vidisse seruari,licet alias religiosus non vtatur,nisi vestib,religionis,etiā si sit Cardinalis pro quo vide gl.16 q.j.in 3.c.Al.de Ne.
d Post papā.Adde istū in c.duo.de of.or.& in c.j.& ibi not. in apomeis,post alios in apo.j.vbi decidi,& remissiuè tractaui hāc q s.de transl.epis.& Fel.plenissimè in ru.de ma.& obe.circa prin.vbi quid in aliis inferioribus,& quo ordine sedebunt.Zach.

Dicit tamen Host.defendendo dignitatem suam : q Cardinalis Hostien.præcedit omnes,& sequitur Papam immediatè.& hoc habuit ex priuilegio ecclesiæ Host.quia coronat Papam, & vngit Imperatorem.¶ *In* gloss.in verbo fidelitatis.no.gl. vult Host. & facit duas regulas.vna quòd omnes immediatè Papæ subiecti præstant ei iuramentum obedientiæ, & fidelitatis. Secunda regula q subiecti Papæ immediatè qui subsunt alijs prælatis inferioribus præstant illis iuramentum obedientiæ,& nō Papæ. Ab hac enim vltima excipit prælatos recipientes confirmationem, & consecrationem à Papa.nam ratione confirmationis,vel consecrationis iurant ei obedientiam, & fidelitatem.A prima regula excipit Cardinales, non episcopos. qui licet immediatè subsint Papæ: non tamen præstant iuramentum Papæ de obediendo. & ratio secundum eum:quia in spirituali subsunt Papę. nam faciunt vnum corpus cum Papa.vnde videntur exigere iuramentum obedientiæ à seipso: tenentur tamen sibi obedire.
a Sed episcopi Cardinales iurant Papæ, & hoc ratione episcopa-
7 tus a.¶ † In fi.ibi priuilegium apostolicæ sedis, &c. hic videtur
b gl.velle q ad patriarchas b,de quibus hic non posset appellari in prouincijs sibi subiectis omisso medio, & ideò de episcopo non possit nec poterit appellari ad patriarcham, sed primò ad archiepiscopum.sed Inn.& Host.& multi alij doctores tenent contra rium.Et idem Spec.in ti.de appe.§.nunc tractemus. vers.sed nun quid.do.Ant.hic dicit *communem opi.* esse in oppositum, scilicet cum glo.vt non possit appellari,sed nō video vnde eliciatur ista *communis opi.* verum est quod Ioā.And.hic tenet,pro hoc allegat tex.in fi.dum reseruat ius Papæ.Sed computatis doctoribus tenentibus contrariam opi.illa esset magis *communis.* tenet glos.i 2. dist.renouantes,& multum facit iste tex.iudicio meo aliter indu
8 cendo.nam hic datur eis in priuilegium,sed si nō possit appellari omissis medijs nullum esset priuilegium. †Quia de iure com-
c muni appellatur ab archiepiscopis ad patriarchas.6.qu.3.c.si inter episcopos, vt ergo priuilegium aliquid afferat,intelligamus q possit appellari omissis medijs.c.Alia tamen opin.est æquior, & minus præiudicat iurisdictioni prælatorum.Et inquātum glo. hic dicit,quia Imperator habet cōsimile priuilegium cum Papa, dic q *Imperator* nō vult vti hoc priuilegio,vt in l. Imperatores. ff.de appel.& meliùs fortè esset prouisum ecclesiæ si Papa ita fa-
9 ceret.†Vltimò opp.cōtra tex.& in hoc quod dicit q ex priuilegio cōceditur patriarchis,vt possint ante se facere deferri cruces vbicunq;,nisi in præsentia Papæ,&c.& videtur q eis hoc competat ex priuilegio.nam quilibet habēs dignitatem,potest vti in signijs illius dignitatis,etiam extra territorium suum, sicut & exercere potest ea quę sunt iurisdictionis volūtarię,vt in l.1.& 2. de of.procon.Ad idem quod no.gl.in cle.archiepiscopo.eo.titu. quæ dicit archiepiscopum,seu episcopum posse celebrare in pō tificalibus extra suam diœcesim. Sol. dicēdum q quædam sunt insignia dignitatis denotantia superioritatem,seu potestatem in loco,& istis insignijs nō potest quis vti extra territorium suum. & in hoc casu potest intelligi hoc c.vt patet in ca.j.s.vt lit.pen. vbi archiepiscopus nō potest vti illis insignijs extra suā prouinciam:quia hoc videtur tēdere in præiudicium aliorum prælatorum,ne in eodem loco videātur plures prælati.facit c.quoniam.
10 s.de of.or.†Ex quo infertur q patriarcha, archiepiscopus,seu episcopus nō potest solēniter benedicere populum extra suam diœcesim,vel prouinciam,quia per talem benedictionem dimittuntur peccata venialia,vt no.gl.in proœmio Sexti.& de cōsecr. dist.3.aqua.quæ dimitti nō potest,nisi per superiorem.j.de pœni.& remiss.quod autē.ergo,&c.Quædam verò sunt insignia denotantia dignitatem in persona insignita,vel perfectionem, & istis potest quis vti extra prouinciam suā,& iurisdictionē suam, vt portare annulum,vel celebrare in pōtificalib. & similia.& idē fortè posset dici de cauda,q portari faciunt hodie sibi episcopi, cum nō denotat superioritatem in loco,sed fortè quandam gradam.hoc tamen fuit vsitatum,vt grauitate itineris denotent cō positionem mētis.4 1.dist.c.fi.& vide ad prædicta q not.Io.And.
d post Host.in c.tuarum.de autho.& vsu pal.d Abbas.

ADDITIONES.

a ¶Et dicit Hostien. q ex hoc debent Cardinales esse præceteris obligatos ad seruandam Papæ fidelitatem,& Papa debet eos diligere,vt seipsum,& de omnibus eorum necessitatibus boni viri arbitrio subuenire.Et dicit q nihil,aut parum decet Papam facere absque consilio Cardinalium,arg.j.eo.tit. quotiens.de eleGenes.Dicit vlterius Host. q ex præmissis potest sumi efficax argumentum,quòd canonici non coguntur præstare fidelitatē, & obedientiam suis episcopis,nisi vbi esset talis consuetudo.de quo dic,vt in ca.cum clerici.de verb.signi.Item Host.facit differentiam inter verbum professionem, & verbum, sponsionem, quæ in tex.sunt posita.& dicit quòd professio fit cum iuramento,de maio.& obe.dilecti. Sponsio nō fit absque iuramēto. pro hoc de constitut.translato.tamē quandoque sumitur pro eodē. de sum.tri.c.j.in verbo,professione.in vj.tamen, vt dicit Host.ibi. de consuetudine non seruatur q recipiatur sponsio pro professione,& econtra.Dicit etiam hic Host.ibi. q professio hic accipitur pro similitudine:sicut enim religiosus tenetur seruare religionem post professionem,vt in c.statuimus.de reg.sic, & hic, qui semel iurant fidelitatem,& obedientiam ipsas seruare tenentur, quasi sit quædam professio:vnde violantes ipsam tanquam mēbra putrida à corpore ecclesiæ abscinduntur, de excess. prælatgrauem.& dicitur professio canonica:quia secundum Deum,& Canones fit,& non aliter,ad hoc de tempor. ordin. ad aures. Alex.de Neuo.
b ¶Ad patriarchas. An possit appellari de episcopo ad patriarchā omisso medio.vide do.Præpositum in capit. dilecti filij.prior. s. de appel.vbi refert quandam opi. Arch. vt ibi per eum. Seb. Sap.
c Istam opi.etiam tenet Goffr.Vinc. & D. Car. in viij.notabil. dicens quòd sit aliter dicendum,versic.in omnibus. nihil speciale induceret.Et ad glo.istam respondet,dicens quòd est speciale priuilegium sedis apostolicæ,vt indistinctè ab omnibus ad ipsam obmissis medijs appelletur.ad istos autem appelletur solum in prouinciis eis subiectis.Alex.de Neuo.
d Sed istam opi.mouet hic dominus Car.& idem decidit. Sed quia eius verba sunt pulchra,ideo ipsum refero.Pro cuius expeditione quæro. An isti patriarchæ sint.& an sū se faciant portare crucem.vbi &c.ita etiam possunt populo benedicere:& dic,q videtur dicendum quòd sic,quia hæc duo æquiparantur eod.tit. in cle.archiepiscopo.quod ergo hic dicitur de delatione videtur habere locum in benedictione propter identitatem rationis, propter etiam iura restringibilia talem causam comprehendunt, ff.fol.matr.l.si verò.§.de vito.not.de elect.si postquàm.§.j.libr. vj. Dom.Car.dicit q consuluit contrarium,s.q quædam sunt insignia quæ deferuntur ad discernendam,seu ordinandam dignitatem eius cui competunt aliquam proprietatem, seu perfectionē in eo significandam.non tamen denotant aliquam potestatem, seu superioritatem super alios.& de hoc potest poni exemplum in superindumento linzo quo vtuntur episcopi, quod dicitur rochetum,de vita.& ho.cler.cap.clerici.in fin. Item in rationali quod in veteri testamento deferebant Pontifices.xxxvij.dist.§.ecce.& §.insula.Et idem dicit posse dici de annulo de quo in d.cap. clerici.& idem in similibus insignijs non significantib. potestatem in alios.Et de talibus procedit quod dicitur de consule, qui potest vti insignijs statim quòd est extra vrbem etiam si nō sit in sua prouincia,ff de off.proconsl.leg.j.& de vsu pal. ad honorem. in glos.pen.in ca.ex tuarum.in gl.3.& est ratio,quia insignia proconsulis sunt potius ad decorem q̄ ad denotandam potestatem in alios.Exemplum in pallio,in quo datur plenitudo pontificalis officij.Nam denotat q locus per quem defertur subiacet iurisdictioni palleati,& idem in delatione crucis.Vnde archiepiscopus transiens per suam prouinciam non potest facere deferri crucem per loca exempta,nisi ex speciali priuilegio concessum fuisset per Clemen.archiepiscopo,eo.titu.Item in benedictione solenni,quam faciunt epi promittentes,sit nomen Domini benedictum,&c.Idem qñ signant ambulantes tanquam sibi super sibi subditos,vt in d.cle.& in ca.abbates.eo.tit.in vj.Et q hæc bñdictio sit ptātis,patet,quia per eam delentur venialia peccata, vt not.in salutatione vj.lib.in gl.fi.sed peccata non pñt remitti nisi suoditis,vt in c.qđ aūt.de pœ.& remi.Et ista,& similia non competunt extra diœcesim,vt in d.cle.non possunt ergo isti patriarchæ extra suā prouinciam bñdicere,q non reperiant eis permissum.Ad cōtraria cum dicitur q æquiparantur delatio crucis, & benedictio.videt D.Car.q non per omnia,quia in plus se habent benedictio quæ denotat potestatem iurisdictionis in eos qui benedicunt,& vt s.dictum est.probat qđ no.in c.j.de suppl.neg.prę lat.& eo.titu.abbates in vj item præsupposito q in omnibus cō parentur,tñ priuilegium concessum super vno nō extenditur ad aliud.s.eod.patentibus,& in regu.priuilegium.in vj. Respondet D.Card.q illud procedit in dispositionib.iuris cōis, & hoc modo loquitur ca.si post quā.si iuris municipalis,vt in l.j.ff. de cōsti. princ.& qđ ibi not.secus dicit in dispositionib.non cōibus,vt in priuilegijs quæ strictissimè debent interpretari, dummodo aliquid afferant,vt patet s.eod.patentibus.vers.concessis oratorijs. per priuilegium non intelligitur concessum,vt ibi sint cāpanæ. q tñ videtur venire accessoriè.Et pro prædictis allegat glos.sing.in cle.vn.in verbo,tales,quæ incipit,sed allegat etiam no in ca.postulasti.de rescrip.& in cap.canonici.de seruē.excom.& dicit hæc not.quia sæpe accidunt. Alexan.de Neuo.

Universidad de Deusto Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati, vt tempore interdicti possint in ecclesia sepeliri, non vtuntur tali priuilegio si sunt excommunicati, vel nominatim interdicti.*
2 *Pluralitas resoluitur in singularitatem.*
3 *Fratres conuersi siue oblati alicui monasterio, an gaudeant priuilegio immunitatis, personæ, vel fori.*
Matrimonium de facto contractum per aliquem religiosum, an teneat.
4 *Priuilegium nunquam tollitur si casus super quo est concessum non euenit, secus si euenit, quia tunc tollitur per tempus, de quo hic.*

CAP. CXXIIII.

VT PRIVILEGIA. Priuilegiũ religiosis concessum, vt possint sepelire cõfratres suos tempore interdicti, intelligẽ de illis confratribus qui licet maneant in seculo, obtulerunt se tamen ordini, mutato habito seculari, vel illis qui bona sua eis dederunt vsufructu retento. hoc primò. Priuilegium religiosis concessum quòd eis venientibus ad locum interdictum, semel in anno aperiantur eccl'æ vt celebrentur in eis diuina, intelligẽ q vna sola ecclesia tãtũ aperiãt in loco.h.d.& secunda ibi, illud, ¶Casus Ifalis. Romana eccl'a quibusdam regularibus concessit quædã priuilegia. sed qa ipsi fines priuilegiorũ excedebant eam minus bñ intelligentes, propterea in concilio generali declarat qualiter sint intelligenda ne illa pertrahant ad abusum, quia priuilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate. Cuius priuilegij formam ciúsque declarationem in tex. istius c. videre poteris. Ber. Not. j. in hoc capitulo q receptus in confratrem in aliqua religione, vel ibidem oblatus, licet mutauerit habitum, ex quo tamen manet in seculo, non perdit ptãtem sibi eligendi sepulturam, & si decedit non electa sepultura, debet sepeliri apud ecclesiam, in qua fuerunt sepulti parentes, puta in sepultura maiori, vel ecclesia parochiali. & idem vr̃ de quibuscunque oblatis aliquibus religionib. dummodo non sint plenè oblati, vt puta obtulerunt de præsenti se, & sua, & intrauerunt religionem, vt conuersi, & oblati. Istis enim non puto licitum, vt possint eligere sibi sepulturam, vt in c. fi. de sepul. lib. vj, nam sunt quasi serui monasterii, vt not gl. in c. vt lex continentiæ. 2 3. q. j. quam glo. vide, & not. perpetuo. ¶†Not. 2. q priuilegium cõcessum aliquib, vt tpe interdicti possint sepeliri in eccl'ia, non debet intelligi, nec habet locum, si tales sint excõicati, vel nominatim interdicti, sed põ intelligi, qñ locus est interdictus, vel qñ personæ, sed non nominatim. Tertiò not. q põt quis dici oblatus, seu confrater, licet maneat in seculo, ex quo assumit aliquẽ habitũ religiosum, & recipitur in confratrem, vel oblatum, seu si dedit omnia bona sua vsufructu retẽto. Et facit iste tex. in arg. ad q. nunquid valeat donatio oĩm bonorũ præsentiũ, & futurorũ facta eccl'æ. de qua qõ.

2 per Bar. in l. fi. C. de pac. dico in c. fi. de suc. ab intest. † Vltimò not.

a q pluralitas resoluitur in singularitatẽ propter pluralitatẽ subiectorum, etiam in priuilegiis. si ex hac expositione nimis non receditur à iure cõi. Ad hoc solet multũ allegari iste tex. hodie verò ista secda pars ẽ est correcta per cap. fi. in fi. & ibi not. in glo. de sen. excõ. lib. vj. nam hodie posito interdicto gñali in loco potest celebrari in qualiber eccl'ia, priuatim tñ exclusis excõicatis. & interdictis & per hoc fuerunt sublata oĩa priuilegia quibuscũque etiã religiosis concessa, sed posset habere locum ista pars. 3. cap. qñ fuisset concessum hoc priuileg ũ postquam emanauit illa decret. videlicet. c. fi. de sen. excõ. libr. vj ¶In glo. mutato habitu, in fi. no. ex hac gl. q isti q non sunt plenè oblati nõ teneantur ex toto recipere habitũ illius religionis, cui se dedicarunt sed satis est

b deferre habitũ honestũ, distinctũ ab habitu laicorũ b. ¶†Sed ex

3 ea gl no. q isti non plenè oblati, i. qui nõ dedicarunt se, & sua de præsenti. vt quia stant in seculo, vel habent vsumfructum bonorũ, non põt dici stricto modo personæ eccl'asticæ, sed largo mo-

c do. & ideo fm Doct. & bñ tales nõ gaudent tali priuilegio c im-

d munitatis personæ. & ideò percutientes eos nõ incidunt in excõicationẽ. secus in plenè oblatis, & conuersis. vt in ca. parochianus. de sen. excõ. & adde q hr̃ in c. religiosos. eo. titu. lib. vj. Item si isti qui non sunt plenè oblati cõtrahant matrimonium de facto tenet matrimoniũ, quia nullũ votũ dirimit matrimoniũ ꝙctum, nisi sit solennizatũ per confessionem factã alicui de religionib. approbatis, vel per receptionẽ sacri ordinis, vt in ca. j. de voto li. vj. & etiam puto, q isti nõ plenè oblati, non gaudeant priuilegio fori. sed q debent conueniri corã iudice seculari, q hic nihil interuenit qd habeat eos de ptãte eximere seculari. & q hoc gloss. ista quæ dicit q largo modo dicunt personæ eccl'asticæ, & vide

e quod dico in c. 2. de for. compe. e ¶In glo. in ver. pro duobus. in fi. gl. vt cõtradicere literæ scdm Host. cũ Ifa videatur velle alterum sufficere. videlicet q mutauerunt habitũ licet remanserunt in seculo, vel q dederint bona sua. nam cum tex. loquatur alternatiuè sufficeit altera pars. vt in c. inter cæteras. de reseri. & in re. in alternatiuis. de reg iur. lib. vj. Io And. dicit gl. posse procedere in confratribus, qui sunt monachi seu verè religiosi, secus in istis confratribus, qui non sunt verè religiosi, & in istis procedat opinio Host. Ego approbo gl. quia nõ pot dici confrater ex eo, quia bona sua dat religioni, quia illa est quædã donatio, & nõ fraternitas & pro hoc tex. hic. in prin dũ priuilegium erat indultum his, qui assumpserunt habitum illorum, & sic loquitur qñ personæ erant redditæ, seu oblatæ licet non plenè. Et ad tex. qui loquitur alternatiuè rñdeo, q secunda pars debet intelligi qñ loco mutationis habitus dederunt bona sua. Sed vtroque casu psonæ debent esse oblatæ, & receptæ in cõfraternitatem, nã alias quodam modo non possent dici confratres si personæ nõ essent oblatæ,

f licet non plenè, & hũc puto fuisse intellectũ gl. ¶ In gl. inversi. si semel in anno. ibi, q interdictum non relaxetur, & cætera, de hac materia not. in c. ad hæc qñ. de appel. & satis põt teneri ista opinio, q interdictum nõ sit relaxatũ, sed Papæ licentia relaxatur, vt isti celebrantes non dicantur interdicti. Et dicit Inn. differentiam esse an interdicatur locus, vel persona, quia si interdicatur locꝰ,

g põt interdictum suspendi, & ibi celebrari de licentia superioris. g Sed interdictum latum in personã, nõ põt suspendi. Rõ, quia aut persona pœniter, & debet ex toto relaxari, & non suspendi. Aut non pœnitet, & non debet celebrare ex quo est in peccato, sed secus in loco, quia locus non delinquit. Et per hanc rõnem dicit hic Innocen. q si interdictum esset latum in personam propter

h delictum alterius, illud interdictum posset suspendi, quia cessat rõ præcedens. h ¶†In ea. gl. ibi. sed contrarium credo in casu

4 isto. no. bñ gl. ex qua habes casum in quo non currit præscriptio

i contra priuilegiũ, ised gl. nõ reddit rõnem, sed Vin. qui sequitur gl. dicit rõnem esse, quia hoc priuilegium est merè facultatis. & ideò nõ habet locũ præscriptio pro hoc facit quod no. Inn. in c. Ioannes. de cle. coniu. & Cyn. in leg. 1. & 2. C. quæ sit lon. consuet. Host. dicit glo. veram si saltem in aliquo isti sunt vsi priuilegio. secus si in nullo vsi sunt. Ioan. And. distinguit q aut isti nõ veniũt ad locum, nec vtuntur priuilegio, & procedit glo. quæ sic in veritate loquitur. Aut veniũt ad locum, sed nõ vtuntur priuilegio, & procedit opi. ẽria. & hoc dictum mihi placet. nam non est verum simpliciter quòd non currat præscriptio ꝙ priuilegium, quã do concedit aliquid, quod est merè facultatis: per tex. in le. j. ff. de

i nundi. & quod ibi no. nam priuilegium concessum loco. vt possit facere nundinas, & mercata, concedit id, quod est merè facultatis, & tñ currit præscriptio, & si priuilegiatus non vtiẽ vt ibi. ita in pro

ADDITIONES.

a ¶In singularitatem. Adde Bar. in l. falsa. §. fi. ff. de condi. & demon. Bal. in l. quamuis. C. de impuber. & aliis substi. & in l. pe. eo. tit. me liùs in l. j. ver. & facit ad quæstionem. C. de impub. & alijs substi. & Alex. cons. 84. vol. 4. Zach.

b ¶Idem dicit Inn q non est necesse q isti assumant habitũ religiosorum dicit tñ q põt assumere sine professione. arg. in ca. cõsulti. de regular. & cũ ipso transeunt cõmuniter Doc. Ale. de Ne.

c ¶Tali priuilegio. Adde istum in c. cum & plantare. & qd notaui ibi in aposti. ad istum. nu. 4. in aposti. in ver. tertij ordinis. s̃. eo. tit. Zacharias.

d ¶Non incidunt. Adde de hoc dños de Rot. in deci. suis, de regulari. in antiquis: & an gaudeant priuilegio clericorũ. & Anto. de Bu. cons. 19. per Fe. col. 56. & per cal. cons. 6. de regularib. Zacha.

e ¶D. Car. in 3. qu. hic latè disputat arguendo ad partes. & finaliter concordat cum opi. Ab. Si. & But. videtur tenere. me non extendo: quia plenè declarat Ab. Si. in c. 2. de for. compe. Alexã. de Ne.

f ¶But. tñ sit cũ opi. Io. An. Sed D. Car. in 5. q. dicit q si glo. intellexit de veris fratrib. q est ꝙctus talis intellectus: qa Ifa distinguit inter ipsos regulares, & suos fratres, vñ dicit esse veriorẽ opi Host. Sed põt cõcordari opi. an datio bonorum ablq; ablatione sufficiat. Et dicendum est q nõ per rõnẽ, q̃ assignat Ab Si. Sed si quæritur an sufficiat datio oĩm bonorũ ablq; mutatione habitus, & dicendũ est q sic, & succedit loco mutationis hĩtus, & non procedit alternatiua tex. nã sufficit mutatio habitus sine oblatione bonorũ. Itẽ sufficit datio bonorũ sine mutatione habitus, tñ hoc casu debet oblatio personæ interuenire ad hoc, vt dicant oblati. & hoc est quod vult dicere Abb. Si. Alex. de Ne.

g ¶Et dicit Inn. q põt à sua excipere quos vult, & quot vult, & sibi subijcere interdicto quos vult põt, ita proferre interdictum, ita q certa officia celebrantes sint excõicati, & nõ alij, vel etiam certo tempore, puta cum dñs terræ fuerit præsens, arg. de offi. deleg. sanè. & despon. non est. Alex. de Ne.

h ¶Et dicit Inn. q nõ redibit in suspensionem seu interdictum sine sua culpa & sine monitione. de constit. recognoscentes falsitatem secundum Hosti. in c. veniens ad si. s̃. de testi. Alex. de Ne.

i ¶Priuilegium. Adde Oldr. cons. 172.

in proposito si datur in loco interdicto priuilegium, & priuilegiatus non vtitur, perdit priuilegium. Sed in terminis gl. m hi satis placet, vt non perdatur priuilegium, quia hoc priuilegium erat concessum respectu certi loci, & temporis, videlicet eis accedentibus ad illa loca interdicta. Si ergo nõ accedunt non possunt dici in negligentia non vtendo priuilegio. & ideo dicerem, vt priuilegiatus tpe interdicti possit celebrare, & si non celebrat tempore interdicti per x. annos perdit priuilegium, quando cãceditur personæ, sed si conceditur ecclesię requiritur spatium xl.

a ann. vt in c. accedentibus. s̃. eo. a ¶ † In glo. fi. in fi. dic, vt s̃. dixi in

3 notabilibus. q hic pluralitas b resoluitur in singularitatem propter pluralitatem subiectorum. & ne vilescat ecclesiasticum inter

b dictum, vt patet in tex. ibi, nimium vilipendi contingeret, &c. secus putarem vbi cessaret ista ratio, & priuilegium cõtra concedentem tñ. vt tunc intelligatur largissimè in eo sensu in quo af

c fert maiorem vtilitatem. vt in c. quia circa. s̃. eo. c ¶ † Extra gl. op. contra Ifam de contractibus, nam in princi. dicit q si ecclesię ad quas isti pertinent fuerint interdictæ q non debet eis denegari sepultura, sic præsupponit q poterunt sepeliri in ecclesijs interdictis, sed in ver. qui tñ dicit oppositum, vt sepeliatur apud non interdictas ecclesias. Duæ principales lect. dantur ad text. Prima est Inno. vt prima pars intelligatur de ecclesijs sitis in loco interdicto, licet ipsæ ecclesiæ non sint interdictæ. Sed a verò pars loquitur, qñ ecclesia nullo modo est interdicta. Sed contra hũc intellectum facit, quia quilibet põt sibi eligere sepulturam in ecclesia interdicta, ex qua ipse non est interdictus, ergo priuilegiũ nullum. Sol. dicit Inn q põt intelligi, qñ ecclesia erat interdicta, in pœnam populi, quia tũc ille populus non põt eligere sepultu

ram etiam in loco non interdicto, & in hoc operabatur priuilegium. Hoc vltimum dictum est notabile, sed nõ videtur applaudere Ifæ: quia loquitur quando ecclesiæ erãt interdictæ à diuinis officiis. Host. dat secundam lec. q prima pars intelligatur quando vigore priuilegij sepeliuntur in eccl'a interdicta. secus si vigore electionis factæ per eos, quasi velit dicere q eligendo sepulturã in loco interdicto nõ possunt ibi sepeliri, sed certè iste intellect' nõ est Ifæ cõsentaneus, neque verus. quia tex. loquitur quando elegerunt sepulturam in loco nõ interdicto. Item nõ est verum, q per electionem factã de iure cõi quis renũtiet priuilegio, si electio nõ valuit, vt probatur l. 3. ff. de milit. testa. Ideò do tertium, & clarum intellectũ, vt intelligatur Ifa in prin. qñ confratres moriuntur nõ electa sepultura, in loco interdicto, vt tunc possint sepeliri in ecclesijs, ad quas pertinẽt, puta in parochiis eorum, vel vbi sunt sepulchra maiorũ. sed si ipsi elegerunt sepulturam in ecclesia nõ interdicta tũc nõ debẽt sepeliri in interdicta vigore priuilegij, ex quo elegerunt sepulturam in loco nõ interdicto, quia isti fratres quãdoque ad pompam non attẽta electione istorum volebant eos facere sepeliri in ecclesia interdicta. quod reproba

d tur hic. d Abbas.

ADDITIONES.

a ¶But. hic dicit, q Doct. cõiter tenent gl. istam. vnde distinguit dicens, q qñ vsus iuris cõcessi dependet à libera volũtate eius, cui concessum est ius, & tunc nõ potest currere præscriptio, dato q nõ vtatur iure suo. quod intellige, nisi impediretur, & post impedimẽtum desisteret. qñque ius nõ est ita formaliter cõcessum q ponatur vsus eius in mera facultate vtentis iure, & tunc perditur spatio 40. ann. vt in ca. de quarta. de præscr. & dicit hoc esse dictũ Io. And. in c. fi. de consuet. in 6. dicit idem cum ista glos. esse signãdum. quia est notabile, & ponitur ibi quæstio de canonico, qui ex consuetudine, vel statuto habet potestatem optandi. An currat præscriptio ꝙctum si nõ optat. & Ioã. And. dicit quòd non, tñ nõ allegat istam gl. Et dicit But. quòd põt esse ratio quæ est, vt iuri eunti per viam non præscribatur, quia in libera voluntate est ire, vel non ire. Sed cõtra hoc facit præall. l. j. ff. de nundi. non me extendo, sed dic vt plenè per D. Dom. in c. fi. de consue. in sexto. & Alexan. de Ne.

b ¶Pluralitas Qñ pluralitas resoluatur in singularitatem, declarat Ias. in l. quãuis. in fi. C. de impub. & aliis substi. Alex. in l. qui quartam. in prin. ff. de leg. j. Ias. in l. Gallus. §. quid si is. ff de lib. & posthum. Bar. in l. scire debemus. in j. oppositio. ff. de verb. obli. Fel. in c. omnes j. de ſt. Ias. in l. singularia. ff. si cert. petat. Seb. Sap.

c ¶Do. Cardi. hic in §. illud. in 2. oppos. dicit q ideo hic pluralitas resoluitur in singularitatem, quia concernit diuersa subiecta, & est sensus secundum eum q aperiantur ecclesiæ, s. plures quo ad plura loca, sed in vno sufficit vna, & hoc operatur causa propter quam hoc permittitur. s. vt possint ibi audire diuina, hoc enim sufficienter peragitur in vna. & pro hoc facit qd dicitur per Bart. in l falsa. §. j. ff. de condi. & demonstr. & in l. hæredes mei. §. cũ ita. ad Treb. Nam ibi dicit Bar. aut pluribus respicit vnum effectum. & tunc non resoluitur in singularitatem, vt in l. quãuis. C. de impube. Aut respicit plures. & diuersos effectus, & tunc resoluitur in d. l. falsi. §. j. ff. de cõd. & demon. & ita loquitur iste tex. sed ego hæc limito, s. q fiant prædicta qñ non sumus in materia favorabili. nam si essemus in materia in qua debet fieri largissima interpretatio, tunc fieret, vel non fieret resolutio in plures singularitates, fm qd esset magis favorabile. & hoc modo procedit illud qd dicit Abb. Si. Sed nunquid poterunt cantare diuina alta voce pulsatis cãpanis, & apertis ianuis, Innoc. dicit q si per verbum, iocundo, positum in tex. nam non posset populus in eorũ aduentu iocundari, de ipsorum officijs niſi prædicta fierent, quæ tñ alias non ꝓcedent, vt j. c. prox. Et dicit Host. q licet Papa concedat multis, vt submissa voce celebrent. de pœ. & rem. q in te. & de sent. excõ. permittimus. tñ rarò concedit, vt celebretur alta voce pulsatis campanis, &c. ne vilescat pulsus discipulcina eccle siastica. dicit etiam q obrentu consuetudinis non põt celebrari etiam submissa voce, vt no. in d. c. cum inter. de consuetud. sed tamen hodie hoc comperit de iure communi, vt in c. fi. de sententia excom. in vj. Alex. de Neuo.

d §¶ Sed D. Car. prope fi. suæ opposi. dicit esse tenendam opi. Host. q confratres põt sepeliri in ecclesijs ad quas pertinent etiam si sint interdicti dummodo nõ sint excõicati, vel nominatim interdicti. & debet apertè probari hic verbo, sanè, non violando Ifam. Nã cũ ille tex. sic loquatur gñaliter debet generaliter intelligi siue elegerint sepulturã, siue nõ, & qñ nõ elegerunt sepultu ram debent sepeliri in alia ecclesia, q̃ sua, de sepult. c. j. eo. titu. in vj. tñ eo casu quo elegerunt sepulturas debent eligere apud ecclesiam non interdictam, vt j. ver. qui tñ. Rõ diuersitatis est, quia in eligentibus sepulturam subest voluntas, in non eligentib. ecclesias. subuenitur aũt in necessitate constitutis, non aũt voluntarijs, vt in le. si verò. ff. qui satisd. coga. Vnde But. sic distinguit, q aut isti oblati volunt sepeliri per viam iuris, vel priuilegij, & non per viam electionis, & tunc procedit prima pars istius cap. & sic dicit intelligendũ vers. sanè. in princ. Aut volunt sepeliri per viã electionis, nõ per viam iuris, quia eligunt sibi sepulturam, & sic eligunt alibi, q̃ vbi debent sepeliri. & non põt sepeliri, nec apud eccl'as fratrum, nec etiã aliorum si sunt interdictæ, sive eligant sepulturam apud fratres, siue apud alios. sed debẽt sepeliri apud eccl'am nõ interdictam non obstante q sit eccl'a interdicta, & sic intelligitur ver. qui tandem. Vnde dicit But. aduertendũ quid conferat priuilegium, quia licet eccl'a talium sit interdicta, si tñ sunt obligati religiosi fratrum, de quibus hic põt sepeliri in ecclesia propria, licet interdicta, & si illa non vult recipere propter timorem interdicti poterunt sepeliri in eccl'a fratrum, licet sit interdicta. Item si volunt eligere sepulturam alibi, q̃ in propria eccl'ia põt, dum tñ non eligant in ecclesia interdicta sepeliri, & hoc propter priuilegium, quia alias non põt sine priuilegio. Ex prædictis infert Butr. q oblati non perdant ius propriæ parochię. nã ibi debent sepeliri. & ibi recipere sacramentum, de quo etiam in cle. j. in fi. de decimis Alex. de Neuo.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas si est interdicta omnino, possunt in ea diuina celebrari per illos qui nõ dederunt causam interdicto, dummodo celebrent ianuis clausis, vt hic.*
2 *Ciuitas si est interdicta respectu loci, homines ipsius poterunt alibi audire diuina, secus si sit interdicta ratione personarum.*
3 *Excommunicatus in loco est excommunicatus in omni loco, vbi reperitur.*

CAP. CXXV.

QVOD NONNVLLIS. Tpe gñalis interdicti, episcopi non prohibiti, q non fuerunt culpabiles interdicti, clã celebrare possunt. & hodie istud non est priuilegium eporum, sed ius cõe, vt in c. fi. de sent. excom. libr. vj. & ibi plenè hr̃ an, & qñ, & qualiter possit celebrari tpe interdicti. Diuiditur hoc ca. quia primò ponit priuilegium, secò ponit exceptionẽ. ibi, nisi, tertio denuntiationem ibi, verum. & hoc c. nihil hodie habet. Casus Ifalis, Quibusdam regularibus concessum est, vt cum eccl'æ terræ interdictæ possint diuina celebrare officia ianuis clausis, & voce suppressa, & non pulsatis campanis, exclusis excõicatis, & interdictis in quorum pontificalis officij. Concilium extendit hoc ad episcopos. nisi hoc eis expressè fuerit inhibitum. Verumtamen hoc illis cõceditur, qui cãm aliquam non præstiterint interdicto, nec aliquam fraudem ingesserint tale compendium ad iniquum dispendium trahentes. Ber. Not. j. ex tex. quòd priuilegium concessum religiosis non extenditur ad episcopos, quia priuilegium non debet extendi, vt in capitu. sanè. s̃. eodem. ¶Nota quòd priuilegium cõcessum aliquibus, vt possint celebrare tempore

Universidad de Deusto
Biblioteca

interdicti, intelligi debet de illis, qui nō præstiterunt aliquā cām interdicto, vt quia nō propter delictum eorum fuit latum interdictum, nec præstiterunt fauorem illis, propter quos fuit latum
a interdictum. a Et hodie circa text. & alia quæ hic tanguntur dic,
1 vt leg. & no. in d.c.fi. ¶ † In gl. in ver. qnq; in fi. hodie nō est vis: quia quolibet die clerici possunt celebrare tpe interdicti, dum-
b modō ianuis clausis b. &c. vt in d.c.fi. & sic etiā intelligitur quæ-
c stio gl. an canonici possint interesse cum epo. c Sed pōt formari qō. nunquid nobilis priuilegiatus, vt possit audire diuina tempore interdicti possit secum ducere familiares: & dicendum q̄ sic: quia alias priuilegium esset ei inutile. de quo dicendum, vt
d hodie hꝫ in c. licet eo. ti. lib. vj. ¶ † In gl. ij. in fi. hodie dicendum
2 vt habetur in c. si sniā. de sent. excom. li. vj. q̄ aut locus est interdictus: & tunc possunt illi de loco interdicto audire diuina alibi, aut populus est interdictus: & tunc non possunt in aliqua ecclesia audire diuina: quia si est excōicatus in vna ecclesia, est etiam excōmunicatus in qualibet alia ecclesia, ita & interdictus:
e quia sequitur personam quocunque ierit. vt ca. j. q. j. cito turpē. e quod est menti tenendum.

ADDITIONES.

a §¶ Inn. dicit q̄ etiam si modicam cām præstiterit interdicto non debet gaudere indulgentia, puta si consilium, vel auxilium dederit, vel etiam si fuit ille pro quo positum est interdictum, etiā si debuerit. Host. dicit q̄ etiam si in fauorem positum est ipsum seruare tenetur, ſ. eo. pelitis. Sed Io. And. dicit, & bene ſm D. Car. q̄ licet teneatur seruare, nihilominus poterit vti isto priuilegio. Alexander de Ne.

b ¶ Sed tu no. istam gl. q̄ dictio, qñque, accipitur pro aliqñ, & pro qñ unque. nam ideo hic accipitur pro qñcunq;, quia nō pōt reddi ratio quare magis liceat vna die, q̄ altera. & ideo dictio, quandoque. quæ est indefinita, æquipollet vniuersali, vt in c. vt circ. de elect. in vj. Alex. de Ne.

c ¶ Verum est quia hodie quæstio non procedit, quia hodie licitum est omnibus celebrare ianuis clausis, vt in d.c.fi. de sentēn. excom. in vj. sed dubium potest esse hodie si Papa concederet priuilegium ep̄o, vt posset celebrare tpe interdicti alta voce, cāpanis pulsatis, & ianuis apertis, nunquid canonici poterunt interesse cum ep̄o. nam de iure cōi non admittuntur, nec o im, nec hodie, vt in d.c.fi. de sen. excom. in vj. Et antiquus Compostelanus, & cuncti renuerunt q̄ sic, eo quia canonici sunt pars corporis episcopi. vj. q. j. §. verum. ita tñ q̄ non vilescat. &c. vt ſ. ca. prox. & ca. plus tamen sit But. Sed D. Card. tenet q̄ nō debeat admitti: quia sui familiares, & domestici possunt interesse, vt in ca. licet. de priuil. in vi. Sed canonici non sunt tāles, & credo q̄ verius dicit. Alex. de Ne.

d ¶ Sed quæro an legatus possit dare priuilegium. de quo hic, & vt habeat dubium, intellige, ſ. q̄ celebret alta voce, &c. quia hoc etiam hodie non licet. Spec. tit. 2. §. supereſt. versi. sed nunquid legatus. tenuit q̄ sic. Sed D. Car. dicit hoc procedere respectu inferiorum per ipsum, vel inferiorem positi, secus si esset positum persuperiorem, p̄o hoc qd no. ſ. c. proxi. in §. illud. in gloſſ. sic ergo. in fin. Secundo quæro. quia tex. dicit q̄ ep̄s potest celebrare nisi sibi hoc expresse fuerit interdictum. Boetius dicit q̄ superior epi, vt archiep̄s vel Papa poterit interdicere, non aūt inferior, puta si inferior ex priuilegio, vel consuetudine posset interdicere. & hoc sequitur Ioann. And. & Dom. Card. & Butr. Tertiò quæro, an ep̄s possit celebrare alibi, q̄ in ecclesia cathedrali, & gaudere priuilegio? Vinc. dicit q̄ vbique poterit celebrare, & maximè in maiori ecclesia, quæ est vxor eius, vij. qu. sicuti. Vltimò quæro an ep̄s possit vigore priuilegij facere celebrare ante se, Hostiensi. dicit q̄ sic, quia est semper paratus ad celebrandum q̄ aliquem diem trā seat sine missa, vt in c. fi. eo. titu. in vj. d cit etiam Host q̄ celebrare dicitur, qui cum alijs celebrat, de vita, & ho. cler. vt quisquam, dicit etiam quòd hoc priuilegium est latè interpretandum, de versig. olim. & idem vī dicere But. sed contrarium est verius secundum Dominum Cardinal. & mihi videtur verius. Alexander de Neuo.

e ¶ Et idē est in suspēso ab officio, secus in suspenso à beneficio. de quo vide text. cum gloſſ. viij. quæſt. j. ſi quis presbyter. Alexander de Neuo.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia non sunt violanda, etiam indirecto modo.*
2 *Contra legem facit ille, qui committit, non solum contra verba legis, sed etiā contra eius mentem. 3. 4.*
4 *Minor an restituatur ex eo quòd processus fuit factus cōtra ipsum minorem, licet sententia sit lata contra ipsum maiorem.*

CAP. XXVI.

a ¶Hosti. dicit hoc tenendum q̃ superior semper pōt purgationẽ indicere vel propter scandalũ, vel propter vehementem suspicionem, quorum quodlibet sufficit, vt ĵ. in tex. etiam nulla inquisitione præmissa, vt ĵ. eo. c. pen. j. resp. & si purgationem præstare renuit, vel negligit non priuat, sed ab officio tantũ, & non a beneficio suspẽdiẽ vsque ad dignam satisfactionem. i. quousque se purgauerit. §. eo. c. 2. in fi. & j. c. proxi. de hæret. excõicamus. el. j. §. j. Si aũt attenter se purgare, & deficiens punit vt cõuictus. de simo. de hoc. & c. insinuatum. & sic q̃que priuat officio, & bñficio si hoc exigit crimẽ, & modus procedẽdi, vt hic, & ĵ. eo. inter. dẽ secundum quos dã si se non purget. ĵ. termino peremptorium sibi assignatũ, nisi interim appellet. Non ob c. excõicamus. §. j. vbi negligẽs se purgare termino statuto gemptorio excõicatur, non aũt habet pro cõuicto nisi in excõicatione manserit per annum. quia est spãle in illo crimine, ne quis de tanto crimine ex tali præsumptione condẽnet. de præsum. literas. ad fi. & hoc tenet Io. And. & Doct. Dicit tñ hic Inn. q̃ qñ attentat se purgare, vt qa recipit purgationem. sed posteà deficit, q̃ aut deficit, qa purgatores non habet, sed habere sperat, & tunc debet suspendi ab officio, vsque ad dignam satisfactionem, vt in c. presbyter si à plebe. 2. q. v. Aut non habet purgatores, nec habere sperat, & tunc punitur, vt conuictus, vt in c. insinuat. §. de simo. q. d intellige qñ nō inuenit compurgatores propter eius malam famã vt dictũ fuit in c. cum P. §. de accus. & per Do. ĵ. eo. inter. sed si compurgatores deponerent contra compurgãdum, clarum est q̃ haberetur pro conuicto. Alex de Ne.
b ¶Infamatus. Quando quis dicatur conuictus de crimine, & quo modo differat à confesso, declarat Decius post alios in c. at si clerici. in 2. nota §. de iud. Seb. sap.
c ¶Sed ipse Hosti. ĵ. eo. constitutus. tenet q̃ requiratur etiã in alio crimine quàm hęresis, q̃ compurgatores habeant notam vitam purgandi, & hodierno tempore. & præterito. & illud idem firmat D. Car. ĵ. eo. inter. in fi. 2. oppos. dicens quòd istud c. est intelligendum secundum illud. & hoc credo verius licet Doc. in d.c. inter. pertranseant cum Hosti. distinctio tamen quam facit Abb. Si. est verissima. Sed per eam non saluatur opi. Host. si rectè consideras Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus de graui delicto potest incontinenti suspendi ab administratione diuinorum si delictum est enorme. alias secus. 3. vide capitulo inter.*
2 *Infamia semel purgata non debet ampliùs purgari, nisi de nouo oriatur.*
3 *Lite pendente non debet quis impediri in possessione sua. Appellatione pendẽte non debet appellans spoliari re, super qua fuit sententiatum.*
4 *Infamia facti in crimine successiuo tollitur per contrarium factum.*
5 *Infamatus, si se purgauerit, an postea poterit de illomet crimine accusari.*

CAP. VIII.

EX TVARVM. Absolutio facta secundum purgationẽ vulgarem non tenet, & ea non obstante potest induci de nouo purgatio, & admittitur accusatio h. d. Cõis diuisio. secunda ibi, ga verò, &c. Casus literalis. Quidam presbyter H. nomine infamatur de homicidio, propter quod episcopus suus ab officio sacerdotali suspendit eundem, ipse quasdam literas exhibuit antecessoris ipsius episcopi, in quib. continebatur, q̃ iudicio aquæ frigidæ suam innocentiã purgauisset, & episcopus ipsum absoluisset, quæsitum fuit à papa vtrũm talis purgatio sufficit. Quia verò peregrina iudicia sunt inhibita, dicit papa quòd prędicta purgatio insufficiens fuit, vnde mandat episcopo quatenus, si accusatores idonei non aparuerũt cum septima manu, aut quinta sui ordinis debeant se purgare. quia præstita suspẽsione sine difficultate relaxet, & eum boni testimonij denuntians ab infamia homicidij absol-
1 uat. B. †No. 1. ex tex. quod infamatus de crimine graui potest incontinenti suspendi ab officio, donec se purgauerit. nam infamatus de graui delicto, nõ debet interim administrare diuina. ne ĩcã
a dalum oriatur in populo. a †Secundò no. q̃ semel absolutus per
2 purgationem canonicam non tenetur ampliùs se purgare, vt colligitur hic à ãrio sensu. quod intellige quando iudex vellet iterum indicere purgationem vigore infamiæ, vel iudiciorum præcedẽtium, secus si infamia oriatur de nouo, quia oportet q̃ ista purgaretur. Ad hoc ca. si. de collu. dete. & quod not. in l. 1. & l. repe. ff. de quæstio. Tertiò no. modum procedendi purgatione præstita, nam debet absolui. & denũtiari boni testimonij, & sic tollitur infamia
3 seu effectus ifamiæ facti. † In gl. ibi, propter enormitatem delicti, ideò gl. hoc dicit, quia infamatus de delicto, non debet à principio suspendi, quia pendente lite non debet quis impediri in possessione sua, imò si fuisset condemnatus, & appellasset, debet interger remanere status suus pendente appellatione. vt in l. vna. §. interger. ff. vt nil inno. ap pen. quod procedit, etiam in clerico deposito. vt est gl. no. in c. sæpe. §. de ap. ad hoc c. significasti. §. de adulte. & ibi suspensio fit postquam purgãdus deficit in purgatione. Sed quando tanta est infamia quæ generat scandalum, vel delictũ est valdè enorme tunc potest à principio suspendi ab officio, vt hic, & etiam à beneficio, vt ĵ. eo. c. inter. & vide quod no. Io. An. in c.
4 1. de accus. lib. 6. in nouella. † In gl. in versic. absoluas, ibi, soli us Dei est. Dic hoc verum intelligẽdo de infamia præcisè sine alio facto,
b sed per cõtraria bona opera de facili tollitur infamia b facti, quod
c intelligitur de crimine successiuo, vt patet, in ca. inter ĵ. eo. in fi. c & in fine gl. hæc cauda gloss. non facit ad propositum quæstionis. est enim quæstio separata, nunquid periurus puniatur ab homine. de quo plenè dicam in c. fi. de iureiur. no. in l. 2. C. de rebus
5 credi. † Sed quò ad principalem quæstionem gloss. nunquid post purga

ADDITIONES.

a ¶Idem si delictum non esset adeò graue, sed scãdalum subesset, ſm Bu. qui alleg. 2. q. 5. presbyter si à plebe. & idem dicit Abb. Sic. hic Alex. de Ne.
b ¶Tollitur infamia. Quomodo tollatur infamia facti. & infamia iuris, & per quas personas, vide latissimè Fel. in c. testimonium. §. de testibus.
c ¶Sed But. dicit, & bene q̃ operatur ista denuntiatio, seu absolutio, quia per eam tollitur effectus infamiæ facti. Vnde ad omnes actus admittetur sic quilibet alius bonæ famæ. sed tunc infamia facti inquantum residet in opinio. hominum non potest tolli, ni si homines faciant contrariã opinionem. sed poterunt indici ad istam contrariam opinionem per exercitium bonorum operũ. Vnde aliud est quærere an tollatur infamia facti, an verò tollatur effectus infamiæ facti, & istud etiam videtur esse de mente Abba. Sic. iungendo illud quod dicit suprà in tertio. notabili. tene mẽti. Alex. de Ne.

Universidad de Deusto

purgationem admittatur accusator, variè loquuntur Doct. & vide gl. in c. habet. 2. q. 3. & capiendo veriores opiniones concludē dum est quod aut purgatio non fuit canonicè præstita, & admittitur accusatio, vt hic, non obstante purgatione, aut fuit canonicè prestita, tunc aut interuenit accusator. vt quia, testib. deficientib. ratione infamiæ fuit indicta purgatio. & tunc regulariter nō admittitur accusatio, vt hic in gl. in prin. & c. de his. & quod ibi dixi, de acc. Aut non interuenit accusator, & tunc si terminus prius præfixus fuit omnib. accusare volentib. cum clausula decreti. f. q. post terminum non audietur accusator, & tunc nō debet admitti, ar. in c. fi. qui ma. accu. pos. Aut non interuenit illa clausula decreti, & tunc si purgatio est præstita, sed absolutio adhuc nō interuenit, debet admitti accusatio, quia nihil obstat. arg. in l. admonendi. ff. de iureiu. aut absolutio est præstita: & tunc si accusator vult eum onerare onere se purgandi: & tunc non potest. argu hic. aut suscipere in se vult onus probandi, & debet admitti non obstante
b absolutione prius præstita, & est ratio, quia illa absolutio b fuit facta per probationes non integras: nā testes iurauerunt de credulitate tm̄, & vbi absolutio fuit facta ex probatione non integra, nō obstat absolutio reperta de nouo probatione integra. vt in l. admonendi. & no. in c. fi. s̄. de iureiu. facit quod dixi in c. proposuisti. de proba. de materia an, & quando obstet absolutio. dic vt dixi in ca.
c de his. c de accusa.

ADDITIONES.

a ¶Post purgationem. Vtrùm absolutus de crimine, quia se purgauit, possit modo de eodem crimine accusari. vide gl. in ca. Mēnam. 2. q. 4. Ant. in ca. ad nostram. circa prin. de proba. ver. per hoc dicit Spe. de quo vide omnino Archi. in ca. habet hoc proprium. circa fi. 2. q. 4. vbi concludit q̄ non potest accusari, nisi in certis casib. de quib. ibi per eum. de isto articulo vide etiam in d. c. Mennā. circa medium, & etiam in eo. c. cir. fi. vbi dicit q̄ est in quum q̄ accusetur. & dicit q̄ de hoc nota. Odof. in libello iuris in rubr. de effec. pur. Sed de hoc vide omnino Inn. ī. eo. ca peruenit. in gl. in ver. in cestus.

b ¶Absolutio. Etiam post latam sententiam per probationes non integras, admittitur probatio per integras probationes. de Bel lentzinis.

ç ¶Bur. in d. c. sequitur illud quod dicit Abba. Si. & casus positi per Abb. Si. sunt casus positi per Doct. Sed Doct ponunt alios tres casus, quos non ponit Abb. Si. Primus est qñ est indicta purgatio. & facta absolutio accusatore absente, nā potest adhuc accusari. fm Bur. qui dicit istud esse dictū Host. Ego hoc intelligo quando indicta fuit purgatio accusatore absente, nō tamen per contumaciā, sed si fuisset conrumax, ita q̄ propter eius contumaciam iudex de iure potuit procedere ad indicendum purgationē reo, & ad ipsius absolutionem, tunc putarem q̄ non posset accusari, nisi quando potest accusari facta absolutione accusatore presente. Secundus casus est quando post purgationem fuit noua infamia de crimine. nam propter talem infamiam poterit accusari, & cōpellere se purgare, si iudex ei indicere noluit purgationem, arg. de iura. cal. cæterum. de testi. cog. præterea. sed de infamia præcedente absolutione & purgatione. non potuit accusari. nec compellitur se purgare, nisi in casib. hic notatis. & ista fuit opi. Host. Tertius casus est quando iudex mala fide processit ad indicendum purgationē. & absolutionem. sad impediendum eum, qui poterat accusare. nam tunc non obstante tali purgatione poterit accusari fm Hostiē & Doct. alle. ff. de iureiu. l. cum qui. §. in popularib. & in l. si duo. §. fi. Sed allegans malam fidem debet illam probare. ff. de proba. l. quotiens. §. qui dolo. & de præsum. c. fi. & de materia vide Host. in summa. co. ti. §. pe. Sed al ud aduerte q̄ vbicunq; dī q̄ post indictā purgationem, & absolutionem, non potest accusari, debet intelligi, nisi in duob. casib. quos ponit gl. in c. de his. de accu. & in c. cum dilecti. in c. fi. gl. fi. s̄. de elect. Ale. de Ne.

CAP. IX.

CONSTITVTVS. Sufficit quod cōpurgator sit toleratus ab ecclesia bonæ famæ, nec de crimine suspectus, condemnatur. In prima facti narratio, & reprehēsio. In secunda prouisio ibi, sanè. Casus literalis. Quidam diaconus P. nomine infamatus erat de aliquo crimine, episcopus indixit ei purgationem, obtulit purgatores eō, ipse cœpit eos ita diligenter examinare, ac si esset ordinationē facturus, nolens eos recipere, vnde diaconus accessit ad Do. papā sibi exponens prædicta, vnde scribit papa eō dicens quòd multum miratur q̄ purgationem oblatā recipere noluit ni si priùs probasset hoc, & examinasset nomina singulorū tanquā esset ordinationes facturus, vtinā sic discuteret ordinādos; satis. n. sufficit huiusmodi purgationib. si purgatores sint bonæ famæ in suis ordinib. ministrātes, & ab ecclesia tolerati. nec sint in iudicio de crimine condemnati. vnde sunt admittendi. Ber. No. j. ex text. quatuor requisita in compurgatoribus. Primum est, vt debeant iurare fm conscientiam, & opinionem eorum, q̄ credunt illum verum iurasse. Secundum, vt debeāt esse tolerati ab ecclesia. Tertium, vt sint bonę famæ. Quartum, q̄ non fuerint de criminibus condemnati. Ex hoc no. quòd prętextu criminis de nouo obiecti non potest compurgator repelli, secus si opponatur infamia, vt patet ibi sint bonæ famę, & c. requiritur & quintum, vt habeāt notam conuersationem illius, quem purgare volunt. de quo dic vt in ca. cum princ. ī. eodem. Tertiò nota casum in quo testis iu-
a rat secundum opinionem suam, & non secundum veritatem. a In gl. fi. quidam tenent contrarium, videlicet quòd non sunt repellendi, quia tex. requirit condemnationem, sed repulsus prętextu criminis obiecti non dicitur condemnatus, vt in c. 2. de ordin. cogni. sed teneo opi. gl. nam gl. nō dicit oppositum, sed vult istos repelli, si ex illa repulsione secuta est infamia, vel grauatio opinionis. nam tunc non repelluntur isti prætextu cōdemnationis, seu repulsionis seu prætextu infamiæ, quia debent esse bonę famæ. vt hic in tex. & hæc infamia surrexit ex probabilibus coniecturis. nam probationes inductæ super excep. vel aliter inducunt contra absentem aliquam præsumptionem, vt no. in l. Lucius. in fin. ff. de his, qui no. infa. & facit quod not. gl. in capitu. at
b si clerici. de iudic. & 2 q. 1. cap. multi. b

ADDITIONES.

a ¶Hoc procedit secundum Goff. & Doc. in compurgatoribus, secus in testibus, qui poducuntur ad dicendam veritatē, quia debent iurare de his, quę sciunt aliter nō probant. 3. q. ix. testes. De his vide omnino quod Doct. no. in ca. quotiens. s̄. de testi. Alex. de Ne.

b ¶Idem tenent Docto. Cauere tamen debet excipiens secundū Docto. quia aut excipit secundo compurgatores quòd sunt criminosi, & tunc non admittitur, sed bene si excipit quòd sunt de criminibus infamati, vt no. in c. accedens. de accus. Sed tu vlterius collige ex isto tex. q̄ ordinandi sunt subtiliter examinandi, & de ipsis aliter inquirendū est, quā de compurgatoribus. & hoc vide opt. tex. 24. di. in c. qñ. Sedo collige fm Host. q̄ sufficit quòd fiat id qd est satis, & rō est fm eū, quia qd amplius est à malo est, vt in c. & si Christus. de iureiu. Et dicit Host. q̄ eps in duobus gra uabat purgandū. Primo in nimia examinatione compurgatorū. Sedo q̄ præcisè iurarēt purgandū esse à crimine immunem, & hoc fuit decisum in prin. Item inquantū tex. dicit, nisi prius commendasses noīa singulorū, dic q̄ hic vocat noīa, i. nominationē, & famā. vñ dicit iste est boni nominis. ita dicit Ale. & Doct. vltimò Bu. inducit istum tex. absque nullius indagine ad statuta dicentia q̄ quis admittatur absque aliqua indagatione, quia per hoc non tollitur quando inquiratur de euidenti illegitimitate personæ, vel infamia. quod dicit esse notandum. Alexand. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus de aliquo enormi crimine licet se purgauerit, tamen temporaliter administratione officii suspenditur.*
3 *Clericus suspensus ab officio, an censeatur suspensus à beneficio.*
Infamatus ex eo, quia ipse dedit causam infamiæ licet se purgauerit, non tamē est sopita infamia contra eum, secus si ipse non dedisset causam.
Contra infamatum quomodo procedatur.
Terminus an, & quando debeat dari per iudicem parti, vel accusatori intra quem habeat accusare, alias termino elapso non auditur vlterius.
4 *Appellari potest de illis rebus quæ remittuntur arbitrio iudicis, si iudex transgrediatur secus si committatur eius conscientiæ.*
Statutum puniens conuictum tali pœna, non comprehendit illum, qui reputatur conuictus ex hoc quòd non se purgauit.
7 *Testes si ex aliqua causa non possunt esse fœminæ, tamen illæ admittuntur quando illo casu alij non reperiuntur.*

CAP. X.

INTER. Propter magnitudinem criminis infamatus suspendi potest, nedum ab officio, sed etiam à beneficio, donec se purgauerit. hoc primò. & augetur propter hoc numerus compurgatorum hoc secundò ex causa interdum post purgationem præstitam suspenditur quis ad tempus hoc tertiò. & deficiens in purgatione punitur vt conuictus. hoc quartò. Secunda pars ibi, attendentes. Tertia ibi, ita tamen. Quarta ibi, purgatione. Quinta ibi, quòd si. ¶Casus literalis. Decanus Senoñ. erat grauiter infamatus de hæresi, ex eo quòd cum hęreticis nimiam familiaritatem habebat in quadam villa, propter quod archiepiscopus Senoneñ. suspendit ipsum ab officio, & beneficio, quamuis contra ipsum nullus apparuit accusator, tamen ex officio suo fama publica deferente, voluit de hoc inquirere veritatem, testes super hoc contra ipsum decanum recepit, post modum decanum ipsum cum attestationibus misit ad dom. Pa. ipse verò intellecto

negotio, & visis attestationibus scribit archiepiscopus dicens, quamuis constitutio ecclesiastica doceat tales ab officio tantum vsque ad purgationem canonicam suspendendos: quia tamen ipsum à beneficio propter enormitatem criminis suspendit, non vult improbare, nec etiam illud improbat, q̄ testes ex officio suo contra ipsum decanum recipit, licet nullus apparuit accusator. Papa verò considerans vulgatam infamiam, & graue scandalum, & vehementem suspicionem ex dictis testium contra ipsum decanum obortam cum propter eorum qd libet esset el purgatio indicenda, & seruās iustitiam, & molliens rigorem, purgationem 14. manus sui ordinis indixit eidem, remittendo ipsum ad episcopum, vt ibi purgaretur. ibi nescitur infamatus mandans archiepiscopo Senoñ. adiunctis sibi duobus episcopis. vt purgationem ei indictam recipiat: & qui ad ipsum purgandum accesserint, sint catholici, & vita probati, qui vitam, & conuersationem eius cognouerint præteritam, & presentem, qua recepta beneficium sibi restituat: ab officio tamen maneat suspensus propter familiaritatem, quam habuit cum hæreticis, donec scandalum sopiatur, hæreticorum familiaritate publicè abiurata. Et iniungat eidem q̄ in prædicta villa, & alijs circunpositis villis profiteatur, & prædicet fidem catholicam, & detestetur hęreticam prauitatem, & taliter deinceps vitam suam bonis informet operibus, vt infamia conuertatur in bonam famā, & commune scandalum, & suspicio de catholicorum mentibus tollatur, q̄ si in purgatione defecerit ab officio, & beneficio de-
a 2 positus ad agendam pœnitentiam in arctum monasterium detrudatur. Ber. ¶ Not. j. ex text. q̄ prælatus etiam Papa debet esse valdè solicitus ad inueniendum hæreticos, & procedendum cō
a tra eos, de quo s̄. de hæreti. per totum. a ¶ †Secundò not. quòd
2 infamatus non deberet regulariter suspēdi à beneficio antequā deficiat in purgatione, sed ratione enormitatis criminis, vel scandali imminentis, potest suspendi etiam à beneficio donec se purgauerit, & est in hoc iste tex. valdè no. & quotidie solet allegari, & vide gl. 2. quæst. 4. c. presbyter si. & per Ioan. And. in ca j. de ac cus. lib. 6. Tertiò no. ibi, ab officio tantum, & c. quòd quandoque quis est suspensus ab officio, & non beneficio, & accessoriū non
b sequitur principale. b de hoc, an suspensus ab officio censeatur per consequentiam suspensus à beneficio. vide glos. no. in cle. cu pientes. de pœ. in glos. non nouam. Vlteriùs no. q̄ si per modum inquisitionis, crimen nō potuit probari plenè non est reus simpliciter absoluendus, licet remaneret infamia, vel scādalum, vel vehemens suspicio potest compelli ad se purgandum. Et not. ex hoc, & ex tex. singulariter tria quorum quodlibet sufficit ad purgationem indicendam, vt est vulgata infamia, graue scandalum, quod intelligitur etiam sine infamia, vt differat à præcedenti, &
c vehemens suspicio, & sic sufficit sola vehemēs suspicio. c sed tex. adduco in oppositum in c. tuam. de coha. cle. & mu. in fi. vbi tex. sing. dicit, quòd oportet suspicionem esse tantam, vt generet scādalum, de quo plenè dixi in capit. qualiter, & quando, de accu. Et quantum ad propositum concludo quòd aut iste est vehemēter suspectus apud episcopum, seu iudicem, & tunc non requiritur scandalum, & ita intelligo istum tex. nam ista suspicio hic erat orta ex dictis hostium, vt in litera ista, alias non differret secundo modo, cum supra præmiserit de scandalo. Aut est quis suspectus alij, q̄ superiori, & tunc non sufficit suspicio ad indicendam purgationem, nisi sit tanta, quòd generaret scandalū, & ita intelligo c. tua. præalle. Et ex supradictis not. q̄ vehemens suspicio solius iudicis sufficit ad indicendam purgationem. quod tenet hic In. & satis mihi placet, & videtur iudicio meo tex. hic quia ex testiū dictis erat ista suspicio orta, de quo tamen vide bonum tex. cum glos. 2. q. 5. c. omnibus. & quod dixi in d. c. qualiter. ¶No. purgationem esse præstandam in loco infamiæ, nam alibi facilius reperiret compurgatores, nec eius præstatione deleretur infamia, vel scandalum. No. ibi. quam transacto, & cę. quòd cōpurgatores debent habere noram conuersationem purgandi, nedum de præsenti, sed etiam de prærerito, sed limita istum text. prout dixi in c. cum P. s̄. eod. ¶No. effectum purgationis præstitæ. nam debet absolui purgatus, & restitui sibi beneficium, si ab eo fuerat suspensus. si verò deficit in purgatione debet puniri vt conuictus.
d vt in fi. d ¶ †Sed oppo. contra text. in ver. in pœnam. vbi præstita
3 purgatione remanet suspensus quò ad officium, donec scandalum sopiatur. quod est contra c. ex tuarum. s̄. eo. vbi si denuntiatur boni testimonij absoluitur ab infamia, & relaxatur suspensio, vt ibi. Sol, dicunt hic *cōiter* Doc. q̄ speciale, est in crimine hæresis vel in alio graui crimine, contrarium procedit regulariter. Ego hoc dictum non admitterem, sed dico text. procedere quando iste purgandus, seu purgatus præstitit causam scandalo, vt quia contraxit familiaritatem cum hæreticis. vt hic dicitur, vnde si ponerentur hæc litera non remanet iste suspensus propter enormitatem dei ca. vt dicunt Doct. sed propter familiaritatem cum hæreticis. & ideò assumo non exceptionem, sed regulam ex tex. quòd vbicunque infamatus male viuendo per actus illicitos, & à iure reprobatos dedit causam infamiæ, & scandalo licet præster purgationem: debet tamen remanere suspensus ab officio, donec sopiatur scandalum, vt sic illicita eius opera præcedentia
e puniantur, & ita propriè loquitur iste tex. e ¶ † In glos. j. in fin.
4 multum hæc glos. inuoluit, & ponit ordinem non omnino necessarium: & licet Doct. hic in multis transeant cum gl. tamen
f a ibi iste ordo in parte reprobatur, & in parte limitatur, f & ideò concludendo veritatem, distingue sic, cum quæritur de modo procedendi cōtra infamatum, quòd aut episcopus, seu superior habet probationes promptas, & tunc non est necesse, nec vtile statuere terminum accusare volentibus, quia posset supponi amicus, & fieri colludium. Item quia non apparente accusatore via inquisitionis est ordinaria contra infamatum de iure canonico, vt probatur in c. qualiter. ij. de accus. & ibi etiam glos. dixit q̄ non est vt. le præfigere talem terminum. Item, & vide latius p Ioan. Andr. & Specu. de inquisitione §. nunc tractemus. ver. porrò, g si verò non habet probationes promptas potest si vult statuere terminum accusare volentibus, sed non est necesse, satis
g enim est q̄ accusator se non offerat, vnde satis est q̄ potest procedere ad purgationem indicendam. vt patet in ca. ex tuarum. s̄. eod. Et de modo indicendi, licet glo. hic dicat admonitionē debere procedere, dic melius, vt dixi in ca ij. §. eo. q̄ aut est infamatus de delicto successiuo, & tunc sunt necessariæ illæ admonitiones, quia potest se corrigere desistendo ab actibus suspectis. Aut delictum est momentaneum, vt puta homicidium vel furtum, vel simonia, & tunc frustra fieret admonitio, vt se corrigeret, & ideò hoc casu non requiruntur illæ admonitiones, sed potest iudex procedere ad purgationem indicendam. & vbi enormitas delicti, vel scandali non subest non debet ante purgationem præstitam aliquam suspicionem facere, vt in cap. significasti. de adul. sed expectare exitum, vt ibi, sed vbi subesset scandalum, vel graue delictum potest à principio suspendere ab officio, donec se purgauerit, vt in ca. ex tuarum. s̄. eod. & etiam à beneficio, vt hic. Et si præstat purgationem fit absolutio prout superius dixi, vel condemnatur prout dixi in capitul. cum P. §. eodem. & plenius in c. accedens. de accu. & quantum glos. hic in fin. dicit istum esse modum procedendi, cum processus incipit à contumacia non rectè loquitur, quia iste processus fit ratione infamiæ non ratio-
h ne contumaciæ: e sed tamen de modo procedendi tam in ciuili, quàm

ADDITIONES.

a ¶Vnde quod dicit text. vulpeculas, expone. i. hæreticos ad modū vulpium latentes, vel latebras quærentes, vel latentes, & dolosos. Alex. de Ne.

b ¶Suspicio. Quòd possit indici purgatio, etiā vbi est suspicio, siue infamia, tenet Anto. in c. tua. de coha. cle. & mul. & alij relati per Fel. in c. literas. versi. in glo. in verbo vehementem. s̄. de præsump. Sebast. Sapia.

c ¶Sed Bu. dicit q̄ suspensus ab officio non intelligitur suspensus à beneficio. quādo suspensio ab officio est facta cum dictione taxatiua, vel duntaxat, vel quando suspensio fit in executionem iuris mādantis ab offō suspendi. & ita intelligit istū tex. Alex. de Ne.

d ¶Sed no. ex tex. q̄ infamia orta ex voluptuosis & malis operationib. tollitur siue ḡrio, s. p virtuosas operationes. Ex quo infertur, q̄ ad positionē huius ḡrij sequitur exclusio alterius, & sic vnū ḡrium potest conuerti in reliquum, s. exclusione, & extēsione primi contrarij, intelligit Butr. Alex. de Ne.

e ¶Ab. Si. melius dicit quàm Doct. quantū ad istum text. ego vero recitabo Do. o. & p. ostea saluabo. Nam Inn. dicit esse speciale in crimine hæresis, vt etiam post purgationem præstitam remaneat in præsentia. & idem dixi dici posse in aliis grauib. criminib. vt in l. non pñt ff. de leg. Ad idē 12. q. 2. de viro. fm Hostie. dicit q̄ hoc est spāle pp scandalū, & istud sequit Do. Card. in 2. oppos. & istud vīplacere But. Dicit enim q̄ vbi p purgationē cessat scandalum non remanet suspensus, alias sic. & hoc credo verū. quia cum pp scādalū possit absq; suo delicto priuari bōficio, vt dicit Inn. in ca. nisi cū prīdē. de renū. fortius propter illud tollendū potest aliqs suspēdi ad tps ab offō. & hoc modo saluat opin. Doct. Ale. de Nea.

f ¶Host. dicit q̄ hūc ordinē nō semp seruāt iudices, imò statim in dicunt purgationē infamato, & si renuit eā pstare, pōt suspendi ab officio, & pcedit ꝫ eum, vt dictum est s̄. c. cum P. Ale. de Nea.

g ¶Vnde iudex pt p inqnisitionē ex officio ꝓcedere et si reus velit se purgare sine But. de quo est bona glo. in c. habet hoc proprīū. 2. quæst. v. Alex. de Ne.

h ¶Sed gl. pt saluari, quia ꝓcedit ꝫ infamatū pp cōtumaciā in non purgādo se, & sic postquā cōstat de infamia, tūc ꝫ contumacē incipit processus eo, quia est contumax in se purgando. ita intelligit glo. Alexan. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam in criminali alibi pleniùs est prouisum, vt in c. tuæ. & in c. quoniam. vt lit. nõ contest. & in ca. j. de in. & c.j.q.iij. ca. rursus. &
a c. quicunque. ¶ Remaneat infamatus. Circa hoc vide gl. in ver. non desecit. & ibi Abbas. qui eam appellat singularem in ca. super his. de accus. secus si committitur conscientiæ. non tñ debet intelligi de conscientia vulpina, vt dicit Bal. in l. 2. C. de fideic. licet in lectu-
ris communiter nõ habeatur, vt in cap. statutum. in §. assessorem. de resc. li. vj. & vbi gl. quod tñ limita. vt not. glo. fi. in cle. j. de iur. ep. ¶ In glo fi. ex hac gl. possunt colligi duæ solutiones ad ẽrium formatum in priuilegio glo. Prima est, vt deficiès in purgatione in crimine hæresis nunquã tradatur curiæ seculari, quia hæc est
d probatio ꝓsumptiua & non vera, & directa. Secunda sol. ꝙ ideò non traditur hic curiæ seculari, quia volens redire ad fidem, debet recipi, & parcitur sibi quo ad mortem, Hanc sol. vltimam tenet Host. & *cõiter* doct. & est in se verissima. nã si verè conuictus, vel confessus potest redire ad fidem, & non tradi curiæ seculari, fortius idẽ dicendũ in conuictũ interpretatiuè. sed prima solut. glo. *cõiter* nõ recipitur. vnde concludunt Doct. & maximè Hosti. ꝙ ad quãcunq; pœnam agatur deficiens in purgatione debet puniri vt conuictus. ¶ Et ex hoc dicto infertur ꝙ si iste alias incidis-
set in hæresim, & nunc ex deficientia in purgatione haberet pro conuicto, & relapso deberet tradi curiæ seculari. vt in ca. accusatus. de hæret. li. vj. quod est notandum. nam ex dicta glo. conclu-
e deretur oppositum. ¶ † Not. tñ ratione glo. nam potest adduci
ẽ ad statutum ꝙ uo cauetur, ꝙ conuictus de tali crimine puniatur
f tali pœna, ꝙ deficiens in purgatione non debet puniri illa pœ-
g na statutaria, quia illa non est vera conuictio, sed præsumptiua, & interpretatiua, & statuta habent locum duntaxat in casu vero. ff. de neg. gest. l. 3. & in c. nostra de in ur. facit quod no. Bar. in l. j. ff. de sica. ꝙ cum statuta hodie puniant communiter male-
h ficia, nõ incidit quis in pœnã statutariã, nisi perfecerit delictum. h

Et

gauerit non condemnatur statim, vt conuictus, sed solum excõ-
municatur, in qua excommunicatione si per annum perseuera-
uerit, etiam si in veritate non sit hæreticus, damnatur vt hæreti-
cus, de hæret. excommunicamus §. j Sed But. nititur aliter saluã-
re gl. & dicit ꝙ aut proceditur per viam accusationis, & tunc ha-
betur pro conuicto, etiã, vt tradatur curiæ seculari. Aut proceã-
tur per viã inquisitionis, & tunc ex tali processu non debet in-
poni pœna secularis, seu pœna naturalis delicti, quia ad talem
pœnam nõ procedit ex processu inquisitionis, & indictionis
purgationis sed ad pœnam ecclesiæ, quæ est priuationis offici-
& beneficij. & ꝙ in monasterio mancipetur, vt ꝑ eo. cũ dilectus.
Sed iste intellectus non est verus. & ẽ muniter per Doct. repro-
batur. Nã ex quo habetur ꝙ conuicto. si ꝓsumptiuè est relapsus
debet tradi curiæ seculari, vt in c. accusatus. de hæret. libr. vj. Sed
ista gl. ꝙ præsumptiuè conuictus non debeat puniri pœna mor-
tis, posset procedere vbi aliter descenderet præsumptio, quàm
ex deficientia purgationis. de quo vide Doct. in capit. afferte. &
præsumpt. Alex. de Ne.

7 & infamiæ. & ita *cõiter* trãseunt doc. † Sed tu dic. ꝙ vbi ex istis cau-
sis non possunt haberi cõpurgatores clerici debet adhiberi lai-
cus. vtiã fœminæ si nõ possunt haberi viri, & si et laici. ea hac cau
sa deficerent, credendũ est soliiuramento ipsius. vt est glo no. in
ca. cum P. de accus. & in c. in decima. xviij q. ij. & c. cùm in iuuen-
a tute. ꝑ. e. in glos. fi. & vide etiam bonam gl. in c. clerici. lxxxj. dist. a

f ¶ Statutum. Statutũ disponens ꝙ conuictus de crimine puniã-
tali pœna, si habet locum in illo, qui habetur pro conuicto, qui
deficit in purgatione. Et de hac quæstione, vide Ant. in cap. a
clerici. in prin. de iud. vbi idem dicit, sed contrà hanc opin. vide-
licet ꝙ imò habeat locum statutum in eum, qui deficit in purga-
tione, alleg. tex. in c. ad audiẽtiam. & in c. cum dilectus. de cle. non
resi. vbi est tex ꝙ statutum intelligitur secundum ius commune
& ideò non mirum si recipit interpretationem à iure com-
ni etiam quæ ad casum, sed pro isto dicto Abba. optimè face
quod no. Bar. in l. j. §. hoc interdictum. ff. de fonte. vbi dicit quòd
statutum imponẽs pœnam mulieribus perlas seu gẽmas fictas por
tantib. non habet locum in mulierib. perlas, seu gẽmas fictas por
tantib. Item ad hoc facit qđ no. d. Abb. post Io. And. in c. sicut
gnum. ſ. de homi. in q. an statutum loquens in faciente, habeat
locũ in mandãte. & vide quod ibi plenè notaui. Et adde hic Ant.
in cons. 183. & in cons. 224. vbi dicit ꝙ statutum loquens de con
tumacia, habet locum in vero contumace, non in ficto. Et facit
quod no. Bal. in l. transigere. in 5. col. C. de transla. vbi dicit ꝙ statu
tum loquens de homicidio, non habet locũ in eo, qui fuit con-
demnatus de homicidio ex ficta confessione, quia statutũ debet
intelligi de homicidio vero, cuius tamen ẽrium videtur dicere
Bal. in l. qũ. ff. de his, qui nota. infa. vbi dicit ꝙ ficta confessio in-
ducta per statutũ, æquiparatur verè factæ in iudicio. vide tñ Bar.
Ang. & Imo. in l. ex consensu. ff. de appel. Et adde hic omnino qđ
latè notaui post do. Abb. in c. ex parte. de sponsa. & qđ not. post
Ant. in ca. ad audientiã. de cler. non resid. Et adde ꝙ licet de iure
agentes. & consentientes pari pœna puniantur, vt in ca. j. de leg.
tamen statutum loquens de agente, cum debeat strictè intelli-
gi, non habet locum in consentiente, vt dicit Abb. in c. cum vo-
luntate. ꝑ. de sent. exc. Item ad prædicta facit quod not. Bart. in l.
transigere. in 5. col. C. de transac. vbi dicit ꝙ si statutũ dicat ꝙ de
omnib. delictis possit fieri pax, & concordia, præterq̃ de homici
dio. intelligitur statutũ illius de homicidio vero & ideò dicit ibi
Bal. ꝙ super homicidio ficto poterit fieri concordia. Item ad præ
dicta facit qđ no. Bar. in l. pro possessore. de reg. iur. vbi dicit ꝙ sta
tutũ dicit de possessore. & illo, qui dolo desijt possidere, & gna-
liter an statutum loquens de casu vero, extendatur ad fictũ. vide
per Bar. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iur. in 7. q. prin. & Io. An. in re
gul. pro possessore. in Merc. Bal. in l. si quis seruo. C. de fu. Bald. &
Imo. in l. Gallus. § & quid si tm. ff. de lib. & posthu. Imo. in l. j §. lex
Falcidia. ff. ad legem Falcid. de Bellentz.

¶ Adde an in statutis habeat locũ fictio. Fran. de Aret. cons. 147.
Cœp. cons. 151. Lu. Ro. cons. 10 5. Fulgo. cons. 26. Alex. in pluribus
consiliis, vt in eorum tabula videre poteris.

g ¶ Pœna. De hac rõne vide latius per D. Abb. in ca. insinuatũ. ſ. de
simo. & facit quod not. Abb. in c. vno. circa fi. de plus pet. vbi di-
cit ꝙ statutum loquens de coniuncto, non habet locum in illo
qui confessus fuit. de Bellentz.

h ¶ Perfecerit delictũ. Hoc dictum refert etiam Abb. in c. mulieres.
de sent. exc. & idem tenet Bal. in §. item lex Cor. inst. de pub. iud.
& vide Pe. de Anc. in rep. cap. canonum. de consti. in 6. principali
quæsito. 5. & si statutum. vbi dicit, ꝙ si statutum exigit factũ con
summatum, non sufficit, ꝙ sit inchoatum, & quòd in statutis re-
quiratur factum consummatũ, tenet Bal. in l. si quis non dicã fa-
pere. C. de epis. & cle. & An. Tl. j. §. hæc verba. ff. qđ quisq; iu. & per
Bar. in l. j §. diuus. ff. de sicar. Et adde, ꝙ tm in statutis requiritur
actus sit perfectus, ꝙ ẽ si statutũ diceret, si quis voluerit facere ta
le quid puniatur, requiritur ad pœnam imponendam, ꝙ actus sit
perfectus, nec sufficit sola volũtas. & expone illud verbũ, voluc-
rit. id est volũtariè fecerit. Ita elegãter determinat Bar. post
l. si. ff. de rerum diui. Item adde quòd illud dictum Bart. in l. j. ff. de
sica. quod refert hic D. Abb. refert etiam & sequitur D. An. in c.
ꝑ. de

Et ideo non sufficit acceptasse, seu fecisse actum propinquum, sicut de iure videbatur sufficere. l. si quis cum telo. C. de sicar. cum sit canonizata, de pœn. distinct. j. ¶ Extra gloss quæro quid si nõ reperiantur tot compurgatores, nunquid iste debeat haberi pro conuicto Hosti. dicit ꝙ si nõ põt habere ꝙ de eo testes non confidant, seu non est fides in alijs de eo, ꝙ tunc habeat ꝑ cõuicto, &
7 deficiente in purgatione, aut non reperit, quia pauper est seu extraneus itaque tunc habet notos in ciuitate. & hoc casu est sub ueniendum arbitrio iudicis ꝑsiderata qualitate pſonæ crimnis,

ADDITIONES.

a ¶ j. de eo, qui mit. in poss. de quo vide omnino. quod no. B d. in ca. fi. de consue. de Bellentz.

¶ Adde quod voluit Bal. consi. cccvj. lib. j. vbi ponit, an stante statuto ꝙ capite puniatur, qui adulterium mixus fuerit, si quis attẽtauit, sed timore perterritus aufugit, an debeat puniri.

a ſo Sed aduerte ad aliqua pro declaratione. Et primo, quia text. dicit seruantes iustitiam, & mollientes rigorem, in quo seruauerit iustitiam. & in quo rigorẽ temperauerit. Host. & Doct. dicũt ꝙ iustitiam seruauit in numero quartædecimę manus, & rigorẽ temperauit, quia propter vnum quodque quod in text. dicitur, s. infamiam, suspicionem, & scandalum potuisset imponere purgationem septimæ manus, argum. ſ. eod. ex tuarum. & sic purgatores fuissent 21. Secundò quæro de intellectu text. ibi, nolumus improbare. Innocent. dicit quòd quidã dicunt, quòd noluit improbare, imò approbauit, quia propter immanitatem criminis, infamatus potest suspendi statim, non solùm ab officio, sed etiã à beneficio. vt hic. Et dicit Inn. quòd etiã propter minora crimina quis suspenditur ab officio, 2. q. 5. presbyter. & hoc tenuit ibi Hugo. Alij vero quòd non improbat, & sic remanet dubium, vt olim Host. verò refert alios dicentes ꝙ ex quo deductũ fuit in iudicium eo ipso ꝙ non improbat, approbat, arg. de probat. cũ ãdudum. in fin. Tertiò quæro de intellectu literæ prope fi. c. in ecclesiasticæ disciplinæ m icrone ꝓcellas. Host. exponit. i. degradatione, quia ſm eum est duplex mucro in ecclesia, ſ. spiritualis, & temporalis, de quibus in c. dilecto. de sent. excomm. in 6. Mucro autem spiritualis potest magistraliter ſm eum diuidi quia vnus est erradicãs & mortalis, ſ. degradatio, vt hic. & de homi. pro humani. in 6. Alius autem est medicinalis, & disciplinalis, ſ. excommunicatio, quæ dicitur etiam mucro, 16. q. 2. visis. & de reb. eccle. non alien. si quis. & de hoc duplici mucrone loquitur tex. in ca. j. de sent. exc. in 6. Primus mucro, ſ. erradicans nõ est tantũ ad correctionem, imò ad punitionem. reddit enim hominem mortuũ inhabilem ad officiãdum in ecclesia. si tñ celebraret, cõficeret, vt vidistis in cap. j. de scisma. nec cum tali de facili dispensatur. de cler. nõ resid. ex tuæ. & est casus spec. alissimus, in quo fuit cũ episcopo dispensatum in c. transmissa. ſ. de elec. Secũdus verò mucro dicitur medicinalis, & disciplinalis: quia ad correctionem tantũ hominem à Deo ſeparat. & ſeparatũ declarat. 2. q. 1. multi. 24. q. 3. notandũ. de quo art. plenè vide in c. 1. de sent. excõ. in 6. Quarto quæro an iudex possit ꝓcedere super inquisitione infamiæ, Doc. dicunt ꝙ sic in ordinario. secus in delegato. de quo dic. vt in ca. cum oporteat. ſ. de accus. & in c. 2. in 1. gl. & per Doct. ſ. eo. de accu. in 6. & hæc sufficiant in isto cap. Alex. de Ne.

dum aliquem, Doct. dicunt ꝙ non, vnde isti sunt voluntarij, & nõ coacti. vt dixi in c. præcedenti & facit cap. cum D. S. eod. secus tñ est in alijs testibus. vt ſ. de testa cog. per totum. & põt esse ratio di uersitatis, quia isti deponunt secundum conscientiam, & opinio nem eorum. Alij verò deponunt de his quæ acta sunt coram eis.
1 vñ isti de quibus in tex. possunt timere periurium. † Et pòt indu
b ci hoc dictum ꝙ habentes b deponere secundum conscientiam
c non possunt compelli c, & esset notabile dictum, si esset verum, & facit pro istis artificibus expertis in aliqua arte quibus iudex iniungit, vt debeant aliquid æstimare.

ADDITIONES.

a Ex hoc infert Vinc. ꝙ compurgatores debent esse tales, qui fuerunt in loco tempore commissi dilecti. Sed D. Car. dicit ꝙ Vinc. melius diceret si dixisset tempore extortæ infamiæ. Sed ego credo ꝙ Vinc. melius dicat, quia compurgatores debeant habere notã vitam purgandi nedum moderno tempore, sed etiam præterito vt vidisti ſ. c. cum P. vbi per Abb. Sic. non sufficeret ipsos habere notam vitã ipsius tempore extortæ infamiæ, nisi habuissent eũ notum tpe delicti commissi si purgandus erat bonę famę, & hoc casu sufficit ꝙ compurgatores habuerint ipsum notum tpe extortæ infamiæ cõtra eum, & hoc modo procedit opi. D. Car. Aut non constat ipsum fuisse bonæ famæ tempore commissi delicti, & tunc procedit opin. Vin. Alex. de Ne.

b ¶ Habentes. Illi qui habent deponere secundum conscientiam, non possunt cõpelli, quod est notandum pro æstimatoribus. Et ad hoc facit quod no. Bal. in l rem non nouam. C. de iud. vbi dicit ꝙ ille, cuius cõscientiæ stari debet non cõpellitur exprimere causam mouentem conscientiam. de Bellentz.

c ¶ Compelli. Vide Fel. in c. proposuisti. ver. j. conclusio. ſ. de prob. vbi ponit de peritis in arte. an possint cogi ad dicendũ illud quod sentiunt. Seb. Sapia.

SVMMARIVM.

1 *Infamia facti orta ex non probabilibus coniecturis, & ab æmulis est nullius effectus.*

2 *Testes qui requiruntur in aliquo actu, cum certis qualitatibus, si in loco, vbi actus celebratur non reperiuntur testes cum dictis qualitatibus, sunt adhibendi quomodo reperiuntur.*

SVMMARIVM.

1 *Artifices experti in aliqua arte, quib. iudex iniungit, vt debeant aliquid æstimare an cogantur, siue possint compelli deponere secundum conscientiam.*

CAP. XI.

CVM DILECTVS. Breue est, nec pòt aliter summari. No j. ex tex. vnam bonã qualitatẽ requisitam in cõpurgatorib. vt sint vicini illius, quẽ purgare volũt, & quò ad hoc potest saluari hoc c. de superfluitate. nã vicini præsumunt melius scire cõdõ-
a nẽ, & qualitatem vicinorum, vt in c. quoniã. & c. quãto. de ꝓsump. a puto tñ ꝙ vbi ex causa nõ reperirentur vicini, vt quia ex aliqua causa sunt sibi exosi, ꝙ sufficiat habere alios. ad hoc ſ. c. prox m. Sed quæro nunquid cõpurgatores possint compelli ad purgna.

CAP. XII.

CVM IN IVVENTVTE. Nota semper ꝙ ꝓpter infamiã est indicenda purgatio, potest tñ quandoque indici etiã vbi non est indicenda ad instantiam purgandi, vel aliter, & melius sic. Si infamia ortum non habet ex probabilibus coniecturis, nõ est de necessitate indicenda purgatio. potest tamen indici ad instantiam purgandi. hoc dicit, & est casus nota. secundum istum intellectum. Prima pars narrat factum, & petitiones ꝓcuratoris. Secunda petitionem improbat. Tertia petitionem cum quadam protestatione admittit. secunda ibi, videtur. tertia ibi, cæterum.

¶ Casus literalis. Episcopus Quinclinen. ecclesiæ dicebatur habere immoderatam familiaritatem cum quadam nepte sua, propter quod rex Vngariæ sæpe scripserat domino Papæ. vt illum de Vulgari remoueret. vnde Papa scribit cuidam episcopo, vt super hoc cautè inquireret cum episcopis Vngariæ, & ipsi postmodũ rescripserunt do. Papæ quòd cum bonum virum & honestæ cõuersationis esse credebant, personam ipsius multipliciter commẽdantes. Sed quia pater filium, quem diligit corripit ad maiorem cautelam, dominus Papa mandauit eidẽ, vt ab illius familiaritate totaliter cessaret, ꝙ sinistra suspicio de ipso haberi nõ posset, sed quidam malus homo rescriptum illarũ literarũ furripuit, & apud regem, & alios magnates ipsum nequiter publicauit, vt magis infamaretur, sed Papa licet repulsatus fuerit multoties contra ipsum, tamẽ aduersus eum noluit commoueri, sciens ꝙ facile dictũ sequitur multitudo, posteà verò cũ dictus episcopus ad Stringonen. metropol. extiterit postulatus, quidam qui aduersabantur eidem, vt promotionẽ impedirent ipsius cœperunt ipsum iterum infamare, vnde ipse de quorundam amicorum suorum consilio quendam procuratorem ad curiam destinauit postulans à dom. Papa, quòd purgationem canonicam faceret indici ad suã innocentiam ostendendam. Papa postulationem illam reputans minus ꝓpidã, ab ea ipsum procuratorem sæpe voluit reuocare. Sed quia procurator instabat, Papa mandauit purgationẽ eidẽ indici cũ duobus abbatib⁹, quamuis protestatus fuerit, quòd ex alia causa petitio talis improuidè tũc fiebat, ꝙ suffraganei Stringonen.

Universidad de Deusto

ecclesiæ vix eo tempore purgarent eundem, qui in facto postulationis contradicebant eidem,& suffraganei Colocen.ecclesiæ ipsum minimè tunc purgarent,quia inter eum,& Colocen.archiepiscopum de Strigonen.metropoli,quæstio verteretur,vnde cū non sint alij pontifices in Vngaria,merito videbatur quòd non per episcopos regni sui super illo articulo se purgare non posset.Ber. ¶ † No.j.ex tex.singulariter ꝙ quando constat infamiam
a processisse ab æmulis,non est ex ea indicēda purgatio:& etiam ad instantiam aliorum,nec debet iudex concedere ex tali infamia purgationem.Et ex hoc infertur,quod dixi in summario, quòd vbi constat infamiam ex probabilibus coniecturis non processisse, quòd de ea non est curandum, vnde nullum de iure habebit effectum, sed habet bene locum illud, Vanæ voces populi non sunt audiendæ in capi.Ofius.de elect. & in l. decurionum. C. de pœ.Et idem voluit Bart.in l.de minore.§. tormēta. ff. de quæstio. & hoc dictum optimè probatur hic.¶ Secundò no.tex.ibi,dictū facile sequitur multitudo,&c.hic dicitur.

Fama volat transitque modum quocunque feratur.

b Eximiè crescit,sed non citò fama quiescit. b ¶ No.ibi,super hoc bonum zelum,&c.quòd nō debet aliquid fieri ex solo zelo, nisi subsit iudicium rationis,facit secundum Hostien.contra religiosos prælatos habentes tantùm zelum in puniendis delictis, vt prætermittant ordinem iudiciarium,inquirentes quādoque de criminibus omnino occultis,& ideò dicit periculosum ignorantes iura promoueri in episcopos.de quo in ca.j.de consangui.&
c affini.c ¶ Not.quod infamia facti habens ortum ab æmulis non impedit quem promouendum ad dignitatem.¶Vltimò colligitur argu.quòd numerus compurgatorum est arbitrarius, nā hic fuerunt deputati duo abbates.& in c.inter,§.e.fuerunt 14.& in ca. §.eod.dicitur de duodecim.& in cap.ex tuarum.§.cod.dicitur de vij.arbitrabitur ergo iudex numerum secundum qualitatem personæ,criminis,& infamiæ.d¶ In glos.in verbo postulare.in fine. Inno.tenet quòd procurator potuit hoc postulare,licet sit generalis,sed forte Inno.motus est ex ratione glo.quia hoc videbatur vicinum mandato,nam cum esset super stipulatione iam facta de isto episcopo,ne aliquo modo impediretur propter infamiam potuit petere purgationem infamiæ.arg.in l.ad rem mobilem.ff.de procu.tamē secundum Host,ista purgatio non erat de
d necessitate indicenda,tum quia petitio iniusta.vt in textu, quia Papa non astringitur dispositione iuris,vt in capit.proposuit. de concess.præbend.tum quia purgatio non dependet ex voluntate
e partis,sed ex dispositione iuris.e † In glo.fina.no.bene glo.& vide
2 quod dixit in ca.inter.§.eod.in fin.Et facit hæc glo.iuncto tex.in argu.quòd vbi testes de iure necessarij non reperiuntur in loco, tunc quales reperiuntur idonei iudicantur.Et hoc fuit consultū in quæstione facti.dicit statutum ꝙ ad confectionem inuentarij requirūtur testes cum certis qualitatibus,opponebatur postmodum ꝙ testes non habebant qualitates requisitas. replicabatur, ꝙ in loco illo non reperiebantur testes cum illis qualitatibus.& certè ex hoc debet actus tolerari.ad idem tex.cum gl.in ca.cum
f dilecti.de elect.f

ADDITIONES.

a ¶Purgatio.Adde de hoc latius videndum Rom.consi.ccclj.

a Purgatio.Ad hæc faciunt not.per Bar.in l.de minore.§. tormēta. ff de quæst.vbi ponit quòd fama debet oriri à fide dignis personis,alias non probat.de quo ibi per Alex.&per Sali.in l.ea quidē. C.de accus.in materia famæ.Seb.Sapia.

b ¶Et dicit Goffr.ꝙ hæc ratio est quare plures qui intellexerunt ab vno non probant,de test.licet ex quadam ,& ponit versum, fama volat transitque modum quocunque feratur. & maximè, vt dicit B.Hieronymus,cum ad matronas peruenerit, quia ipsarum linguis ventillata prouincias penetrat. Alex.de Neuo.

c ¶Hostien.dicit quòd isti erant sine pelle, sed idiotæ, quòd ex bono zelo frequenter peccant religiosi,quia tantum zelum videntur habere ad corrigenda peccata , quòd nullum ordinem volunt seruare,& de occultis etiam inquirere,& punire contra capit.inter.§.eod.vbi non proceditur,nisi contra infamatos, de accusa.qualiter.el 2.& quòd dicit esse periculosum promouere ipsos ignorantes iura,argum.de consangui.& affinit.capitul j. In omnibus enim sequendum est iudicium rationis,& secūdum alleg.& probata,non sm conscientiam iudicandum. de præbend. graue.& de offi.ordinar.si sacerdos, neque iuribus maximè canonicis præferenda est capitanea voluntas.de constitu.capitul.t. & capitu.ne innitaris.nec quis debet peccatum timere in obseruando iura.cum ipsa nullum peccatum nutriant xxiij. quæstione
4 qui peccat.14 quæstion.quisquis.& capitu.ad præcipitur. & si-

ne prædicta est exponenda ibi sm conscientiam. i. prudentiam. Isti enim habent erroneam scientiam , seu conscientiam , & sic non habebant prudentiam.xv.q.j.§ j.& ibi de hoc in glos.quæin cip.quidam. Alex.de Ne.

d ☞ Et hic fuerunt deputati duo Abbates, quia non poterat purgari per pōtifices regni Vngariæ,cum essent inimici, de alio regno compurgatores non fuissent idonei , quia debent esse vicini,vt in capitulo præceden.idem dicit Hostien. & Doct. Alexan., de Ne.

c ¶ Sed aduerte,quia oppositio glos. non videtur facere ad propositum, quia procurator petendo purgationem indici domino, non defert alteri iuramentum.Sed dicit Do.Card.quòd glo. habuit respectum , quia purgatores habent iurare, vt j. capitul. proxim. Vnde procurator petens purgationem indici domino, videtur deferre iuramentum ipsis compurgatoribus. & sic debet intelligi glos. Item inquantum glos.in 4. solut. dicit quòd habebat mandatum, vt colligitur ex lirera , dicit secundum Do. Cardin.quòd colligitur ex eo quòd vocatur procurator, nam procurator dicitur ille, qui mandato domini aliena negotia ministrat,vt in l.j.ff.de procuratorib. Et inquantum Abb. Sic. allegat Hostien, dicit quòd siue habuisset mandatum, siue non, nulla iuris necessitas cogebat Papam hanc postulationem admittere. Primò quia erat improuida, vt in litera dicitur. Secundò quia Papa non est subiectus iuri, de concess præbend.proposuit. Tertia non est efficacior, quia indictio purgationis , & modus ipsius non pendet ex voluntate , vel petitione partis,sed ex arbitrio iudicis,de hæreti.excommunicamus. el j.§.j.& §. adiicimus. Vnde etiam si episcopus fuisset præsens,& hanc petitionem faceret,non teneretur Papa de necessitate iuris admittere. Sed Papa fuit protestatus,vt si episcopus in purgatione deficeret,non molestè ferat: pœnæ impositionem,sed sibi potiùs imputet:fuit etiā protestatus,vt cum contra iura faceret censeretur ius ignorare, de temporibus ordinan.vel non est compos. Alex.de Ne.

b ¶Vulneratus. Vtrum ille, qui confessus fuit peccata sua, & remisit omnib. iniuriam, possit postea agere iniuriatum, & adde quod no. d. Abb. in c. j. ẽ. de cle. mal. & de illo, qui remisit in extremis. an prosit ista remissio, si reconualescit. dicit Bal. quòd sic. in l. diuus. ff. ad Silla.
c ¶Pœna capitalis. Vide Bar. in l. j. ff. si quis test. li. esse iuf. fue. & in l. quod Nerua. ff. de postul. cum alleg. per Iaso. in l. j. de legibus, Sebast. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Damnum si sensero culpa alicuius tam in re quàm in persona teneturmihi ille satisfacere.*
2 *Venenatus aliquam rem in loco proprio ad venenandum animalia si ob hoc insurgat aliquod damnum, ipse est obligatus.*

CAP II.

SI QVIS. Breue est, & ideò non summatur, nec diuiditur. Casus literalis. Si aliquis effoderit cisternam, & non cooperuerit eã, & bos alterius, vel aliud animal in eã ceciderit, dominus ci
sterne det pretiũ animalis, & illud quod mortuum est illius erit.
1 Ber. † No. qp dans causam damnificandi animalia alterius tenetur ad æstimationẽ, etiam si non fecit ex proposito. punitur. n. ex culpa sua. Et facit contra eos, qui ponunt venenũ in loco, vt animalia venientia inficiãtur. nam certè siue ex dolo, siue ex culpa illud fecerint tenentur, quia nõ debebat talia proiicere. in loco publico. qua possunt aliis esse nociua. Et licet tex. hic dicat qñ bos vel aliud animal incidit in foueam. idem tamen puto si homo liber, vel seruus incidat, vt teneatur qui aperuit, vel effodit ad interesse. arg. in c. fi. j. eo. quia qui causam dãni dat, dãnũ intulisse vr, vt ibi.
2 † *In* gl. 1, in fi. hoc dictum puto verum, qñ fraudulenter non facit in loco priuato. secus si fraudulenter, vt quia sciebat animalia vicini illuc venientia, ẽm consuetudinem, & fecit foueam, vel proiecit escã venenosam. tũ puto eum teneri. nam non debet etiam
a in suo quisquã aliquid facere animo nocendi alteri. ar. ff. de dam. infe. l. qui vias. & ff. de reg. iur. l. qui domum. & gl. in c. cũ ab eccle-
b sia Vulterana. in ver. iniuria. de ele. non sunt duo b menses, qp de fa
c cto fuit in ista ciuitate. c

ADDITIONES.

a ¶*Animo nocendi.* Si etiam non licet ædificari in suo, qñ quis facit ad æmulationem vicini, vel alterius. vt per Bart. in l. cum allegas. C. ne fisc. vel respu. cũ alle. per Iaso. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & ibi ponit qin dubio nõ præsumitur quis facere in suo animo nocendi.
b ¶Duo. *In* ista decre. si quis est casus, qp si quis interfecerit bouem vel aliud animal de æstimatione, non debet deductio fieri pellis, & carniũ, sed tota æstimatio debet solui, & animal mortuũ erit interficietis. *Ad* qd facit text. in l. vt tantum. §. æstimatio. ff. de seruo corr. sed de ista q. vide Alb. in 2. par. statu. q. 82. & cum isto tex. videtur concordare tex. in c. si bos. j. c. & adde hic tex. in l. quid ergo. §. si hæres hominem. ff. de leg. 1. & adde hic tex. in l. caro. & coriũ, quimo. vsufamit. & in l. si seruus. ff. de cond. tu. & vide gl. in l. deducta. §. pe. & in §. mancipiorum. ff. ad Treb. vide Sali. in l. data opera. C. qui accu. non pos.
c ¶Sed aduerte quia aliqui habent in tex. operuerit, aliqui aperuerit. Prima autẽ litera exponitur operiunt. j. cooperiunt. ita qnihil videre possit. & sic ex culpa obligat non faciẽdo quod facere poterat. Secunda verò exponitur, aperuerit. i. publicauerit, & dicit Aegi. qp dicatores hoc exponunt de illis qui aperiunt dubia scripturarum diuinarum, quæ posteà insoluta dimittunt. Sed D. Car. dicit qp prima litera est vera. Secunda vero, ẽ mentem tex. quasi diceret qp non sufficiat publicare, nisi etiam cooperiat. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Animal irrationale si fecerit aliquod damnum, vel in re, vel in persona, dominus tenetur insolidum si sciebat ipsum damnosum, & non custodiuit, secus si ignorabat.*

CAP. III.

SI BOS. Breue est, ideò non summatur, nec diuiditur. Casus literalis. Si bos alicuius ab heri, & nudiustertius cornupetẽs est, & dñs illũ nõ custodierit, si aliũ bouẽ occiderit, reddet bouẽ pro
1 boue, & mortuum bouẽ recipiet. B. † No. 1. ex tex. dãm teneri ex damno dato per animal suũ. & intelligitur qp tenetur insolidũ, vt ipse fuit in culpa, vt quia sciebat animal suum vitiosum, & nõ custodiuit. Si aũt animal illud non solebat esse vitiosum, & dãnũ dedit sine culpa dñi, dñs non tenetur insolidum, sed potest se liberare dando illud animal, quod lęsit, vt de iniur. alle. in gl. & ideò propter hanc diuersitatẽ ponderatur in tex. qp erat cornupetẽs ab heri, & nudiustertius, quia ex quo prius erat vitiosum dñs præsumitur sciuisse, & si non custodiuit tenetur insolidum, vnde nõ liberatur dando animal. secus autẽm si ignorasset probabiliter, quia tũc satis est dare animal, vt in c. fi. j. e. *In* gl. ibi: cum dubium est. No. gl. qetiam stante dubio quis primò fuerit aggressor, non tenetur dominus animalis occidentis, & idem no. in § cum arietes, hic all. & sequuntur hic Io. An. nam tex. in d. §. cum arietes. requirit aggres-
a suram. a

SVM

ADDITIO.

a ¶Quidam tamen dixerunt qp in dubio dñs superstitis tenetur, qa in dubio psumitur qp tãquã fortior aggressus fuerit. Sed Laur. Vin. Host. & communiter Doct. tenent contrarium dicentes qp in dubio fauetur absolutioni, vt in c. 2. de re. iur. & per l. scientiam. §. cũ stramẽta. ff. ad l. Aqui. qui tex. bene facit. Nam ibi dicitur qp si duo tamen silentes stramenta ardentia corruerint, & alter ignecon sumptus est, superstes non tenetur, nisi constiterit eum qui mortuus est eo elisum. Alex. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Animalia aliena non possunt pascere in loco alieno, si ex hoc dãnificatur dominus, alias secus. 2.*
2 *Ite. uerans per prædium alienum potest ibi pascere iumentum suum, si hoc facis sine damno domini.*
Colligens vuas alienas, vel fructus tenetur ad æstimationẽ, nisi excusaretur ob miniam paupertatem.
3 *Animal vicini mei si inueniam dare damnum in agro meo nõ possum ipsum retinere, donec dominus satisfecerit.*

CAP. IIII.

1 SI LAESERIT. †Breue est, &c. Casus literalis. Si iumentũ alicuius læserit agrum, vel vineam alterius restituet æstimationẽ
2 damni. B. †No. primò, ex tex. q̃ non licet in alieno depascere animalia sua, quod intellige quando dat damnum, secus si non daret damnum, puta, quia itinerãs transiens per prædium alienum depascit ibi iumentum suum, sine damno, vt de pace te. cap. quo
a niam. §. fi. in fi. feu. a pro hoc tex. hic, qui requirit damnũ, quod no. contra lædentem agrum, vel vineam, puta capiendo vuas, &c. vt teneatur ad æstimationẽ, nisi necessitas maxima excusaret. de conse. dist. 5. c. discipulos. & quod no. in c. si quis propter necessi
b tatẽ. ẽ. de furtis. b In gl. ibi: nisi dando animal velis liberare te. hoc procedit quando dominus non fuit in culpa, & ideò non procedit quo ad terminos huius c. quia ipsemet dominus iumentum suũ deduxit in alienũ cãpũ, vt ibi pasceret, vnde tunc tenetur insolidum ad æstimatiõem, quia ipsemet videtur dedisse damnum, & sic tenetur insolidum. l. 1. ff si qua pau. fe. dic. & le. 2 ff. ad legem
3 Aquiliam. & j. eo. c. fi. †In gl. in fi. vult gl. & bene q̃ si reperio animal tuum dans damnum agro meo, non possum ipsum retinere donec satisfeceris. quod consultum est mihi per aliam rationem quàm per retentionem, dictum verum est, vt probatur in l. quintus. alle. in gl. in lect. Bar. in l. ratis. ff. de incen. rui. nau. sed ratio nõ est generalis. nam sequeretur ex ea, q̃ si res tua peruenit ad me, si nevitio, non possum eam retinere pro debito, quia mihi cõsultũ est per actionem personalem. q̃ est falsum. vt l. si non sortẽ. §. si cẽ tum. & quod ibi no. ff. de cond. ind. & l. 1. C. etiam ob chirogr. pec. sed tenetur animal dimittere, quia sine consensu domini resperenit ad eum, & dominus nõ præsumitur consentire. ar. l. quivas. §. vetare. ff. de fur.

ADDITIONES.

a ¶Ibi dicitur q̃ transeũdo licet herba, & viridi sylua pro sua cõmodirate, & vtu necessario sine vastatione equum suum pabulando reficere, & no alib. vti.
b ¶Sed opponitur contra tex. in eo q̃ copulatiuè requirit q̃ quis læserit agrum, & quòd eius iumentum ibi depascatur. sufficit. n. alterum. vt in c. præce. Sol. Doct. exponunt. Et pro vel. ff. de verb. sig. sæpe. Cum non quis teneatur de damno dato per iumentum suũ vi. §. c. prox. fortius de damno dato per se ipsum tenetur in solidũ: sed de dato per iumentum sufficit q̃ det ipsum pro noxa, vt in ca. præced. secundum Host. & Doct. Sed intellige hoc vltimum. f. q̃ liberatur dando animal pro noxa quãdo dominus non fuit in culpa. vt dicit Abb. Si alias secus. vt in c. fi. j. eo.

SVMMARIVM.

1 *Ignis, quem posui in agro meo, si ex vi ventorum, vel alio casu dederit damnũ in re vicini, an ego teneor ad dicti damni emendationem.*
Damnum datum, vel pœna, an debeat solui de iure canonico.

CAP. V.

SI EGRESSVS. Breue est, & c. Casus literalis. Si aliquis apposuerit ignem in agro suo, & damnum dederit in segetes vicini sui,
1 damnum restituet. B. †No. 1. a ex tex. q̃ dans damnum alteri vici
a no sine dolo, tenetur ex culpa sua ad emendam, etiam secundum ius canonicum. ad idem tex. in c. seq. ibi tamen tex. loquitur in voluntario. Sed vide no. per Inn. in c. sicut dignum. de hom. prope fi. vbi in foro animæ dicit aduertendum vtrum iste fuerit in lata cul
b pa, leui, vel leuissima. b Primo casu tenetur quidem, sed in leui, & leuissima, scias quòd non tenetur ad æstimationem, sed imponetur pœnitentia. arg. 15. quæsti. 1. capi. inebriaverunt, secus est in foro contentioso, quia in Aquiliana actione, venit etiam leuissima culpa. l. 1. ff. ad l. Aqui. & hoc dictum Innocẽ. est valdè singula re. de quo multũ dubito. Quare forus animæ debeat discrepare à foro contentioso, cum hæc lex sit valdè rationalis, nisi dicat q̃ licet ista æstimatio sit interesse respectu damnũ passi, respectu tũ inferen

ADDITIONES.

a ¶Nota primò. Adde hic Alberic. in secunda parte statuto. quæstio. xciiij. vbi ponit quid si ex statuto communitas teneatur reficere combustas domos. & orto incẽdio in vna domo, euagatur in alias per violentiam ventorum. & quid si vna domus fuit deuastata causa euitandi incendium ortum, an ille qui fuit causa incendij, teneatur ad damnum illius, cuius domus fuit deuastata, vide Angelum in consilio cxcv. & rext. in lege tertia. §. quod ait prætor. ff. de incen. rui. nau. vbi dicit quòd causa euitandi incendij licitum est diruere domum vicini, & vide quod nota. in repertorio, in verbo incendium. & pro illo tex. in dicto §. quod ait prætor. vide alium textum. in lege si quis fumo. §. 1 ff. ad legem Aquiliam. de quo vide Specu. in titulo. de actore. §. 1. versiculo 14. fit incendium. & vide text. in lege, si alius. §. est autem & alia. ff. quod vi, aut clam. vbi est tex. quòd si domus alicuius fuerit deuastata propter euitandum incendium, num debet refarciri bannum illius, cuius erat domus, si ignis peruenit vsque ad locum istum, sed contrarium in hoc tenuit Gulielmus de Cu. & Bartol. in lectur. antiqua. in lege secunda, in princip. per illum textum, vt ibi refert Paulus de Ca. ff. ad leg. Rho. de Iac. Sed primam partem firmat Bartol. in dict. §. est autem. & alia per illum textum apertum. Sed posset responderi ad dictam legem secundam. ff. ad le. Rho. de Iac. quòd ibi loquitur in periculo naufragij, quod est magis connexum, quia vna merces nauis propter naufragium non posset perire, quin periret alia. Sed periculum incendij nõ est ita cõnexum, quia bene potest comburi vna domus sine alia cõtigua. Ideò non mirum, si destruens beneficium, vel ædificium propter incendium, non teneretur reficere. vide etiam super hoc Angelin dicto consilio ccxv. & super hoc passu consuluit etiam d. Bartol. de Sal. Sed posset subtineri dictum Gul. de Gug. quando ignis esset ita magnus, quòd in dicto casu nõ potuisset euitari aliquo modo incendium ædium vicinarum, nisi destructa fuisset illa domus intermedia, quia tunc militat ratio d. l. 2. & isto casu in refectione damni, quod facit vicinia, debebit detrahi portio, quæ contingeret in illum, cuius domus deuastata est, in computatione communis. At ad hoc optimè allego quod notat glossa in lege prima. ff. ad le. Rho. de iac. & optimè quod notat Ray. de For. & Doctor. in lege ab omnibus. §. si actio per illum textum. ff. de legatis primo. An autem tota vicinia teneatur reficere isto casu vel qui sint illi, qui teneantur, an illi qui sunt contigui tantum, an omnes alij. nunc non decido, nec recolo me alicubi legisse. Ad prædicta tamen adde quæ latè habentur, maximè per Baldũ in lege data opera. C. qui accu. non poss. item an, & quando incẽdium dicatur casus fortuitus, vide Bal. in l. secunda. C. depositi. item adde ad istam materiam tex. in lege si seruus seruum. §. si quis insulam. & §. si fornacarius. ff. ad legem Aquiliam. & habeo illud consilium Bartol. de Sali. suprà allegatum, quod incipit, in Christi saluatoris nostri nomine. quod est consilium valdè notabile ī materia, quod attingit quasi omnes quæsti. prædictas. & tunc etiam consuluit Franciscus de Raphaele. cuius consiliũ habeo. quod incipit. in Christi nomine amen. in themate præmisso, &c. de pœna autem incendij, vide tex. & glossin capitulo tuanos. infra de sententia excommunica. & vide quod ibi, & plene notaui post Abba. circa illud, quod dixi de incendio, an dicatur casus fortuitus, distingue quòd aut fit à domestico, & non dicit fortuitus, aut fit ab extraneo, & tunc dicitur fortuitus. Ad hoc textus optimus, in lege, qui insulam. §. finali. ff. loca. cuius contrarium notat glo. in lege cum duobus, §. damna. ff. pro socio. textu. tamen in lege quarta. § primo. de offic. præfect. vigil. dicit q̃ incendia plerunque fiunt culpa habitantium. Ad quos autem spectat habere custodiam ignis in ciuitate, vide textum in lege prima, & sequen. & in lege fina. ff. de offic. præfecti vigil. de Bellentzinis.
¶Adde ad omnia supradicta Io. de Ana. con. 71. & quod voluit Ludo. Roma. singula. & Alex. cons. l. j. li.
b ¶Vel leuissima. De veritate vide Corset. in singular. suis in verbo. forum conscientię. & Deci. in capitulo secundo. lect. 2. versiculo quintò adde. infrà, de constitu. & latè in capitulo quoniam contra. in gl. in verbo, negligentia. suprà, de proba. Fel. in d. c. sicut dignum. de homi. & And. Sic. reprobantem Inn. in repe. c. Raynaldus. versi. item in quantum do. Abb. ẽ. de testa. Sch. Sap.

inferentis est pœna, quæ in foro animæ non debet habere locũ, ex quo est extra dolum, & latam culpam, quinimo ibi subest dolus, licet in foro animæ teneatur ad æstimationem, non tamen te
a netur ad pœnam gl. est singularis, in c. fraternitatis. v. qõ. ij. a ¶ In gl. fi. in fine. & pone exemplum postquam quis ignem appoluit in suo agro, vt stipulas combureret, & ventus validus repentè superuenit, & deiecit ignem in agrum alienum, ita quòd iste non valens compescere, & defendere contra vim ventorum graue damnum illarum est agro vicini, dic quòd iste nulla in culpa reperitur. idem in muscipula transeunte cum igne ad domum, vel agrum alterius, ex quo igne secutum est graue damnum vicino.

ADDITIONES.

a §. Sed. Ab. Si. in c. presbyterum. ẽ. de homi. secutus fuit illud dictum Innoc. Sed in ca. fin. j. eod. tenet contrarium Sed tu tene di ctum In. quia communiter sequuntur eum Doct. & dic quod in hoc discrepat forus contentiosus à foro conscientiæ. pro hoc allego tex. cum gl. xv. q. j. si quis non iratus. vbi dicitur quòd si quis per disciplinam aliquem verberauerit, & modum per culpam excesserit quantum ad Deum, innocens est, quia voluntatem requirit, & non opus. Sed quantum ad legem reus est, quia lex opera considerat. Si ergo damnum inferens per culpam cessante dolo est innocens quantum ad Deum, ergo, & in foro conscientiæ non tenetur ad restitutionem. ideo tene opin. In. de quo latius in d. c. presbyterum. pro qua facit c. seq. vbi etiam tangit Ab. Si. Alex. de Ne.

CAP. VI.

SI QVIS DOMVM. Breue est, & quasi idẽ cum præcedẽti. Casus literalis, Si aliquis volũtariè incenderit domũ, vel aream alicuius totum damnũ restituet: & tres annos pœniteat. Ber. No. j. ibi: voluntariè. facit. n. pro his quæ dixi in c. præcedenti post In. vt in foro animæ non teneatur qui non fuit voluntarius. Secò not. q̃ licet quis satisfaciat proximo de dãno, nihilominus tene-
a tur ad pœnitentiam peragendã. cõcor. ẽ. de homi. c. sicut dignũ. a In gl. fi. in fi. no. q̃ appellatione ædium, venit omne ædificium, vt l. qui ædes. alleg. in gl. q̃ habet locum hoc de iure ciuili, sed de iure canonico imponetur alia pœna, puta depositionis. & maior, & minor secundum quantitatem, & qualitatem delicti. vt in c. tuę.
b j. de pœnis. b

ADDITIONES.

a ¶Et vide bo. glo. in clem. j. in verbo, non esse peccatum. de vsur. Alex. de Ne.
b ¶Sed aduerte ad text. ga verbũ restituat, quo ad sublata stat propriè: quia illa possunt restitui, sed quo ad incensa stat impropriè: quia illa non possunt restitui. vnde verbũ restituat, quo ad incẽsa ponitur pro emendatione, quia potest damnum cẽpẽdare, sed non restituere, & ita exponit D. Car. hic. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Officialis secularis si condẽnauit clericũ, & ex hoc ipse clericus passus fuerit damna, tenetur ipse officialis resarcire omnia dãna, & ei de iniuria satisfacere.*
2 *Iniuria si irrogatur episcopo censetur irrogata omnib. ecclesiis sibi subiectis: adeò quòd possunt pro tali iniuria agere.*
3 *Iniuria illata clerico potest per ipsum æstimari, & pœna applicatur sibi.*
4 *Iniuriarum æstimatio, & condemnatio quomodo fiat.*
In notoriis licet non seruetur ordo iuris, tamen quãdo factũ põt esse notoriũ, & non potest, tunc secus idem si in aliqua facta sint notoria, aliqua non.
5 *Iniuriatus an censeatur remisisse iniuriam ex eo quod salutauit iniuriantem.*
Inimicus præsumitur quis, ex eo q̃ non salutat illũ, quẽ solitus erat salutare.

CAP. VII.

1 OLIM. †Secularis potestas, qui clericũ bannivit, condemnari
a debet per iudicẽ ecclesiasticum. fm æstimationẽ iniuriæ ain expensis, & dãnis, & hodie adde pœnam in cle. j. de pœ. h. d. Diuidi tur. nã primò recitat processum delegati, quẽ secundò reuocat. & causam diffinit, ibi: quare. Casus literalis. Florentini olim posuerunt in bannum episcopum Sesulanum. damna, & iniurias pluri mas alias ei irrogante. Super ijs commisit Pa. causam cẽo Mutinensi, vt eos compelleret ad satisfaciendum super prædictis episcopo prædicto. Episcopus vocatis partib. cepit in causa procede re. & recepit testes lite nõ contest. demũ causa delata est ad d. Papam, ipse communicato processu qualis contesta. non fuit, processum illum reuocauit. & quia commune Florentiæ banniuerat episcopum Sesulanum contra Deum, & ecclesiasticam libertatem, propter iniuriam banni, propter expensas, & alia damna propter hoc subsecuta, condemnauit commune Florentiæ in mille libris vsualis monetæ præmissa taxatione. & præstito iuramento episcopo Sesulano. Bernar. ¶ No. j. ex text iudicem ecclesiast. cum habere iurisdictionem contra principes. & contra certas communitates seculares vsurpantes sibi iurisdictionem indebitè in clericos. & irrrogantes eisdem iniurias. nam tales committunt sacrilegium. & violant libertatem ecclesiasticam. vnde etiam infamiam incurrunt de quo in auth. cassa. C. de sacro
2 san. eccl facit ca. cum sit generale. de foro compe. ¶ † Secundò no. quòd iniuria irrogata episcopo, videtur iniuria omnibus ecclesijs subiectis. quia sponsus est illarum ecclesiarum. vnde & ecb clesiæ inferiores possunt agere pro iniuria sibi illiata, vt hic. b
3 ¶ † Tertiò no. clericum posse agere ad æstimationem iniuriæ sibi illatæ. & pœna pecuniaria applicatur sibi ex quo agit ciuiter.
4 ¶ † Et no. ex fine modũ æstimandi iniuriam. & condemnãdi. & vide clariùs per glo. in c. si canonici. de off. or. lib. vj. ¶ In glo. j. in fi. sed contra hoc. & contra text. facit ca. quoniam frequenter. §. sunt. & alij. vt lit. non conte. vbi super processu inquisitionis non fit conten. Sol. potest tex. iste hic dupliciter intelligi, secundum Hostien. primò quòd causa non fuit hic commissa per modum inquisitionis, sed episcopo volente agere contra comm. sed iste episcopus erravit credendo inquisitionem commissam, sicut in simili habetur in cap. exhibita. ẽ. de iud. item pro suppositio quòd causa fuerit hic commissa per modum inquisitionis, tamen inquisitio fuerat commissa ad petitionem partis, ideo debebat lis contestari. vt in cap. cum dilectus. & quod
5 ibi dixi, de purg. cap. ¶ † Sed contra hoc iterum op. nam factũ non poterat hic esse notum. banniẽdo episcopum, ergo non requirebatur ordo iuris. vt in c. ad nostram. e. 2 de iureiq. pro hoc: quia papa in fine tulit sententiam sine alio ordine. Sol. sentiunt Do. q̃ quædam iniuriæ erant notoriæ, quædam nõ notoriæ, sup notoriis pronũciauit hic papa. sed episcopus processit super omnibus. iste tamen intellectus non congruit literæ, quia papa diffinit totam causam. vt innuit tex. & ideo potest intelligi q̃ coram papa seruatus fuit ordo iudiciarius. & q̃ factum fore allegabatur notorium. sed non constabat in curia, vnde cum factum est notorium in vna prouincia. & non in alia, non debet iudex procedere, etiam super notorio, nisi prius vellet recipere probationes an factum sit notoriũ. vide quod no. Inn. in c. tua. in fin. de coha. cler. & mu. & gl. bo. in d. c. ad nostram. & vide ad intellectũ huius
6 c. q. disputatã, quam ponit Io. An. in c. fi. de for. comp. libr. vj. † In gl. fi. in fine, quæro extra gl. pone q̃ episcopus iniuriatus recepit ad osculum iniuriantem, seu eum salutauit, nunquid videtur re-
c misisse iniuriam. Host. arguit pro. & cõtrà: nã videtur primò q̃ sic, quia ex dissimulatione aboletur actio iniuriarum. instit. de in iu. in fin. & not. xxiij. quæstio. 4. ca. si illic. item saluratio est signũ reconciliationis, sicut. & subtractio salutationis solitæ est signũ inimicitiæ, vt not. glos. in capitul. cum Adrianus. lxiij. distin. & in ca. cum super abbatia. de off. dele. In contrarium facit. nam episcopus ex officio tenetur communicare alijs, nec debet rancorem

ADDITIONES.

a ¶Aestimationem iniuriæ. Vide ca. grauis. de restit. spoli. vbi clericus agit p iniuria sibi illata. Sed Hosti. ibi dicit q̃ curia non dat literas. vide ibi quæ dixi in cap. cum te. de re iudic. An. l. Barb.
a ¶ Sed aduerte, quia tex. dicit q̃ iniuria fuit irrogata episcopo, & ecclesijs Fesolanis, & hic non soli episcopo, & si hoc modo tex. intelligitur non ꝓbatur notabile, qd colligit Ab. Si. Sed potes saluare, & dicere q̃ p iniuriam personæ episcopi, ecclesiæ sibi subditę censentur recepisse iniuriam. Sed Vinc. intelligit istum tex. q̃ ecclesijs erant illatæ iniurię. Vnde colligit ex tex. q̃ eps̃ potest agere ex damnis. & iniurijs illatis ecclesijs sibi subditis, de consecr. d. 1. omnes. & de excess. prela. sicut vnire. & in c. fi. de fucab inteſt. Sed D. Car. hic in 2. notab. dicit q̃ dictum Vin. est verũ, sed hic non dicitur nisi de ecclesia sua Cathedrali, & secundum Doc. D. Car. habebat in libro suo verbum ecclesię Fesulanę. Sed si in litera est verbum ecclesijs Fesulanis, & sic in plurali numero melius dicit Vinc. Sed etiam notabile Ab. Si. potest sustineri per ea quę ẽ. dixi. Alex. de Ne.
b ¶Vide notata per Doct. in c. ea noscitur. infra de senten. excõ. & ibi tractatur an clerici possint agere ad satisfactionem iniurię vltra expensas, & damna. & concluditur q̃ sic. & hoc ꝓbatur hic. quia commune Florentię fuit condemnatum, & pp iniuriam bãni, & pp damna, & expensas ibi etiam tãgũt Do. quanto tempore tollatur actio iniuriarum. dic vt ibi. Alex. de Ne.
c ¶Remisisse. ad. Io. de Ana. cõsi. xliiij. vbi latius de hac materia.
ç Remisisse. vide de hoc articulo Fel. in ca. cum sup. versi. 2 causa. ẽ. de off. deleg. vbi etiã de salutatio. in ver. quarta cã. de quo etiam tradit idem Fel. in præ. Greg. in verbo salutatio. Seba. Sapia.

Universidad de Deusto

rem in animo retinere, tandem concludit Hosti. quòd si à principio episcopus renouauit sibi iniuriam ad animum, vt quia prouocatus erit, & facit aduersarium citari, tunc per salutationem vel admissionem ad osculum non videtur remittere iniuriam. nam à principio bene tollitur ex dissimulatione non reuocando ad animum, secus si ex post facto, vnde concludit quòd siue sit prælatus siue priuatus, non tenetur remittere satisfactionem iniuriæ. xc. dist. cap. si quis contristatus. neque præsumitur remittere ex tali participatione, quinimo non potest etiam expressè remittere iniuriam sibi commissam quatenus tangit ecclesiam, & sic potest intelligi, lxiij. dist. salonitanæ. & ca. si is qui. xxiij. qõ. 4. sed aduerte, quia Hostien. loquitur, quando recipit ad osculum, seu salutauit post vocationem ad iudicium, quid si antè, tunc fortè esset dicendum, vt pro damnis, & expensis possis nihilominus agere. argu. no. in cap. j. §. eod. sed actione iniuriarum non. argum. cap. ex ore. de his, quæ fiunt à maio. parte cap. a

ADDITIONES.

a §¶ Sed D. Car. hic in fin. commenti contrarium tenet dicens quòd contrarium videtur probari in l. non solùm. §. 1. ff. de iniur. & ibi etiam Bart. qui videtur sentire quòd etiam ex post facto. l. postquam ad animum reuocauerit iniuria tollatur dissimulatione sola. nec illa distinctio. s. an sit lis mota, an non procedit secundum eum ad remissionem iniuriæ impediendã. Dicit etiã quòd glo. Inst. de iniur. in fi. non distinguit an sit lis mota, an nõ, sed dicit quòd ab initio tollatur actio iniuriarum nuda voluntate, ex post facto vero non tollitur nuda voluntate, sed per voluntatem verbis, vel facto expressam, intellige etiam ex post facto. i. postquam ad animum iniuriam reuocauit. Sed D. Card. dicit q̃ etiam distinctio gl. præal. nõ ꝓbatur iure, vnde dicit indistinctè tenendum q̃ iniuria aboletur nuda voluntate. Sed licet aliquis remittat rancorem, non tollitur ex hoc actio iniuriarum. alleg. no. per Bar. in d. l. non solum. §. j. But. autem dicit q̃ si recipiens in iuriam eam ad animum non reuocat non nascitur actio iniuriarum. Si verò reuocat ad animum actio iniuriarum nascitur, nec tollitur pacto vel transactione, vt in l. si tibi. §. quædam. ff. de pac. & hoc quo ad iniuriam passum. Sed quo ad alios non tollitur actio iniuriarum nec expressè nec tacitè, vnde si iniuria illata clerico, ipse clericus remittat ipsam non tollitur ecclesiæ actio iniuriarũ, vt ibi. c. cũ desideres. in fi. j. de senten. exco. & plenè not. in c. parochianos. eo. ti. An autem per salutationem videatur voluisse remittere actionem iniuriarum. Dicit But. q̃ si salutatio est facta post litis contestationem, vel citationem super iniuria nõ videtur voluisse remittere actionem, sed rancorem, dato q̃ quantũ ad rancorẽ facere debeat, non tamen tenetur pœnam veldamnum remittere. de pœ. d. c. fi. Breuiter ego credo q̃ aut non est lis contestata nec citatio interuenit, & tũc actio iniuriarum tollitur si apparet de reconciliatione, vt no. in c. j. §. eo. Aut interuenit citatio vel litis contestatio, & tunc per reconciliationem intelligitur tm̃ remittere rancorẽ, non autem pœnã, & sic hoc casu regritur q̃ fiat expressa remissio ꝑ pactum, vel transactionem. & hoc modo intellige Bar. in l. non solùm. §. j. ff. de iniu. qui dicit q̃ actio iniuriarum tollitur à principio, & ex post facto ex dissimulatione, quia debet intelligi vbi non interuenit citatio, vel litis contestatio. fateor tamen q̃ valet remissio facta verbis expressis, etiã absque præsentia partis, vt dicit Bar. in d. l. non solum §. j. Sed vnũ dicit Bar. in l. si tibi. §. quidam. ff. de pact. q̃ si passus iniuriam dicit coram sacerdote q̃ remittit omnem iniuriam, q̃ per hoc intelligitur tantum rancorem remittere, & non satisfactionem iniuriæ. sed profectò hæc verba, s. dicere, remitto omnem iniuriam important q̃ intelligatur velle remittere actionem iniuriarum. Sed non esset tutum recedere ab op. Gul. de Cun. quem sequitur Ab. Si. in ca. j ẽ eo. quæ communiter tenetur, & ideo dic q̃ cum dicat talia verba in actu ꝓfessionis videt per illa verba tolli actio iniuriarum, vt in leg. non solum. §. 1. ff. de iniur. Vltimò aduerte, quia Do. Car. dicit hic probari in verbo, mutinensi iuncta subscriptione, quæ facit mentionem de episcopo Bononensi q̃ satis erat olim q̃ causa non committeretur vltra duas dietas, licet committeretur extra prouinciam, & hoc facit causam committi extra prouinciam, dum tamen committatur intra vnam dietam. de quo D. Car. se remittit ad no. per se in cap. fin. in j. contrario. ẽ. de iud. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Damna si sunt remissa non censentur remissæ expensæ. 3. & 7.*
2 *Ciuitas potest facere statutum, sine superioris authoritate.*
3 *Statutum alteri præiudiciuum est strictissimè intelligendum, etiam si sit appositum iuramentum. 4.*
4 *Iuramentum quatenus venit in derogatione iuris communis, vel iuris alterius, est strictè interpretandum.*
5 *Statutum an possit fieri præiudicatiuum iurium quæ respiciunt omnes de vniuersitate, vt singulos.*
Princeps non potest tollere ius tertij sine causa.
6 *Statutum si transiuit in vim contractus, an sit amplius reuocabile, etiam circa subditos.*
7 *Expensæ, & damna an idem sint.*

CAP. VIII.

1 IN NOSRA. †Qui iurat statutum super non repetendis damnis hoc non obstare expensas repetere poterit. d. h. vel sic.
a Statutum a super damnis non repetendis ad expensas non extẽditur. h. d. In prima decisa consultatio. In secunda responsio. ibi cum igitur. ¶ Casus literalis. Brix. olim multas discordias inter se habuerunt, quarum occasione multa damna illata adinuicem sustinuerunt, propter quod communiter statutum fecerũt de non petendo, vel recipiendo in posterum restitutiones damnorum à cõmuni, & statutũ huiusmodi approbauerunt, firmauerunt etiam iuramento. sed præter damna occasione huius discordiæ multas fecerunt expẽsas, quas petebãt sibi refici à cõi. dubitatum fuit an obstaret eis iuramentum super damnis non repetendis, propter quod episcopus Brix. hoc proposuit in præsentia papæ. Cum ergo aliud sit damnorum restauratio, & aliud satisfactio expensarum, & ideò iuramento præstito super articulo damnorum non debet intelligi quòd factum expensarum fuerit comprehensum, vnde mandat papa quatenus iuramento prædicto non obstante episcopus prouideat authoritate papæ, quod dictum cõe pro bono pacis, & concordiæ tribuat ad expẽ
2 sarũ satisfactionem ab arbitriũ, sicut viderit expedire. Ber. †No. j. ex tex. q̃ ciuitas potest facere statutũ sine alia superioris authoritate: facit qd le. & no. in c. qd clericis. de foro compe. de quo tamẽ plenè per Bar. in l. cõs populi. ff. de iust. & iure. vbi no. per Bart an quilibet prælatus possit facere statuta. & in quib possit derogari
3 iuri cõi. †Secũdò no. ꝑ statutũ alteri ꝓiudiciuũ est strictissimè
b intelligendũ: vnde appellatione damnorũ, non veniũt expensæ: cum tũ largo modo expensæ inutiliter factæ sint damnũ: sed qa stricto modo damnũ est diminutio patrimonij per aliũ facta. vt l. 3. de dam. infe. ideo appellatione damni, non venit expẽsa, quam propria

ADDITIONES.

a ¶Statutũ. Adde hic gl. in ver. damnis. in c. si canonici. de of. or. lib. 6. & adde hic q̃ aliud est damnũ, aliud est furtũ: & sic appellatione damni, non venit furtum: tex. est, & ibi Bald. in l. nauta. in fi. ff. naut. caup. sta. & in l. si seruus seruũ. §. si oliuã. ff. ad l. Aquil. & tex. & Ia. de Are. post Lud. Ro. in l. 3. ff. de dam. inf. & vide gl. insti. ad l. Aquil. in prin. qd est notandũ. quia facit ad statuta loquentia, q̃ stetur iuris damnũ passi. vt non intelligatur de furto. in contrariũ facit tex. in l. hoc iudicium. ff. de ser. cor. item vide hic Arch. in c. imprimis. 2. q. 1. super ver. damnũ. vbi dicit, nomine proprio damnorum continentur expensæ, quia & damnũ & expensæ sunt diminutio patrimonij. & respondet ad istũ tex. q̃ strictè accipitur, quia per pœnam, & iuramentũ damna remiserunt, quia non tenetur peccato periurij super eo, de quo cogitatũ nõ videtur. de isto tamen articulo, an appellatione damni veniant nudæ expensæ. vide Bal. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Bald. post gl. tenentem q̃ non. in l. vnica. §. fina. ff. si quis ius dic. non obtemp. de Bellentzinis.

¶Adde an appel. damni veniant expensæ. Lud. Rom. sing. suis.

¶. Adde quod voluit allegare Ro. sing. suo 303. inci. nunquid appellatione damnorum. Zachar.

b ¶Statutũ. Statutũ debet strictè interpretari. Tu tñ hoc limita, vt per Sal. in l. siue possideris. C. de prob. itẽ an statuta verificari possint in casu ficto. vide Ab. & quod ibi notaui, in c. inter solicitudines. ẽ. de pur. ca. & quò intelligatur istud qd dicitur, statuta debere intelligi in proprio significato. vide plenè Pet. de Anch. in repe. c. canonum de consti. in 6. prin. quæsito. vers. circa verba duplicia. & vide eũdem Anch. ca. quæsito. ver. sorte. not. vbi referendo Bal. in l. omnes populi. circa fi. ff. de iustit. & iu. dicit q̃ à forma statuti, non est recedendũ. & verba si fieri potest ad vnguem seruãda sunt. item statuta sunt adeò strictæ iur. q̃ in eis nõ sufficit quid impleri per æquipollens. vt plenè notaui super d. Ab. in c. in his. de ver. sig. item limita qd hic dicitur, nisi statutũ pœnale puniret maleficia improba. de iur. naturali, vel gentium. quia tunc tanq̃ cõcernẽs publicã vtilitatem est latè interpretãdũ sing. dicit Paude Castr. in l. bona fide. ff. depo. pro quo optimè facit qd de odio naturali ibi scribit Ab. in c. non dubiũ. & ibi latè scriptũ post cum. j. de sent. excomm.

a pria voluntate fecit, licet forte coacta a ad hoc solet quotidie allegari hoc c. quòd in statutis debet fieri stricta interpretatio, ita quòd verba capiantur in propria, & stricta significatione, vnde alibi habetur quòd statutum non debet extendi ad casum fictũ, vt in l. §. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & ad materiam vide plura bona dicta quæ refert Ioan. An. in regula pro possessore. de reg. iur.
b li. vj. in mercu. per Bar. in d. l. omnes populi. b ¶ † Vltimò collige
4 quòd statutum interpretationem recipit strictam etiam quando iuratum est. vnde etiam iuramentum strictè intelligit quatenus venit in derogationem iuris communis, seu iuris alterius. fa
c cit c. ad nostram. ei ij. & c. quintaualis. de iureiur. c
5 ¶ † Sed contra tex. opp. videtur enim q̃ hoc statutum editum à communi non valuerit quatenus ligabat singulares de populo, vt non possent petere damna eis illata, quoniam licet populus possit statuere super iuribus vniuersitatis, non tamen super iuribus singulorum, vt no. gl. sing. in l. ij. C. quę sit longa consuetudo. & in c. cum omnes. de constit. facit lex id quod nostrum est. ff. de reg. iur. nam solius principis est tollere ius alterius, nec etiam ipse potest sine causa, vt no. in c. quæ in ecclesiarum. de const. & in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. & in cle. pastoralis. de re iud. So. ꝓpter hæc, & similia contraria variatur intellectus huius c. principaliter, & intelligitur duobus modis. primò q̃ cum esset discordia inter populum, & milites Brix. multa damna hinc inde illata fuerunt, & vtraque pars multas expensas hac occasione fecit, tamen cum sedata illa tempestate multi peterent damna à reliqua parte, commune pro bono concordiæ fecit statutum, vt huiusmodi damna non repeterentur. & hoc statutum fuit approbatum, & iuratum à ciuibus, & tamen verbum à communi, refertur ad participium editum, & sic sensus, quia hoc statutum de nõ repetendis damnis fuit à communi. hoc tamen non obstante dicitur q̃ expensæ repeti possunt, quia non veniunt appellatione damnorum, & secundum istum intellectum communiter respõdetur ad contraria quòd huic statuto singuli consenserunt, alias non valuisset statutum in præiudicium singulorum. Sed ego dubito an hoc commune dictum sit verum, quoniam in hac ciuitate Brixien. erant multi infantes, & mulieres, quæ non vocãtur ad vniuersitatem. vnde non consentientib. nõ debebat hoc statutũ obesse. arg. c. cum omnes. de consti. l. j. ff. de magistr. conue. vnde vt valeat indistinctè hoc statutum, & tolerando hanc lect. posset dici, quòd illud statutum emanauit potius de facto, nec valebãt isti venire contra, sed præsupposita validitate statuti quærebatur, nunquid possint repetere expensas. nam communiter istæ ciuitates cum subtrahunt se de facto ab obedientia superioris, vsurpãt sibi iura principis, & faciunt statuta aliis præiudicantia, ac si haberent iura principis, nec patiuntur aliquem disputare de validitate ipsorum statutorum, sicut pluries vidi de facto. princeps, seu etiam habens iura principis, bene posset consimile statutum facere propter bonum publicum, & scandalum tollendum. ar. bo. in d. l. fi. C. si contra ius, vel vti. pub. & c. quæ in ecclesiarũ. de con
d sti. d Secũdò principaliter legitur hoc c. quòd post multa damna, & expensas factas commune obligauit se per statutum ad refectionem damnorum, sed cum posteà videret maximum præiudicium imminere, fecit statutum contrarium super nõ repetendo hmõi damna à communi: & tunc verbum cõi refertur ad gerundium petendo, vel recipiendo, vt sit sensus, q̃ statutũ fuit editũ de non recuperando, vel repetendo damna à cõi, licet priùs se obli-
6 gasset. † Sed tunc fortiter op. vbicunque statutum trãsit in ẽctũ,
e est irreuocabile iuxta no. c. nouit. de iud. & per Bar. in d. l. omnes populi. & l. pe. ff. de decre. ab or. fa. vbi dicit si ciuitas facit statutũ, soluere ampliùs vllamgabellam, non põt ampliùs illud statutum reuocari in præiudicium illorum, qui venerunt, quia iam transiuit in ẽctũ, seu quasi. Sol. quidã dicunt, q̃ illud habet locũ, qñ statutum fit in fauorem non subiectorum, sed istud non fit in fauorem subditorum, & sic solet intelligi dictum Inn. hic, qui dicit q̃ cum commune non esset hic naturaliter obligatum q̃ nõ tenea tur pro damnis singulorũ, vt in l. sicut. ff. qd cuiusque vniuer. no. sed tantum tenebatur ex statuto suo, potuit cõtraria voluntate illud statutum tollere: quia omnis res quæ per quascunque causas nascitur per easdem dissoluitur, vt in regula omnis res. j. de reg. iu. & in l. nihil tam naturale. ff. e. hæc solutio videtur mihi nimis generalis. vnde dicerem q̃ vbi statutum transiuit in contra-
f ctum, seu quasi, etiam cum subiecto, non possit ampliùs reuocari, nam ipse princeps tenetur ex contractu suo, cum sit de iure gẽtium, vt in c. j. de proba. fortius isti ciues obligabantur, qui nõ habebant iura principis, vnde intelligo hoc c. & restringo illam so. quando adhuc statutum non transiuerat in contractũ, vel quasi: vt qa statutũ fuerat simpliciter editũ in vniuersitate de obligando ipsum commune, & nihil actum fuit ex parte singulorum ita quòd possunt prætendere interesse, & dicere se deceptos. & per hoc possunt redire ad pristinas actiones. & per hoc habetur clarè intellectus c. & ad materiam vide quod dico in d. cap. nouit. de
g iud. g ¶ † In gloss. j. in fin. no. ex gl. quæ propriè dicantur damna
7 & quæ expensæ, & facit in arg. quod habetur in l. quibus diebus. in prin. ff. de condi. & demon. vbi dicitur quòd si testator legauit prædium Titio si expensas in eo factas soluit hæredi non in-
h telligitur de expensis factis pro prædio h habendo. & sic non venit prætium rei, vnde expensæ etiam ibi capiuntur strictè.

ADDITIONES.

a §¶ But. dicit quòd obligatus ad damna non intelligitur se obligasse ad non petendas expensas, & ratio est, quia tales promissiones sunt strictè interpretandæ, vt in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. Alex. de Ne.

b §¶ Intellige quod statutum non debet extendi ad casum non fictum quando est contra ius commune, secus si statutũ esset secundum ius commune vel præter ius cõe, quia tunc extenderetur ad casum fictum, vt dicit Io. de Imo. & D. Dom. in c. fi. de consue. in vj. & in c. ad audientiã. ẽ. de cle ñ resid. quod no. Al. de Ne.

c ¶ But. colligit vlteriùs ex tex. quòd ratione iuramenti etiam in statutum vel in contractum deducti, vbi in dubio reuocatur de vinculo, vel de intellectu iuramenti principaliter, potest agi coram ecclesia, etiam si habeatur remedium principaliter in foro seculari. facit ca. nouit. de iud. & c. venerabilem. de elect. vbi est bo. rext. quo ad hoc, & c. cum laicus de foro compe. in vj. Colligit etiam But. ex tex. quòd commune potest se obligare, & pro obligatione personali condemnari. Alex. de Ne.

d ¶But. dicit q̃ quandoq; populus vult obligare illos de vniuersitate, vt singulos, & non possunt, nisi soli ꝑsentientes, vt in l. j. ff. de magi. conue. quãdoque vult obligare bona vniuersitatis pro delicto, vel obligatione, & tunc si consentit maior ꝑs potest, alias non põt, vt in le. qd maior. ff. ad munic. ad istum text. vbi videtur ꝓbare q̃ commune statuere possit ad præiudicium singulorum rñdet duob. modis. Primò q̃ singulariter singuli consenserunt. Secundò q̃ potuerunt hoc statuere in præiudicium singulorũ subsistente cã. alle. no. in c. q̃ in ecclesiarum. de const. & pro hoc facit qđ not. Bart. in l. qđ maior. ff. ad muni. vbi dicit q̃ etiam in his q̃ sint ꝓia plurib. vt singulis causa dirimendarum litium statur maiori parti, licet regulariter debeant omnes cõsentire, vt dicit gl. in ca. cum omnes. de ẽct. Vnde ead. ratione videtur dicendum, q̃ causa tollendi discordias, & scandala possit populus statuere in præiudicium singulorum, sed iste passus est valde dubius, vnde non explico vlterius. Alex. de Ne.

e ¶Est irreuocabile. Vide Ias. in l. si pecuniam. ver. adde q̃ non solum. ff. de condi. causa da. Sebastia. Sapia.

f ¶Cum subiecto. Contra hoc tenet Ant. de Butr. hic, qui limitat doctrinam Bar. in d. l. omnes populi. in 4. q. 3. q. princ. ꝓcedere in non subdito. & ꝓprium sentit idem Ant. de Butr. do. Car. & Imo. in ca. nouit. ẽ. de iudi. & secundum eos consuluit do. Alex. in consi. cevj. inci. nec arguendi. vers. i. 4. in 2. vol. & Bar. in addi. Bal. in l. qui se patris. C. vnde lib. A ene. de Falco.

g ¶But. autẽ dicit q̃ dictum Bar. in d. l. oẽs populi. ff. de iust. & iu. debet intelligi q̃ statutũ q̃ in ẽctum non possit reuocari per statutes in præiudicium illorum, in quorũ fauorẽ fuit factũ, qñ tales, qui sentiunt fauorem ex statuto non sunt subditi statuentium, sed Inno. ꝓcedit in subditis statuentium, sed mihi magis placet opin. Ab. Si. Alex. de Ne.

h ¶Pro prædio. Ad hoc vide Bart. in l. j. in princ. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. de Bellentzinis.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum prouenies etiam ex leuissima culpa, debet refici in foro animæ, pœna quæ in foro animæ non debetur.*
Culpa leuissima quæ dicatur.
2 *Auxiliator, siue præstans opem, tenetur ad damnum, vel ad interesse, sicut principalis, nisi agatur criminaliter.*
Statutum faciens mentionem de committente delictum non comprehendit præstantem opem.
3 *Imperitia æquiparatur culpæ.*
4 *Damnum dare censetur ille, qui potuit obuiare damno, & non obuiauit.*
5 *Iniurians aliquem verbaliter, an teneatur si dixerit veritatem.*
Testis, qui repellitur ob aliquod crimen sibi exceptum, an possit agere actione iniuriarum.

CAP. IX.

SI CVLPA. Habet plura dicta, & se summat. Casus literalis. 1 Aliquis culpa sua damnũ dedit alicui, aut iniuriam irrogauit seu alijs irrogãtib. iniuriã ꝓpẽ tulit, aut hęc peritia, vel negligẽtia euenerũt. Dubitabatur quid iuris super hoc esset. Consultus papa respondet, quòd de iure super ijs satisfacere tenetur, nec ignorã

Universidad de Deusto

tia ipsum excusat, quia scire debuit ex facto suo iniuriam posse p
tingere, vel iacturam. ¶ Quod si. Ecce quòd si animalia tua dam-
num alicui dederunt, qui dominus satisfacere te oporteat, nisi ita
velis liberare teipsum, dando animalia tua damnum passo, sed si
animalia tua fera fuerunt, & quæ consueuerant nocere, non suffi
cit ad liberationem ea dando: quia diligentiã, quam debueras ad
hibere, non curasti. In fin. dicitur licet ille, qui occasionem dãni
dedit dãnum dedisse videatur, tñ secus est in illo dicendũ, qui di
1 ligentiam quã debuit adhibuit, ne dãnũ pringeret. Ber. ¶ † No.
primò ex tex. q ex sola culpa, seu negligentia tenetur quis ad sa-
tisfactionem dãni, et de iure canonico, quantũcunq;, nõ habuit
a voluntatẽ damnificandi a, & cũ hæc litera loquatur indistinctè
de culpa, seu negligentia, debet intelligi de qualibet culpa, quia
indefinita æquipollet vniuersali, vt no. in c. vt circa, de elec. li. vj. In
fertur ergo quòd in hac actione legis Aquiliæ venit leuissima cul
pa de iure canoni. sicut de iur. ciuili, vt in l. Aquili. ff. ad l. Aqui. &
dicitur leuissima culpa, quando diligentissimus homo sciuisset
præcauere. vt no. in c. j. de commo. in l. quod nerua. ff. de pœnis.
Et facit iste tex. sic intellectus contra opi. Inn. in c. sicut dignum.
de homici. & dixi in c. si egressus. ſ. eo. vt ẽt in foro animæ tenea-
tur ad emendam: licet ex leuissima culpa damnum illatum sit: qa
tum hæc sit lex principis, & valdè rationabilis, & non sit mera
pœna ex parte damnum passi, deberetur obseruari ẽt in foro ani
mæ, iuxta no. per Io. An. in c. quanquam, de vsu. li. vj. & p Cal. ſ. in
proœ. huius copillationis. nec ob. c. inebriauerunt. xv. qõ. j. super
quo fundat se Innoc. quia ibi est mera pœna, sed hæc est intereſſe
b ex parte patientis damnum. b ¶ † Secũdò no. ibi opẽ tulisti. q ẽt
2 de iure canonico præstans opẽ tenetur sicut principalis tam ad
æstimationẽ dãni, q̃ ad pœnam, nisi ageretur criminaliter, vt leg.
vnica. C. de rap. virg. & in ca. j. de of. dele. & in l. is qui opem. & l. in
c furti. §. ope. & quod in eis no. Bar. ff. de fur. Statutum etiã faciens
mẽtionẽ de ꝓmittente delictũ, nõ ꝓhendit opẽ præstantem.
nã aliud est ferre opẽ ad delictũ, aliud ꝓmittere delictũ. pro hoc
tex. hic vbi ista ponuntur vt diuersa. & optimè facit tex. in d. l. is
d qui opem. & ibi Bar. & hoc no. qa quotidie accidit. d † Tertiò no.
3 tex. ibi, imperitia tua, & c. q̃ medicos, & alios artifices, vt si per eo
rum imperitiam alicui damnum illatũ est, q̃ tenentur ad æstima-
tionem damni. facit l. illicitas. prop. fi. ff. de off. præsi. & c. ad aures.
de æta. & quali. & not. in cap. tua. ſ. de homi. idem dicerem in do
e ctore cuius imperitia damnum alicui illatũ est, vt qa pdidit cãm,
vt tunc teneatur doctor ad emẽdam damni, & quod etiam vult
f Host. in c. calumniã. j. tit. px. f Not. quatuor in ver. quod si. q̃ pro
damno dato ab animali alicuius, non tenetur dñs insolidum ad
emendam, sed liberatur dando animal, nisi dominus fuisset i cul
pa. tunc enim tenetur insolidũ, nec liberaretur dando animal, vt
puta si animal naturaliter erat fera, vt vrsus, leo, & similia. & dñs
teneat ea in publico, vel non bene custodiuit, vel si non erat na-
turaliter fera, tamen ex consuetudine solebat esse nociua, vt bos
erat solitus cornu petere, vel equus calcitrosus, his & similib. ca
sibus tenetur dominus insolidum, si non diligenter custodiuit.
4 ¶ † Vltimò no. q̃ non quilibet dãs occasionem damni tenetur
de damno, sed ille solus, qui potuit obuiare dãno, & non obuia
5 uit. ¶ † In gl. in verbo, ignorantia. ibi, quoties conuicium dicitur,
g circa hoc conclude post Host. q̃ aut dicit quis conuicium g alte
ri in accusatione, vel in denuntiatione, & probat, & tunc non te
netur. vnde si in libello dico te latronẽ, vel adulterum. & probo,
non teneor. idem si repellam te à testimonio: quia hoc facio au-
thoritate iuris, & non animo iniuriandi. vt in ca. testimonium. ſ.
de test. & c. licet. ſ. de accu. de quo in l. item apud Labeonẽ. ff. de
iniur. Si verò extra iudicium, & tunc aut impingo falso tibi con
uincia, & teneor. vt ff. de iniur. per totum, & hoc in princ. & in ca.
cum te. de re. iu. Aut dico verũ, vt quia voco Spurium vti es, vel
cucurbitũ. &c. si expedit Reipublicæ ista esse nota, nõ teneor, se-
cus autem, vbi nõ expedit scire, cum nõ operatur nisi infamatio
nẽ, vt est tex. no. in l. eũ, qui nocẽtẽ. ff. de iniur. Exemplũ, expedit
Reipublicæ scire te esse latronẽ, vel adulterum. & tunc si dixi tibi
hoc conuicium, & volo probare, ita esse, nõ debeo puniri, secus
vbi non expedit Reipublicæ, vt quia appello te bastardum. vbi ni
hil petis, secus si dicerem. vt repelleres te ab ordine, vel dico te cu
curbitum, quia non expedit hoc scire respectu demeriti, quia
h magis dolet ipse, quàm alius, & sic in simili. h

ADDITIONES.

a ¶ Damnificandi. Vide Dec. tenentem contrarium in c. 2. in prima
lectu. ſ. de constitutio. Sebasti. Sapia.
b ¶ De hoc dixi in d. c. si egressus. ſ. eo.
c ¶ Statutum, Statutum puniens faciẽtẽ delictũ non habet locum
in præstante opẽ. Et vide in simili quod no. in ca. inter solicitudi-
nes. ſ. de pur. canon. per eũdẽ Ab. & adde qd idẽ in terminis di
cit Anton. in c. fi. de pac. sed distingue, vt p Paul. de Cast. in l. ne-
cessarias. §. de vendendo. ff. de pigno. actio. vbi distinguit si statu-

c ¶ Statutum. Vide latè Ange. de are. & Ang. Arimi. in tract. male
fic. in ver. Andream auxiliatorem, & in verbo dictus Andr. arma
tus, & in verbo dicto maleficio semper astitit, & per Fel. in c. licet
dignum. ſ. de homi. & per dom. Bar. Ver. in cons. pe. inci. scio ma-
gna. & in consi. ij. incip. super casu. Sebasti. Sapia.
d §. Vide no. in c. mulieres. de senten. excom. Alex. de Ne.
e ¶ In doctore. Vide do. Ant. in c. tua nos. de homicid. & ibi dixi.
And. Barba.
f ¶ Dicit autem Goffr. quòd culpa quandoque præcedit, qñque se
quitur: quandoq; inest. Ad primum allegat. l. qui occidit. §. in hac.
ff. ad l. Aqui. & l. g foneas. eo. ti. Ad idẽ ſ. eo. 2. & 3. sequitur in me
dico q bñ secuit, sed incuratum reliquit. Culpa autem inest, qñ
quis male secat. Vtrunq; probatur ff. ad l. Aqui. l. idem iuris. in
princ. Sed tu vide quod dixi in c. tuæ ſ. de homi. & ibi no. q̃ culpa
non debet committi nec ante factum, nec in facto, nec post fa
ctum & istud idem significat. Dicit autem Inn. q̃ iniuria dicitur
contumelia vnde oritur actio iniuriarum, vt in l. j. & p totum. ff.
de iniur. Quandoque iniuria dicitur culpa, & dicitur iniuria. i. nõ
iure factum. vt ff. ad l. Aql. l. v. §. iuriã. & C. ad l. Aq. l. ii. Alex. de Ne.
g ¶ Conuicium. De ista q. vide elegantissimè, & meliùs, q̃ alibi per
Io. an. in addi. Spe. in ti. de iniu. in quadam addi. magna, vbi reci
tat omnium opiniones. & per d. Ab. in ca. cum te. de re iud. & an
teneatur actione iniuriarum qui dicit alicui conuicium postea ꝓ
bat. & adde quod no. Bald. Inst. de iniur. §. j. & vide etiam Ang. &
Pau. in l. 3. in princ. de lj. & posth. & de hoc vide per Oldr. in cõs.
liij. & per Ab. in ij. parte stat. q. xlv. & vide omnino p Bald. in apo.
in l. si verò. & §. qui pro rei qualitate. ff. qui iurisda. cog. & per Bar.
in l. eum qui nocentem. in prin. ff. de iniu. & per Cy. in l. si non cõ
uicij. in 6. q. C. de iniu. item de qõne hic posita vide omnino Sali.
in l. 3. quæ incipit. si non est. C. de iniu. istam dñam inter conui-
cium, & cõtumeliam, & cõtumeliam, & improperium. vide per
B. Tho. in 2. 2. qu. 72. art. j. circa fi. vbi dicit quòd si quis dicat ei, q̃
est fur, hoc non solum est conuicium, sed est cõtumelia, quid aũt
sit improperium, declarat iurisc. õ ultus. in l. item apud Labeonẽ.
§. conuicium. & §. sequ. ff. de iniu. improperium. n. est si quis redu
cat ad memoriam alicui auxilium, quod ei cõtulit necessitatem
patienti. alias etiam quæstiones de contumelia ponit Thom. in
præalleg. 2. 3. & 4. artic. illius 2. & vide quæ notaui post Ab. in ca.
j. circa prin. de maledic. item ad quæstionẽ, quam ponit hic Ab.
vide quod no. Bar. & Ang. in l. quæ omnia. in prin. ff. de procu. itẽ
adde quòd si testibus contra me productis oppono, quòd sunt
infames, vel criminosi, ex hoc ab eis non possum cõueniri actio-
ne iniuriarum. ita dicunt Gul. de Cu. Bald. Ange. in l. fin. ff. qd quis
que iur. per illũ rex. & allegant in arg. l. qui cum maior. §. si liber-
tus. ff. de bo. lib. & l. libertus à patrono. ff. de in ius vocan. Dicit tñ
q̃ tutius est protestari, quòd nõ opponit animo iniuriandi. Et di
ctum eorum intellige, quando illud, quod opponitur, est verũ,
nam si esset falsum, opponens bene cõueniret. Ad hoc l. iniuriã.
la grande. §. si quis iniuriarum. ff. de iniur. quid autem de obijciẽ-
te alicui crimen per viam exceptionis in iudicio quod non pro-
bat, an possit conueniri actione iniuriarum, plenissimè discutit
Spec. in tit. de accu. §. j. circa fi. ver. sed pone quòd obijciẽs. vbi e-
tiam per Io. And. in addi. vbi omnino vide pro decisione quæstio
nis, q̃ hic scripsi in fi. apost. magnę. & post quã hoc scripseram me
audiente do. Fran. de Are. legendo dicebat se per prædictam sin-
gularem doctrinam Ioan. And. in addit. in ardua facit q. in ciuita
te Ferrarien. defensasse quandam sacerdotem, quem alias opor
tuisset fugere de ciuitate, & ideo ipse multũ exclamabat. de Bel-
lentzi.
¶ Adde Pe. de Anch. cons. 63. vbi etiam in facto consuluit, & di-
cta Old. sunt illa quæ refert Io. And. in loco. ſ. alleg.
h ¶ Pone verba Hostien. cum quib. cõiter Docto. transeunt. quæ-
rit enim Hosti. quid si aliquis vocat aliquem periurum, vel adul-
terum, & verum dicit an puniatur? & distinguit, quòd aut dicitur
accusando, & denuntiando, & ad pœnam, & tunc si probat non
tenetur. vt ff. de iniur. l. eum qui nocentem. & C. de iniu. l. si qui-
dem. §. final. aut hoc facit excipiendo ad hoc vt repellat ab ordi-
ne, vel testimonio, vel similibus, de testibus ex parte. cum enim
hoc concedatur à iure nõ videtur iniuriam facere, de elect. cum
ecclesia. cum sim. Aut dicit solùm ad infamandum, nec habet iu-
stam causam dicendi, & tunc tenetur actione iniuriarum, vt in
d. l. siquidem. C. de iniur. & 6. quæstione prima, ex merito. & c. de
teriores. facit l. si vxor. in j. resp. ff. de adul. secus in eo qui vocat
aliquem bastardum, vt repellat ab hæreditate, tũc enim non te
netur, qui fil. sint legit. lator. & c. cautam. Sed Barto. in l. eum, qui
innocentem ff de iniu. simpliciter tenet quòd aut expedit Reip.
talem iniuriam manifestari: & tunc si est verum non tenetur,
quia expedit Reipub. infamiã alicuius manifestari, scilicet vel ne
admittatur ad testimonium, vel aliud officium subeat. Aut non

✻ expe

☞ expedit Reip. talia manifestari. & tunc tenetur iniuriarum, quia
Reip. non interest talia dici videlicet, tu es cœcus, vel claudus, &
puto opin. Bart. esse veram. ſ. vt etiam si quis dicat animo infa-
mandi non puniatur, quando Reipu. expedit vitium, vel crimen
detegi. & hoc probatur in d. l. eum qui nocentem, vbi tex. loqui
tur de illo qui dixit animo infamandi, & irrogandi iniuriam. &
ramen dicit quòd non punitur si verum dicit, quia peccata no-
centium expedit Reipu. manifestari. Sed gl. in d. l. eum qui nocen
tem. hoc limitauit dicens quòd debet intelligi, nisi quis forma-
ret famosum libellum animo infamandi quia tunc etiam si ve-
rum diceret puniri deberet, etiam si Reip. expediret illum dete-
gi, vt l. j. C. de famo. lib. Sed inquantum ſ. concluſum est quòd
obijciens homicidium, vel aliud crimen tenetur actione iniuria
rum, si illud non probat, an sufficiat in genere obijcere, puta si di
citur tu es vnus malus homo, Bar. nota. in l. turpia. in princ. ff. de
leg. j. dicit quòd non sufficit stare in genere maledictionis, puta
si diceretur, tu es homo impius, & pessimus, & similia, sed ne-
cessarium est quòd descendat ad speciem, puta si dico tu fecisti
fortum, vel homicidium. Ex quo no. quòd quando alicui maledi
citur in genere non potest agere actione iniuriarum, etiam si
constet iniurianrem dicere falsum. ponit. n. in d. l. turpia. Bar. o.
aliud dictum, ſ. quando quis dicatur aliquem infamare, puta si
dicit statutum, si quis aliquem de aliquo maleficio diffamauer.
rit puniatur certa pœna, & Bar. dicit quòd non requiritur quòd
directo surrexerit infamia, vnde accusans de diffamatione nõ te
netur probare quòd infamia surrexerit ex maledictione. Nam in
famare dicitur, qui pronuntiat aliquod verbum infamiam ali
cuius continens. vt in l. item apud Labeonem. §. liber homo. ff. de
iniur. & in l. lex Cornelia. §. fi. cum l. seq. eo. ti. & C. de famo. lib. l. j.
& hæc tene menti. Alex. de Ne.

¶ De pœnis. Tit. xxxvij.

¶ Continuatio Rubricæ.

¶ Cõtinuatur ad præcedentes hæc rub. hoc ordine, quia ſ. visum
est de variis excessib. propter quos pœnæ debẽtur, meritò subij
citur nunc rub. de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Delictum toties punitur, quoties iteratur. nu. 3.*
Aliter condemnatur in expensis toties, quoties deficit in probando.
2 *Contumacia vnius, non potest multari supra tres vices quando, ſ. est commis-*
sa circa eandem rem, secus si circa plures.
3 *Delictum vnum pluries perpetratum eodem instanti, vel tempore, an pro plu-*
ribus puniatur stante statuto quòd delinquens puniatur.
4 *Furta commissa in alijs territorijs aggrauant furtũ posteà alibi commissum,*
non tamen potest ex illis specialiter puniri.

CAP. I.

1 EA QVAE. † Breue est, vel potest sic summari: toties punien-
dus est criminosus quoties delictum iteratur, & pone exemplũ
in c. pia. de exce. lib. 6. vbi excommunicationis exce. potest con-
tra actorem pluries opponi. ibi dicitur q̃ quoties deficit in pro-
bando, toties debet puniri in expensis, vt j. etiam subijciam. Ca-
sus literalis Quærebatur vtrum vna satisfactio plura peccata cõ-
prehenderet. Consultus papa respondet, q̃ quoties quis peccat
2 toties puniri debet. Ber. † No. j. ex tex. quòd frequentia, b & repeti
a tio delicti non præstat aliquam immunitatẽ respectu pœnæ. imò
toties est puniendus, quoties illud delictum cõmittit. Sed contra
hoc facit l. fi. C. de modo mulct. vbi iudex pro contumacia sæpe,
& sæpius iterata non potest mulctare, nisi vsque ad tertiam vicẽ.
variæ dantur ibi solutiones, & in l. nunquam. ff. de pri. delic. vera,
& communis sol. est vt si contumacia reperitur in eod. facto, lo-
cum habet lex contraria, exemplum, iudex citat Titiũ sub certa
pœna, vt compareat tali die ad recipiendum libellum, non com
paret, irerum citat eum sub alia pœna, vt veniat ad respondẽ-
dum libello, si non comparet habet locum pœna, sed vltra pro eo
facto non punit, quia satis videtur punitus, secus quando contu-
macia committeretur in diuersis articulis, seu in diuersis factis:
quia toties potest puniri, quot. c cõtumaciã committit. vt hic,
b & in l. nunquam præall. c † Et pro declaratione huius tex. sciendũ
3 q̃ quandoque committuntur plura delicta ex parte committẽ
c tis, & ex parte recipientis, vt quia hodie pcussi tevnico ictu, cras
alio ictu, & in dubio habet locum iste tex. & d. l. nunq̃. quandoq;
delictũ reiteratũ eodem impetu, vt quia eodem impetu pluribus
percussionib. te percussi, vnde potest dubitari si eras clericus, nũ
quid inciderim in tot excõicationes, quot fuerunt percussiones.
eodem modo si dicit statutum quicunque dederit alteri alapam
puniatur in centum, quidam in eodem impetu dedit tres
alapas.

ADDITIONES.

a ¶ Frequentia. Adde hic quod no. Ioan. de Ligna. in cle. dignum.
in v. q. principali. de celebra. missar. vbi ponit an ille, qui tenetur
d cere officium, si omittat totum vnius diei, dicatur toties pec
casse mortaliter. de Bellentzinis.
b § Sed tu distingue, & dic quòd aut loqueris in pœna: aut in mul
ta. Si in pœna: & tunc dic quòd ista potest infligi totiens, quo
tiens quis deliquerit, vt dicit gloss. in l. quicunque. C. de seruis
fugit. & illam gloss. sequitur Iac. de Arena. vnde in illa imponen
da non potest aggrauare: quia non est ipse, qui pœnam infligat
sed lex, vt in l. j. ff. ad Turpil. & 2. quæstio. 3. §. notandum. Sed mul-
cta est illa quæ relinquitur arbitrio iudicis: & ideo quia illa po-
test grauare non conceduntur à iure ita latæ habens in infe-
rendo mulctam, sicut in inferendo pœnam. Vnde si loqueris
in mulcta, & tunc: Aut iudex vult mulctare pro delicto quod ver
titur in alterius iniuriam principaliter: & tunc potest puniri
totiens quotiens deliquerit, vt dicit Dy. & Barto. vbi ſ. Aut de-
lictum non vertitur principaliter in alterius iniuriam, sed con-
cernit principaliter correctionem morum: & tunc distinguen-
dum est. Aut contumacia siue delictum continuatur circa idem
aut circa diuersa, vt dicit etiam hic Abb. Si. & capies eius verba
quæ fuerunt Iacobi de Beluiso in quadam dispuratione. & Bar.
in d. l. nunquam plura, qui dicit tres solutiones iungendas, &
ita fecit ex his reducendo prædictam distinctionem. Alexã. de Ne.
c ¶ Delicta. Istam distinctionem pulchrè ponit Te. de Anch. in
c. cum æterni. de re iud. li. vj. & vide glo. & qd ibi not. super Ab. in
cle. j. de sen. & vide bonum tex. in leg. illud. in fi. ff. ad l. Aquil. vbi
tex. dicit q̃ vulgus confunditur cum morte eod. momento illa-
ta, & idem de aggressura dicit gloss. in l. qui de crimine. C. de acc.
& idem dicit Bal. in l. aduerius. in fi. C. de fur. vbi etiam sub icit q̃
si statutum punit delatorem armorum, & aliud statutum punit
percussorem, q̃ percutiens cum armis non punitur, nisi pœna sta
ruti disponens de percussione, cuius contrarium videtur sensis-
se Iac. de Bel. in auth. de armis. §. præsente. per illum tex. item ad
de hic q̃ geminatio pœnarum non habet locũ in corporalibus.
Vnde si statutum dicit, q̃ ei qui dederit alapam potestati, debeat
abscindi vna manus, si quis dederit duas, non abscindentur duæ
manus, sed secunda pœna mutabitur, in pecuniariam, & idem es-
set in similibus statutis duplicantib. pœnam, puta si fuerit factum
in platea, & est ratio, quia in corporalibus non est dare duplica-
tionem, sed esset magis, quàm duplicatio. ita dicit nota Barto. in
l. Lucius. §. impube. de lega. 2. & Bald. in l. vnica. in fin. C. de sent.
quæ pro eo q̃ interest. adde Bar. in l. vulgaris quæstio. ff. de fur. &
de illo, qui vulnerauit aliquem cum forcipe, siue biburce, alias
bifurca. & idem Alb. in 2. parte sta. quæstio. xlj. & vide eundem
in c. parte sta. quæstio. xxxj. & quæstion. xxxij. quid si quis vno
impetu dixit alicui plura verba iniuriosa. an puniri debeat pro
qualibet iniuria, an pro vna tñ, vide Alb. in 2. parte sta. quæ. xlij.
Et si statutum imponit certam pœnam blasphemanti Deum, &
aliam blasphemanti sanctos, an habeat locum in eo, qui vno im
petu blasphemauit Deum. & sanctos, an ambabus pœnis debeat
puniri. Abb. in 2. parte stat. quæst. xliij & vide etiam in hac mate
ria aliam quæst. quam ponit Albe. in 4. parte sta. q. lxxxv. & vide
Alb. in 3. parte. sta. quæst. 63. & si vnus fuerit accusatus q̃ fecerit
insultũ maximè die feriata, an liceat maximè variis modis suma
tur in iure, tñ fieri debet interpretatio hoc casu vt intelligatur,
id est statim in eodem impetu. fm Imo. post Bal. in l. diuortio. in
prin. ff. sol. ma. qui ẽt inter cætera alle. pro singu. gl. in præal. l. qui
de crimine. C. de accus. & de illo, qui facit vno impetu semel plu
ra furta, an debeat suspendi vigore statuti de tribus furtis. vide
Bald. in auth. sed nouo iure. versũ. vlterius quæro. C. de ser. fugi. &
de illo qui vno impetu dixit vni plura verba iniuriosa, an toties
possit conueniri actione iniuriarum. vide omnino Barto. in leg.
item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. item quando sta-
tutum diuersimodè punit insultantem vulnerantem. & de omni
bus puniri vult. vide omnino latè per Ioan. And. in addi. Spec. in
rub. de homi. & de ista multiplicatione pœnarum vide omnino
in rub. extra. de iud. Et circa id quod dixi an confundantur insul-
tus cum vulnere, vide omnino Maria. in repe. capituli qualiter &
quando. in quæst. x. quæsti. princ. de acc. ☐ sat.
¶ Adde de percutiente cum forcipe Ang. consi. 22. & de dicente
verba iniuriosa. Alex. consi. cxij. lib. 2.
¶ Adde hic q̃ no. Io. de Lig. in cle. dignum. in vj. q. princ. de cele.
miss. vbi ponit an ille, qui tenetur dicere officium, si omittit totũ
vnius diei, dicatur toties peccasse mortaliter.
c ¶ De hoc vide gio. vj. q. 1. imitare. & Spec. in titu. de sent. prola. in
fin. & de contuma. §. fin. versic. sed pone iudex. vbi omnino vide.
Alex. de Ne.

alapas, eodem modo potest quæri in adulterio reiterato eadem nocte, vel eadem hora, nunquid puniatur pro pluribus adulteriis quandoque delictum videtur vnicum ex parte committentis, sed plura ex parte recipientis, vt percussi te cum calcaribus, seu cum forcipe: vnum fuit delictum ex parte mea, sed ex parte tua plura: quia plura vulnera illata fuerunt. & statutum punit pro quolibet vulnere in centum, nunquid puniatur toties in centum, quoties fuerunt vulnera illata: de ijs, & similibus potest dubitari nunquid habeat locum iste tex. vt reiteretur condemnatio ex iteratione delicti. a & quia materia est longa, & lubrilis, vide eam plenè per Bart. in d. l. nunquam. vbi alias multas remissiones facit, & per Ioan. An. in regula delictum. de re. iur. libro vj. in mercu. & aliquid not. in ca. contingit. j. de sent. excom. b ¶ † Vnum tamen no. quòd si quis commisit plura delicta c in vno loco, & in hoc territorio commisit aliud delictum, vel reiterat illud, non potest puniri: sed pro delictis alibi commissis, nisi alia ratione hic sortiatur forum: sed pœna aggrauari potest ex delictis alibi commissis: exemplum, not. in fure, qui commisit varia, & diuersa furta in vno territorio, nunc in altero territorio committit vnum furtum, tunc habito respectu ad alia potest dici famosus latro: & poterit hic, vbi commisit tantum vnum furtum suspedi tanquam latro famosus, l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis licet dicè non possit puniri pro delictis alibi commissis, & d hoc singulariter ponit Bart. in l. si cui. in fi. ff. de accusa. d

ADDITIONES.

a ¶ Delicti. Vide Alexan. in l. inficiando. §. infans. ff. de fur. Ias. in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiu. cum multis allegatis per dominum meũ Curtium. in repe. c. fin. ẽ. de consuetud. Seb. Sap.

b ¶ Vide etiam nota. per Bal. & Paul. de Castr. in l. quicunque. C. de seruis fugit. vbi examinant istam materiam. Alex. de Ne.

c ¶ Plura delicta. Hoc dictum etiam ponit dominus Ab. in c. j. ẽ. de cler percus. & vide ibi de hoc plenè scripsi. de Bellent.

d ¶ Idem dicit Bal. & Paul. de Cast. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugit. Sed quæro pro intellectu tex. qualiter accipiatur verbũ, prævaricatio, sumitur pro qualibet transgressione præceptorum. Sed strictius sumitur pro collusione, quam facit accusator cum reo, l. j. & 2. ff. de prævaric. & 2. q. 3. §. notandum. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos si fuerit iniuriatus, censetur facta iniuria episcopo, adeò quòd ipse poterit agere actione iniuriarum.*
2 *Sacerdos si decedat ab intestato, multis consanguineis relictis, eius bona debent diuidi in ter paupères Christi.*
3 *Pœna quæ soluitur pro iniuria facta alicui presbytero, an applicetur episcopo, vel hæredi ipsius iniuriati.*

CAP. II.

PRESBYTERI. Dicit, quid faciendum sit de pœna, quã soluit interfector presbyteri h. d. Vel sic. Interficiens presbyterũ puniendus est, & pœnæ pars ecclesiæ cui præfuit, alia pars pro eius anima distribuit. Primò ponitur dictum. Secundò ratio ibi, 2 quia ¶ Casus literalis. a Si aliquis interfecerit presbyterum, & compositio inde fiat, accepta pecunia soluatur illi episcopo, ita q̃ medietatem tribuat in vtilitatem illius ecclesiæ cui præfuit, & 3 alteram pro anima defuncti pauperibus eroget. Ber. ¶ † No. j. ex tex. q̃ pro iniuria illata sacerdoti potest agere episcopus loci, nã infertur iniuria, nedum personæ ipsius sacerdotis, sed etiam ecclesiæ vniuersali. vt in c. cum de sideres. j. de sen. excommuni. & c. parochianos. eo. tit. facit 2. q. 7 accusatio. Secundo no quòd licet sacerdos habeat propriam ecclesiam, non tamen pœna in b totum applicatur ipsi ecclesiæ. sed medietas sibi & medietas episcopo, vt pro eius eleemosyna iustè distribuatur, Et ex hoc videntur insurgere duo specialia in ista pœna ad alia bona, quę dimittit presbyter cum decerit, nam illa bona in totum applicantur ecclesiæ cui præfuit, si non habuit consanguineos, vt not. in ca. j. de succes. ab intest. xij. q. vlt. c. fi. & in ca relatum. 2. de test. sed ista pœna in totum non applicatur ecclesiæ, vt hic. Secunda specialitas potest esse, quòd episcopus hic aliquid capit, sed ex illis bonis nihil capit si habuit ecclesiam. Et aduerte quia litera habet duplicem intellectum. Primus est, vt episcopus distribuat medietatem in eius eleemosyna, i. pro necessitatibus suis. Alia lect. vt distribuat pro eleemosyna sacerdotis interfecti, & sic magis egenti. arg. in capit. non satis. lxxxvj. distin. Et possumus reducere ad concordiam distinguendo, q̃ aut episcopus est indigens, & potest tunc retinere sibi istam partem, aut non indiget, & debet 2 distribuere inter egentes. ¶ † Ex quo infero quòd bona presc byteri decedentis sine consanguinitate c debent peruenire ad episcopum loci, non vt ibi retineat, sed vt distribuat, secundum 3 distinctionem præcedentem. quod not. ¶ † Vltimò aduerte, quia iste tex. non aperit quid si iste sacerdos habuisset hæredem de sua consanguinitate: nunquid tunc pœna applicatur hæredi, an episcopo, vt hic dicitur, & Doc. hoc non tangunt. Sed ego satis putarem, vt hæres admittatur pro iniuria, quatenus tãgit personam presbyteri, pro hoc est tex. in fin. qui dicit quòd nullus est hæres proximior, quàm ecclesia. Sed certum est quòd succedẽs iure sanguinis excludit ecclesiam in alijs bonis, vt no. in d. cap. j. de suc. ab intest ergo intelligatur hæc litera, vbi decedat sine hærede sanguinis. facit quod dixi in ca. j. ẽ. tit. proxi. ¶ In gl. ij. in fin. de hoc, cui applicetur ista pœna pecuniaria, quam episcopus exigit à subditis, dicam j. c. sequenti.

ADDITIONES.

a § D. Car. dicit q̃ hoc c. non est hodie in practica, qa non imponitur pœna pecuniaria pro interfectione presbyteri. Alex. de Ne.

b ¶ Ecclesiæ. Ad hoc istum text. dicit singularem Roma. in sing. cccxliij. sed posito. & in l. stipulatio ista. §. alteri. in fi. ff. de ver. ob lig. refert Feli. in c. irrefragabili. §. cæterum. iij. versic. limita secundò. ẽ. de offic. ord.

c ¶ Consanguinitate. De hoc etiam vide per do. Ab. in c. excommunicamus. el grande. de hæreti. de Bellent.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus non habet iurisdictionem aliquam de iure communi, sed de consuetudine secus.*
2 *Pecuniaria pœna non debet de facili imponi per prælatos: quia censetur ex cupiditate quadam illam imponere. n. u. 4.*
3 *Archidiaconus, qui de iure speciali habet aliquam iurisdictionem potest exercere sententiam censuræ.*
5 *Statutum, vel consuetudo quod pro omni delicto imponatur pœna pecuniaria non valet.*
6 *Pœna potest mitigari per quemcunque iudicem de crimine cognoscẽtem dum pronunciat, postea verò non.*
7 *Pœna si non reperitur determinata à iure, vel consuetudine erit arbitrio iudicis imponenda. nu. 4.*
8 *Pecuniaria potest imponi per episcopum laico etiã sibi temporaliter non subiecta si per aliquod crimen est factus de sua iurisdictione.*
9 *Pœna, quam soluunt criminosi cui acquiritur.*

CAP. III.

LICET. Archidiaconi, & alij prælati, qui in criminib. dispensare non possunt, pœnã pecuniariam imponere non possunt, vbi à iure statuitur. Ita cõiter summatur, vel summa aliter, & melius, non debent prælati pro criminosis sustinendis pecuniã exigere, nec etiã correctionis cã ex cupiditate pœnã pecuniariã imponere. h. d. Primò ponit archidiaconorum actus reprehensibiles. Secundò mandat illos inhiberi. & compesci, ibi, mandamus. Casus literalis. Archidiaconi Conuentren. episcopatus pro corrigendis excessib. vel criminib. à clericis pecuniam exigebãt. Itẽ pro annua exactione quandoque rectores ecclesiarum suspendebant, ecclesias interdicebant, à vicarijs denarios exigebãt, vt eos in ecclesijs celebrare permitterent. hęc, & alia committebant cõtra canonum instituta. Mandat pa. Catuariẽ. archiepiscopo quatenus hæc prædictis Archidiaconis districtius interdicat, si autẽ contrauenire præsumpserint, eos ecclesiastica censura compellat. Ber. Nota primò ex text. quòd in eodem episcopatu possunt esse plures Archidiaconi, & sic eadem dignitas est multiplicabilis in eadem diœcesi. de quo in c. quoniam abbas. de offi. deleg.

1 ¶ † Secundò not. Archidiaconum posse sibi quærere iurisdictionem cognoscendi de criminib⁹, & puniendi, & hoc intelligo de iure speciali. nam de iure cõmuni non fundat intentionem suã, nisi super his, quæ habentur in ca. ad hoc, in §. in quadam. de offi. 2 Archi. & ibi per Io. An. † Tertiò no. contra istos prælatos inferiores de facili imponentes pœnam pecuniariam. Quartò no. q̃ pro annua exactione non debet fieri suspẽsio, vel interdictũ, & intelligo quando ista annua exactio erat indebita. nam si erat debita, bene potest suspensio fieri, & interdictum poni, vt in c. quæsuit. 3 de his quæ fi. à maio. pa. capit. † Vltimò no. quòd Archidiaconus, & alij prælati inferiores habentes iurisdictionem, etiam de iure speciali, possunt exercere sententiam censuræ, & sic possunt excommunicare, suspendere, & interdicere. Et facio hanc conclusionem circa potestatem exercendi censuram ecclesiasticam quòd quicunque iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem fori contentiosi siue de iure communi, siue de iure speciali sententiam censuræ proferre potest. argum hic, & in capitul. primo. de sent. excom. libro 6 & in cap. ficut. de simo. & in cap. cum in ecclesijs. de ma. & obe. in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ord. An autem curatus possit excommunicare, not. in d. c. cum ab ecclesiarum. & in cap. si sacerdos. eod. titu. dico plenè in repetitione capitul. si

quis

4 quis contra clericum. de foro comp. ¶ † in gloss. ver. pœnam. in fi. no. gloss. ad quam quòd ut remissiùs cum quæritur an iu-
a dex ecclesiasticus possit imponere pœnam pecuniariam, a & facit gloss. hic tria membra. nam quidam dicunt quòd ius pro delicto imponit pœnam pecuniariam, quandocunque imponit aliam pœnam certam, puta de ponitur ex beneficio, quando quæ nullam pœnam certam. Dicit casu, quando imponitur pœna pecuniaria, quilibet iudex de crimine cognoscens potest illam imponere. Secundo casu, quando imponit aliam pœnam certam, distingue, an iudex possit dispensare an non. Tertio casu, quando nulla certa pœna imponitur, tunc concludit gloss. quòd est in arbitrio iudicis quòd pœnam imponat. quod nota. secundum membrum non videtur procedere indistinctè tamen, quia nimis restringit hanc literam, tum, quia quilibet iudex cognoscens de crimine potest ex causa dum pronunciat pœnam temperare, vt ij. quæstio. iij. l. si quem pœnituerit. §. notandum. & in l. quidam ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & in l. hodie. ff. de pœ. vide in hac materia sic distinguerem, quòd aut quæritur, nunquid iudex ecclesiasticus possit imponere pœnam pecuniariam mulctando, aut pœnam diffinitiuè imponendo. Primo casu dicendum quòd sic, si illa magis timetur. arg. in ca. de causis. de offi. dele. & in l. vnica. ff. si quis ius dinon obtem. & no. Ioan. an. post Host. in ca. j. de homi. libr. vj. & satis sentit ista gl. quia pœna certa non est statuta pro contumacia arcenda, vnde potest, imponere, prout sibi videtur. vt in d. ca. de
5 causis. ¶ † Secundo casu principali, quando vult imponere diffiniendo, aut subest statutum, vel consuetudo, vt pro quolibet delicto imponatur pœna pecuniaria, & non valet: quia insurgit dissolutio, nullam enim delinquens pertimescit culpã cũ sperat eam nummis redimere, vt dicit text. in c. pauper. 11. quæstione tertia, & hoc tenuerunt Ioan. Andr. & Host. in c. fin. de consti. & in c. 2. de deli. pue. Aut subest statutum, seu consuetudo, vt vltra pœnam iuris imponatur pœna pecuniaria, & valet, dummodo nõ procedat ex radice cupiditatis, potest enim episcopus adiuuando canonem imponere nouam pœnam. vt in capitulo secundo, de elec. & Io. And. in c. fi. de offi. Arch. Aut non subest statutum, vel consuetudo, & tunc aut extra iudicium prælatus vult exigere pecuniam pro delicto, & nõ potest: quia certi modi sunt in iure statuti procedendi contra delinquentem. & puto quòd ita faciebant isti Archidiaconi, quia extra iudicium sine causæ cognitione exigebant pecuniam pro delicto commisso, & sustinebant criminosos in delictis recepta pecunia. Aut vult iudex procedere iudicialiter, & tunc si certa pœna non est imposita potest imponere pœnam pecuniariam, si illa magis timetur, vt hic in gl. Si verò certa pœna statuta, & tunc si cum causæ cognitione volunt illam temperare pronuntiando possunt per iura supe-
6 rius alleg. † Nam hoc videtur cõcessum cuicunque iudici cognoscenti de crimine, vt ex causa possit temperare pœnam dum pronunciat. sed postquam pronunciauit, hoc non potest, vt in d. §. notandum. & leg. prima. ff. de fur. nisi possit dispensare super illo crimine. vt in d. c. at si clerici in §. de adult. de iudi. nisi esset mulcta imposita, quæ potest propter inopiam rei, etiam ex post facto tẽ
7 perari, vt est tex. not. in l. illicitas. in fi. ff. de offic. præsi. ¶ † Vltimò
b aduerte quòd vbi pœna b non est in iure expressa debet imponi consuetudinaria. & si iudex excedit consuetudinem dicitur excedere modum, ad hoc tex. iuncta gloss. in l. hodie. ff. de pœ. & in præalleg. l. quid ergo. §. pœna grauior, sed consuetudine cessante venit arbitrium. ¶ † Sed quæro, nunquid episcopus possit imponere pœnam pecuniariam laico temporaliter sibi non subiecto. Io
8 ann. Andr. post Host. sentit in capitulo primo. de homi. libro 6. q̃ non, sed debet eam facere infligi per iudicem secularem alleg. capitul. secund. de maledi. & c. postulasti. ẽ. de Iudæis. & ca. cum secundum leges. de hære. libro 6. hoc dictum mihi non placet: ex quo enim est casus, in quo etiam iudex ecclesiasticus vendicat sibi iurisdictionem in laicos, non apparet ratio quare in casibus prædictis non possit sibi imponere pœnam pecuniariam, & q̃ possit induco text. i 6. quæstio. j. statuimus. & 17. quæstio. 4. quiquis. & ad iura in contrarium alleg. respondeo illud fieri pro fa-
9 ciliori executione. ¶ † Sed quæro quid fiet de ista pœna pecuniac ria, quã iudex ecclesiasticus exigit in casu permisso. Host. in summa. in titul. de offic. ordi. §. quid pertinet. ver. non tamen. debet dici quòd aut ex statuto imponitur pecuniaria pœna in casib. permissis, & tunc potest iudex illam retinere sibi, & sic potest intelligi c. dilectus. de offic. ordin. & cap. 2. de delic. pue. Aut non subest statutum, sed iudex ex officio suo in casibus in quibus potest imponit pecuniariam pœnam. & tunc posset sibi retinere, tamen si vult cuitare suspicionẽ cupiditatis, debet deputare impiam causam, & idem no. Ioan. Andr. hic & in capitu. j. de homi. præal. Sed de iure ciuili cui applicetur multa, seu pœna pecuniaria, dic vt not. in l. 4. C. de modo mult. & in l. agraria. ff. de termi. mo. & ibi vide.

ADDITIONES.

a ¶ Pœnam pecuniariam. Quando iudex ecclesiasticus possit imponere pœnam pecuniariam, latè explicat Feli. in ca. irrefragabili. §. cæterum. vers. si. prima conclusio, cum sequen. ẽ. de off. ord. Sebast. Sapia.

b ¶ Vbi pœna. Si iudex imponendo pœnam arbitrariam excedit consuetudinem, dicitur excedere modum, sed vide gloss. singulariter in vers. alioquin. in ca. inquisitionis. de accusa. quam al. & dicit non esse alibi. Ant. in ca. de causis. circa princ. de of. dele.

c ¶ Ista pœna. Quando episcopus imponit pœnam pecuniariam subdito cui applicetur hęc pœna. Et adde quod no. Ant. in ca. vt clericorum.

¶ Adde Ludo Ro. singu. 3 Zacharias.

¶ Adde quod voluit allegare sing. cccexliij. incip. sed posito casu. de quo vide eundem singu. suo cccxx. inc. reg. est & Gemi. in c. fi canon. §. si autem. & ibi Philip. Fran. & Cel. in apost. ad vtrunque, qui hoc sing. alleg. de offi. ord. lib. vj.

c ¶ Ista pœna. Vide Per. de Anc. in consi xij. incip. spiritualis iudex. vbi vult, quòd vbi punitio criminis spectat ad iudicem ecclesiasticum, pœna applicatur iudici seculari. sed reprobat Card. in Clej. §. j. in ij. q. de hæreti. & Fel. in d. capitul. irrefragabili. §. cæterum. ẽ. de offic. ord.

SVMMARIVM.

1 *Litigans temerè, vel calumniosè si succubuerit condemnatur in expensis.*
2 *Litigans de ipso quod succumbit in causa præsumitur calumniosè, vel temerè litigasse.*
3 *Condemnatio expensarum, quomodo fit quando fertur sententia in fauorem absentis, & contumacis.*
4 *Iuramentum calumniæ non excusat à condemnatione expensarum.*
5 *Litigans cum consilio aduocati, si succubuerit, an, & quando condemnetur in expensis.*
6 *Litigans pro vna opinione alicuius quæstionis multum dubitabilis, si succubuerit non condemnatur in expensis.*
Litigans cum consilio alicuius acutissimi doctoris, si succubuerit non condemnatur in expensis.

CAP. IIII.

CALVMNIAM. Victus condemnatur victori in expensis etiam in causis pecuniarijs, & vnum casum excipit. h. d. primò legem recitat, quam secundò approbat, ibi quoniam.

¶ Casus literalis. Qui calumniosè litigant, puniendi sunt, & de calumnia puniuntur secundum quòd leges præcipiunt etiam, qa istud sacris consonat institutis præcipit papa. vt decætero in pecuniarijs causis victus victori in expensis legitimis cõdemnetur, nisi feratur sententia pro absente. Bernar.

1 ¶ Nota primò ex text. q̃ victus condemnandus est in expensis, non solum cum calumniosè litigat, sed etiam cum temerè, & ad hoc solet allegari quotidie hæc litera. concor. le. eum quem temerè. ff. de iud. Et differentia est inter calumniam, & temeritatẽ, nam calumnia consistit in animo, & non potest probari ex actis, sed tamen probatur ex coniecturis, cum sit quidam dolus. l. dol. C. de dolo. & c. 2. de renun. lib. vj. Temeritas verò potest esse sine dolo, & probari ex actis. vt quia habens iniustam causam, nõ habito consilio peritorum, credens proprio capiti se habere bonã causam litigauit. talis enim dicitur temerè litigare. Secundò no. q̃ in condemnatione expensarum standum est legibus imperialibus, ex quo non contradicunt canonibus. Et expediendo totũ intellectum huius cap. vna cum gl. o. subijcio quatuor quæsita. Primum est, nunquid quilibet, & deficiens in iudicio præsumatur calumniosus, seu temerarius, & sic habeat locum condemnatio expensarum. Secundum, quomodo sit procedendum in condẽnatione expensarum, quando sententia fertur in fauorem absentis contumacis. Tertium, nunquid succumbens, qui iurauit de calumnia debeat condemnari in expensis. Quartum, quid si iste
2 succumbens etiam litigauit cum consilio aduocati. ¶ † Et quo ad primum communiter tenetur hic, & in ca. fi de dolo & contu. q̃ eo ipso. q̃ succumbit, præsumitur calũniosus, vel temerarius, & venit condemnandus in expensis, nisi ex aliquibus indicijs appareat eum probabiliter litigasse. nam iura simpl⁹ dicũt victum victori in expensis condemnandum. & sic præsumitur à iure calũnia, vel temeritas eo ipso, quòd succumbit.

3 ¶ † Quò ad secundam qõnem sunt principaliter duæ opi. vna est vt qñ sententia fertur p̃ actore absente, & tunc reus debet detrahere de sua demnatione principali expensas, quas fecit in lite, sed succubuerit. & hoc statutũ fuit in odium absentis contumacis, qui habebat bonam causam, & voluit esse contumax. & istam etiam opinio. sentit hic gloss. & fuit Pla. antiqui

Universidad de Deusto Biblioteca

doc. iuris ciuilis. ¶ Ita opini. & communior est, vt præsens victus condemnetur absenti victori, etiam in expensis, sed de ista condemnatione expensarum, debet reus suas expensas detrahere, & hæc opi. l. placet gloss. in l. properandum. in §. sinautem reus. C. de iudi. & sequuntur hic Ioan. Andr. & communiter doc. nostri. nam ex prima opi. sequeretur inæqualitas secundum Ioan. Andr. inter actorem, & reum, quia si sententia ferretur pro reo absente, actor præsens victus non posset expensas suas deducere ex condemnatione, quia nulla est condemnatio, cum reus tantum absoluitur. Item quia absens punitur dupliciter. primò, quia non reficerentur sibi expensæ. secundò, quia de condemnatione principali detraherentur expensæ rei. Et aduerte, quia iste tex. in fin. loquitur nimis generaliter, videtur innuere, quòd quando sententia fertur pro absente, tunc fit illa condemnatio expensarum. Sed ius ciuile loquitur magis clarè in d. l. properandum. §. sinautem. vbi dixi quòd quando sententia fertur pro actore absente, tunc in pœnam ipsius reus debet de condemnatione sua detrahere expensas, quas fecit in lite, vnde variatur intellectus illius l. an debeat intelligi de condemnatione s. principali, vt quia tenebatur soluere centum, & expenditur. vnde detrahendo illa xx. tantum remanent octuaginta soluenda absenti, an verò intelligatur de condemnatione sua. l. expensarum. & sic condemnatur reus absenti victori in principali, & in expensis, & de expensis actoris absentis, & potest detrahere expensis, quas fecit. & certè alius intellectus videtur mihi verior, primò per istum tex. in fi. non improbriando literam, vnde cumtantum text. hic faciat mentionem de condemnatione expensarum, dicens victum victori condemnandum in expensis nisi sententia pro absente feratur, ergo vt sit vera exceptio, debet intelligi, vt victus tunc non condemnetur victori in expensis, ergo cum l. properandum dicat quòd de cõdemnatione sua reus detrahat expensas, quas fecit in lite, non possimus intelligere, nisi de condemnatione principali. Ad idem iudicio meo videtur text. in d. l. properandum. in §. sinautem. vbi dicitur quòd siue vna parte præsente, siue absente decidatur lis, semper victus debet victori condemnari in expensis. & omisit casum, quando lis deciditur vno præsente, & alio absente, quia tũc non fiet condemnatio expensarum, si sententia feratur pro absente, vt superius dixeram, allegando §. sinautem. b nec obstat inæqualitas, quam adducit Ioan. An. quia ideo obseruatur, & cum actor absens obtinet in causa, consequitur lucrum expensarum rei, meritò ex condemnatione principali deducuntur expensæ rei. Sed quando reus absens absoluitur, tunc nihil consequitur, vnde durum esset quòd de propria bursa solueret, maximè cum ipse actor fuit in culpa eum vocando ad iudicium, & satis punitur ex quo victus non condemnatur sibi in expensis, & pro hoc intellectu etiam facit, quia absens contumaciter nullas, vel modicas expensas fecit. vnde expensæ præsentis, qui semper fuit in iudicio excedunt communiter expensas absentis, vnde verisimiliter non possunt deduci istæ expensæ præsentis ab expensis absentis, quæ fuerant modicæ, deducat ergo ex condemnatione sua in odium illius, vel saltem si volumus tenere communem opin. dicamus, vt ex tota condemnatione tam super principali, quàm super expensis possit reus deducere suas expensas, & si non sufficiunt expensæ absentis ad compensationem, fiat deductio de condemnatione principali. cum tex. in d. §. sinautem. dicat indefinitè de condemnatione sua c, &c.

¶† Quòd ad tertium, nunquid iuramentum calumniæ excuset à condemnatione expensarum, communiter tenetur quod non, vt hic, & in l. 2. C. de iura. calum. nam vt ponderat Ioann. Andr. & bene, victus condemnatur in expensis, non solum quando calumniose litigauit, sed etiam quando temerè litigauit. vt hic in princip. Iuramentum ergo calumniæ quanquam excusare videatur à calumnia, non tamen à temeritate excusat. Item de calumnia iurabatur omni tempore. sicut & hodie, & tamen iura generaliter præcipiunt condemnationem expensarum, ergo iuramentum calumniæ non excusat à condemnatione expensarum. Tertiò facit æquitas, cum videamus litigantes facilè iurare de calũnia, vnde iniquum esset ex facilitate temerè litigantis, victorem debere damnificari in expensis. Quartò ego adduco capit. final. suprà tit. prox. vbi si culpa, imperitia, vel negligentia tua damnũ darum est mihi. licet cesset dolus, & calumnia, teneris mihi ad emendam. ergo si per temeritatem tuam, & facultatem in litigando seu imperitiam tuam sensi damnum expensarum, tu debes d mihi reficere illud damnum. d ¶† Quòd ad quartum, quid si succũbens litigauit de concilio aduocati. Host. hic distinguit, q aut nõ detexerit sibi totam veritatem, & tũc imputandum est sibi. de se enim comqueraẽ, nam apparet temeritas seu imperitia, & facilitas ipsius. Aut detexit veritatem, quam sciebat, sed veritas probabiliter eum latebat, vt quia successerat in ius alterius, & non potuit melius instrui, & tunc pareitur sibi, nã qui in ius succedit alterius iustam ignorantiæ causam censetur habere. in regula is e qui. de re. iu. li. vj. e Aut dixit totam veritatem, sed aduocatus, vt lucraretur dedit sibi consilium litigandi. & tunc tenetur aduocatus de suo. ar. in l. rem nõ nouam. C. de iud. Aut q imperitiam, seu negligentiam aduocati perdit causam. & tunc tenetur etiã aduocatus de suo. f ar. in c. ad aures. de ætat. & qual. & facit tex. optimus in c. fi. & quod ibi dixi. s. ti. ptox. ¶† Sed Host. vt omittere aliud membrum notabilius, qñ scilicet habuit consilium sine dolo vel imperitia aduocati, vel alterius doctoris. vt puta erat lex multipliciter intelligibilis, & difficilis, ex qua pendebat decisio q. tunc eñ si habuit consilium secundum vnam partem, satis puto hunc debere euadere condẽnationẽ expensarũ, g a hic cessat calumnia temeritatis. & hoc casu excusat iuris error, vt in l. regula. de iur. & fac. ign. & quod no. inst. de oblig. quæ ex quasi delic. nasc. in prin. g idem putarem, vbi haberet consilium secundũ vnã opi. acutissimi doctoris, vt licet succumbat propter communem in contrarium nihilominus euitet condemnationem expensarum,

ADDITIONES.

a §. Sed tu dic q gl. non apit. nam dicit q victus præsens sumptus suos de condemnatione deducit, vnde potest intelligi dupliciter. Primo modo q deducet de condemnatione expẽsarum, in qua præsens condemnatur absenti habenti bonã causam. Item, & secundo potest intelligi quòd deducet de condemnatione principali, & sic non apparet qualiter gloss. intelligitur. Alexã. de Ne.

b §. Sed Ab. Sic. hic non cõdemnauit illum tex. Nam ibi dicitur quòd siue parte absente, siue præsente vtraque lis fuerit decisa, victus victori debet cõdemnari in expensis. ltẽ quòd etiam alterutra parte absente. i. siue reus, siue actor sit absens victus victori debet condemnari in expensis. Ergo ibi non est obmissum qñ vnus est præsens, & alius absens, imo vbi est decisum q si ferẽ sententia reo presente actore absente pro ipso absente reus præsens debet condemnari actori absenti in expensis. & idẽ actore præsente, & reo absente. Si ergo reus præsens debet condemnari in expensis actori absenti debent deduci expensæ rei de condemnatione expensarum, qua reus presens condemnatur absenti. & sic ibi est casus pro opi. communi. Alex. de Ne.

c ¶ Istud vltimum credo verum, & hoc modo cõcorda opiniones. Alex. de Ne.

d ¶ De hoc etiam vide Spec. & Io And. in tit. de expen. §. nunquid de expensis. ver. in hoc autem est differentia, & ver. quid si est talis causa. & per Bar. in l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. & in l. cũ quem temere. ff. de iud. & in authẽ. generaliter. C. de epis. & cler. tene opin. Doct. hic. Sed in l. properandum. §. sinautem. C. de iudi. secutus fuit opin. Iaco. Butr. qui dicit, q iuramentum calumniæ excusat nedum à præsumpta calumnia, sed etiam à presumpta temeritate, quia in illo iuramento continetur quòd iurans credit se habere iustã causam, & ideo debet intelligi quòd credit iustis rationibus, & non temerarijs, & Bar. dicit q Iac. Butr. habuit bonũ intellectum. & dicit q calumnia consistit in animo, ideo non potest probari directò. Sed temeritas faciliter pòt ex actis colligi, & sic vult Bar. q iuramentum calũniæ indistinctè excuset à præsumpta calumnia, sed à presumpta temeritate ita demum excuset, nisi ex actis deprehendi possit eum, qui succubuit temeratiè litigasse. quia tunc non excusaretur à condemnatione expensarum, ex quo cõstat ex actis ipsum non habuisse iustam causam litigandi. & hoc modo debet intelligi gl. 2. q. 1. imprimis. quæ tenet quòd iuramentum calumniæ excuset à condemnatione expensarum, nam debet intelligi nisi ex actis appareat eum temerè litigasse. Bald. plenè examinat istũ art. in auth. gñaliter. C. de epis. & cle. & aliter loquitur. q faciat Bar. sed nõ me extendo vlterius sed vos remitto ad c. finem litib. s. de dol. & contu. vbi ille art. plenissimè examinatur, &c. Alex. de Ne.

e ¶ Et dicit Host. & Doc. q quãdo iudex absoluit ab expensis illũ s. quem fert sententiam in lite principali, debet in sententia causam exprimere, s. quare non condemnauit in expensis, allegat auth. de iudi. col. 6. Alex. de Ne.

f ¶ De suo. Quòd aduocatus teneatur firmat Feli in c. tua nos. s. de homici. Geor. Na. in cle. sæpe. § quæ ola. s. de pbat. Feli. in c. pastoralis. ver. dubito de dicto. s. de iudic. Sebast. Sapia.

g ¶ Sed ego distinguerem prout distinguit Bar. in l. 2. C. de pœ. iud. qui malè iud. vbi Bart. tractat, an si iudex errat in facto, de quo sunt opi. inter Doct. an excuset quominus teneatur satisfacere illi contra quem tulit sententiam. Et ibi Bar. distinguit q aut eligit opi. quæ cõiter improbatur, & cõiter contraria opi. seruatur & tunc dẽt condemnari, quia minimè sunt mutanda, q certam interpretationẽ habuerũt, vt in l. minimè. ff. de leg. Aut sunt opiniones ita fortes q qñq; seruatur vna opi. qñq; alia, & tũc iudex excusatur: quia errauit errore probabili. nã pp opi. lex dr̃ incerta. vt in 1. cõst. C. quib. sic dicens in parte succumbente. Alex. de Ne.

rũ per notabile dictum Io. An. in c. i. de ætat. li. 6. in ver. sed neque ex multitudine. ex rex. n. in l. 2. §. sed neq; C. de ve. in. enu. & quod no. Zenze. in c. ne Romani. de cle. & dico in ea finem. de do. & a pu. Inn. hic posuit vnã gl. satis no. super materia condemnatio num expensarum, quæ communiter hic omittitur, quia tractatur in d. c. fi. & in c. consuluit. de offi. deleg.

ADDITIO.

a ¶ Sed Bal. in l. 2. C. de pœ. iu. qui malè iud. d. erit quòd præsumitur imperitia in eo qui tenet nouas, & insolitas opi. Vnde dicit q in iudicãdo nunquam est recedendum à consiliò prudentum. maximè glossarum. Vlterius me non extendo, sed de eo quod dicit Ab. Si. sic dic vt per Doctos in d. c. finem litib. & in d. cle. ne Romani. de elect. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Clericus deponitur si dederit causam bello, vel ipse personaliter pugnauerit, intellige vt infra nu. 3.*
2 *Clericus incitans aliquem ad bellum iustum non deponitur.*

CAP. V.

QVOD IN DVBIIS. † Clericus causam, seu operam præbens bello deponendus est. h. d. Casus literalis. Quærebatur de pœna clerici causam, seu operam dantis bello. Cõsultus papa respondet quod sacerdotes, qui gubernant nauem ad pugnam, & qui personaliter conflictum exercent alios incitant ad pugnã dum, omnes sunt deponendi. Bernar. Not. primò ex text. tria deli cta depositione digna, siue ergo clericus exerceat gubernationẽ nauis, seu exercitus ad pugnam, seu corporaliter pugnet, siue alium incitet ad pugnam deponi potest. Secundò. nota ex ratiõe literæ ibi enormiter peccant, &c quòd pro quolibet enormi crimine clericus deponi põt. facit in c. si episcopus. xvj. qõ. 7. inuentum. & de iud. c. cum non ab homine. & in c. at si clerici. eo. ti. & ibi plenè dixi quæ sunt crimina depositione digna. & aliquid tangam. j. ca proxi. non habetis alia notanda. In gl. ibi, interesse bel a lis, a &c. no. bene gl. apertè enim vult maximè iuncto tex. quòd vbi bellum est iustum, licet sacerdotibus nedum alios incitare ad pugnam, aut ad conflictum, sed etiam interesse in ipso cõflictu, qã tamen intellige, dummodo nõ ipsi pugnent, quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnandum, etiam contra Saracenos, & alios infideles, vt in c. ex multa. s. de voto. & in c. connenior. 33. q. vlt. quam intellige nisi opprimerentur, & non possent aliter euadere mortem. nam tunc licitè pugnant. adeò quòd irregularitatem non incurrunt, etiam interficiendo, vt in cle. si furiosus. de homi. † Inn. hic variauit in materia ea. nam primò dicit, quòd licet prælatus habens iurisdictionem temporalem possit ex iusta causa indicere bellum, & alios incitare ad pugnam, aut ipsi tum, tamẽ si interest ipse in cõflictu, & incitat alios dicendo, pugnate fortiter. seu emittit voces exhortando eos ad pugnã, q fortè talis incurrit irregularitatem. Hostiẽ. dicit q sine forte, si hinc inde sequitur mors, vel mẽbri mutilatio. sed q a prædictis obuiare vi- b denẽ c. pe. de homi. & de cle. perc. ca. pen. & vlt. dixit postea hq cã defensionis possunt clerici interesse, satis põt dici, q aut clericus ex iusta cã infert bellũ, puta & habet iurisdictionẽ temporalem. & tũc non debet interesse. Aut est ibi cã defensionis, non tamẽ erat necessitas in euitabilis, & tunc si sequitur mors, vel membri mutilatio ex percussione sua, efficit irregularis, vt i d. c. pe. de ho. secus si ex percussione sua, sed aliorũ, & dic plenius, vt dixi in d. c. pe. & vlt. c de cle. percu. & vide bonã gl. o. q 20 cordat eũ ista. 23. q. sciscitatus. c.

ADDITIONES.

a ¶ Bellis. An. & q ñ licitum sit prælato, vel clericis pugnare in bello licito, vel eis præesse, vel aliis indicere bellum. vide quod de hoc dixi latissimè post do. Abb. in cle. pe. de homi.

¶ Adde late Card. consi. j. de treu. & pace.

¶ Adde vltra eos, quod notaui in apo. ad istum in ca. olim. q. 3. s. de resti. spo. Alex. in l. ex hoc iure. ff. de iu. & iu. & in l. hostes. ff. de capt. & postlimi. reuer. & Old. cons. 70. Zacharias.

a ¶ Bellis. Vide Arc. latè in c. si quis vult. 36. di. vbi Car. Alex. copiosè. & do. Ant. in c. exposuit. s. de dila. Card. in cons. xix. inc. quidam presbyter. Seb. Sap.

b ¶ Et dicit Inn. q in defensione possunt clerici gubernare naues, & alios ad pugnam defensionis incitare, & in tantum affligere hostes q eos dimittant. allega dictum ca. pen. & fin. de cle. percus. Alex. de Ne.

c ¶ Vtrum autẽ hæc Decre. intelligatur de oĩb. clericis, Inn. refert duas opi. Prima est q sic. & verbũ, sacerdotes, positum in tex. debet exponi. i. clerici, simile s. de coha. cler. & mul. c. 2. & de hæret. c. in eos. Secunda est, vt istud c. solum intelligatur de prælatis. Sed primus intellectus est communior, & ipsum sequitur do. Car. & Bu. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Clericus degradatur propter enormia crimina, vt est latrocinium etiã detrudatur in arctum monasterium si fuerint, verò est tantum depositione digna.*
2 *Clericus degradatus actualiter non est vlterius sub protectione ecclesiastica. secus si degradetur verbaliter puta deponatur.*
3 *Delicta siue crimina quæ dicantur leuia grauia, & grauissima.*
4 *Clericus ob quæ crimina suspendatur, deponatur, degradetur, & in strictã locis detrudetur.*
5 *Pœna perpetui carceris æquiparatur morti, & debet rarissimè infligi.*
6 *Clericus depositus, & ad perpetuum carcerem damnatus, an possit testari.*
7 *Detrusio in monasterium an debeat fieri ad tempus, an in perpetuum. Clericus semel intrusus, an possit ampliùs ordinari, vide in fi. j. ca. ad aures. n. 2.*

CAP. VI.

TVAE DISCRETIONIS. Abbas, & clericus in magnis criminib. deprehẽsi post depositionem detrudi debent in monasterium ad agendum pœnitentiam. Vel sic, clericus pro magno scelere ab eo commisso deponi debet, & in monasterium detrudi ad agendum pœnitentiam. hoc dicit. a & secunda pars ibi. respõdemus. Casus literalis. Clerici aliquando deprehenduñ in latrociniis, & aliis magnis scelerib. quæritur qualiter sint puniend. Respon. pa. q à suis sunt ordinib. degradandi & in arcta monasteria detrudendi ad agendum pœnitentiã. B. No. primò ex tex. regulam vnam generalem, q pro magno scelere clericus ne dum deponitur, sed etiam detrudi debet in arctum monasterium ad agẽdum pœnitentiam. Et aduerte, quia si non posset in monasterio tutè esse, quia timetur de fuga, ne opportunitate capta ide fugiat, potest sub arcta custodia detineri, vt in c. vt famæ. j. de sen. ex. † Secundò b not. q latrocinium cõputatur inter magna scelera. b & pro eo fit depositio. & detrusio. & ponderatex. quia loquitur de latrociniis. non ergo habet locum in simplicib. furib. nam in plus se habet latro, quàm fur, quia latro est de die. & quandoque cum violentia, sicut sunt isti prædantes in stratis publicis. Sed fur est de nocte, & sine violentia. vt dixi ca. 2. s. de homi. tamen pro furto clericus deponi potest. vt in c. cum non ab homine. s. de iud. sed fortè non fiet etiã detrusio post depositionẽ sicut in latrone, nam & ipsum ius ciuile longè acrius punit istos latrones famosos, quã fures occultos, vt in l. capitalium. §. famosos. ff. eo. in authen. sed nouo iure. C. de fur. c. † Vltimò. no. q clericus degradatus adhuc remanet 2 sub iurisdictione ecclesiæ. contra quod facit c. degradato. de pœnis. in fi. lib. 6. nã degradatio eximit, & priuat degradatum ab omni beneficio, & priuilegio clericali, & incontinenti degradatus relinquitur potestati seculari per eum puniendus, vt ibi. Sol. hic loquitur de degradatione verbali, quæ non priuat ab omni priuilegio. vnde non tollitur priuilegiũ fori, nisi posteà sequatur incorrigibilitas, vt in c. cum non ab homine. de iud. & in c. dictũ. 81. dist. Cõtrarium loquitur in degradato actualiter, & sic nota ex litera 3 q degradatio quandoque sumitur pro depositione verbali. † Sed quia in tex. fit mentio de magnis scelerib. quæro quę dicantur magna scelera, nam si rectè ponderetur tex. non est de mente ipsius, vt pro quolibet peccato mortali clericus posset depo

ADDITIONES.

a ¶ Hoc dicit, & allegatur iste tex. per Ab. in c. ex literis. de consti. s. Alb. de Rosa. vide ibi. Andr. Barba.

b ¶ Magna scelera. Sed qñ dicitur delictum maius, & minus de iure ciuili, & de iure diuino, vide consi. Bar. quod incipit ad declarationem huius qõnis. & est in ordine 7. vide omnino. quia loquitur secundum Theologos. And. Barb.

2 †Sed ò no. q pro iniuriis irrogatis clerico põt laicus excommunicari, non ergo est excommunicatus ipso facto, si iniuria est illata citra manuum iniectionem, de quo in c. si quis suadẽte. 17. q. 4. a & intellige q potest excõmunicare pro iniuriis, id est, quia non satisfacit, vel non vult parere iuri conuentus super iniuriis, nam directè non potest quis excommunicari pro crimine, vt in c. sacro. de sen. excom. & no. xj. q. 3. episcopi. †Tertiò no. q persistens in excommunicatione per biennium est suspectus de hæresi, nam præsumitur malè sentire de sacramentis ecclesiæ, cũ non faciat, nec facere possit id, ad quod fidelis quilibet tenetur, vt in c. omnis. j. titu. proxi. Item præsumitur malè sentire de potestate ecclesiæ, ex quo non curat de eius excommunicatione, & licet hic dicatur de biennio, tamen idem est secundum Hostiẽ. & alios de anno. ar. in c. rursus. &c, quicunque. xj. q. 3. & in d. ca. omnis. & hæc bene tenementi, quia ad hoc quotidie solet allegari hoc c.
b Et quid operetur hæc suspicio hæreseos. j. subiiciam. b Quartò no. quòd non solum contemnit excommunicationem celebrãs absolutione non petita, vel ingerens se communioni hominum, vt in c. illud. & in c. 2. §. de cleri. excom. mini. sed etiam dicitur cõtemnere excommunicationem, qui longo tempore ab ea absolutionem non petiit. †Item no. q in pœn. s inferendis per Romanum pontificem deferendum est nobilitati, nam hic papa potuisset actius procedere contra istum indicendo sibi purgationem de hæresi, vel cum excommunicando si eam non præstaret, iuxta formam c. excommunicamus. in §. qui autem. s. de hæreti. sed voluit deferri nobilitati, non enim debet iudex maximè ecclesiasticus, indifferenter exercere seueritatem contra omnes, quia vt dicunt Doc. & bene ex hoc sæpe procedunt scandala. & schismata
d quibus obuiandum est. ar. in c. nihil cum scandalo. s. de præscri. d
5 †Item no. quòd ex contemptu excommunicationis potest excõmunicatus puniri per ecclesiam, priuando eum iure sibi quæsito in ecclesia. Idem notabiliter dicit Hosti. si laici essent sibi obligati in debito pecuniario, vt ratione huius contemptus possit ecclesia eos absoluere ab illo debito. ar. in ca. pro humani. de homi. lib. 6. & in cap. cum secundum leges. de hæreti. eo. lib. 6. Ex quo etiam infero q iudex ecclesiasticus potest multare. & temporaliter punire laicum pertinaciter perseuerãtem in excommunicatione. & hoc bene no. quanquam enim nõ sit in vsu potest exercere. e †Vltimò collige ibi, penitus absolutos, q vasalli, & subditi excommunicatorum ipso facto, absque alia sententia sunt absoluti ab omni obedientia domini excommunicati, quandiu dominus perstiterit in excõmunicatione, de quo in c. inter. j. de sen. excom. & in c. quoniam multos. xj. q. 3. †Lagl. in ver. hæreticæ prauitatis, in fin. dic tamen q aut fuit quis excommunicatus pro cõtumacia commissa in causa hæresis, & tunc per lapsum anni habet pro hæretico, & potest puniri, vt hæreticus. vt in c. cum contumacia

ADDITIONES.

a ¶ Et infra, de sen. excom. nuper. Alex. de Ne.
b ¶ Sed ego infra subiiciam verba Hosti. Alex. de Ne.
c ¶ Procedere. Vide Fel. in c. pastoralis. in prin. s. de offic. deleg. vbi quando dicit quòd in hæretico non consideratur nobilitas, aut dignitas, quia in tali crimine æquè punitur nobilis, ac rusticus. Sed Bap.
d ¶ Hosti. dicit q papa parcit huic nobili, quia nec illi purgationẽ indicit, nec illum excommunicat, vt possit postea de hæresi damnari, licet enim ecclesia sic possit procedere, vt ca. excommunicamus. s. de hæret. potest etiam omittere ex causa, vt propter cõditionem personæ, nam si sine delicto personarum semper illo modo procederetur suscitari possent scismata, & scandala, quæ vitanda sunt, de renun. nisi cum prudẽ. ver. pro graui quoque scãdalo. Alex de Ne.
e ¶ Hæc sunt verba Hostien. dicit enim q putat ecclesiam hoc facere de pecuniariis debitis, ad quæ laici sunt ei obligati, alleg. de Iudæis. ita quorundam. de hæret. vergente. sed do. Card. hic in fi. cõmenti dicit quòd illi sunt alij casus, nec pœna illa debet ad hunc casum extendi, vt in reg. in pœnis. in 6. Sed postea dicit quòd ecclesia hoc potest, id est, papa ex causa, propter multam contumaciam excommunicati, & dicit hoc non esse dubium. sed tenet opi. Hosti. quam communiter Doct. sequuntur. Et dicit q quãdo permanens in excõmunicatione est quasi de hæresi conuictus, quòd tunc ecclesia potest liberare debitores à debito, quo tenebantur excommunicato per iura alleg. per Hostien. Sed quantũ ad illud quod dicit domi. Card. quòd papa potest ex causa punire laicum temporaliter, dic vt per Inn. & Doct. in c. inquisitioni. in fra. de senten. excom. Alex. de Ne.

a tumacia. de hær. lib. vj. Aut fuit excõicatus a pro contumacia in alia causa, & tunc licet steterit pannũ, vel plus in excõicatione nõ tũ habetur pro cõuicto. de hær. vt no. in d. c. cũ cõtumacia. sed tũ. insurgit suspicio contra eum de hæresi. vt est rex. no. hic, & est hæc suspicio probabilis. & non violenta sm In. qui dicit hãc suspicionem non sufficientem ad condẽnandum eum de hæresi, sed poterit sibi indici purgatio. in qua si defecerit habeẽ. p cõuicto,
b vt in c. inter. in fi. s. de pur. cano. & in d. c. excommunicamus. §. ¶ In gl. in ver. nobilitati. in fi. Et dic. vt not. in ca. ea. q. & cap. qui ẽ
& pacẽ. all. in gl. ¶ † In gloss. in ver. ecclesias. ibi, vt interim ecclesiæ non ei rũdere tencantur, & c. vult ergo gl. q hic ecclesiæ non absoluant putè ab omni debito, in quo tenerentur isti excõmunicato, sed ad tẽpus quousque perstiterit in excõicatione. cõtrariũ sentiũt hic Doc. & melius, nam in absolutione ecclesiarum tex. loquitur simpliciter, vnde dicit litera absoluentes, &c. sed respectu vasallorum apponitur tempus, nam q a contẽnedo excõicationẽ, vt contẽnere claues ecclesiæ. ideò æquum fuit, vt oẽs ecclesiæ purè absolueretur ab eius debito. Sed respectu vasallorum ista est quãdam denuntiatio, nõ enim tenentur vasalli obedire excõicato, vel secum cõicare, etiam nõ expectato biẽnio vel anno, vt xv. q. vj. c.
c nos sanctorum. & c. iuratos. & plus dico quòd ecclesia potuisset, etiam purè, & in perpetuum in pœnam absoluere oẽs fideles, seu vasallos à fidelitate huius, sicut propter delictum q̃q; cõicat oĩa bona laici, vt in c. ita quorũdam. de iudæ. & c. cum secun
d dũ leges. & c. pro humani. præall. d sed hic papa noluit ita seuerè procedere contra istum. pro hoc tex. ibi nobilitati parcere.

ADDITIONES.

a ¶ Aut fuit excommunicatus. Vide quę dixi in c. postulasti. de homi. And. Bar.
¶ Adde q no. in simili Lud. Ro. sin. suo. 303. inc. de hoc heri fui interrogatus, vbi faciendo istam distinctionem. tenet q qui steterit in excõicatione pro cã criminali in eũlata per vnũ annũ, potest priuari omnib. suis bñficijs ecclesiasticis, de quo vide istum in c. postulasti. num. 4. in apostil. inver. fuerunt per annum. s. de homi. volun. vel casuali. Zacharias.
b ¶ Quæ aũt sit rõ. q annalis perseuerantia inducat suspicionẽ hæreseos, Ho. assignat plures. Primò, qa nõ facit, nec facere põt, id ad quod oĩs Christianus tenet, qa neq; cõfitetur peccata sua, neq; facit se absolui prout tenet quilibet Christianus singulis annis, vt in c. oĩs. de pœn. & remiss. Sed 2, qa ex hoc præsumit aliter sentire de sacramentis, q̃ sentiat, & doceat ecclesia, d hæret. ad abolendã. nam qui omnipotentẽ Deũ metuit, nec ẽ euangeliũ agere aliquid vllo modo consentit, vt dicit tex. ad fam. xj. q. 3. qui oĩ potẽrem, & qui se ab ecclesia separat, nec sanctam communionẽ recipit hæreticus appellatur, vt in auth. de priui. do. h æ. mul. nõ præst. j. resp. §. igitur sanctam cõionem. Dicit etiam Host. alterũ ex duob. inferri, quòd aut talis insanus est, aut de fide malè sentiens: si igitur talis apparet sanæ mentis, o fortius præsumitur in fidelis. Sed & præsumitur malè sentire de illo art. Vnam sanctam ecclesiam, &c. quib. consideratis dicit Hosti. quòd ecclesia potest post tantam expectationem, & pertinaciam illum condemnare de hæresi. Sed ecclesia iuxta maternum effectum præferens æquitatem, & gremium non claudẽs, sed humanę fragilitati parcens, non sequitur rigorem hunc. sed incedens per mediam viam solam suspicionem tribuit, & hoc ne videatur dissimulare, & correctionẽ peccatorũ negligere, 43. dis. ephesis. de of. ordi. irrefragabili. Et sic vult Ho. q post lapsum anni, ecclesia de rigore posset excõicatum condemnare de hæresi. Sed ecclesia temperans rigorẽ, & sequens medium habet talem pro suspecto de hæresi, ita q pt ei indicere purgationem, in qua si defecerit habetur pro conuicto. D. Car. in c. excõicamus. §. qui aũt. in 3. q. dicit q si quis excõicatus pro alia cã, q̃ pro hæresi, vel eius contumacia, licet nõ habeatur, vt hic: tũ surgit præsumptio hæresis ẽ eum, ita vt possit indici purgatio, in qua si defecerit, & sic steterit per annum poterit, vt hæreticus cõdemnari per d. §. qui autem. Et dicit D. Car. q sic cõsuluerunt aduocati Florentini. quòd procedit si nullas defensiones allegat, secus si allegat impotentiã soluendi eo casu quo fuerat excõicatus, quia non solucbat. vel quid simile, tunc. n. probata legitima defensione cessat suspicio hæresis, quæ subest q̃n. nihil allegat, quia tunc vẽ stetisse in excõicatione, tanq̃ contẽptor ecclesiæ, arg. huius c. qd dicit esse vtile ẽ istos pertinaces. Ex hoc conclude q vbi potest allegari causa, pp q̃ quis mãsit in excõicatione quàm propter contemptum clauium non inducitur suspicio hæresis, alias sic. quod tene menti. Alex. de Ne.
c ¶ Et dicit Ho. idẽ dicẽdum de bãnito per regẽ, an vasalli interim non teneantur, vt ex collatione. hic finitur lex, incipiunt consuetudines regni. c. j. qd incipit, domino guerram mouente. Et dicit Host. q dictio, penitus, posita in tex. idẽ importat: quod ipso iure, vel ipso facto. & hoc sequuntur Doct. & idem dicit Ab. Si. in c. præced. circa fi. Alex. de Ne.
d ¶ Dic, vt supra dixi in add. quæ inc. hæc sunt verba Ho. sed hic Papa voluit ita seuere procedere contra istum, pro hoc tex. ibi, nobilitati parcere. Alex. de Ne.

¶ De pœnitentijs. & remissionibus. Tit. XXXVIII.

CONTINVATIO RVBRICAE.

¶ Suprà visum est de pœnis, quæ imponuntur in foro iudiciali, nunc competenti ordine subnectitur de his quæ imponuntur in foro pœnitentiali, verum, quia huiusmodi pœnę seu pœnitentiæ quandoque relaxantur per indulgentias, seu remissiones, ideò hic subijcit de remissionibus.

CAP. I.

a MANIFESTA. Breue est. & per alia verba pt sic summa ri. Pro manifesto pœnitentia publica imponi debet. h. dicit.
¶ No. ex tex. quòd ecclesia pt compellere peccatorem ad agen
b dum pœnitentiam, b & si peccatum est publicũ, publica debet esse satisfactio, vt cæteri metum habeant, & arceantur à similibus. text. est in capitu plurimos. lxxxij. dist. contra defendentes errorem proprium. vnde alibi dicit canon, publicè peccantem publicè puniendum. xlv. distinct. sed illud. Ex quo infertur quòd cum qua qualitate peccatum est productum ad esse, cum eadem per pœnitentiam abolendum est. vnde hoc e conuertitur, vt dicamus quòd peccata manifesta debent manifestè corrigi, occulta verò occulè. Et hoc vltimo casu intellige illud euangelicum. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripere eum inter
c te, & ipsum solũ 2. q. 1. Si peccauerit. & not. in c. nouit. s. de iudi. c
¶ Sed opp. ẽ tex. hic tex. non vẽ facere ad rem. qa hic loquitur de purgatione, vt patet in fine, sol. non loquitur hic de purgatione innocentiæ, put ti. de purg. cano. sed intelligiẽ de purgatiõe culpæ q̃ fit per satisfactionẽ cõdignam. In glo. in fi. no. ergo ex glos. & ex iuribus all. in ea, q quædam pœnitentia est publica, non tñ solennis est publica, sed non omnis publica, est solennis. Solẽnis dicitur illa, de qua habetur. l. dist. in capite. & illa non imponitur, nisi p delicto enormi, & scandalizanti totam vrbem. xxj. q. vj. ca. fin. & not. in d. c. in capite. Publica verò est illa, quæ imponitur in publico, sine solẽnitate, de qua habetur in d. cap. in capite. & hæc imponitur, siue delictũ sit graue, siue leue, vt hic in glo. Nunquid autem publica, vel solennis sit indicenda clerico, dic melius. vt no. in ca. presbyter. xxvij. dist. bon. tex. cum glo. in c. quæsitum. j.
d eo. & dic vt ibi dicitur. e

ADDITIONES.

a ¶ Manifesta. Vide Dominic. in ca. fed illud. in fi. xlv. dist. post Lau. & Archi. ibi, de Bellenzinis.
b ¶ Pœnitentiam, cãs. pp quas ecclesia põt iniungere pœnitentiã publicam. & solennem, vide pulcherrimè p sanctũ Thomam in quarto Sen. dist. 14. q. 1. art. v. circa medium. de Bellenzinis.
c ¶ Idem colligit But. dicit. n. quod eædem qualitates requiruntur in actu purgando, & extinguendo, quæ requirũtur in ipso essentiando. Ex. quo infertur q eadem qualitas adesse potest in causa productiua, & extinctiua, & sic eadem qualitas põt esse in subiectis contrarijs. Dicit Spe in tit. de pœn. in fi. quod pro certo peccato occulto non est infligenda certa pœna, ne peccatum possit percipi per d. c. si peccauerit. 2. q. 1. & per quandam extrauagantem quã non habemus. Alex. de Ne
d ¶ Nunquid autem iste tex. intelligatur de delicto notorio, an verò procedat etiam in delicto notorio. D. Car. dicit quod hic accipitur delictum manifestum pro delicto notorio, & etiam pro publico, non tantum notorio. Alex. de Ne.

CAP. II.

QVI PRESBYTERVM. Ponit pœnitentiã occidentis presbyterum.
¶ Notãtur ex textibus pœnas separatas imponendas interfectoribus sacerdotum. Prima est, quia cõpelluntur agere pœnitentiã. xij. ann. Et ita q agetur ista pœnitentia per xij. annos secundum discretionem sacerdotis, vt puta ieiunando aliquibus diebus in septimana, vel peregrinando, vel aliud opus licitum, & pœnitentiam exercendo, ad hoc quod not. in c. accusasti. s. de accu. & in cap. proposuisti. & ca. presbyter. lxxxij. dist. Secunda pœna, qa
a debet priuari cingulo militiæ. Et põt iste tex. intelligi dupliciter, inquantũ dicit conuictus, &c. vt intelligatur cõuictus, si in foro contentioso, & tunc ecclesia priuauit eum militia. Ex quo no. q ratione delicti ecclesiastici põt ecclesia priuare laicum militia
b tẽporali. b Ex quo infero, q idem est de doctoratu, vt quis possit priua

ADDITIONES.

a ¶ Dixi in ca. 2. de sponsa. duo. & d. c. accusa. post Ab. Si. dic vt ibi. Alex. de Ne.
b ¶ Temporali. Ad idem textus in ca. nullus episcopus. xj. q. 1. in ca. præceptum. xxx. q. v. de Bellenzinis.

priuari doctoratu, vt non habeat aliam dignitatẽ. ar. in l.ij. § miles. ff. de his, qui no. infa. & in l. grammaticos C. de ꝓfess. lib. xij. & nimirum. nam rõne delicti ecclesia priuat quem imperio, & dignitate regali. xv. q. vj. alius. & in c. ad apostolicæ. de re iud. lib. vj. & in c. venerabilem ꝛ. de cle. ¶ Scdò põt intelligi. f. in foro pœnitentiali, vt intelligit In. & fm eum presbyter iniunget sibi pœnitentiam, vt debeat abstinere à militia, & iurendere pœnitẽtiæ. ar.
a xxxiij. q. ij. admonere, a & posset intelligi fm eum istud verbum largè pro quolibet negotio seculari, vt abstineat pro mercimonijs, & similibus ar. de pœ. di. j. qualitas. Tertia pœna, qa priuatur facultate contrahendi matrimonium, vt in pœnam sui vitæ duerat solitariã, & sic decedat sine sobole. Et aduerte, qa licet impo-
b nat hæc pœnitẽtia bnõ tñ tollit potestas iudicis secularis, quomi nus possit ꝓcedere ꝑ eum ar. in c. fœlicis. de pœ. libr. vj. & xxiij. q. v. sunt quædam, nec etiam tollitur potestas iudicis ecclesiastici quominus possit procedere iudicialiter in foro contentioso. & alijs grauioribus pœnis afficere. ar. in c. cum sit generale. de fo. compe. & in c. fœlicis. de pœ. lib. vj. & c. ad apostolicæ. de re iudi. eo. li. ¶ In gl. j. ibi, septennis pœnitentia. & dic hoc esse ordinariũ, cum sacerdos ex causa potest mitigare hanc pœnã, vt in c. Deus qui ꝑ eo. & in c. mensuram. de pœ. dist. j. imò posset esse tanta cõtritio peccatoris, vt fieret absolutio sine iniunctione alicuius pœnitentiæ exterioris, vt no. de conse. dist. 4. baptismi vicem. & d. c. mensuram. nam, & ipsa maxima contritio est maxima pœna. de
c pœ. dist. j. quem pœnitet. quod tene menti. c

ADDITIONES.

a §¶ But. autem saluat intellectum Hostien. & dicit quod cõuicto in foro iudiciali in foro pœnitentiali debet imponi pœnitentia. de qua in tex. Alex. de Ne.

b ¶Hæc pẽnitentia. Vide multa congesta per Fel. in ca. de his vers. v. limita. s. de accusationi. Seba. Sap.

c ¶Sed no. hic gl. fi. quæ ponit casus, in quibus meretur priuari potestate contrahendi matrimoniũ, qui etiam not. per gl. 33. qu. 2. de pœnitentib. alias inc. hoc quamquam. Gof. no. vltra casus numeratos per glo. addit casum in solenniter pẽnitente. 33. qu. 2. de his. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum non euitat ille, qui facit malum ad bonum finem, sed ei debet alleuiari pœnitentia.*
2 *Pœnitentia non est iniungenda illis, qui non possunt illam agere.*
3 *Imperatori omnes tenentur obedire dummodo huiusmodi obedientia non veniat contra libertatem ecclesiasticam, vel contra iustitiam, & suam propriã libertatem.*
4 *Clausula, vt sibi visum fuerit importat arbitrium boni viri.*
5 *Defendens se, si excessit modum in defendendo, venit puniendus.*

CAP. III.

a SIGNIFICAVIT. a Consideratis circunstantiis arbitraria pœnitentia indicenda est ei qui se defendendo modũ excessit. h. d. primo quæritur petitio. secundo prouisio, ibi, quoniam. ¶Casus literalis. Quidam nobilis, P. nomine, cũ Federicus imperator rediret ab vrbe Romana tempore quo habuit guerram cũ Alex denegauit ei, quoddam castrum vnde configit quod quatuor castra destructa fuerunt & multi homines interfecti, & alia multa mala commissa, dictus P. significauit hoc domino papæ petens super hoc prouideri animę suæ, vnde mandat archiepiscopo Mediolan. quatenus secundum quod sibi visum fuerit pœnitẽtiam eidem imponat considerans ꝙ pro libertate sua & ecclesię deuotione hoc fecit, vnde talem discretionem adhibeat vt tam ipse quàm alij timore pœnitentię à seruitio ecclesiæ non retardẽtur nec aliquod salutis periculum debeant formidare. Ber.

1 ¶†Not. j. ex tex. quod licet qs faciat malum propter bonum finem non tamen peccatum excusatur, tamen alleuiari debet pœ-
b nitentia, ex quo finis erat bonus: licet modũ excesserit. b Secũdò no. quod licitum est pugnare pro libertate propria etiam contra
2 principem. †Tertiò not. quod sacerdos non debet esse auarus in imponenda pœnitentia, talem enim imponere pœnitentiam debet qualem præsumat posse peccatorem peragere. nec debet peccatorem adducere ad periculum desperationis, & dicit Hostien. notabile verbũ in summa huius tit. ꝙ si peccator nõ valet agere pnam, quam imponit sacerdos. tñ contritus est de peccato suo ꝙ tunc debet sacerdos eum absoluere, cum leui pœnitentia, & etiam sine aliqua pna, si ille diceret se non posse agere pœnitentiam. Ratio, quia si non agit hic pœnitentiam, luet illa peccata in purgatorio. nã pœnitentia quæ peragitur hic, tollit peragendam in purgatorio. & si hic non perficit. perficietur ibi. xxv. dist. qualis. & ꝙ no. in c. 2. s. de rap. & 33. quæst. v. quid ergo. ¶†Oppo. ꝙ tex. & videtur ꝙ ex parte istius nobilis bellum fuit omnino iniustũ, quia resistebat imperatori cui quilibet obedire tenetur. vij. dist. quo iure. & in c. solitæ. de maio. & obe. est enim dns mundi. l. de precario. ff. ad l. Rho. de iac. & in l. bene à zenone. C. de quadri. præs. Sol. dicunt Host & Io. an. ꝙ iste licite resistebat imperatori ꝙ de uotione ecclesiæ. nam non tenetur quis obedire imperatori ꝛ ecclesiam, & contra iustitiam. xj. q. iij. Iulianus. & c. si dominus. nã
3 j. q. v. principes. & c. rerum. Item pugnabãt pro libertate sua, qa
c ralis. de re iud. c ¶ † Secundò quæro, quia hic papa d dicit istum
4 archiepm debere imponere pœnitentiam fm ꝙ sibi visum fuerit, d & c. nunquid posset ad voluntatem suam pniam imponere, dic quod non, sed debet facere sicut discretus vir. nam per hoc verbum, vt sibi visum fuerit, &c. non datur libera potestas, sed denotatur boni viri arbitrium, vt no. gloss. in c. ij. de corp. vitia. & Inn. in ca. cum inferior. de maio. & obe. Bar. in l. si leg. ff. de leg. j. & videtur tex. no. in l. fideic. ff. de fideic. lib. & hoc not. quia facit ad
e statuta. & ad multas alias dispositiones c. ¶ † In gloss. in ver. ecclesiæ deuotione, in fi. fortè enim secundum Host. interfecit quos conseruare tenetur, vel poterat, vel destruxit domos innocentium, vel condemnauit non damnificantes, nam in ipso conflictu rarò seruatur modus, licet ergo ageret rem licitam, tamen quia excessit modum debet pœnitentiam agere, &c, & in foro iudiciali punitur, qui se defendendo excessit modum. vt in c. olim. el j. de resti. spo. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. & plenè nota. in l. j. C. vnde vi. & in d. c. olim. Item si iste non excessisset modum, adhuc propter remorsum conscientiæ quem habebat debebat sibi iniungi pœnitentia. ar. in ca. per tuas. el 2. ẽ. de si-
f mo. & quia bonarum mentium est timere culpam, vbi culpa minimè reperitur. 5. dist. ad eius verò. e

ADDITIONES.

a ¶Significauit. Hic est vna gl. quæ dicit quod appellatione vrbis, intelligitur de Roma, & appellatione apostoli, intelligitur de Paulo. & idem tex. & gl. in §. sed quoties. Insti. de iu. na. gen. & ci. quæ glo. etiam dicit, ꝙ appellatione sapientis, intelligitur de Catone. tex. est in c. cum omnes. de constitu.

b ¶Idem dicit But. colligit. n. ex tex. quod licet prætextu liciti non debeat committi illicitum. si tamen licita est causa impellens pœna delicti alleuiatur, & sic finis bonus alleuiat pœnam malè cõmissi. Alex. de Ne.

c ¶Ho. dicit quod potest defendere propriam libertatem contra principem, volentem illam sibi auferre sine causa, vt in ca. olim. de rest. spo. quod no. Alex. de Ne.

d ¶Papa. Vide Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, videbitur. cum allegatis per Fel. in c. j. vers. & si dicitur. ẽ. de constitutioni. Seb. Sap.

e ¶Idem dicit But. & remittit ad no. per Bar. in extrauag. ad reprimendam. in verbo, videbitur. Alex. de Ne.

f ¶Vide tex. no. 23. q. 5. excommunicatorum. vbi etiam bon. gl. dicit etiam si iste ex certa scientia deliquisset, tamen propter causas allegatas in tex. cum eo mitius est agẽdum. Sed quæro de intellectu verbi, reconciliari, positi in tex. Inn. exponit, j. in foro pœnitentiali absolui. Secundò quæro quid significãt hæc verba, absolutè. Inn. dicit quod sonant. id est denũtio te absolutum, quod non fieret, nisi peccator absolutionem peteret, vt ꝑ. eod. omnis. vel absolute, à pœna æterna, quæ commutatur in temporalem, pro hoc facit quod no. ꝑ. ca. proxi. in gl. 3. pro quo etiam allegat de pœn. dist. j. si peccatum. & remittit ad summam. eo. tit. sub rub. de remiss. 18. & ibi omnino vide Ho. ad hoc an ecclesia dicatur ligare, vel absoluere. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiæ concessæ per non suum prælatum, non prosunt non subditis.*
2 *Pontes reficere, est actus pius, quod est notandum pro testamẽtis ad pias causas.*
3 *Confiteri nemo potest alij, quàm proprio sacerdoti, quia non est suus iudex, & si confiteatur, non potest ab eo, nec absolui, nec ligari.*
4 *Indulgentiæ concessæ per episcopum vnius diœcesis, an prosunt aliis alterius diœcesis.*
5 *Confiteri quis non põt peccata sua alieno sacerdoti, licet in eius parochia peccauerit.*
6 *Iurisdictio in pœnitentialibus non potest prorogari, sed in iudicialibus sic.*
7 *Peregrinis tutum est, quod habeant licentiã à proprio episcopo, ad hoc vt gaudeant indulgentiis, quæ reperiuntur in locis ad quæ habent peregrinari.*
8 *Indulgentiæ ad quid, & quando prosunt.*

CAP.

CAP. IIII.

1 QVOD AVTEM. † Indulgentiæ, a q̃ conceduntur per ꝓ-
a latos non subditis, non prosunt, nisi proprij iudices hoc cõcedant. h. d. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio ibi, hoc volumus. ¶ Casus literalis. Quæsitum fuit à papa, vtrum remissiones quæ fiunt in dedicationibus ecclesiæ aut conferentium ad ædificationem pontium prosint alijs, quàm his qui subsunt illis qui has remissiones faciunt. R̃n. Pontifex, quòd cum à non suo iudice nullus ligari valeat, vel absolui, hmõi remissiones illis solummodo prosunt, quib. proprij iudices cõcesserunt. Ber. ¶ No. j. ex tex. duos casus in quib. licitè cõceduntur remissiones, seu indulgentiæ, videlicet ad dedicationes ecclesiarum, nam q̃n ecclesia quælibet consecratur, solet eps cõcrãs cõcedere certa
2 tpa indulgentiarum intrantibus illam ecclesiam, seu porrigẽtib aliquod auxilium, vel subsidium, vel quid simile. ¶ † Secundus casus pro ædificatione pontium. ex quo colligo quòd constructio, ac ędificatio pontium est actus pius. quòd intellige, quãdo Deus sit, seu efficitur in aliquo loco periculoso, vbi peregrini, & pauperes sæpe patiebantur mortis periculum in trasitu, pro hoc facit l. ad instructiones. C. de sacros. eccl. l. ad portius. C. de oper. publ. & idem dicendum in alijs actibus pijs, de quo in c. cum ex eo. & c. nostro. ꝑ. e. ti. ¶ Secundò no. quòd forus pœnitentialis in multis regulatur ad limites fori contentiosi, sicut enim in foro contentioso non põt quis absolui, vel ligari à non suo iudice. ita in foro pœnitentiali. ¶ Et ex hoc, & ex tex. no. quòd in foro pœnitentiali non põt etiã laicus ꝓrogare iurisdictionem non sui iudi
3 cis. ¶ † Et ex hoc infero, & ex ĝnalitate tex. ꝙ licet qs confiteãt proprio sacerdoti semel in anno, nõ tñ in alijs vicib. in eodẽ anno confiteri debet alieno sacerdoti sine licentia proprij sacerdotis, q̃a ab alieno iudice non põt qs solui, vel ligari, & sic intellige c. omnis. ꝑ. e. licet. n. quilibet sacerdos dum ordinatur recipiat potestatem ligandi, vel absoluendi, habet tñ illam in habitu, & non in actu, quia nisi habeat subditos, illam exercere non potest, vt dicit tex. 16. q. 1. c. vbicunque. §. ecce. facit in ar. l. obseruare. in fi. ff. de of. proconsl. & c. præsenti. de of. or. li. 6. & hoc tene, quia est de
4 mente Do. licet aliqui theologi teneant ꝯrium. † Item not. ꝙ in foro pœnitentiali non sortitur qs forũ ex actu cõmisso intra limites alienæ parochiæ, licet. n. intra parochiam alieni epi concedentis indulgentiã exerceam actum, pp quem non ceditur indul
5 gentia, non tñ pp hoc gaudeo indulgentia. † Item si delinquo intra limites alienæ parochiæ, non. n. per hoc teneor confiteri presbytero alienæ parochiæ, vt est gl. no. 16. q. 1. c. placuit. el j. dixi in c. j. de rapt. optimè facit iste tex. nam facit ex actu permisso, & meritorio, non subijcior iurisdictioni alterius in foro pœnitentię, for
6 tius nec in actu damnato, † Et ex hoc, & ex tex. etiam not. ꝙ non potest etiam laicus se subijcere iurisdictioni alterius, licet aliud sit in foro iudiciali, de quo in l. j. ff. de of. procon. & in c. Romana.
b de foro compe. lib. 6. & in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. b
7 † Vltimò no. quòd indulgentiæ concessæ ab alienis epis. põt pro desse non subditis, si proprij iudices hoc concesserint, & ideò tutissimum est, & valdè expediens, vt volens peregrinari, & visitare loca pia habeat licentiam à proprio iudice, & gratiam pereipiendi de alienis indulgẽtijs. hoc tamen intelligo de indulgẽtijs concessis ab alio, quàm à papa, nã respectu papæ quilibet est subditus. c. cuncta per mundum. & c. per principalem. ꝙ qu. 3. vnde in gaudendis indulgentijs concessis per pap. non fit differentia inter subditos, & non subditos, nisi indulgẽtia esset restricta ad habitatores certi loci, quod communiter sic nõ cõceditur, sed ge-
8 neraliter. † In gloss. in ver. prosint. Ex hac gl. colliguntur quinque opi. circa effectum indulgentiarum. Prima quòd prosunt quò ad Deum, sed nõ quò ad ecclesiã, quia nihilominus tenetur hic pec
c cator agere pœnitẽtiam de peccato. c Hæc opi. dãnatur, quia minuit priuilegium concessum Petro. & ecclesiæ cui data fuit potestas ligãdi respectu cœli, & terræ. 24 quæst. 1. quodcũque. Item videtur tex. cõtra hãc opi. in c. cum ex eo. vbi dicitur quòd per indulgẽtiã satisfactio pœnitẽtialis eneruatur. Scda opi. vt prosint indulgẽtiæ quò ad pœnitẽtiam hic iniũctam ex superabundãti, & ad cautelã. Hæc opinimis vilificat claues ecclesiæ fm Io. And. & parùm prodessent indulgẽtiæ. Tertia opin. vt possint quò ad Deum, & quò ad ecclesiam, sed cõcedens onerat se ad satisfaciẽdum pro illo ieiunijs, & orationib. cõtra hãc opi. facit; quia concedẽs, hoc nõ intẽdit, imò quãdoque ita sunt modica merita cõcedẽtis, vt sibi soli nõ sufficiãt, vnde cõmunicare alij nõ intẽdit. Quarta opi est quòd valẽt in purgatorio respectu pœnitẽtiæ hic neglectæ. Sed hęc opi. remunerat negligẽtiam. Vltima opi. vt prosint etiam quò ad pœnitẽtiam hic iniũctam dummodo proprius sacerdos qui indulsit pœnitentiam hoc cõcedat, vt possit compẽsare pœnitẽtiam cũ indulgẽtia, alias secus. Hæc opi. nimis restringit ptãtem, & effectum indulgẽtiarum. Nã cum hæc indulgentia proficiscatur ex thesauro ecclesiæ, cuius potestatem dispensandi habet papa, debet prodesse quibus ipse papa concedit, vel a-
d lius prælatus ad hoc habens potestatem, vñ non est necessaria licentia sacerdotis licet sit cõsilium. vt habeatur licentia. d ¶ Vtra gl. datur, & alia opi. quæ vt cõis, q̃ sequitur Gof. Ho. & Io. and. &
e cõiter alij Do. ꝙ istæ indulgentiæ prosunt e prout verba sonant, & quò ad Deum, & quò ad pœnitentiam hic iniunctam, ꝙ hoc tex. in d. c. ex eo. ꝑ. e. Nã scire debes, ꝙ ex effusiõe sanguinis Christi, & multis meritis martyrũ, & aliorũ sanctorum constituitur thesaurus ecclesiæ cuius ptãtem habet vicarius Christi, & claudit, & aperit cui vult, & quãdo vult. oam minima gutta sanguinis Christi fuisset sufficiens ad redimendum totũ mũdũ. Itẽ martyres fuerunt hic puniti, vltra q̃ eorũ delicta meruerũt, vñ eorum merita remanserunt in ecclia vniuersali, qa sicut nullũ malũ impunitũ, ta nullũ bonum irremuneratũ. Ille ergo q̃ accedit indulgẽtiam, intẽdit cõicare illa bona irremunerata ꝓpẽsatiõe quadã. ¶ In hac ergo cõcatione, & ꝓpẽsatione nõ est necessaria pbyteri licentia. Cõsilũ tñ datur, vt qslibet agat hic pœnitẽtiã iniunctã, & has indulgentias sibi reseruet pro peccatis, de quibus nõ egit perfectam pœnitẽtiam. Si tamẽ vult hanc pœnitẽtiam hic iniunctam eneruare per has indulgẽtias, bene pt̃, dicebant tñ quidã, vt refert In, ꝙ sex requiruntur, vt indulgentiæ prosint. Primò requiritur ptãs in cõcedẽte. Secundò requiritur necessitas loci, seu
f psonæ, vt persona non possit pœnitẽtiã agere. Tertiò requiritur deuotio. Quartò status ipsius pœnitentis, vt sit cõtractus de peccato. Quintò requiritur discretio, vt tñ donet pro quãto nollet agere

ADDITIONES.

a ¶Indulgẽtiæ. Adde hic quæ in secunda opposcribit Anto. vbi ponit, vtrũ epi pñt cõcedere subditis suis indulgentiã extra propriã diœcesim, vt possint exercere, quæ sunt fori pœnitentialis, & vide gl. magnã in c. nup. de sen. excom & vide Pe. de Anch. in repe. ca. postulasti. in 3. opp. de fo. cõpe. vbi ponit, vtrum epi possint subditis cõcedere indulgẽtias pro opere in alterius diœcesi construendo, & si eps concedit indulgentias pro opere cõtruendo in alterius diœcesi, sine licentia illius episcopi an hæc indulgentia ꝓfit saltem subditis concedentis, vide Old. in consi. 83. Et an ille q̃ deceptus ifto errore credens indulgentiam veram quę non erat vera, tradidit eleemosynam consequat indulgentiam ac si fuisset vera. vide Old. in consi. lxxvj. Item an interdicti gaudeant beneficio indulgentiarum, vide Ioan. Cal. in tract. de eccl. interdic. in vj. membro. in lj. q.

b ¶Idem dicit But. colligit. n. ex text. quod forus pœnitentialis & eius potestas est improrogabilis, etiam quo ad laicos absque licentia proprij iudicis. Alex. de Ne.

c ¶Et vt intelligas primam op. glo. pone quod quis habuit annum indulgentiæ, nam tanto minus erit in purgatorio, quantum minus fuisset si per annum pœnituisset in vita. Alex. de Ne.

d ¶Sed Ioan. an. allegat aliam rationem. dicit. n. quod opera satisfactoria inquantum pœnalia valent ad solutionem debiti, etiam si minus faciat pro alio. sic etiam qs põt soluere inquantũ pœnalia valẽt ad solutionem debiti, etiam si minus faciant pro alio, sicut etiam quis põt soluere ꝓ alio ea q̃ non sunt in thesauro ecclesię non sunt determinata pro aliquo, sed cõiter sunt pro tota ecclesia, & allegat priuilegium. ad Collo. j. vbi dicit. impleo ea quæ desunt passioni Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia cuius factus sum minister. Item constat quod ea quæ sunt communitatis, distribuuntur singulis de communitate secundũ arbitrium illius, qui præest multitudini. Papa ergo qui præest, & alij quibus concessum est dare indulgentias põt eas concedere ad effectum, vt prosint suis subditis, etiam sine confessoris licentia, qui eis vtatur. Alex. de Ne.

e ¶Prosunt. De indulgentia plenaria, quantum prosit Christianis, vide Fel. in c. ad liberandam. versi. item circa indulgentiam plenariam. ẽ. de Iudæis.

f ¶Alia fuit opi. Hug. Cat. ꝙ refert Host. in summa, de remiss. §. item. versic. q dicitur. vbi dicit esse credendum ꝙ per remissionem, qs omnino liberatur. si hoc importet remissio. vt si est concessa indulgentia septennis, & is cui iniuncta est pœnitentia septennis consequitur hanc indulgentiam. Non ob. si dicatur ꝙ ex hoc remanet peccatũ impunitũ, cũ tñ dicat scriptura ꝙ nullũ malũ remanebit impunitum, & nullũ bonũ irremuneratũ. Nam rñdetur ꝙ Christus mala nostra tulit, & minima gutta sanguinis sufficeret ad expiationem oĩm peccatorũ, & redẽptionem omniũ hominũ. qui nũquã fuerũt, vel esse porerũt cũ respectu dei mũdus sit nihil, gutta verò sanguinis Christi est pretiosissima, non solũ aũt guttã, sed totum sanguinẽ ꝓ peccatorib. Item martyres pro fide. & pro ecclesia sanguinem suum fuderunt, & vltra quã peccassent puniti fuerũt, & hæc effusio sanguinis Christi, & martyrum est thesaurus in scrinio ecclesiæ repositus, cuius claues habet ecclesia. vnde qñ vult põt scrinio aperire, & thesaurum cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

agere illam pœnitentiam iniunctam. Sextò requiritè iusta ipsius æstimatio, vt iustè æstimet quantitatem boni qd facturus est fm peritè. Iam sibi iniunctam, hæc oia non videnti mihi necessaria. Qui enim qñ eps ex sola interessentia in diuinis concedit xl. dies indulgentiarum, nam certè ibi non adest necessitas in psona nec iusta æstimatio, qa modicũ tps ibi occupat respectu xl. dierum. Item si teneat tñ donare pro quanto nollet pœnitentiam agere, esset potiùs quędam contumacia pœnę quàm aliqua gratiosa concessio. Item cum vt s. dixi hic communicantur bona irremunerata, ergo hoc peccatum respectu ipsius peccatoris, non est sufficienter punitum, sed intelligitur punitum virtute illius cõpensationis.

ADDITIONES.

Vult cõicare rem ssiones, & indulgentias faciendo, & sic peccatũ nõ remanet nec impunitum, qa punitum in filio Dei, & in martyrib. & in confessione illius pœnitentis. Consulit tñ Ho. in colloco, vers. illud. q is q tales remissiones acquisiuit non vtat ipsis in hac vita, sed reseruet eas in purgatorio, & in hac vita peragat pœnitentias sibi iniunctas, tñ quia nescit vtrùm sacerdos iniunxerit ei pœnitentiam quantam debuit, tum etiam, qa vix hodiè imponit p peccato mortali pœnitentia septẽnis, q debet imponi, & tamen qñq; in vno peccato mortali plura cõmittũtur, vt in fornicatione, missio nuntij, & similia. dicit tñ Ho. q si vult pœnitens pr se reseruare q has indulgentias, quod etiam placet Io. an. & Bar. & D. Car. secus dicit Io. an. in cõcatione meritorũ q̃ fiũt in congregatione clericorum, vt in ordinibus Cisterciensiũ, Prædicatorum, minorum, & similium qui concedunt literas suis de uotis per quas cõicant eis ordines, & alia bona q̃ faciunt, talis. n. cõcatio non reseuat à pœnitentiis iniũctis, qa isti nõ habent gñalem pt̃atem concedẽdi indulgentias, vt habẽt papa, & cpi. & similes, nec etiã cõicando merita modo ꝓdicto vtẽtes tali potestate, sed participant suffragia, & merita sua. *Alex. de Ne.*

SVMMARIVM.

1 *Confitenti, & non habenti propositum emendandi, an debeat iniungi pœnitentia, & ad quid.*
2 *Bonæ operationes factæ in peccato mortali ad quid prosunt.*
3 *Clericus existens in peccato mortali, an mereatur dum dicit horas canonicas.*

CAP. V.

a QVOD QVIDAM. Non est verè pœnitẽs qui peccandi animũ nõ deponit, tamen recipitur eius confessio. h. d. Vel sic. Non est respuẽda confessio nõ valentis abstinere à peccato, sed debet recipi, & sibi exhiberi prouidum cõsilium. h. d. primò ponitur consultatio. secundò responsio ibi consultationi.

¶ Casus literalis. Aliqui quando veniunt ad confessionem, & de criminibus suis petunt imponi pœnitentiam, tamen nolunt confiteri de omnibus, & dicunt se continere non posse. Quæritur quid de his sit agendum. Respon. pa. quod eorum confessio audienda est, & eis de criminibus alijs consilium impendendum, quia licet huiusmodi pœnitentia non sit vera. i. fructuosa quò ad vitam æternam, admitti tamen debet eorum confessio, & pœnitentia est eis indicenda. Ber. No. j. ex tex. quod regulariter perseuerans in peccato, non repellitur à confessione quandocunque, tamen contrà, vt in vsurario manifesto. vt in c. quãquam, de vsu. lib. vj. tamen in veritate licet Doct. excipiant illum casum non videtur mihi recta exceptio, quia ibi confessio, & absolutio denegantur. & hic tantum absolutio. nam admittere ad confessionem debet sacerdos quemlibet, quia fortè dicet se velle de cætero ab
b stinere, sed absolutionem non contritò, non faciet. b ¶ Secundò no. quod vera pœnitentia non est fructifera quo ad vitam æternã, quia quamdiu quis est in peccato est hostis, & inimicus Deo. iõ non potest mereri vitam æternã, nec agere perfectam pœnitẽ-
1 tiam. de pœ. dist. in c. sunt plures. † Tertiò no. pœnitentiam iniungendam, etiam non habenti propositum abstinendi à peccato, quia licet non prosit quo ad vitã æternam, ex quo non est in charitate, prodest tamen quo ad multa alia. de quibus in glo. j. & super ea dicam. Et no. quòd tali consulendum est, vt sæpe confiteatur, vt in fi. literę, quia ex frequenti confessione facilius resipiscit peccator. Sed quæro nunquid absolutio sit isti iniungenda. Do. & bene dicunt quod non, nam iste tex. dicit quod consilium est tali exhibendum, ergo non absolutio. Item deficiens in vno, factus est omnium reus. vt in c. deficat. j. de reg. iur. vnde nõ potest absolui ab vno cum nõ sit in charitate. In gl. j. ibi cum de alio crimine pœnitentiã egerit, & sic concluditur quod valet pœnitentia acta de vno peccato per existentẽ, & perseuerantem in alio peccato ꝓdest. cum de alio crimine pœnitentiam egerit, & sic concluditur quod valet pœnitentia acta in statu non gratiæ. & proderit adue-
niente statu gratiæ. Et licet hic simpliciter Doctores transeant cum glos. tamen Archi. de pœ. dist. 3. in fin. dicit communiter teneri, quod nec satisfactio, nec confessio valeat in statu non gratiæ, quia cum quis sit extra charitatem, & inimicus Dei, non potest dignè satisfacere, ideò concludit, quod adueniente gratia, debet iterum confiteri, & item satisfacere. Pura tamen quòd si non valeat in totum illa pœnitentia, minor tamen nunc imponetur, quia, vt sequitur in glo. bona acta in peccato mortali
2 aliqualiter prosunt. ¶ † Et in gl. no. glos. singulariter ex qua habes tres effectus c. bonorum, quæ quis agit in peccato morta-
c li. d Extra glos. adduntur etiam duo alij effectus, quia dæmon non habet tantum potestatem in peccatore aliquando bona operantem, sicut in corpus omnino subditum peccatis, & omni bono vacuum. vnde legitur in decalogo. & est tex. cum glos. de consec. dist. 4. cap postea signatur. dæmonem dixisse de iudęo, inueni vas vacuum sed signatum, quod propter illud bonum destitit à proposito nocendi. Item valent hæc bona quò ad assuefactionem, quia cum homo assuefacit se ad bonum de facili amittatur animi prauitas, & facilius perseuerat in bono, sicut econtrà de facili assuefactus ad malum, non potest peragere bonum. hinc scriptura dicit, facies meretricis facta ẽ tibi, &c.
3 ¶ † Et prædicta inducuntur ad quæstionem quotidianam, nunquid clericus existens in peccato mortali mereatur dicendo officium. Et concluso abbatis, & Ioan. an. est quod prodest dicere officium ad pœnam euitandam. nam vt patet ex prædictis, bona quæ quis egit in hoc seculo quandoque prosunt ad vitam æternam, quandoque quo ad pœnam euitandam. Nam si quis est in statu gratiæ. tunc bona prosunt quò ad vitam æternam, si extra gratiam, tunc quò ad pœnam euitandam. Aut ergo clericus dicit horas suas in statu gratiæ, & tunc prodest sibi quò ad vitam æternam. Aut est extra gratiam, & tũc prodest sibi quò ad pœnam euitandam, quia si non diceret officium, tunc puniretur, & idem dicit in omnib. alijs præceptis affirmatiuis, vt honora patrem, &c. dilige proximum, &c. Si enim quis adimplet hæc præcepta in statu gratiæ, prosunt ad vitam æternam promerẽdã-
e Si extra gratiam prosunt ad pœnam euitandam. e

ADDITIONES.

a ¶ Pro intellectu huius decr. vide omnino Pe. de Anch. in rep. regulæ peccati venia. in 3. 4. & 5. op. f. d maximè in 4. & omnino qd elegãtissimè scribit Sanctus Tho. in 4. Sen. dist. 20 q. 1. ar. 3. vbi cõcludit quod de vno peccato nõ potest quis satisfacere sine alio. Item vide Sanctum Tho. dist. 21. ar. 1. vbi cõcludit, quòd licet non possit remitti damnatio vnius peccati mortalis, alijs remanentibus: tamen pœnitentia nõ est ei deneganda. Et vide gl. in ver. de negetur. in cap. super eo. de raptu. & gl. magn. & plenam in c. sceleratior. vers. his authoritatibus. de pœn. dist. 3.

b ¶ Sed profecto Ab. Si. non bene respexit illũ tex. quia si bene respexisset non reprehenderet Do. Nam in d. ca. quãquam de vsur. in 6. prope fi. dicitur, Nullus interfit testamentis manifestorum vsurariorum, aut eos ad cõfessiones admittat siue eos absoluat, nisi de vsuris satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam recipiãt cautionem. & sic ille tex. prohibet vsurarium admitti ad confessionem, & absolui. vbi est text. op. pro Do. quicquid dicat *Ab. Si. Alex. de Ne.*

c ¶ Tres effectus. Vide omnino quæ hic latè notaui in tex. Et adde quod istos effectus in gl. cõnumeratos dicit esse in peccato mortali *Sanctus Tho.* in 4. Sen. dist. 15. q. 1. art. 3. vltra medium. sed hoc intelligit in satisfactionibus actuum interiorum, & nõ relinquẽtibus effectum suum in satisfactione, vt est ieiunium. quod relinquit affl ctionem corporis, & elemosyna, quę relinquit diminutionẽ patrimonij, quia tales satisfactiones in peccatis factæ nõ oportet quòd omnino iterentur: quia quãdoque ad illud, quod de eis manet per pœnitẽtiam Deo acceptæ sunt. Quod perpetuò tene menti. quia est valdè singularis limitatio, vel determinatio ad illam q. frequẽtissimã. *An pœnitẽtia iniuncta per sacerdotem in peccato mortali facta, prosit pœnitenti, an verò sit necessaria iteratio, in quo vidi q̃ plurimos cõfessores errare, ideò nunqrã exeat metem tuam ista peregrina decisio. Item an suffragia, quæ fiũt pro alio, per illum qui est in peccato mortali, prosint illi, pro quo fiũt, vide gl. in c. in gravib. & ibi no. 3. q. 7. Itẽ adde hic Dnic. in c. deinde. vers. & sic no. ar. quod ea, quæ geruntur. 26. dist. & vide quæ de hoc no. Dominic. 49. dist. in sum. circa prin.*

c ¶ Tres. Quid prosint bona opera existẽti in peccato mortali, vide Fel. in c. 3. in fi. s. de hæret. & post *Abb. ibi. Seb. Sap.*

d ¶ Idem dicit gl. de pœ. di. 3. nihil prodest. quæ est clarior quã ista lectura. *Alex. de Ne.*

e ¶ Tu referas latius hunc art. nam Abb. quærit an excusetur ille, qui in mortali peccato, vel in excommunicatione dixit horas

✲ suas

¶ ad quas etiam de necessitate tenetur. xcj. dist. clericus. de celebr. miss. ca. j. & c. dolentes, & Ab. per prædicta arguit quod sic. Nam si bona, quæ quis facit eo statu prosunt ad minus supplicium subeundum, vt dictum est, restat quod ex his liberatur, & pœnam euitat: alias si sic dicere non prodesset eidem non vitaret pœnam: sed augmentaret: quia sic dicendo peiorem esset ac si non diceret, quo casu si esset in bono statu mortaliter peccaret: ergo idem si in malo statu. Circa hoc tamen distinguit. Nam quædam sunt quæ obligant semper. & vt semper, vt sunt prohibitiones, vt non occides, non mœchaberis. &c. & in his declinãs, seu delinquens mortaliter peccat, cum sui natura sunt mala, de iureiur. & si Christus. versic. quædam. Quædam verò sunt quæ obligant semper sed non vt semper, vt affirmationes nomenclatorum. sicut. Honora patrem, & matrem, &c. & ista quandoque prosunt ad vitam æternam promerendam, & ad euitationem pœnæ, scilicet cum fuerit in bono statu: quandoque ad euitationem pœnæ tantum, scilicet cum fuerit in malo statu: quia tunc prosunt ad minus supplicium subeundum. Cum ergo existens in malo statu faciendo opera charitatis, ad quæ præcisè tenetur pœnam euitet, quam non faciendo incurreret, patet quod excommunicatus, vel existens in peccato mortali liberatur, dicendo horas canonicas à pœna, quam non dicendo incurreret. Item sicut ex certis causis excusat impotentia à præceptis affirmatiuis, sic & ab horis dicendis, de quo in cap. dolentes. de celebr. miss. sed in prohibitionibus nulla necessitas excusat: quia debemus potiùs omnia mala pati, quàm malo consentire, vt in c. sacris. quod met. cau. sed concludẽ dicta *Abb.* & Doctores. Primum, quod existens in peccato mortali, vel excommunicatus tenetur dicere horas canonicas, & hoc tenet gl. 28. dist. presbyterum. debet tamen priuatim dicere: non autem officiando ecclesiam, vt dicit illa gl. & quia tenetur dicere, sequitur quod dicendo ipsas liberatur à pœna, q̃ non dicẽdo incurreret. Secundum quod necessitas excusat ab horis dicẽdis, sicut. n. excusat necessitas à præceptis affirmatiuis, de quo in c. j. & c. dolentes. de celeb. missa. Tertium quòd præcepta obligant semper, sed non ad semper. sed prohibitiones obligãt semper, & ad semper. Circa hoc clarius loquitur Io. Cal. & Do. Car. in c. cũ ex iniuncto. §. licet autem. in 5. col. in ver. octaua est opi. Io Cal. & ibi dicunt esse sciendum, quòd inter obligationes præceptorum affirmatiuorum, & prohibitiones præceptorũ negatiuorũ multum refert. Nam prohibitiones obligant semper, & ad semper. 23. q. 5. si non licet: & hoc ideo: quia sunt de peccatis quæ sunt mala, nec possunt bene fieri, de iureiu. & si Christus. vers. quædã. & pro tanto dicitur quod quis potiùs debet omnia mala pati, quã malo consentire. 32. q. 5. ita ne. & quod met. cau. sacris. Sed præcepta affirmatiua, licet obligent semper: imò propter circunstantias interdum quis excusatur ab illorum obseruantia, vnde interdũ potest: imò debet dicere parentib. non noui vos. 93. dist. diaconi. Sed pro declaratione literæ quæro an sit dare casum à quo quis nõ possit abstinere. Nam tex. videtur innuere quod sic, ibi: abstinere non posse. sed cõtrarium est verum: quod peccatum est adeò voluntarium malum, vt non sit peccatum, nisi sit voluntarium 15. q. 1. c. 1. & 15. dist. de Iudæis. vnde intellige tex. quo ad fatuam opinionem pœnitentis: quia quandoque quo ad fatuam opi- pecca
toris, videtur sibi non posse à peccato, abstinere. quod tamen est falsum: quia à quocunque peccato quis ꝓt abstinere pro hoc vide tex. cum gl. 13. dist. verum. Secundò quæro quod consilium debeat exhibere sacerdos pœnitenti, asserenti se de certo peccato non posse abstinere. dic quòd debet exhibere consilium de missa singulis diebus audienda, vel de peregrinatione. & similib. Vltimò quæro de intellectu tex. ibi: crebrib. & salubrib. & c. Host. dicit qd litera hoc intendit, s. quod si iste frequenter cõfiteatur, & acquiescat monitis, & consilio discreti sacerdotis, per hoc paulatim ad contritionem inducitur per Dei & sacerdotis auxilium, & sic ad veram pœnitentiam peruenietur. & remittit ad summam, eo. tit. ¶. quæ inducunt homines. & hæc sufficiant. *Alex. de Ne.*

certis diebus in pane & aqua: hæc ergo pœnitentia à iure est approbata. ¶ Secundò not quod non valens adimplere pœnitentiam sibi iniunctam, potest illam commutare, & agere prout
2 potest. ¶ † Tertiò no. quod obligatus ad ieiunandum in pane,
a a & aqua, non potest vti alio cibo, nisi ex causa, sed quæro qua tex. loquitur hic in pœnitẽtia iniuncta, quid de ieiunio ad quod se obligauit ex voto. Idem est dicendum secundum Do. & bene propter carentiam panis, ꝓ possit vti alijs cibariis, etiamc arnibus, si alia cibaria desunt. Item si propter infirmitatem impedia-
3 tur, vt in ca consilium. s. de obse. ieiu. ¶ † Sed quæro, nunquid hanc commutationem possit quis propria authoritate sibi facere. In. quod non, nisi desit superior. Dicit tamen Ho. quod hoc casu, quo superior haberi non potest: debet posteà quam citius potest adire superiorem. ar. in c. venerabilem s. de el. & in c. cos. de sen. excom. li. vj.

SVMMARIVM.

Ieiunium, si est impositum alicui in pane, & aqua, potest adimpleri in aliis cibariis deficiente pane. nu. 2.
Ieiunium, siue votum an possit commutari sine superioris authoritate.

CAP. VI.

1 LICET. † Qui ex pœnitẽtia debet certa die in pane, & aqua ieiunare, potest deficiẽte pane alijs cibarijs. vt i. h. d. Primò ponit dictum. Secundò eius determinationem ibi, discretioni. &c. No. j. ex tex. sacerdotem posse iniungere pœnitentiam ieiunãdi

ADDITIO.

a ¶ In pane. Adde quod non potest talis, qui est obligatus ieiunare in pane, & aqua, vti aqua zucharata, secundum Bald. in ca. & si Christus. de iureiur. Item nunquid vti possit aqua salis vide in simili An. in c. non, vt apponeres. de bapt. & videtur quod non, per tex. in c. admonere. xxxiij. quæst. ij. vbi dicit tex. pane, & aqua, & sale. quia si non expressisset de sale. de eo non intelligeretur.

SVMMARIVM.

1 *Propter oppressionem filiorum, an imponatur pœnitentia publica, vel solennis.*
2 *Irregularitatem incurrit clericus, siue alter ex delicto commisso, etiam ex lata culpa.*
Lata culpa non æquiparatur dolo in pœnalibus
Negligentia affectata æquiparatur dolo.
3 *Irregularitas non incurritur ex delicto commisso ex sola culpa leuissima.*
4 *Occultum dicitur aliquid esse etiam quod aliquibus sit notum.*

CAP. VII.

QVAESITVM. Sacerdotes græci procurantes vel studiosè negligentes oppressionem filiorum suorum deponuntur, & si est publicum publicè punitur. h. d. Et sic. & melius, vt faciat ad ritu. Sacerdoti græco procuranti, vel studiosè negligenti oppressionem filiorum, non imponitur pœnitentia publica, sed debet abstinere ab altaris officio. & aliter in secreto agere pœnitẽtiam, sed si delictum est publicum, debet publicè agere pœnitentiam. h. d. Primò quæstio. secundò responsio. ibi, hinc.

tabilem, pone q aliquis confessus semel in anno commisit aliud
peccatum, de quo contritus est, & habet propositum confitendi
in reuolutione anni, sed posteà non cõfitetur, nũquid peccatum
dimissum per cõtritionẽ redeat an solũ peccet: quia nõ satisfecit
b cepto ecclesiæ. Inn. vr hic velle q nihil prodest pcedens cõtritio
vbi posteà non sequitur oris confessio, quali sentiat peccatũ fuis
se dimissum conditionaliter. Sed gl. plenissima aliud sentit. de pœ.
dist. 1. in prin. Satis putarem in hoc distinguendum, q aut confes-
sio est de iure diuino, & tũc peccatum intelligatur dimissum per
contritionem conditionaliter, aut est de iure humano, & tunc
cum peccatum iam adeò fuerit dimissum per solam contritio-
nem, vt in d. c. magna. vbi tex. no. & habebat iste propositum con
fitendi. si posteà non cõfitetur peccat mortaliter non parendo p-
23 ro, quis dicatur sacerdos scholarium, mercatorum, stipendiario
rum, & similium, cum isti nõ habeant in loco proprium domici-
lium. Quidam dicunt, vt refert Inn. q ille dr proprius sacerdos, in
cuius parochia habitarunt per annum. arg. 12. q. 1. in c. quæst. Alij
verò dicunt, q idem si non per annum. alij q debent habere li-
centiam à proprio sacerdote. Illa opin. plus mihi placet, & vr ma
gis cõis, q ille dicatur ꝓprius sacerdos in cuius parochia habitat
de præsenti. nec possunt commodè adire proprium sacerdotem.
ar. in c. fi. de parochiis. vide gl. quæ hoc tenet in cle. 1. de priui. ver.
c parochialis. c † Sed circa vltimam partem c. quæro, quidam fuit
24 confessus sacerdoti, q intendebat interficere Sempronium, vel a-
liud maleficium committere, & q non poterat abstinere. nũquid
sacerdos peccet reuelando. Inn. instat. & tãdem concludit q hoc
peccatum non dicitur detectum in pœnitentia, tũ quia peccatũ
est committendum, & nõ ꝓmissum. tũ quia non habet contritio-
nem. vñ sacerdos dẽr quã. ũ cautius põt reuelare, vt peccatũ impe
diatur, & tene hoc semper menti, q peccatum cõmissum, & non
committendum dr detegi in pœnitentia, quod intelligo qñ iste di
cit se omnino commissurũ. secus si pœniteret de voluntate prædi
d cta. nam tunc est peccatum cõmissum respectu voluntatis. d † Ex
25 his etiam infertur ad aliam q. pone vt quotidie contingit, q vn⁹
reuelat peccatum amico. & dicit hoc sibi dicere in pœnitentiam,
nunquid ille amicus vocatus in testem tenetur illud cõfiteri, vel
e si reuelat dicatur reuelare confessionem. Inn. e q non: tum qa ille
non est sacerdos. tũ qa non dixit sibi tanq̃ ministro Dei, cum peta
tur absolutio à peccato, sed sibi reuelauit tanquã amico. Si tamen
f ille amicus est sacerdos f dẽt omnino abstinere à reuelatione, ne
sit causa mali exempli, q intelligo, nisi producatur in testem. Et q
dixi de laico intelligo q laico nõ dicitur aliquid in pœnitentia ni
si assumatur loco sacerdotis in necessitate, & fiat ei vera cõfessio
g sicut sacerdoti. tunc enim debet reuelare etiam tanquam testis: a-
26 tas puniretur. g ¶ † Vltimò hic quæro, pone quòd confes-
sus

ADDITIONES.

a ¶ Idem tenet hic D. Car. in prin. c. & in 4. opp. vbi dicit q talis par
ticipat de indulgentijs q̃ conceduntur verè pœnitentib. & confes
sis, etiam si peccauerint post confessionem, dummodo intendat
confiteri secundum præceptum huius capituli. Alex. de Ne.
b ¶ Sed tu tene indistinctè opi. Inn. nã cũ Deus approbasse censeat
per constitutionem ecclesiæ dimittit peccatum per ꝛritionẽ dũmo-
do posteà confiteatur, & sic dimissio intelligitur facta condi-
tionaliter. l. dummodo posteà confiteatur. Alex. de Ne.
c ¶ But. idem sentit dr remittit se ad sum. Host. quem alleg. in præ-
al. cle. de priuil. in verbo, parochialis, de quo eum vide hic in §. si
quis autem. in 4. q. & istã opi. expressè firmat D. Card. in d. §. si quis
autem. q. 12. in fi. Cle. de Ne.
d ¶ Sed iure verba Inn. nã dicit q si aliqs confessus fuit sacerdoti q
vellet facere aliquod maleficium, dicens se dolere non posse resi
stere tentationib. Diaboli, vellet q sacerdos oret pro eo, poterit
sacerdos de præterita voluntate iniungere pœnitentiam, &
vocare illos, de qb. certum sit quòd possint prodesse & quanto
plus põt gñalius eis dicere q suadeat ipsi q abhoc pctõ desistat,
& si ñ pt inuenire viam impediendi, nisi expsse reuelet expsse re
uelabit, qa in hoc non fuit minister Dei, cum ille dixit se nõ pos
se cessare. nam tunc dr peccator, vt ministro Dei confiteri, ñ cõ
fiteꝛ, vt pœniteat. Hæc tñ ratio non placet Inn. quia sacerdos re-
cipit vr minister Dei, ẽt si pœnitens proponat in pctõ pmanere,
s. eo quòd quidam, & pro hoc vltimo inducunt Host. & Io. An.
de of. ord. sacerdos. de excess. prela. dilectus. Et hunc tex. in contra
rium adducunt quòd iste non dr confiteri, ex quo non confiteꝛ
pctũ commissum, sed committendum, de quo non põt pnia da
ri & quilibet tenet peccatum committendum impedire, de iur.
iur. quemadmodum, ad fi. de sen. excom. si verè. sed tenẽt primũ.
f. q non dẽr reuelare, quia iste perit pñiam p̃teritæ voluntatis, &
sic est vera confessio. vt in c. qđ qđã. s. eo. Ex quo infert illud qđ
dicit Ab. Sic. q quod potest vtraque opi. Inn. reduci ad concor-
diam, quia aut non dolet, nec petit pñiam p̃teritæ voluntatis, &
procedit prima opi. Inn. Aut dolet de præterita voluntate, & pe-
tit de ea pœnitentiam, & procedit 2. opi. Inn. & istud est de mente
Doct. Alex. de Ne.
c ¶ Inn. Istud dictum Inn. Abb. reputabat sin. c. qualiter. el j. de acc.
in fi. vbi etiam format q de illo qui iurauit non reuelare secretũ,
an possit, si in testem, pducatur. Et quòd etiam possit, tenet ipse
idem in c. fi. de testi. cogen. & in c. dilectus. de excel. prælato. & vi-
de, quod ibi notaui post eum, vbi circa istam materiam reuela-
tionis ponit pulchra. Sed contra hoc dictum vr facere gl. in c. re-
stimonium. de testi. vbi omnino videas Abb. & gl. j. c. j. de excel.
præla. & gl. fi. in fi. in c. nuper. de test. vide tamen gl. in ca. ipsi apo-
stoli. 2. q. 7. & ibi docto. & Ant. in c. lectæ. de renun. & quod not.
Io. And. in c. 1. de vsur. li. 6. super gl. 2. Sacerdos bñ põt reuelare de
consensu confitentis. Tex. est in c. significasti. de adu. Et de ista re
uelatione confessionis vide omnino q scribit Arch. in ca. sacer-
dos. de pœniten. dist. 6. Et de hoc an reuelatio possit fieri de con
sensu confitentis, & an præsumatur de eius consensu, si sacerdos
dicat. vide per Hostien. sum. de test. §. si possit. ver. sed quæro. Et
idem videtur concludere Ant. & Abbas in cap. testimonium. de
test. dum tractant illum articulum, an per sacerdotem, qui audi-
uit confessionem, probetur pœnitẽtia de delicto. Et pro hac par
te disputando apertissimè concludit sanctus Tho. in 4. Sen. dist. 21.
q. 3. art. 2. Item adde, quòd quemadmodum sacerdos tenetur ce
lare confessionem sibi factam, eodem modo, quãdo aliquis, qui
non est sacerdos, in necessitate audit confessionem alicuius, te-
ntur ce are. Ita determinat sanctus Thomas in tertio Sent. dist.
21. qu. 3. articulo primo, in fi. Et idem est de interprete, qui pro-
pter diuersitatem linguarum adhibetur in confessione, quia eo
dem modo debet celare, nisi peccator velit quòd ipse sciat ab
solute, & liberte, secundum Tho. in prealleg. distinctione xxj. que
stione tertia. articulo secundo, in fi. Item adde quòd si sacerdos,
cui aliquid fuit dictum in confessione, sciat hoc idem, licet aliter
præterquam in confessione, siue ante confessionem, hoc non
potest licite reuelare. ex quo sciebat etiam vt homo. quia licet
non possit in quantum scit. vt Deus, tamen potest hoc inquan
tum scit, vt homo. Ita determinant disputando Tho. in 4. Sen. dis.
21. q. 3. arti. 3.
f ¶ Sacerdos. An sacerdos, cui aliquid dictum fuit in pœnitentia,
non tamen in forma confessionis, si producitur in testẽ, an possit
testificari, vide Fel. in c. intimauit. ver. & istud dictum Inn. C. de
testi. Seb. Sapia.
g ¶ Sed nimis truncate loquitur, sed antequam sumam verba In
noc. die quòd in quantum primò dicitur quòd sacerdos non de
bet reuelare illud quod est dictum in confessione ei. hoc limita
tur tribus modis. Primus est quando pœnitens adducit sacerdo
tem in testem ad probandum se emendatum, vt in c. veniens. de
simo. quo casu si plures sunt confessi idem crimen debet solum
illum exprimere, qui ipsum inducit in testem, alias verò omnino
celare. sic loquitur s. de adult. significasti. Secundò fallit quando
pœnitens vadit suum crimen confitendo, & publicando, & hoc
dicit Host. & Doct. in c. j. de cler. per sal. promoto. Tertiò fallit se
cundum Inn. hic, quãdo confessor scit aliunde quàm ex cõfessio
ne, dicit tamen quòd ad hoc nũquam dẽt venire, nisi magna ne
cessitas, vel vtilitas, vel periculũ, vel scandalũ ad hoc cogat ne
fiat fraus. & cũ Inn. cõiter trãseunt Doct. & has tres limitationes
nota. Sed in quantum Abb. Si. dicit de laico cui est facta cõfessio
dic fm Inn. Host. & Doct. q q̃tum ad prohibitionem iste tex. ha
bet locũ, qa ẽt si producaꝛ in testẽ non dẽt crimẽ reuelare, nisi in
casib. in quibus sacerdos potest, vt suprà dictum est. & hoc etiam
sequitur D. Car. in §. caueant. in 5. quæstione. & pro hoc alle-
capitulũ dilectus. de excess prælat. vbi omnino vide, an sacerdos
teneat reuelare mandatum summi Pontificis. sed But. in d. §. ue

sus dicat sacerdotem reuelasse suam confessionem, sacerdos ve-
rò confitetur se dixisse delictum illius, sed negat se illud habuis-
se in confessione. circa hoc quidam dicunt sacerdotem illum
absoluendum, quia non est magis credendum illi, quàm sacer-
doti. Ho dicit, & multum mihi placet, quòd nisi sacerdos doceat
aliunde aliud habuisse, præsumendum est illud habuisse in con-
fessione. arg. vij. q. j. placuit. non tamen puniretur sacerdos pœ-
na ordinaria huius c. sed pœna arbitraria, quia apertè non con-
a uincitur de delicto.

ADDITIONES.

Caueant. in iij. q. dicit quòd credit dispositionem huius c. habere
locum quò ad prohibitionem, sed non quò ad pœnam, quia non
est ita proportionabilis laico, vnde laicus punietur pœna arbi-
traria, vt in c. de causis. de off. deleg. & istud originaliter fuit dic-
tum Host. quẽ sequitur Io. An. hic. & D. Car. hic in d. c. caueant.
in 4. q. Sed quantum ad principalem quæstionem accipe verba
Inn. Nam quærit quid si aliquis dicit peccatum suum alicui, non
vt pœniteat, sed vt consilium, & auxilium ab eo recipiat. Innocẽ.
d cit quòd non credit q dicatur vt ministro Dei. & q ex hoc nõ
dicatur confiteri, & si dicat q ei dicit in confessione, vel in pœ-
nitentia, vel vt ministro Dei. cum ab eo consilium animæ non
requirat. vnde rales quibus hoc dicitur bene iunt cogendi super
his ferre testimonium. & hoc est verum fm Host. & Ioan. And.
etiam si hoc dicit sacerdoti, ex quo non petit sibi iniungi pœni
tentiam vel se absolui, sed alia intentione hoc dicit, quæ est at-
tendenda. de ver. sig. intelligentia. dicunt tamen q sacerdoti ex-
pedit hoc celare ne fiat fraus huic edicto. de diuor. quanto. pos-
sec. n. quil. bet sacerdos reuelare confessionẽ, & dicere q nõ fuit
ei dictum in foro pœnitentiæ. & hoc etiam sequitur Do. Car. in
§. caueãt in 2. q. & Bu. in eo. §. in 3. q. Ego vero credo q iudex pos
set compellere sacerdotem ad testificãdum an tale quid sit dictũ
sibi requirendo ab eo consiliũ, & auxilium. nam ex hoc non in-
telligitur dictum in confessione cõpellitur ad testificãdum. ergo
quatenus in se est tenebit occultum. Sed iudex aliunde habẽs no
tiam si vult cogere ad testificandum potest. & ita cõcorda opi
niones. Alex. de Ne.

a ¶ But. hic in fi. commenti se remittit ad Spe. in ti. de proba. §. j. in fi.
Sed Spe. ibi istam quæstionem non determinat, sed refert verba
Vinc. de quib. j. dicam. Sed D. Car. hic in fi. cõmenti dicit q si de
peccato aliter non constabat, poterit ex coniecturis, vt quia cõ-
stat q ille fuit confessus sacerdoti per eos qui viderunt eũ in for
ma pœnitentis corã sacerdote, & saltem poterit veniri ad formẽ
ta fm no. in c. cum in cõtemplatione. de regu. iu. & istud mihi pla
ceꝛ, licet Doct. cõiter sequãtur opi. Host. Vnde dicit q aut de pec
cato aliunde q̃ ex sacerdote erant præsumptiones, vel coniectu-
ræ, & tunc non est præsumendum q dixerit in cõfessione: aut aliũ
de non erant præsumptiones, & tunc vr vera opi. D Car. Vel ve-
rius dic, q aut ad coniecturas est recurrendũ, & si est verisimile q
dixit in confessione, recurretur, & puniet pœna arbitraria sacer
dos fm opi. Host. Aut verisimilius est q extra cõfessionem intel-
lexit, & tunc est absoluendus. ad hoc c. qa verisimile. & c. literas.
de præsumpt. Qualiter autem probetur sacerdotem reuelasse vt
puniatur pœna, de qua in tex. Vinc. dicit q probatur per confes-
sionem sacerdotis factam corã plurib. etiam extraius, arg. de acc.
si constiterit. multò magis si confitetur in iudicio, vt de confes-
sis, per totum. Sed quò ad primum aduerte, quia Vinc. vult q ex
confessione sacerdotis extraiudiciali probetur reuelatio confes
sionis, videtur. n. mirum cum confessio extraiudicialis non pro-
beꝛ crimen, licet faciat indicium sufficiens ad torturam, l. capite
quinto. de adult. ff. ed dic q inducit delictum reuelationis, sicut
alibi inducit delictum gloriationis, vt in c. quã sit. de excess. prela.
quod no. Vlter. ùs quæro de aliis quæstionib. & non seruando or
dinem literæ, quia nec seruare possem. cum in fi. dicta Abb. Si. re
seruauerim. Et primò quæro quid si subditus percipit q eps de
peccato suo est certus, & venit ad ipsum, & in pœnitentia confi
tetur, vt correctionem cuadat, Hostien. dicit, q episcopus debet
esse cautus. Nam debet dicere q illud non recipit in pœnitentia,
cum sit publicè infamatus, dicit tamen q nõ debet absolutionẽ
denegare, quia ea non obstante poterit cõtra eum inquirere, &
punire, nisi dispensset. de quo dic, vt s. de scismat. c. 2. de biga. quia
circa. Sed si esset delictum occultum omnino, licet ipse sciret
debet recipere in pnitentia. quæstio 2. si tantum. & capi. placuit.
& dicit addẽdum qd ipse no. et ti §. in quo tenent sacerdos. j. resp.
Sed ego duro quòd eps indistinctè posset recipere in cõfessione,
etiã si delictũ sit manifestum, vel pœnitens sit infamatus. nec di-
citur reuelare cõfessionẽ si non reuelat ipsam, sed fundet suam
intentionem ex eo q extra confessionem audiuit, vt dicit hic In
noc. & dixi in præced. add. in iij. limitatione. nec absolutio in fo
ro pœnitẽtiali impedit accusationem vel inquisitionem. de quo
p gl. xxiij. q ij. admonere. & in c. de his. de accu. & quæstio hæc est
§. dictis respicit §. caueant. Sed quæro, & secundò quòd ad primũ
cap. quanta debet esse contritio. Innoc. dicit q peccator debet ni
ti, & orare pro magna contritione, sed si maiorem non potest
habere saltem doleat se peccasse, & hoc sufficit si propter hoc do
leat, quia Deum offendit, secus si ex alijs causis, & nõ exista do
leret fortè propter infamiam quam incurrit, vel amissionem ho
noris, hæc enim non est digna pœnitentia. Idi. vt constituerentur,
& reprobat Innocẽ. opin. quorundam, qui dixerunt quòd opor
tet peccatores tantum dolere, quod potius vellent omnem pœ
nam pati, quàm peccasse. sed hoc non est verum secundum In
nocẽ. nam licet quis debeat potius omnia mala pati, quàm ma
lo consentire. xxxij. quæsti. v. vane. & s. quod merus causa. sacris.
non tamẽ ad hanc comparationem deducitur vt eligat inter præ
dicta duo cum simul esse non possint, quia cum peccatum fa
ctum est iam præterijt. vnde contritio præsens non potest ada-
ptari veraciter cum eo quod factum est, vt dicit Hostiẽ. & Ioã.
And. & communiter Doct. hoc sequuntur. Sed superest dubium.
Quid de peccato futuro, nũquid tenetur quis potius velle subire
mortem quam peccare mortaliter si necessitas alterius facien
di subesset, Innoc. dicit quòd non tenetur pœnitẽtes esse illis cõ
stantiæ, vt credere teneatur q potius sustineret mortem quàm
peccaret, si necessitas alterius faciendi sibi incumberet, quia non
tenetur neque de præterito, neque de futuro, inter hæc eligere,
sed si esset præsens necessitas alterius eligendi debet eligere nõ
peccare. dicit tamen q est humilitas in talibus timere, sed nun-
quam de Dei misericordia desperare. debet enim credere quod
aut necessitas non veniet, vel Deus dabit cũ intentione proue
tum. Ad hoc Ioan. And. & Host. inducunt Augustiniceꝛ. Proij
ce te in Deum nec enim ita crudelis est, vt se subtrahat. & te ca
dere permittat. Ego allego primam Canonicam Petri Apostoli
in vlt. cap. vbi dicit omnem solicitudinem nostram proicientes
in Deum, quoniam ipsi cura est de nobis. & hæc verba Inno. se-
quuntur Doct. & Dom. Card. in princ. cap. in 3. q. & But. in § ca-
ueant. in vij. quæst. quę nor. Tertiò quæro qualis satisfactio pro
peccato requiratur. Inn. dicit quòd fit per solutionem pœnitẽtię
iniunctę pro peccato, de pœnit. quem pœnitet. fit etiam satisfa-
ctio p redemptionem, id est, per solutionem pecunię, vt no. j. eo.
quòd autem. Dicit etiam Inno. circa hanc satisfactionem, q ca-
nones non prefigunt de quolibet crimine certam pœnitentiam,
sed hoc relinquunt sacerdoti, plus enim valet apud Deum men-
sura doloris quàm temporis, & plus mortificatio vitiorum, quã
absentia ciborum, de pœn. dist. j. mensuram. & inquantum Inno.
dicit q pœnitẽtia relinquitur sacerdoti, id est arbitrio sacerdotis,
idem dicunt Host. & Ioan. And. & allegat s. eo. significauit. sed re-
stitutio malè acquisitorum, vel damnorum, seu iniuriarum irro-
gatarum omnino est faciẽda lęsis si reperiãtur, nec sacerdos po
test facere gratiam, quia non dimittitur peccatum, nisi restitua-
tur ablatum. de vsu. cum tu. & in reg. peccatum. li. vj. In aliis verò
potest arbitrari sacerdos considerata contritione per dictum c.
mensuram. & not. bene verba Host. & Ioa. An. inquantum dicũt
q quis tenetur in foro pœnitentię satisfacere de iniuria illi, quẽ
lęsit, & quòd sacerdos non potest facere gratiam. Ex quo infer-
tur q si aliquis imponit alicui infamiam non remittitur ei pec-
catum, nisi satisfaciat restituẽdo famam illi, quem infamauit, de
quo vide per Pet. de Anch. in reg. peccatũ. in vj. charta. Et de pri-
mo, scilicet de satisfactione iniurię irrogatę, vide Host. in summ.
de pę. §. quę quis. sub §. interfectoribus, & cui ista pœna debeat ap
plicari, vide in summa de sentẽ. excom. §. qualiter hęc absolutio.
sub §. secundum. ver. si cui. vbi tractat de æstimatione iniurię irro
gatę per quem fiat, & cui debeat applicari. De fama autẽ lęsa, siue
lacessita, vide Host. in summa. eo. tit. § quid de causationibus, ver.
obligantur etiam tales. & vide D. Pet. vbi suprà. Ex prędictis colli
ge septem conclusiones. Prima est quod restitutio malè ablato-
rum, vel damnorum, seu iniuriarum irrogatarum est facienda lę
sis si reperiantur, nec sacerdos potest facere gratiam, quia non
dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, de vsur. cum tu. &
in reg. peccatum. in vj. & istud est dictum Host. & Ioan. And. Secũ
da conclusio in his quibus alteri quàm Deo non est facienda re
stitutio, pœnitentia relinquitur arbitrio sacerdotis considerata
qualitate, & quantitate criminis, & dolore pœnitentis, & secun-
dum hoc plus, vel minus dimittet de pœnitentia. de pę. dist. j. quẽ
pœnitet. Tertia conclusio, sacerdos in satisfactione iniungen-
da debet exponere peccatori quantum deliquerit, & quàm ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

gnam pœnitentiam mereatur sustinere. Quarta, si pœnitens vult sustinere pœnitentiam condignam, & sacerdos credit quòd ipsam faciet, imponat pœnitentiam condignam, & talis debet esse pœnitens, quia debet omnia ponere in arbitrio sacerdotis, nihil sibi reseruans, sed paratus eo iubente omnia facere quæcunque faceret pro euitanda morte corporis, quia vitam recuperat infinitam, de pœn. dist. v. considerer. Quinta conclusio, si peccator non est talis, vt quia non bene confidit de se, nec sacerdos etiam credit q̃ debeat pœnitentiam perficere, imponat sibi pœnitentiam, quantumcunque leuissimam, & iniungat quòd omnia bona quæ facier sint ei pro pœnitentia, & pro redemptione pœnarum, quas sustinere deberet, & adde singulare verbum Host. quod refert Abb. Si. ſ. eo. significauit in 3. no. quòd dixit q̃ si peccator non vult agere pœnitentiam, quam sibi imponit sacerdos, cum alias de peccato suo est contritus, debet sacerdos eum absoluere cum leui, imò sine aliqua pœnitentia, si ille diceret se non posse agere pœnitentiam, quia si non aget hic pœnitentiam, vt illa peccata in purgatorio. Sexta conclusio, sacerdos in absolutione pœnitentis non debet simpliciter, nec indiscretè absoluere, sed debet dicere quòd absoluit inquantum potest, & debet. nam debet dicere auctoritate, qua fungor, & inquantũ debeo, & valeo te absoluo, nam si simpliciter, & indiscretè absolueret, sicut faciunt quidam simplices, obligarent se pro pœnitente. Septima conclusio, credendum est Deum, qui omnia facit in pondere, numero, & mentura, multum sequi arbitrium sacerdotis, & hoc est intelligendum quando moderatè donat, vel cũ insta ratione, secus si errat in facto. vt quia non credit aliquos peccatores qui sunt, vel errant in iure aliquod peccatum modicum, quod est magnum ibi enim non sufficit pœnitentia iniuncta, sed circa hoc vide omnino glo. no. de pœnis, dist. j. mẽsuram. per quam limita Inno. hic, & Doct. & has conclusiones extraxi ex verbis Inn. excepta prima, quę est Host. & Ioan. And. & verba Inn. sequuntur Doct. & sequitur D. Car. in prin. ca. in vj. vij. & 8. q. & But. in § caueant in ix. q. Quartò quæro, an confessio possit fieri extra parochiam. Host. in summa, co. tit. § quibus. tenet q̃ sic, quia hæc est iurisdictionis voluntariæ, & talia possunt fieri etiam extra prouinciam, vt est tex. cum glo. in cap. nouit. de offic. lega. vbi etiam per Doct. maximè Abb. Si. in cap. fina. & in cap. cum contingat. de foro competen. Quintò quæro inquantum dicit, tex. quod solus debet peccata omnia sua gfiteri sacerdoti? Goff. Host. & Ioan. And. & communiter Doct. dicunt q̃ sic. non obstat cap quamuis. de pœn. dist. j. ad finem distinctionis, quia loquitur ex pessima consuetudine, & dicit Host. q̃ fuit introductum, vt solus confiteatur, quia liberius dicit peccata, quàm si aliquis esset præsens. Ad hoc de elect. quia propter. de testib. cap. 2. in 4. gloss. plus dicit Host. q̃ hoc non habet locum, etiam in delictis manifestis, quia licet pro illis imponenda sit pœnitentia manifesta ſ. eod. capi. j. non tamen pro illis facienda est manifesta confessio pœnitentialis, dicit tamen q̃ si pœnitentes volunt poterũt simul confiteri, vel facere manifestam confessionem, etiam in delictis occultis. de diuor. ex literis, vt ex multa contritione, vel vt interdum factum fuit in anno iubileo ex multitudine peregrinorum. Confessionem tamen iudicialem benetenetur quis facere de manifestis in publico, de accusa. si constiterit. gloriando verò quis non tenetur se prodere. de excess. præla. quam sit. maximè clericus, vt ibi. & hæc verba no. quia Ioan. And. cum eo transit, & cõmuniter Doct. & idem tenet Dom. Card. in princ. ca. in 2. oppo. & But. idem in v. quæst. Sextò quæro an quis possit confiteri per nuntium? Inn. dicit q̃ nec per nuntium, nec per scripturam, nisi subsit causa, de pœna. dist. j. quem pœnitet. Causa autem subest si pœnitens est surdus, vel mutus, vel alterius linguæ, vel sit æger. q̃ sine periculo loqui non potest, quibus casibus confitebitur per scripturam, vel per nuntium, vt dicit etiam Vinc q̃ si est simplex potest confiteri p̃ scripturam. xxx. q. v. qualis. de quo vide Card. in 4. oppos. & Bu. in septima quæst. scilicet in princ. ca. Septimò quæro an pœnitentia potest impleri per alium. Vin. dicit q̃ sic, si per alium est implebilis, alias non, de quo etiam per glo. lxxxij. distin. presbyter. & in cap. licet. ſ. de voto. Sed Bu. in princ. cap. in xj. quę. distinguit an pœnitentia afficiat personam, vel non. Nam si pœnitẽtia non afficiat p̃sonam, vt est dare eleemosynã, vele xpendere in redemptionẽ, & tunc potest impleri per alium, quia nõ refert an per alium faciat eam. Sed si personam afficit, vt est dicere orationes, vel ieiunia, vel peregrinari, & tamen non potest p alium impleri, nisi subsit iusta cã. & hoc probat iste tex. dum dicit q̃ peccator debet studere propriis iuribus implere pœnitentiam, & est rõ quia sacerdos vr̃ eius p̃sonam elegisse, vt p pœnitentiam retrahatur magis à peccato. ad hoc quod no. in c. presbyter. & in palle. ca. licet, & hæc distinctio est verissima. Vltimò scias q̃ Host. hic diffiniuit quid est cura, describit autem quòd cura est vigil, onerosa, ac solicita custodia animarum commissa alicui, vt curet ne pereant, sed saluentur. Item dicit q̃ competit ex lege. vel commissio ne canonica, aut consuetudine, seu præscriptione per legem canonicam non improbatam, & singula verba corroborat allegationibus, & interdum expositionibus, & ad expositionem verborum vigil, onerosa, & solicita custodia. alleg. de off. primicerij. cap. vno. de homici. pro humani. libr. vj. Commissa alicui, vt curet ne pereant, scilicet instruendo sibi commissos in fide, & in moribus, & in fugiendis vitiis, & exercendis virtutibus. x. quæst. j. placuit. de vita, & hon. cleric. vt quisque. ex quo sequitur q̃ si male, vel negligenter curet obligatur Deo, argum. de inut. stipu. § si quis alium. cum exinde teneatur reddere rationem officij, de offic. ordi. irrefragabili. j. resp. Item visitando, corrigendo, puniendo, sacramenta ecclesiastica exhibendo, de elect. dudum. versic. tandem. de transact. veniens j. respon. & in hac Decr. §. sacerdos. Caueant igitur vt semper habeat obligationem præ oculis, ne re periatur negligens dormiens. nam non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel. ideò Curato dicitur Prouer. vj. capit. defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, reipsum libera, discurre, festina, suscita amicum tuum ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebrę tuæ, & de hoc vide text. de renuncia. nisi cum pridem. versicu. verum. & dicit Host. q̃ non debet omittere inuocare seculare brachium, quam uis peccatores si sine effusione sanguinis non possint coarctari, de homic. postulasti. quæ competit ex l. scripta, siue iure communi, vt in episcopis. de offic. ord. conquerente. & prelatis, qui p electionem creantur, & etiam rectorib. ecclesiarum parochialium, ex quo sunt auctoritate iudicis sui instituti. vt hic. & de cler. pegri. capitulo fina. de offic. archiepisco. cum satis. de offi. ord. si sacerdos. Dicit etiam Host. quòd hæc cura extẽditur ad omnes habitantes s̃ limites prædictorum, qua ratione etiam prouẽtus spirituales exinde prouenientes recipiunt in suos necessarios vsus conuertendos, de his quæ fi. à prælat. pastoralis. de paroch. super eo. nisi aliud habeat consuetudo, de decimis, cum sint. & capitul. ad Apostolicæ. Hi autem limites quantum ad parochias pro dispositione episcoporum extendi possunt ex causa. & restringi. de excess. prælat. sicut. de eccle. ædi. ad audientiam. el primo, quibus autem de hac cura teneantur prælati reddere rationẽ, leg. & no. de priuil. cum & plantare. §. in ecclesiis. & de præben. in Late ranẽ si. sequitur in diffinitione, vel commissione canonica, scilicet ab episcopo generaliter, & specialiter facta, sicut patet ī archidiacono, de offic. arch. capitul. j. & in archipresbytero, de offi. archipresby. cap. fin. vel officiali suo. de constit. capitulo 3. & in perpetuis vicariis ecclesiarum, de offic. vicar. ad hæc. & etiam ex causa ad tempus constitutis, de offi ordi. cum vos. de appella. peruenit. vel à papa per priuilegium generale, vel speciale. 22. dist. cap. 1. 25. dist. cap. 1. vel per compositionem ex certa scientia confirmatam. de transact. veniens, sequitur in diffinitione, aut consuetudine, vel præscriptione. & per hoc dicit q̃ Metropolitani in suo, & alieno & episcopi etiam in alienis diœcesib. & Abbates, & archidiaconi, & similes iura episcopalia, & parochialem curam, & ad hæc pertinentia, inquantum ista possunt in eis cadere, & per consuetudinem, & prescriptionem acquiruntur, & de cõsuetudine probatur de elect. dudum. el 2. versi tandem. de offi. ordi. quanto. & c. duo simul. & cap. irrefragabili. § excessus. de foro competẽ. licet, & capit. cum contingat. de præscriptione verò probatur de præscrip. ex transmissa. & cap. veniens. de relig. dom. constitutus. & capitulo cum venerabilis. & cap. cum dilectus. Aliqui tamen vt refert Host. dicunt quòd pro cõsuetudine non acquiritur cura, nisi sit per sedem Apostolicam approbata. Sed Hostiẽ. tenet primũ per dict. capitu. dudum. versicu. tandem. & per alia iura proximè allegata nec obstat 93. distinctio. illud. & 9 quæst. 2. cap. 1. & seq. quia illa loquuntur in aliis casibus, vt in eis patet sequitur in diffinitione per l. canonicam non improbatam. hoc ideò dicitur, quia consuetudo non proficit, nisi sit rationabilis, & præscripta, de consuetu. cap. fi. & iudicatur irrationabilis si ex ea limites fundantur, de deci. cum sit. vel si inde paratur graue præiudicium, eod. tit. suggestum. de consuetu. cum olim. de maioritate, & obedientia. cum inferior. Item secundum Hostien. quantum ad priuatam personam cura non potest ex consuetudine acquiri, puta si aliquis tanquam priuatæ personæ, & nomine ecclesiæ, vel beneficij vellet acquirere curam animarum, vnde non valet cõsuetudo, vt quis eligat sibi confessorem, vt no. in summa, eod. tit. § cui confitendum. sub § cui Imperator. sub primo respon. Dicit etiam Host. q̃ in prescriptione requiritur bona fides, & iustus titulus, alioquin per sedem Apostolicam reprobatur, de præscrip. si diligenti. de deci. dudum. sed tu vide optimum tex. in ca. j. de præ-

✻ script.

script. libr. vj. qui declarat, quando in præscriptione exigitur tẽpus. nam bona fides semper requiritur, vt in c. fi. de præscr. & cum his verbis Host. transit hic Io. And. & D. Car. in prin. ca. & xj. q. & Bu. similiter in princ. in ix. quæst. Sed de hac materia qualiter, & quot modis accipiatur cura, vide omnino Docto. in cap. cum satis. de off. arch. & in c. de multa. de præben. & in cap. dudum. el ij. de ele. sed tene menti hæc verba Host. quia sunt notabilia, & quotidie allegantur, & hæc sufficiãt in hac Decre. licet plurima possent adhuc dici. Alex. de Neuo.

SVMMARIVM.

1 *Medici vocati ad infirmos, debent ante omnia inducere ipsos ad confessionem sub præcepto peccati, nec valet consuetudo in contrarium. 7.*
2 *Verba imperatiua intelliguntur cum effectu.*
3 *Ieiunium improbatur, si ex eo timeatur infirmitas, vel mors.*
4 *Concesso vno, censentur concessa omnia per quæ deuenitur ad illud.*
5 *Verba futuri temporis non important actum fieri ipso iure, sed per sententiam.*
6 *Vendens animal morbosum, asserens tamen illud sanum, & dicit quòd non vult teneri, an excusetur.*

CAP. XIII.

1 CVM INFIRMITAS † *Medici vocati ad infirmos debẽt ante omnia inducere infirmum ad confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis tendens in animarum periculum. hoc dicit. Diuiditur. Nam primò ponit vnam constitutionis causam. Secundò, cõstitutionem. Tertiò aliam causam. Quartò pœnam trãsgressionis. Quintò, quandã prohibitionem. secunda ibi præsenti. tertia ibi: hoc quidam. quarta ibi, si quis autem. quinta ibi, cæterum. No. j. ex tex. vnam causam ex qua quandoque prouenit infirmitas corporis, scilicet ipsum peccatum, & infirmitas animæ. Ex infirmitate ergo animæ quandoque sequitur infirmitas corporis: ideò vt precidatur radix infirmitatis corporis, debet quis incontinenti confiteri, vt sic cessante causa facilius cesset effectus. & dic, q̃ ex quinq; causis põt prouenire corporis infirmitas, vt dicit gl. super euangelio Matthæi. Prima est, vt iustus per patientiam in meritum crescat, vt legitur de Beato Iob, qui multas passiones corporis passus est, vt magis hoc sibi tenderet ad meritum. Secunda causa ad custodiam virtutis, ne virtus nimis superbiret, sicut in Paulo Apostolo, qui dixit dum infirmor, fortior sum, vt in c. nisi cũ pridem. de renun. Tertia causa, ad correctionem peccati, vt hic. Quarta causa vt manifestetur quãdoq; gloria Dei, vt in cœco quem Christus liberauit. Quinta causa ad initium pœnæ, vt sit initium pœnæ sicut in Herode. nam quandoque Deus in hoc seculo incipit punire peccatorem affligendo eum corporaliter, vt sit in hoc seculo initium pœnarum suarum. Ad prædicta, vide tex. 7. q. 1. in c. cum percussio. a Potest addi sexta causa, quæ non facit ad propositum nostrum. videlicet mala dispositio corporis, quæ prouenit ex aliquo accidẽti. † Secundò no. q̃ hæc verba, me neas, & inducas: debent intelligi cum effectu. nam vt colligitur per sequentia nõ sufficit medicis modicum monere, nisi effectualiter inducãt ad vocandum sacerdotem. b Tertiò no. q̃ sicut homo cõponitur ex anima, & corpore, ita pro salute vtriusque duo medici instituti sunt, vnus pro animabus, vt est sacerdos, alius pro corporib. vt est medicus corporalis. Ex quo infertur q̃ inquantũ anima est pretiosior corpore, intãtum sacerdos debet præhonorari respectu medici corporalis. Item no. q̃ quandoque ad constitutionem condendã cõcurrunt plurimæ causæ quarum vna est impulsiua, alia finalis. nã salus animarũ hic fuit causa finalis, impulsiua verò causa corporum, vnde cessante impulsiua nõ debet cessare cõstitutio. de quo in cap. post translationem. de renun. † Vltimò no. ex fi. literæ contra nolentes ieiunare, asserentes ieiunũ corpori nociuum, nam cum anima sit pretiosior corpore, magis est insistendũ pro salute animæ q̃ corporis. nam ad hoc principaliter ieiunium est institutum, vt castigetur corpus, iuxta illud Apostoli. Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo, ne cũ aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar. quod intellige verũ, nisi verisimiliter pp complexionem hominis timeatur ex ieiunio, vel alia abstinentia infirmitas corporalis, seu mors. nã tunc potiùs peccaret q̃ mereretur. pro hoc tex. no. in ca. nõ mediocriter. de cõsec. dist. 5. facit c. cõuiuia. 44. dist. habenda est. n. cura corporis. vt sit prõptum ad exercitiũ virtutis, vt in dictis iuribus. Et potest iste tex. optimè allegari ad vnã causam generalẽ, ex qua papa habet potestatem in laicos. vi delicet, quando disponit ad finem salutis animarum, licet principaliter non disponat circa animas illorum quos intendit constringere, sicut hic. nam pro salute animarum ægrotantium papa hic disponit in medicos laicos. ¶ † Concesso ergo fine, videntur concessa omnia, per quæ deuenitur ad finem l. vj. ff. de iurisd. omnium iud. l. ad rem mobilem & l. ad legatum. ff. de procur. & in ea. prudentia. & in cap. præterea de off. de eg. quod bene notquia facit ad multa & maximè ad materiam tractatam per Bart. in l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. fa. vt quando conceditur aliquibus officialibus potestas prouidendi super abundantia, seu super pace, seu super statu ciuitatis, vt omnia extrinseca videãtur concessa, per quæ peruenitur ad expressè cõmissum, sicut econtra vno prohibito, omnia etiam remota intelliguntur prohibita. per quæ peruenitur ad illud. vt in ca. ad concupiscentiam. de constit. & l. oratio. ff. de spon. ¶ † In gl. in verba citatur. ibi, per sententiam. c Not. ex glo. q̃ per hoc verbum non fertur sententia ipso facto, c sed est ferenda per iudicem. nam est verbum futuri temporis. ergo requiritur sententia, iuxta theoricam glo. in regula, in pœnis. de regu. iu. libr. vj. & in cap. quisquis. electio & in l. in criminali. C. de iurisd. om. iud. ¶ † Et in gl. fi. Sed quæro, numquid per dissuetudinem sit sublatus effectus. Host. dicit eos peccare. & quòd consuetudo contraria non valet, & bene loquitur. nam consuetudo non præiudicat iuri, nisi sit rationalis. ¶ Sed ista consuetudo nõ habet in se aliquam rationem, imò ea prouenit mala. de quibus in text. ¶ In gloss. si. in fi. sed quæro quid intendat litera ibi, an omnia maneant, &c. Solu. dicit Host. q̃ antequam incipiant curam corporis, vel conueniant de salario, debent seruare quod hic dicitur, alias aũ possent repel i per exceptionẽ vel salarium solutum posset repeti, quod est cõtra c. vides. x. di. & contra l. non dubium. C. de legib. poiteà dicit. & bene q̃ cum ista pœna non sit iure expressa, non est imponenda, licet vtile fuisset eã imponere. nam text. iste solum ponit eos arcendos ab ingressu ecclesiæ. † Vltimò quæro circa fi. literæ quid si medicus dicat nõ consulo. sed tamen si haberetur talis mulier incantatrix de facili liberaretur. dicunt Doct. medicum non excusari, quia malitiosè. & in fraudem legis videtur hoc asserere, sicut dicimus in simili de vendente aliquod animal quod sit morbosum, sed asserit illud sanum. & dicit q̃ non voluit teneri. de quo in l. creditor. & in l. j. §. venditor. d

ADDITIONES.

2 ¶ Doctores. alleg. hunc versi. vt probet, vt damnet, vt expiet, vt mereatur, vt pateat Christi gloria, pœna datur. Alexand. de Neuo.
b ¶ Supple quòd alias medicus non debet se intromittere de cura, vt probant sequentia, vt dicit Host. & sequitur Io. An. Bu. & Car. Alex. de Ne.
c ¶ Ipso facto. Quomodo procedat hæc doctrina vide Iason. in lege secunda. in quinto nota. C. de iure emphyteut. & Fel. in ca. Rodulphus. suprà, de rescriptis. Sebastia. Sapia.
d ¶ De hoc vltimo vide per Ioan. And. in reg. cum. qui certus. vbi remittit ad Spec. Sed quæro qualiter debet satisfacere medicus transgressor huius constitutionis? Hosti. dicit q̃ dando pauperibus quicquid emolumenti idem percepit. & licet Doctor simpliciter referant Host. tamen D. Car. in x. not. dicit vltimum esse verius, scilicet q̃ pœna relinquatur arbitrio iudicis, & hoc mihi placet. quia vbi à iure pœna non est determinata relinquitur arbitrio iudicis. l. j. §. expilatores ff. de effract. & in c. de causis. de offic. deleg. & in l. j. ff. de iure deliberandi. Alexander de Neuo.

SVMMARIVM.

1 *Quæstores eleemosynarum non admittuntur sine literis papalibus, aut episcopi loci, quando petunt eleemosynas, tãquam missi ab Abbate ſancti Antonij, vel simili, secus si nomine proprio. 7.*
Quæstores eleemosynarum sancti Antonij si attentauerint aliquid contra eorum authoritatem, possunt puniri per episcopum loci.
4 *Indulgentiæ prosunt non solum quòd ad pœnas purgatorij, sed etiam quòd ad pœnitentiam hic iniunctam, adeò quòd non tenetur perficere pœnitentiam, quia habuit indulgentiam. 6.*
5 *Indulgentiæ vsque ad quantam quantitatem possunt concedi.*
Indulgentiæ non possunt concedi à prælato inferiore episcopo.
6 *Indulgentia, siue ieiunium si concedatur vsque ad annum, an ille annus sit vtilis an continuus.*
8 *Indulgentiæ concessa vltra quantitatem dierum permissam, corruit quatenus excedit numerus dierum. vide infra capitulo proxi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XIIII.

a CVM EX EO. a Eleemosynarum quæstores, siue Apostolicis, vel diœcesanorum literis admitti non debent nec cum proponūt vltra id, quod in ipsis literis continetur, hoc primò. Et debent esse modesti, & à locis, & expensis incongruis abstinere. hoc secundò. In dedicatione basilicæ vltra annum, etiam in anniuersario dedicationis, & in literis indulgentiarum concessis ab alio, quàm à papa vltra xl. dies remissio excedere non debet. hoc dicit. vsque ad fi. Et quatuor sunt partes principales. secunda ibi, formam. tertia ibi, qui autem. quarta ibi, ad hæc. ¶ † No. rex quòd isti quæstores eleemosynarum, vt sunt illi qui mittuntur ab istis præceptoribus sancti Antonij, siue sancti Sepulchri, siue aliorum hospitalium pro votis colligendis, & eleemosynis petendis non debent admitti ad petendum eleemosynas nomine illorum hospitalium, nisi habeant literas veras Apostolicas, siue episcopi diœcesani. & procedit hoc, quantumcunque sint exempti, vt in cle. ij. eod. titu. Et fuit hoc statutum propter eorum intemperantiam nimiam, nam multi mentiebantur se esse alios, quia falsò portabāt religionis, vel illius hospitalis habitum asserētes se esse fratres illorum locorum, vbi in veritate non erant, idrò debent priùs examinari à papa, vel ab ep̄o loci, secus die de alijs volentib petere eleemosynas pro seipsis. Isti enim non indigent literis, xlij. di. quicscamus. lxxxvj. di. ca. non satis. Sed isti quæstores, de quibus in tex. petebant vt dixi nomine hospitalium, & idcò oportet, vt approbentur prius esse tales. & maximè examinentur, ne religionis falsum habitum gestent. ¶ † Secundò no. q̄ isti quæstores non possunt prædicare, nec aliquid proponere petendo eleemosynas, nisi q̄ in literis cōtinetur & hoc fuit statutū, quia ipsi solebant proponere multas abusiones, & dicere multa mendacia, & maximè commutando vota, & absoluendo à pœna, & culpa: & hodie prouisum est q̄ non obstante quocunque priuilegio possunt excedēres in talibus per episcopum loci puniri, vt in d. cle. 2. eo ti. facit c. vt officium. §. compescendi. de hære. li. vj. b ¶ † Tertiò no q̄ eleemosynæ multum valent ad acquirendā 3 vitam æternam, de quo 13. q. 2. ca. animæ defunctorum. & de pœ. dist. in c. medicinam. ¶ Et no. ex hac forma literarum, & modum, & ordinem scribendi. nam primò ponitur exordium causa alliciendi, & prouocandi animos auditorum. secundò ponitur narc ratio, tertiò pœnæ conclusio. c ¶ Quartò no. in §. quę autem. quales debent esse isti quæstores eleemosynarum, debent enim esse modesti, & discreti, nec debēt hospitari in locis incongruis, nec portare falsæ religionis habitum. Si autē tales non sunt, nō tenetur eps̄ eos admittere, imò pōt eos punire tanquam excedentes in eius territorio, vt in cap. ex literis. §. de excess. præla. & in d. cle. 2. No. v. in §. ad hæc. q̄ indulgentia concedēda p̄ prælatum non debet esse indiscreta, seu superflua, sed moderata. Et dr̄ indiscreta q̄ non ponderata quātitate, seu qualitate causæ indistinctè cōceditur, debet cū concedi indulgētia, s̄m quantitatē & qualitatē 4 causæ. † No. 6. bi. pœnitētialis satisfactio eneruatur, &c. tex. optimè, p̄batem q̄ indulgentię prosunt nedū in purgatorio sed etiā quo ad pœnitētiam hic iniunctā. Si ergo tenetur q̄s ieiunare xl. diebus habita indulgentia xl. dierū non tenet ieiunare. & clarius adhuc probat hoc in litera. ibi de iniūctis pœnitētiis, &c. Cautus tñ est has indulgentias reseruare pro pœnitētiis illorū peccatorū, quas homo hic parcere non pōt, vt dixi in c. q̄d aūt. §. eo. & 5 materia. dic vt ibi plenè dictū fuit. † Septimò not. & tene menti d istum tex. quia quotidie pacticatur quānam indulgentiam d posſunt p̄lati ecclesiarū citra papā concedere. nā in ad. ficatione ecclesiæ dūtaxat possunt cōcedere annū. sed pro aliis quibuscūque causis, nō possunt cōcedere vltra xl. dies. & hoc aperè voluit litera in ver. hūc quoque dierū numerū, &c. vñ d. cit Inno. & Host. hic, dum dicūt q̄ qñ celebrat solet accedere annū, aliqñ annum, & xl. dies. intellige in papa, non aūt in alijs prælatis inferioribus, l. 3 alter. & minus bñ dictum Host. & Inno. retulerit d. Ant. Nā gl. Inn. & Io. An. est sup fine literæ ibi, in talibus moderantē, &c. quę loquit̄ de papa. & nō de alijs prælatis. nam de prælatis §. dixerat, & eis p̄ę fixerat terminum, & pro hoc facit text. ibi, dum in singulari dicit hunc quoque dierū numerum &c. ex quibus verbis satis patet q̄ non loquit̄ de anno. sed tantū de numero, dierum. & maximę. gaelatio debet fieri ad proxima, vt l. si ita stipulatus. ff. de ver. obl. & in c. inquisitioni. de app. Itē non est verisimile, q̄ in cōsecratione ecclesiæ nō posset accedere vltra annū, & q̄ ipse eps̄ celebrat, pōt, pariter cōcedere annum. Cōclude ergo, q̄ oēs prælati cuiuscunque dignitatis sint, nō possunt cōcedere indulgētias, nisi ꝓpt e hic dicit. & §. declarauit. e Et aduerte, q̄ licet hæc litera loquat in genere de prælatis, non tñ intelligas de inferioribus, sed de epis, & superioribus, quia inferiores prælati non p̄t concedere indulgentias, quia hæc est dignitas epalis. vt no. d. cit rex. in c. accedentibus. §. de excess. præla. f ¶ † Sed quæro an isti xl. dies, seu pauciores prout literis indulgentiarum cōtinetur sint vtiles. an vero cōtinui, & idem quærēdum de anno Host. circa hoc insta, & tāē concludit, q̄ dies debēt esse vtiles, annus verò est s̄m quod nūciatur in pœnitentia. & vult hic dicere q̄ si debet ieiunare in anno per xj. dies debet interpollatim, vt quia fortè quilibet septimana debet ieiunare semel, valet illa indulgentia xl. dierū ad tolendum oēs istos xl. dies. vnde non currunt quotidie, sed vtiles sunt. de anno verò sic intelligę, debet agere pœnitentiam p vnum annum, qualiscunque sit illa pœnitentia, puta ieiunando per annum semel in septimana, tollitur iste annus per hanc indulgētiam annualem, ita q̄ indulgentia anni, non diu datur per dies, g sed valet respectu anni integri, prout pœnitentia est annalis. g 7 ¶ † Viti

ADDITIONES.

a ¶ Cum ex eo. De materia huius capi. hic apertissimè scripsi in textu. & Gaspar. Cald. facit longam repe. in c. nostro. ī. eo. titu. de Bellenzinis.

b §• Dicit tamen Host. q̄ circa factum possunt proponere illud, quod faciat ad declarationem literarum: quia videntur illa commissa quæ sunt iuxta mandatum. vt in l. magis. §. illis. ff. de his qui sub tu. vel cur. sunt. & in l. iam crimen. §. in hac. ff. iudica. so. m. & in ca cum olim. el primo, in glo. quæ inci. ex hoc. de officio delega. & in c. in causis. de elect. Alex. de Ne.

c ¶ Sed quātum ad eleemosynā est tex. opt. in d. c. medicina quòd nulla est ita bona medicina ad delenda peccata, sicut eleemosyna. & allegat Lucam in 11. cap. vbi Docto. verum tamen quod superest date in eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Vnde Thobias 4. c quomodo potueris, ita esto misericors. si multum tibi fuerit abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiā exiguum libenter tribue. Primum enim tibi thesaurisas bonum in die necessitatis quando eleemosyna ab omni peccato. & à morte liberat. & non patitur animas ire in tenebras, fiducia magna erit coram Deo summo omnib facientibus eam. & Thobiæ 12. c. Bona est omnino cum ieiunio. est & eleemosyna magis quàm thesauros condere, quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata. & facit inuenire vitam æternam. vnde Eccle. 12. c. nō est ei bene qui assiduus est in malis. & eleemosynā non dāti, quoniam, & altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentib. Et dic quòd duplex est eleemosyna. s. temporalis. & spiritualis. & spiritualis dignior est quàm carnalis. vt in c. tria. & cap. seq. 45. dist. Alex. de Ne.

d ¶ Indulgentiam. Vtrùm episcopus locis exemptis suæ diœcesis possit concedere tales indulgētias, vide Ioā. de Imo. in cle. archiepiscopo. in fi. de priuile. de Bellenz.

e ¶ Verba Innocē. sic iacent. nam dicit quòd illud quod hic dicitur de Romano Pōtifice quòd cōsueuit obseruare hoc moderamē, procedit in indulgentiis, quas concedit pontibus, & aliis piis locis, sed quando celebrat, vel prædicat semper annum cōcedit. Alex. de Ne.

f ¶ Sed omnino vide Domi. in c. fi. eo. ti. in 6. qui recitat opiniones, sed idem concludit quod Abb. Si. hic. Sed quid de electo in episcopum, & confirmato nondum consecrato, qui nō est sacerdos, an possit indulgentias concedere, vt dixi in d. cap. accedentib. de excess. præla & per D. Pe. de Anch. & alios Doct. in cle. 2. eod. tit. de Alex. de Ne.

g ¶ Mihi placet hæc distinctio Inn. plures opi. refert. & Io. And. simpliciter referat, & etiam similiter Bu. de quo hic plenius per Doctia inter annos. & dies. & dicit q̄ indulgentia operatur id quod sonat, & q̄ tantùm remittitur de pœnitentia quantum verba sonant seu important, & remittit se ad id quod dixit s̄. eo. quod autem. in 8. & 9. q. sed per hoc non infringitur distinctio Host. quia Hosti. idē vult in effectu, s̄ quòd operetur tantùm remissio, quantum verba sonant. Nam quando dico q̄ remitto 40. dies de pœnitentia si tenebatur ieiunare per 40. dies in vno anno, omnes illi 40. dies erunt sublati, ita quòd amplius ieiunare nō tenebitur: quia verba hoc sonant, & si tenebatur ieiunare per annum, singula hebdomada per vnum diem, si concedatur indulgentia per annum, indulgentia operatur remissionem illius anni. sicut ieiunans prehendit Hosti. Alex. de Ne.

7 ¶ † Vltimò hic quæro pro declaratione huius c. nunquid sacerdos curatus teneatur in parochia sua recipere istos quæstores eleemosynarum. Conclude post Doct. quòd aut non habent literas Apostolicas, vel diœcesani, & non tenetur, nec debet eos recipere. & pro hoc tex. ibi, admitti prohibemus. &c. Aut habent literas, tunc si sunt veræ, & non suspectæ tenetur eos admittere: secus si sunt falsæ, vel suspectæ, quia tunc possunt consulere epm. & idem dic in episcopo quando isti deferunt literas Apostolicas. vñ episcopi tunc possunt literas illas examinare, ne sint falsæ. & ideò solent episcopi facere statutum, vt nulla litera Apostolica admittatur sine ipsius conscientia, & examinatione. Caueat tamen episcopus ne hoc faciat in fraudem, alias puniret, a vt in c. quanto. & c. dilecti. ī. de priuileg. a ¶ † In gl. fi. in fi. & huic 8 contrario hodie standum est per c. fi. eod. titu. libr. vj. vbi dispōnitur quòd indulgētia cōcessa à prælato vltra numerum hic taxatum est ipso iure nulla. & vide ibi gl. quæ disputat, nunquid excedendo hunc numerum corruat indulgentia in totum: an verò teneat vsque ad facultatem concessam. Et intellige quòd vsque ad concessum numerum conclusiuè tenet. Argu. in regula, vtile. de b reg. iur. lib. vj. & in l. fancimus. C. de don. b

ADDITIONES.

a §• Dic in quantum dicit q̄ episcopi possunt examinare literas Apostolicas quando quæstores auctoritate ipsorum volunt quę rere eleemosynas, dic quòd imò tenentur examinare diligenter, vt est tex. in clemen. secunda, eodem titu. & cape verba Hostiē. nam quærit: An si qu estores habent literas Apostolicas, vel diœcesani sint indistinctè dimittendi? & respondet quòd sic, dicēs q̄ sufficit altera de dictis literis propter alternatiuam, quæ est hic. allega. reg. in a ternatiuis. lib. 6. & hoc est verum si literæ nō sunt suspectæ, alias contra s̄. de fide instrumen. quod super his. quo casu curatus priusquam admittat tales consulat episcopum, de officio. arch. c. fi in fin. & per hoc vt dicit multi diœcesani habēt statutum quòd nulla litera apostolica recipiatur vel comprobetur in sua diœcesi. nisi ipsi primitus consulentur, sed dicit Hostiē. q̄ de hoc essent grauiter puniendi si id facerent in fraudem potestatis Apostolicæ, arg. de priui. dilecti. & c. quanto. quod not. contra prælatos qui prohibent in diœcesib. impetrātes Apostolicas admitti sine suis literis. sed quātum ad quęstores prohibitio habet causam honestam cum literæ eorum Apostolicæ debeant prius diligenter examinari per diœcesanos, vt in clem. 2. eod. tit. & dic quòd hodie non sufficerent solæ literæ Apostolicę, nisi appareat per literas diœcesani ipsas fuisse diligenter examinatas. & ipsos ad officium quæstoriæ admissos, vt est tex. in d. clem. & hæc sunt vera, nisi persona, & indulgentia esset nota, vt videre est in prædicatoribus, & minorib. vt in c. nimis. de excess. prælat. & in clemē. dudum. de sepul. nec requiritur alia licentia episcopi, nisi hæc interdixisset ex causa. de priuil. in his. & cap. tuarum. Nec obst. si diceretur quòd prædicatores & minores possunt prędicare, quod est contra c. omnis. §. si quis autem. s̄. eod. Sed Host. respondet q̄ aliud est in confessione, & aliud in prædicatione: per prædicationem enim non præiudicatur alicui, sed potius prouidetur saluti causarum. 95. dist. in. ecce. ff. de neg gest. soluendo. cum concor. in confessione verò posset in spiritualib. præiudicari, in d. § si quis autem. Itē licet isti sint priuilegiati in prædicatione, non sic super cōfessione, & in hoc inspicienda sunt priuilegia ipsorum, de priuileg porro. Quò ad prædicatores minores, dic vt in clem. dudū. de sepul. Sed quò ad quæstores hospitalis, & similes, nō possunt prædicare, nisi hoc sit ex priuilegio expresè cōcessum, vt hic, & in clem. 2. eodem tit. & in capit. vt officium. §. compescēdi. de hære. in 6. & vtrū in prædicare sit officium curæ animarum, vide gl. singu. in clementi prima. in verſiculo officia. de regul. Alexand. de Neuo.

b ¶ Idem tenet Ioann. Andr. in nouella. super d. gloss. & Cenzelius. Sed Ioan. Mona. & Do. Domi. ibi. & Gasp. Cal. in repet. c. nostro. ī. eod. tenent q̄ indulgentia concessa vltra numerum hic expressum, & taxatum sit ipso iure nulla. & mouetur Cal. per prælleg. cap. nostro. vbi dicitur: ita tamē quòd statutū generalis concilij non excedas. ergo videtur potestas limitata in tantùm quòd si excedunt non habent potestatem, & sic totum videtur factum ab eo, qui potestatem non habet, 1. qu. 7. Daybertum. & Do. Domi. dicit esse casum in d. capitu. eodem tit. in 6. vbi dicitur quòd indulgentiæ, quæ excedunt vires non obtinent, & dicit simpliciter, vires non obtinēt, non autem dicit in eo quòd excedūt, & sic in totum est ipso iure nulla. Pro hoc facit quod dicitur de sententia, scilicet si iudex habet potestatem iudicandi vsque ad x. fert sententiam in xx. nam sententia in nihilum valet, de quo vide per glos. in reg. ea quę fiunt à iudice, & ibi etiam per D. Pe. de Anch. lib. vj. & per gloss. & Bar. in l. fi. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Non obst. l. fancimus C. de dona. quia ibi non datur defectus potestatis, quia donans seruata solēnitate posset omnia sua donare, sed concessio indulgentiæ depēdet à iurisdictione, & debet fieri cū causę cognitione, sed pōderata qualitate, & quantitate causę, sed quā um ad quæst. huius glos. dicit q̄ indulgētia plurium episcoporum consuetudinem ad consecrationem non excedit annum. Item dicit q̄ dato q̄ quilibet episcopus concedat annum, tamen subditus illius habebit annum tantùm, & sic reliqui subditi aliorum episcoporum annum tantùm: & idem dicit si ex parte omnium simul pronūtietur indulgentia: putat tamen q̄ si archiepiscopus, & episcopus simul conueniunt ad consecrationem ecclesiæ, & vterque det annum integrum, subditi episcopi habebunt biennium: alij de prouincia annum: & remittit se ad sum. de remiss. § quis posset. dicens hoc ibi iniungē dum. Sed Io. Andr hoc vltimum reprobat per hāc literam. quia sequeretur quòd si omnes alij episcopi prouincię cōuenirēt, & quilibet daret annum, & archiepiscopus annum, quilibet prouincialis haberet biennium contra mētem huius literæ. & istam opi. sequitur Gaspar. Cal. in repet. cap. seq. & Bu. hic in fi. commē ti. & idem tenet Io. And. & D. Domi in dicto cap. fi. eod. tit. in vj. Sed Archi. ibi tenet Ioannes & D. Car. hic in §. ad hæc in j. g. dicit se vidisse magnam altercationem, & q̄ variè scripserūt quàm plures Theologi, & Canonistæ. & dic q̄ Host. in summa, de remiss. §. quis possit, refert quosdam dicentes istum text. debere intelligi q̄ siue sit vnus episcopus siue plures indulgētia non debet excedere annum, vel xl. dies. sed quilibet potest hūc numerum cōdere, & sic totiens annus. vel xl. dies multiplicabuntur quot erunt episcopi indulgentiam concedentes, & dicunt inter prædicari eam esse consuetudinem, quæ est optima legum interpres. de consuet. cum dilectus, refert etiam quosdam dicere quòd circa annum restringitur hæc potestas non circa xl. dies. vnde si plures episcopi concedunt xl dies multiplicantur secundum numerum eorum, dum tamen simul non excedant annum, & s̄m istos illa verba, siue ab vno solo, siue à pluribus episcopis, determināt tantùm præcedentia non sequentia. arg. de app. inquisitioni. Sed Host. in dicto §. dicit q̄ hæc dicūtur de anno, & xl. dies contingat se, & sic clausula debet determinare etiam sequentia, vt d. cap. inquisitioni. Cōcludit tamen Host. in dicto §. tutius esse adhærere huic vltimæ opinioni, & potiùs restringere, quam laxare, sed hoc vltimum, vt s̄. dixi, reprobat hic Ioan. And. & in cap. fi. eodem tit. in vj. & in Spec. eodem tit. super rubr. Secunda fuit opinio, quam quidam tenuerūt, vt dicit in sua sum. in loco prælleg. scilicet q̄ multiplicetur annus per xl. dies iuxta pluralitatem dan i indulgentias, quæ opin. est consuetudine approbata, vt dicūt illi quos refert Hosti. Tertia est opin. quam dicit Host. ibidem tenendam esse tanquam tutiorem, scilicet quòd annus non multiplicetur ex pluralitate episcoporum, sed bene xl. dies, dum tamen simul collecti non excedant annum. Sed Ioan. An. & communiter Do. indistinctè tenent quòd nec annus, nec xl. dies ex pluralitate episcoporum multiplicentur & hæc videtur verior ad istum tex. Sed Dom. Card. in §. ad hæc. in prima q. dicit communem obseruantiam etiam Romanæ curiæ non sequi opinio. Ioa. And. & per hoc dicit q̄ licet eius intellectus sit verus, tamen ex quo non est receptus ei non est standum, vt in capit. primo. de Treu. & pace. & per hoc etiam dicit non esse inconueniens quòd à diuersis pro eodem actu detur multiplex indulgentia. & secundum hoc potest intelligi hic quòd cum dedicatur basilica non extendatur in dulgentia vltra annum, etiam si à pluribus episcopis dedicetur, id est, quòd non possint dare duos annos vel annum cum dimidio, vel quid simile, sed annum tantum, non tamen per hoc negatur annum posse multiplicari iuxta numerum episcoporum, & sufficit quòd restricta est indulgentia ad certum numerū scilicet anni, similiter si sunt plures episcopi pro alijs causis extra dedicationem ecclesiæ non possunt dare vltra xl. dies. sed non negatur quin ipsi xl. dies multiplicentur iuxta numerum episcoporum, & hoc præsuppositā potestate, vt si conueniant archiepiscopus, & episcopus circa subditos ipsius episcopi, & dant indulgentiam xl. dierum visitanti ecclesiam. vel si alieni episcopi hoc faciunt de licentia diœcesani, suprà eodem. quod autem. & dicit quòd ex quo semper sic fuit obseruatum maximè in Romana curia, etiam post tempora huius capitul. huic obseruantię stándum est, quia in beneficiis larga interpretatio facienda est, de verborum significatio. olim. Secundo quæro si conceditur indulgentia vel remissio danti denarium, vel visitanti ecclesiam tali die, & aliquis sępius dat, vel sępius visitat, an totiens consequatur indulgentiam? Vincen. hic dicit quod si hoc faciat dum durat tempus vel dies remissionis, quia non est concessa remissio solum propter denarium, vel iter, sed propter remissionem ec

Universidad de Deusto

cleſiæ, quia ſic remittendo ſe obligat orare pro illo. idem tenet Specu. eodem titul. verſicul. quid ſi eadem. vbi addit rationem, quia in beneficijs facienda eſt larga interpretatio, de verborum ſignificat. ca. olim. Bea. Thomas in quarto ſententia. diſtinct. xx. quæſt. 4. artic. ſecundo. diſtinguit, quòd aut indulgentia fit ſine alicuius temporis præfinitione, & tunc procedit dictum Vincent. & Specula. Aut conceditur ad tempus determinatum, vt vſque ad tale tempus, vel tali die, &c. & tunc pluries vadens, vel pluries viſi tans ſolum ſemel conſequitur indulgentiam. & iſtam partem tenuit Goffre. quia allegat capit. primum de fil. preſbyter. Sed Archi. in præall. allegat. ca. fin. eodem tit. in vj. tenet dictum Vincent. & Spec.. & cum eo ſimpliciter tranſit ibi Ioan. Andr. in nouel. & hæc opinio videtur eſſe communior. Tertiò quæro an dans indulgentiam, vel remiſſionem poſſit illa vti. Vincen. hic dicit quod non, per l. r. C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat. de baptiſmo, debitum. Sed Beatus Thom. in quarto ſententiarum, diſtinctio. xxv. ar. 4. tenet contrarium. Dicit enim quòd indulgẽtia dẽt dari ex aliqua cã ad hoc vt per indulgentiam prouocetur ad aliquem actum qui vergat in honorem Dei, & vtilitatem eccleſiæ. Prælatus autem cui cura vtilitatis eccleſiæ, & honoris diuini peragendi eſt commiſſa non habet cauſam, vt ſeipſum ad hoc prouocet, ideo non poteſt indulgentiam facere ſibi tantùm, ſi enim videretur poſſe impunè peccare ſed poteſt vti indulgentia, quam pro alijs concedit, vt quia ſubeſt cauſa alijs concedendi. & ſi dicatur concedere indulgentiam eſt iuriſdictionis, vt ſuprà eodem. quod autem. de excel. præla. accedens, & quòd nullus poteſt exercere iuriſdictionem in ſeipſum. Reſpondet beatus Thom. quòd illud eſt verum de actu iuriſdictionis, qui in ſe tantum exercetur, ſecus ſi in ſe, & in alios, ſicut ſacerdos Euchariſtia, quam aliis dat, etiam per ſe vti poteſt, ita epiſcopus poteſt ſibi acceptare ſuffragia eccleſiæ, quæ aliis participat, quorum effectus eſt remiſſio pœnę, & ſic etiam poteſt accipere indulgentias, quia iſtud accipere non fit per modum iuriſdictionis, & per hoc dicit quod licet quis nõ poſſit in ſe iuriſdictionem exercere, & ſic nec ſe excommunicare, tamen põt vti indulgentia ſua, quia hæc nõ fit per modum iuriſdictionis, ſed per modum cuiuſdam diſpẽſationis, quam quis poteſt facere ad ſeipſum. Sed Dom. Card. hic in fin. 3. quæſti. in §. ad hæc. dicit quod hæc quæſtio eſt valdè dubia, & quòd opinio Vincent. videtur ſibi verior, quia ſi concedens indulgentiã poſſet vti per ſe videretur ſeipſum abſoluere. dicit tamen quòd concedere indulgentias eſt iuriſdictionis voluntariæ, non autem cõtentioſę, vt dicit glo. j. infrà, capit. proximo. opinionem Vincent. tenet etiam Arch. in capitul. fina. eodem titu. in vj. & Ioan. And. hic. & ibi iſtud ſimpliciter recitat. Sed Gaſp. Cal. in repet. capit. ſequ. dicit quòd pater ſuus ſcilicet Ioan. Cal. approbat opin. Beati Thom. iplam ſequitur etiam Dom. Dominicus in capitu. fina. eodem titu. in vj. & dicit non obſtare capi. quod autem. §. eodem. vbi dicitur quòd niſi ſubditus ſit non gaudet indulgentia, & nemo ſibupſi poteſt eſſe ſubditus. Nam reſpondet quòd tanquam miniſter præparat indulgentiam, & tanquam ſubditus percipit indulgentiam ſimile in l. ſi conſul. ff. de adopt. vbi dicitur quod ſi iliuſiam liàs põt apud ſemetipſum emancipari, quia tanquam cõſul interponit auctoritatem, & tanquam priuatus emancipatur. Quartò quæro an indulgentia duret mortuo illo qui conceſſit, dic quòd ſic, vt in capit. fina. de offi. lega. Sed dubitatur, Pone epiſcopus Bononienſis conceſſit indulgentiam xl. dierum viſitanti eccleſiam ſuam, eius ſucceſſor eo mortuo ſimiliter dedit xl. dies de indulgentia, Ioan. And. in addi. Specu. in rubr. eodem titul. in vj. primò arguit quòd ſic, ſicut ſucceſſor epiſcopi qui dedit quinquageſimam, vel ſexageſimam illam dare poteſt. dum tamen ceſſet detrimentum eccleſiæ, de donat. paſtoralis. Sed contrarium determinat, quia per multiplicationem poſſet veniri contra iſtũ conſilium, ſcilicet quòd vnus actus prius haberet multas quadragenas, & ſic etiam intelligit capitul. final. eodem titul. in vj. Quintò quæro, quid ſi epiſcopus ſubſcribit remiſſionibus conceſſis illis qui benefecerint vt ſint participes omnium bonorũ, quæ fiunt in epiſcopatu? dicit Vincent. quòd hoc poteſt etiam inuitis epiſcopis illorum, qui fecerunt eleemoſynas hoſpitali, ſecus ſi vellet dare remiſſionem, puta xl. dies, &c. quia hoc non poſſet ſine conſenſu proprij epiſcopi. de quo in Specul. eodem ritu. verſicu. & verò. vbi vide, & quod nota. ſuprà eodem. quod autem, & cum his tranſit Dom. Card. in princip. capitul. in vltim. queſtione. Sextò quęro an reſtrictio conceſſionis indulgentiarum, quę fit per iſtum text. habeat locum in foro pœnitentiali, Innocen. dicit quòd non, verum in foro pœnitentiali põterunt concedere plures annos prout vult concedens, dum tamen diſcrete faciat. & hoc tenet Ioan. Andr. hic, & in capitu. fin. eodem titu. in vj. & Dom. Card. hic in §. ad hęc. in vltim. queſtion. & per hoc eſt vtile confiteri peccata ſua ſuo epiſcopo. Vltimò quæro an ſacerdos poſſit remittere pœnitentiam iniunctam per epiſcopum? Vincent. quòd non. Econtra ſit, de maioritate, & obedientia cum inferior. idem Spec. eodem titu. verſic. & nota. ſed ſi ſacerdos iniungit pœnitentiam epiſcopo, vel papæ, non poſſunt ſibi remittere. de pœniten. diſtinctio. v. capitulo primo. vltra medium, ibi ponat ſe, &c. nam ſubijciendo facti ſunt minores, dicto capit. cum inferior. de maioritate, & obedientia. & eſt bon. gloſſ. in capit. ſanè. de offic. delega. hoc dictum Vincen. ſequitur etiam Archid. Ioan. And. & D. Domi. in præalle. c. fi. eod. tit. in vj. & D. Card. in §. ad hæc. in 4. & v. q. & hæc ſufficiant in hoc cap. Alex. de Neuo.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus quam, & quando habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum.*
2 *Liberè, iſta dictio quid importat,*
3 *Legatus habet maiorem iuriſdictionem in prouincia, quàm archiepiſcopus. Legatus poteſt adire ſine appellatione per quemlibet de prouincia.*

CAP. XV.

NOSTRO. Archiepiſcopus intra prouinciã ſuam poteſt cõcedere indulgentias ſecundũ formam cõcilij generalis. hoc d. & ſequitur de ca. præcedenti. in fi. & ſecũda pars ibi, nos igitur. Caſus literalis. Quæſiuit quidam prælatus, vtrùm per ſuam prouinciam poſſit concedere remiſſionis literas generales. reſpondet Pa. q̃ hoc liberè poteſt, ita tamen q̃ ſtatutum generalis concilij, non excedat, quod eſt §. eo. cap proximo. Ber. †No. j. ex text. vnum caſum, in quo archiepiſcopus exercet iuriſdictionem voluntariam in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, videlicet concedendo literas indulgentiarum. Alius caſus eſt quãdo viſitat prouinciam. nam poteſt tũc audire confeſſiones illorum, & abſolutionem impartiri. de quo in ca. fin. de cenſi lib. 6. Adde etiam cauſam in cle. archiepiſcopo. de priuileg. & generaliter: quam poteſtatem habeat archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganeorũ ſuorũ, dic vt le. & no. in c. paſtoralis. de offi. ord. † Secundò no. ibi licere, &c. q̃ in concedendis iſtis literis, per totam prouinciam non eſt neceſſe quod archiepiſcopus habeat concurſum ſuffraganeorũ ſuorum: quia tunc liberè non poſſet. Idem de hoc verbo liberè. no. in cap. licet epiſcopus. eo. tit. lib. 6. aliquid in cap. directè. de appel. & in clem. dudum. de ſepul. in gl. in ver. liberè. a Vltimò no. qd etiam archiepiſcopus non poteſt in concedendis indulgẽtiis excedere numerum contentum in inſtitutione generali, ſ. in cap. §. proximo. in fi. † In gl. 1. ibi, ſed voluntaria, & c. vult ergo gl. q̃ licet archiepiſcopus non poſſit exercere iuriſdictionẽ contentioſam in ſubditos ſuffraganeorum ſuorũ, voluntariam tamen poteſt, quòd ego intelligo in caſu huius ca. & in alijs caſib. à iure cõceſſis. ſed regulariter non poteſt. nam videmus ſpeciale eſſe tpe viſitationis, b vt poſſit audire confeſſiones ſubditorum ſuffraganeorum. alio ergo tempore nõ poteſt: facit qd legitur in ca. ad repri mendam. §. de offi. ord. † In ea. gl. ibi, & legatus c poteſt, &c. not. gl. & pro hoc facit iſte rex. qui loquitur generaliter, & põt adaptari ad legatum, ſicut ad archiepiſcopũ. imò fortiùs ad legatum, quia legatus habet maiorem iuriſdictionem in prouincia, q̃ archiepiſcopus, nã poteſt adire ſine appellatione, per quẽlibet de prouincia, quod non ſic eſt in archiepiſcopo, vt in capitulo 1. de offi. le. Itẽ cõcedere indulgẽtias eſt iuriſdictionis, & legatus habet amplam

ADDITIONES.

a ¶ Dic tamen q̃ verbum liberè. poſitum in reſcriptis Apoſtolicis quandoque nihil importat, ſed ad ornatum ponitur, vt dicit Ioã. And. in regu. cum quiſd. in mercuria. Alex. de Ne.

b ¶ Viſitationis Archiepiſcopus nõ poteſt ſine licentia audire cõfeſſiones ſubditorum ſuffraganeorũ ſuorum, quando nõ viſitat. Et idem dicit Io. And. in c. perpetuo. circa finem in nouel. de cenſib. lib. 6. Pro quo eſt gl. in ver. agant. in cap. Romana. de offi. ord. lib. 6. Sed ſuper hoc vide omnino Arch. in capitu. per ſingulas. q. quæſt. 3.

c ¶ Legatus. Legatus poteſt dare indulgentias in prouincia ſua. Et adde q̃ non poteſt excedere numerum. 40. dierum ſecundũ Spe. in tit. de elec. §. nunc ſupereſt. ver. ſm nunquid iure legationis. & Ant. in c. fi. de offi. lega.

plam iuriſdictionem in prouincia ſua, vt in capitulo primo. & ſecundo. de offi. leg. lib. vj. & vide quod dixi in cap. accedentibus. §. de exceſ. præla.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſpiritualis poteſt eligi ad libitum ſine licentia presbyteri parochialis, vel alterius ſuperioris, quando imminet neceſſitas maxima, ita quòd nõ poſſit haberi recurſus ad ſuperiorem.*
2 *Confeſſor poteſt eligi ad libitum per prælatos.*
3 *Prælati qui dicantur ſtrictè, vel largè.*
4 *Confeſſor, an poſſit eligi ille, qui non ſit ſuus presbyter parochialis, prætextu conſuetudinis.*
5 *Sacerdos, vel alius prælatus an poſſit in ſubditos alterius præſcribere curam animarum.*

CAP. XVI.

a NE PRO DILATIONE. a Epiſcopus, & alij de q̃bus in litera poſſunt ſine licentia ſuperiorum ſibi eligere prouidum confeſſorem. hoc dicit. ¶ Caſus literalis. Cum nullus poſſit ligari, vel abſolui, niſi à ſuo proprio prælato, & periculoſum ſit epiſcopis, & alijs ſuperiorib. & minoribus exemptis ſuos propter hoc prælatos adire, vel licentiam petere ab eiſdem. ne ergo pro dilatione pœnitentia periculum immineat animarum, permittit papa prædictis omnibus, vt etiam præter ſui ſuperioris licentiam prouidum, & diſcretum ſibi eli-
1 gant confeſſorem. Ber. † No j. ex tex. quòd diſtantia locorum nõ eſt cauſa ſufficiens, vt ſubditus poſſit ſibi eligere cõfeſſorem propria authoritate: nam hic opus fuit de priuilegio papæ, quod intellige niſi immineret neceſſitas maxima, ita quòd nõ poſſit haberi recurſus ad ſuperiorem, quia tunc poteſt quiſque ſibi eligere confeſſorem, vt in capitu. quem pœnitet. de pœni. diſt. j. & no.
2 in c. paſtoralis. de offi. ord. † No. 2. quòd de iure communi nullus prælatus quantumcunque maximus poteſt ſibi eligere confeſſorem. Ratio q̃ nemo poteſt ligari, vel abſolui, niſi à iudice ſuo, vt in cap. omnis vtriuſque. & in cap. quòd autem. §. e. ergo oportet quòd prælatus vadat ad ſuperiorẽ ſuum. de iure ergo epiſcopus debet confiteri archiepiſcopo, archiepiſcopus patriarchæ, patriarcha papæ. de quo pleniſſimè vide per Hoſtien. in ſumma huius titul. in §. cui confitendum. vbi generaliter proſequitur. cui ſit confitendum, ſed quia iſti prælati communiter habent ſuperiores nimis diſtantes fuit eis conceſſum priuilegium vnde hic. No. quòd prælatus exemptus. de iure communi tenebatur confiteri ſolo papæ, vel eius pœnitẽtiario, ratione prædicta, ſed ex priuilegio poteſt ſibi eligere confeſſorem. Et aduerte quòd Hoſtiponit no limitationem. & reſtrictionem ad iſtum tex. in ſum. in d. §. cui confitendum. ver. cui. Abbas. vbi dicit hoc habere locum
b in exemptos qui immediatè ſubeſt papæ. Secus ergo de iſtis exẽptis habentib. ſupra ſe aliquem ſuperiorem, vt priorem Abbatẽ, & generalem. nam iſti debent cõfiteri ſuperiori eorũ, vel habere ab eis licentiam cõfitendi aliis, quod ſatis mihi placet. nam ratio cõfeſſionis fuit, quia iſti nimis diſtabant à curia Romana. Item verbum exemptis, debet intelligi in lata ſignificatione, quando
3 ſubſunt papæ tantùm. † Vltimò no. q̃ exẽptus non prælatus gaudet hoc priuilegio. duo ergo requiruntur in iſtis ſuperioribus citra epiſcopos. vt prælati ſint, & vt exempti. & crederem q̃ verbũ prælatus capiatur hic largè, vt etiam cõprehendat rectores eccleſiarum parochialium qui largo modo dicuntur prælati. vt §. de cle. ægro. c. rua. & ibi tex. no. nam prælati ſtricto modo dicuntur, qui habent iuriſdictionem fori cõtentioſi. pro quo vide bonam gl. cum tex. in cap. 2. de iudic. & in clem. dudum. de ſepul. in ver. prælati. nam cum hoc caſu tractamus de fauore, & ſit beneficiũ principis nulli nocẽs, debet fieri largiſſima interpretatio. vt in c. olim. de verb. ſignifi. & in l. fi. ff. de conſtit. prin. Sed quæro, nũquid epiſcopus nõ exemptus valeat ſibi eligere confeſſorem, prout hic dicit. Docto. & bene quod probat litera ibi præter ſui ſuperioris licentiã, & c. Itẽ melius facit litera ibi, minoribus prælatis exemptis, vt ſic verbum exemptis ſolum referatur ad prælatos minores. & pro hoc facit, quia iſtud eſt principis beneficium. debet ergo latiſſimè interpretari, vt §. dixi. vt ſic illa qualitas exẽptionis nõ referatur ad omnia præcedẽtia, ſed ſolum qualificet prælatos
4 minores c tra epiſcopum. ¶ † Vltimò quæritur, nunquid vigore conſuetudinis poſſit quis ſibi eligere confeſſorem, ſicut vigore priuileg. j & dicendum quòd nõ, per tex. expreſſum in cap. 2. eod. titul. non poteſt ergo tantùm conſuetudo, ſicut priuilegium. facit quod in ſimili no. per Ioan. And. in cap. 2. de præben. libr. 6. & hoc in dubio procedit in ſubdito volente ſibi eligere confeſſo-

c rem prætextu conſuetudinis. c ¶ † Sed dubium eſt ex parte ſa-
5 cerdotis nunquid poſſit ſacerdos, ſeu alius prælatus præſcribere, in ſubditos alterius curam animarum. de quo per Hoſtien. & Io. And. in c. omnis vtriuſque. §. eod. & in c. conquerente. de offi. ord. Et concluſio eſt iſta, quòd aut eſt priuata perſona, ita quòd vnius præſcriberet nomine proprio, & non poteſt, aut nomine eccleſiæ ſuæ, vt quia alias habet curam, & valet præſcriptio. ar. in c. auditis. & c. olim. §. de præſcrip. & intellige quod valet præſcriptio dummodo habeat ſua concomitantia, nam cum ſit contra ius, oportet quòd habeat titulum, & bonam fidem, vel ſi non habet titulum, quòd tanti temporis, cuius memoria de contrario non exiſtit, vt in c. j. de præſcrip. lib. vj. ¶ In gl. fi. no. ex gl. quando dicatur ſacerdos prouidus confeſſor. debet enim ſcire, inueſtigare, & inquirere circunſtantias peccati. Item dic, extra gl. q̃ debet ſcire canones pœnitentiales, id eſt canones imponentes certas
d pœnitentias, quos Hoſt. colligit in ſum. huius ti. bnã alias nõ poſſet moderari pœnitentia cum à canonib. non ſit ſine cauſa recedendum. Adde etiam q̃ talis eligẽdus debet alias habere curam animarum. Item quod habeat alias poteſtatem ligandi, & ſoluendi in habitu, & in actu prout dixi in ca. omnis. §. eod. quod eſt no.

ADDITIONES.

a ¶ Ne pro dilatione. Pro intellectu huius decr. vide omnino latiſſimè, & elegantiſſimè, quæ ſcribit Spec. in tit. de pœn. & remi. §. vt autem ſcias, cui confitendum. & vide ſanctum Thom. in 4. Senten. diſt. in. xvij. quæſt. 3. arg. 3. in reſponſione ad tertiam. vbi dicit, q̃ quia prælato incumbit ſacramenta diſpensare quæ. niſi à mundis tractari non debent. non conceſſum eſt eis à iure, q̃ poſſint proprios ſibi eligere confeſſores, quam quantum ad hoc eis ſint ſuperiores, ſicut etiã vnus medicus ab alio curatur, non quantum eſt medicus, ſed inquantum eſt infirmus. Et adde hic gl. in c. ſanè. el 2. & quod ibi notaui. de off. deleg.

b ¶ In exempto. Numquid electus ab iſtis prælatis exemptis poſſit abſoluere à caſibus epiſcopo reſeruatis, vide Abb. in c. ſignifica ſti. §. de fo. compe. Seb. Sapia.

c ¶ Et arguit Abb. q̃ ſcholares non poſſunt ſibi eligere confeſſorem. Cui autem debet confiteri ſcholaris, dictum eſt. §. eo. omnis vtriuſque. Petr. verò arguit q̃ rectores capellarum, ſeu eccleſiarum, qui ſibi eligunt confeſſorem, quia epiſcopo, vel eius pœnitentiario, vel archipreſbytero ciuitatis debent confiteri, de offi. archip. c. pe. & cum ipſo tranſit Io. And. & communiter Doct. & ſatis probatur per iſtum tex. quia illud priuilegium ſolis prælatis exemptis conceditur. Alex. de Ne.

d ¶ Vide optimos tex. de hoc 38. diſtin. cap. nulli ſacerdotum. & ca. quæ ipſis. Alex. de Ne.

a ¶ De Sententia a excommunicationis. Tit. xxxix.

ADDITIO.

a ¶ De ſententia. Quatuor differentias inter ſententiam excommunicationis, & alias ſententias enumerat Arch. in c. nemo contemnat. circa prin. xj. q. 3. de Bellent.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata ab homine non prouenit, niſi ratione contumaciæ, ratione verò prouenit ratione delicti.*
2 *Excommunicatio nõ dicitur ſpecie nec ſententia diffinitiua, nec interlocutoria.*
3 *Excommunicationis diffinitio.*
5 *Excommunicatio vnde dicatur.*

¶ CONTINVATIO RVBRICAE.

¶ Continuatur hæc rub. ad præcedentes hoc ordine, videlicet, ſuprà viſum eſt de pœnis, quæ imponunt̃ tam in foro contentioſo, quã pœnitentiali, verumtamen quia excõicatio eſt pœna delicti, cum fertur à iure, cum verò ab hoĩe, eſt pœna contumaciæ, me-
1 ritò poſt rubricas præcedentes ſubiicit iſta. ¶ † Ex hac cõi continuatione Doc. primò not. q̃ ab hoĩe non fertur excõicatio, niſi rõne contumaciæ, à iure verò ſolũ ratione delicti. & hoc voluit
a gl. xj. q. 3. epi. a Et intellige de cõtumacia, quæ conſiſtit, ſiue in nõ
2 veniendo, ſiue in nõ parẽdo, vt not. in cle. j. de do. & cõt. ¶ † Not.
b 2. extru. q̃ excõicatio põt dici ſnïa. b de quo Spe. de ſent. prola. in prin.

ADDITIO.

a ¶ Et idem dicit glo. in cap. nemo. eod. q. Alex. de Ne.

b ¶ Snïa. Verum ſnïa excõicationis ſit diffinitiua, vel interlocutoria, vide quod de hoc latiſſimè ſcripſi in meis recollectis in rub. de iud. de Bellen.

b ¶ Põt dici ſententia. An excõicatio dicatur ſententia, vide Dñic. in c. 2. de cõſti. li. vj. poſt alios. An dicatur interlocutoria vide tex. & ibi Abb. in ea. ſacro. §. eo. And. Barb.

Universidad de Deli

a prin. sed propriè, & strictè non potest dici sñia a diffinitiua, vel interlocutoria. diffinitiua nonqa non diffinit eam, imò petenti absolutionē nunquā denegatur audiẽtia, in c. ex parte el j ff. de ver. sig. nec etiam interlocutoria: ga interlocutoria dicit illa, quę profertur inter principium, & finē cautę à iudice, vt no. in cl. j. de sc. q. & fre. Sed excõicatio q̃nque ferē extra iudiciũ, vt in c. dilecto eo. ti. lib. vj. tñ propriè excõicatio est quędã censura ecclesiastica ar. in c. quærenti j. de ver. sig. vbi tex. an autem trahatur magis ad naturam interlocutoriæ quàm diffinitiuæ, tam in appellatione interponenda, quàm in alijs. no. in c. per tuas. j. eo. & c. ve-

b nerabilibus. eo ti. li. vj. & ad primum dictum vide quod no. Io. 3 And. in ca. vt animarum. de const. li. vi. ¶ † Quæro quid sit excõi-

c catio. c Summistæ: vt Gost. & Host. *cõiter* sic diffiniunt q̃ est à qualibet licita cõmunione, vel licito actu separatio, & ſm hanc diffinitionem tot sunt species excõicatiõis, quot sunt species cõmunionis. sed hæc diffinitio põt impugnari, quia non est conuertibilis cum diffinito suo, sicut debet esse omnis bona diffinitio: vt no. j. de sum. Tri. in rub. & ver gl. insti. de ob. in prin. & l. omnis. ff. de reg. iu. Item non euacuat naturam diffiniti. per genus, & substantiales differentias sicut debet facere quelibet bona diffinitio, nam diffinitio est substantiæ rei demonstratiõ facit l. j. ff. de dolo. & ideò dicimus, q̃ oĩs diffinitio in iure est periculosa: quia propter circunstantias negotij multũ variat factum: vnde difficile est diffinire ſm ius. vt l. oĩs diffinitio. ff. de re. iur. nam ſm diffinitionē præcedentem iudex secularis posset excõicare: quia posset priuare quē à cõmunione hominum. & tñ hoc præceptũ non est propriè excõicatio, sicut nos capimus. & ideò vt ponamus aliquas substãtiales differẽtias, possumus sic diffinire, q̃ excõicatio est cẽsura à canone, vel iudice ecclesiastico prolata priuans legitima cõmunione sacramentorũ, & q̃nque hominum. Et scias q̃ duæ sunt species excõicationis ſm materiam nostrã. Quædã est excõicatio maior, & illa priuat à participatione sacramentorum. & cõione hominũ, vt in c. à nobis j. e. Quædã est minor, & illa solum priuat à participatione sacramentorũ, non aũt à cõione fidelium, vt in c. si de cle. excõ mini. & cap. à nobis. de excc. Illa minor excõicatio ferē à iure. & ab hoĩe. A iure, vt plurimum ferē p participium cũ excõicato, vt in d. ca. si. Ab homine põt ferri pro quolibet peccato, siue pro contumacia, sed non est in vsu, quia cõiter iudices ferunt excõicationem maiorem. & de hoc etiam habetis 3. q. 4. Engelr. udã. appellatione ſñ excõicationis cum iu-

d dex dicit excõico illum, &c. intelligimus de maiori d excõicatio-

4 ne, vt in ca. pe. j. eo. ¶ † Vlterius quæro, qd operatur excõicatio & quare sic dicit. Sol. excõicatio dicit quasi extra cõionem positio, vt in c. cæterum. 24. q. 3. & q̃n appellatur anathema quod est idem qd̃ superna maledictio, vt in ca cum non ab homine. & qd̃ ibi no. de iud. Ad aliud quæritũ. s. qd operatur, dic q̃ aut excõicatio est iusta, aut iniusta, si est iusta quò ad Deum parum, vel nihil operat. quia quilibet peccans incontinẽti separat se à gratia Dei. xj. q. 3. illud. vñ dicit gl. 23. q. quodcũque. q̃ quò ad Deum ecclesia excõicando nullam vim potestatis exercet, sed solũ denuntiat, videlicet, quia declarat illum esse extra gratiam Dei. potest tamẽ dici q̃ quò ad Deũ operat hoc, quia ex contẽptu superuenienti magis est projectus à gratia Dei. Item quia diabolus habet maiorem potestatẽ in eo post excõicationem, quã ante, vnde excõ municato vtitur diabolus, velut quodam pecore, sicut rusticus vtitur iumento. de quo vide tex. cũ glo. in c. audi denique. xj. q. 3. & per Host. & Io. And. in c. ita quorundã. s. de ludę. item Angelus deputatus ad custodiã suam minus operatur in excõmunicato. Alij sunt effectus excõicationis quò ad homines. Nam priuat à communione hominum, & actibus legitimis, vt in ca. pia. de excep. li. vi. Item non valet amplius p se resurgere sicut põt quilibet peccator, sed oportet q̃ habeat absolutionem, vt in c. à nobis. ca. cum desideres. j. e. Si verò excõmũicatio est iniusta excommunicatus patienter tolerat, tunc quò ad Deum nihil operatur, qui nimo augeẽ meritum huius excommunicationis, vt in c. cum æterni. de re. iu. li. vj. & in d. c. illud. sed operatur quò ad homines, quia ante quam relaxerur excommunicatio debet vitari, vt in c. cum con-

e tingat. de offi. deleg. & ca. per tuas. j. eod. e

ADDITIO.

a ¶Dici sententia. Vide Fel. in rub. s. de sent. & re iud. excommunicatio est interlocutoria. Seb. Sap.

b ¶Sed glo 2. q. 1. ibi est sententia interlocutoria, sed debet intelligi quandiu fertur in iudicio. Alex. de Ne.

c ¶Excommunicatio. De hoc vide Cald. in rep. capi. cum excommunicato. xj. quæstio. 3. in q. quæ incip. primò quæro. & Cardi in repe. capitu. perpendimus. circa medium, versic. circa materiam. de senten. excommuni. & Dominici. capitu. cum medicinalis. in prin. & in fi. de sentent. excommuni. libr. vj. in verb. & scias quòd sunt species. Et quot sunt species excommunicationis, etiam de hoc vide Cal. in repe. d. cap. cum excommunicatio. xj. quæst. 4. in q. quæ incipit, quæro quot sunt. Et de hoc vide per Car. in repe. d. c. perpendimus. vltra med. versicu. item in summa. de sentent. excommunica.

d ¶ De maiori. Quid autem si quis capitulat quòd talis est excõmunicatus, ita quòd nullus potest ipsum alloqui, an dicatur sufficiẽter articulasse, & probasse de maiori excommunicatione, vide Fel. concludentem quòd sic in c. fina. in versi. addę etiam. s. de ele. Seb. Sap.

c §¶ De effectu maioris, & minoris excommunicationis, vide per Innocen. & Docto. maximè per D. Card. in capitulo primo. j. eo. vbi etiam ponit casus, in quibus vtraque excommunicatio incurritur, & Hostien. in summa eodem titulo. §. quis possit excommunicari. numerat xxx casus, in quibus à iure infligitur excommunicatio maior. Casus, in quibus infligitur excommunicatio per ius nouum, scilicet per constitutiones, quæ sunt in vj. vide per gloss. in capitulo eos eodem titu. in vj. Et casus, in quibus incurritur excommunicatio per ius nouissimum scilicet per constitutiones Clementinarum, vide per gloss. in clementi. prima. in gloss. quæ incip. est sciendum. infrà eodem titu. Alexander de Neuo.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum loco, vel causa correctionis non est excommunicatus, si verò percutiens sit impubes, & habeat animum iniuriandi absoluitur ab episcopo si est maior requiritur absolutio pa. e. 2.*

2 *Minor ætas non excusat in delictis sed alleuiat pœnam. 5. si est doli capax, alias secus.*

3 *Clerici adinuicem se percutientes incidunt in excommunicationem. 6.*

4 *Percutiens clericum ad hoc, vt incidat in excommunicationem requiruntur ea, de quibus hic.*

CAP. I.

1 SVPER EO † Impubes qui clericum percussit ab epõ absolui potest. Qui loco, vel causa disciplinæ percutit clericũ, etiam si sit maior, excõicatus non est, qui verò odio sic, & per papã absoluitur. h. d. & tres sunt partes. secunda ibi, nec clerici. tertia ibi cæterũ. Casus literalis. Quæsitũ fuit à papa, Si clerici intra minores annos constituti se adinuicẽ percusserint vtrũm sint ad sedem Apostolicam pro absolutione remittendi. Rñ. papa, si intra dictam ætatẽ clerici se adinuicẽ percusserint, siue vnus alterum, non sunt ad apo. sedem mittendi. ga ætas eos excusat. item nec clerici si sint plenæ ætatis, & aduicẽ se percusserint non ex odio, vel inuidia, sed ex hilaritate iocosa sint excõicati. Item nec magister si clericum causa disciplinæ, vel correctionis percusserit: quia non potest in ipsis violẽta manũ iniectio notari: secus verò si ex odio dicti clerici sese percusserint.

2 Tunc. n. ad sedem Apost. ire debẽt absoluendi. Ber. † No. j. ex tex.

a q̃ minor ætas non excusat, sed alleuiat delictum, a & intelige tex. de minorib. doli capacib. Nam isti incurrunt excõicationem percutiendo clericũ. sed non tenentur ire ad sedem Apostolicã pro absolutione, sed epus potest eos absoluere: vt in c. fi. j. eod. Et ex hoc tex habito respectu ad cap. si quis suadente. 17. q. 4. quod est fundamentum huius tituli potest intelligi, q̃ dispositio, seu statutum puniens generaliter cõmittentes certum delictum non habet in totũ locũ in minoribus. vel in eo, qui ex aliqua causa excusatur à totali delicto. Nam præall. g. cap. si quis suadente. loquitione ire ad sedem Apostolic. & tamen minor percutiẽs clericũ, licet incidat in excommunicationem, non tenetur ire ad sedem Apostolicam, sed hoc puto procedere ex benigna interpretatione ipsius iuris. sed de rigore iuris, vbi pena est ipso iure imposita minor incidet in illam pœnam. ad hoc quod not. Bart. in l. 2. de recepta. sed per iudicem in sententia poterat pœna alleuiari, vt dixi

3 in cap. 2. de delict. puer. † Secũdò no. q̃ non solùm incurrit quis excommunicationem, quãdo clericum percutit, ita quòd vnus est percussor alius percussus: sed etiam quãdo adinuicem se percutiunt.

ADDITIO.

a ¶Delictum. Vide quod no. in l. excipiuntur. ad Syllanian. Andr. Barb.

riunt. ita, q̃nõ potest apparere qs fuit aggressor, & quis aggressus, quia constat vtrũq; iecisse manum violẽtam in clericum.

4 † Tertiò no. ibi, cuitate iocosa, &c. q̃ ad incurrẽdum excommunicationem ca. si quis suadente. non sufficit solũ factum, sed requiritur animus iniuriandi. Item requiritur violentia, vt in fine literæ. Tria ergo regulariter requiruntur ad incurrendam illam excommunicationem. Primò requiritur factum, quod denotat verba illius canonis, ibi manus iniecerit, &c. Vnde si mandator iniici, sed nõ habuit effectum non est excommunicatus. Item si

a eleuauit manum, vt percuteret non tamen percussit. a Quid autẽ

b de spuente vel deturpante vestem clericib, dic vt no. in d. ca. si qs suadente. Secundò requiritur animus iniuriandi, quia si percu-

c tit iocosè, c non est excommunicatus, vt hic. & hoc etiam indi-

d cant verba illius canonis ibi, suadente diabolo. &c. Tertiò requiritur violentia, vt hic in fi. & in q. c. ibi manus violentas, &c. Quãdoque tamen non requirũtur omnia ista tria, nam sufficit factũ. Quandoque sine iniuria, vt in c. contingit. & in c. vniuersitatis. j. eo. Quandoque sufficit iniuria pro violentia, vt in c. nuper. j. eo. & rationem fallentiæ videbitis ibi. Quarò no. q̃ ratione disciplinæ excusatur magister ab iniectione manuum. ratio est, quia ca. si quis suadente. requirit dolum, vt patet ibi, si quis suadente diabolo, &c. Sed in magistro percutiente intuitu disciplinæ, nõ

5 potest notari dolus, ideò &c. † In gl. a in fi. dic soluendo, q̃ minoritas non excusat delictum, seu delinquentem quin teneatur si

c est doli capax, licet excusat quò ad minorem pœnam, vt in c. 2. de delic. puer. Nam pro iniectione manuum in clericum duæ pœnæ

f inferũtur, vna. quia incidit quis in excõicationem alia, quia pro absolutione tenetur ire ad Papam. minor ergo ætas excusat à secunda nõ à prima. non ergo ex toto excusatur delictum, sed alle-

g uiatur pœna. g. Et intellige tex. in impuberibus, doli tamen capacibus. nam infans non est doli capax, & non incideret in hanc excommunicationem, quia ad incurrendam hanc excommunicationem non sufficit solum factum, sed requiritur animus iniuriandi, vt s. dixi. sed infans non doli capax non potest iniuriam inferre, quia non habet animum discernendi. xv. q. j. illud. ff. de in-

6 iur. l illud. facit cle. si furiosus. de homi. † Oppo. primò de c. siverò. j. eo. vbi patet quod percutiens clericum repellendo violentiã non incidit in excommunicationem. ergo malè dicit hic tex. q̃ percutientes se adinuicem, incidunt in excõicationem, debet distingui inter inferentem iniuriam, vel volentiam repellentem. Sol. multiplex. Primò intelligitur tex. quando non apparet quis fuit aggressor, ex quo enim constat vtrunque manus violentas iniecisse temerarias vterq; ligatur. Contrarium loquitur de eo, quem constat percussisse violentiam repellendo. Secũdò potest intelligi iste tex. quando vnus percussit, sed non habebat animũ percutiẽdi, quo casu si percussus repercutit percussorem, incidit in excommunicationem, quia vocatur vindicta, non autem violentiæ repulsio, vt in l. si ex plagis. in §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. in c. significasti. s. de homi. & quod ibi dixi. quod est notan.

ADDITIONES.

a ¶Hoc etiam dixit Hugo, & Arc. in d. c. si quis suadente. vbi dicit q̃ si quis volens percutere clericum vibrauerit baculum, vt percuteret sed non percussit non est excommunicatus idem tenet gl. de pœ. dist. j. si quis pulsatus. & quod no. gl. j. eo. si verò hoc dicit Io. An. in reg. in pœnis, in mercur. Alex. de Ne.

b ¶Deturpãre vestem clerici. Adde de hoc latè Guidonem Papæ in decis. clj. & ibi in apost. tam antiquis, q̃ nouis, vbi tangitur ista quæstio in terminis. §. Zach.

c ¶Iocosè. Idem dicit gl. in c. contingit. el. j. in versi. iniuriosa. circa fi. eo. tit. & gl. in ca. si quis suadente. xvij. q. 4. quæ etiã ponit alios casus, in quibus percutiẽs clericum, non est excommunicatus, quos vide per Inn. in c. veniens. j. eo. tit. & quod ibi notaui post

d cum. ¶Si tamen in ludo incideret odium ex verberatione incurrent excommunicationem, vt dicit *Inn.* & *Doct.* Alex. de Ne.

e ¶Ista sunt verba Goffr. & *Doct.* Alex. de Ne.

f ¶Minor ætas. Hoc tenet Bar. alij in l. j. C. si aduer. delictum. *Ang.* Aret. in tract. maleficiorum in ver. scienter. Bar. Veronen. in cons. 30. inci. regatij scholarium. circa fi. Raph. Cuman. in cons. xlv. Seb. Sap.

g ¶Sunt. n. aliqui casus, in quibus excommunicatus pro manuũ iniectione non tenetur ire ad curiam, & aliquos hic numerat *Inn.* & Host. in sum. eo. tit. § si quis possit excommunicari. sub §. Secunda regula ponit 11. casus. sed D. Car. hic, in fi. commenti, remittit se ad cap. cum illorum. s. eo. Alex. de Neuo.

SVMMARIVM.

1 *Monachi adinuicem se percutientes absoluuntur per eorum abbates, quibus deficientib. per episcopum loci, & idem in aliis religionib. 4. 5.*

2 *Monachorum correctio pertinet ad abbatem, vel ad episcopum eo negligente, aut deficiente.*

Abbas an, & quando possit quem absoluere ab excommunicatione.

Absolutio excommunicationis regulariter spectat ad episcopum.

CAP. II.

a MONACHI. a † Monachos se ad inuicẽ percutiẽtes absol-

1 uit abbas. idem in canonicis regularib. & abbatis discretione deficiente recurritur ad epm. h. d. Casus literalis. Quærebatur à quo sint absoluendi monachi, & canonici regulares, si se adinuicem percusserint. Consultus papa respondet q̃ monachi, & regulares canonici, si se ad inuicem percusserint non sunt ad apostolicam sedem mittendi. Sed per abbatem suum sunt absoluẽdi.

2 Et si abbas non sufficit diœcesanus epus est adhibendus. P. † Not. 1.

b ex tex. q̃ correctio b monachorum primo loco spectat ad abbatem, sed abbate deficiente recurritur ad epm. de quo tamen dic, vt plenè no. in c. quanto. de offic. ord. De quo plenissimè in reper. c. si

c quis contra clericum. de fo comp. c † Secũdò no. casum, in quo

3 abbas absoluit à sententia excõicationis lata à canone. d Sed cir

d ca hoc quæro de notabili qõne nũquid abbas possit generaliter absoluere monachos suos ab excõmunicatione à canone infi-cta. Multi religiosi, & malè seruant q̃ sic. sed contrarium est verũ. vnde facit regula. q̃ ab excõicatione lata à canone, nullus prælatus inferior citra episcopum absoluit, nisi in casib. iure permissis. hoc videtur probari in cle. 1. de priuil. facit c. religioso. eo. ti. lib. 6. vbi religiosus percutiens clericum secularem non absoluitur ab abbate, quia sumus extra casum concessum hic. Item absolutio à sententia excõicationis lata à canone concedi-tur duntaxat epis. vt in c. nuper. j. eo. secundum eõem intellectum. Nam ista ardua sibi soli reseruantur. arg. in c. fi. de of. archipresby. & in c. sicut vnire. de excess. præla. & iste casus fuit hic concessus: quia propter

3 munionem quæ parit contemptum de facili incidunt monachi in illud si quis suadente. ideo ne habeant materiam euagãdi concessum fuit hoc, vt ab eorum abbate possint absolui. Vnde iste ca-

e sus e non est trahendus in consequentiam, cum sumus in materia exorbitanti. arg. in regula. in argumentum de reg. iur. lib. 6. & in l. quod vero contra. ff. de legi. hoc verum. nisi esset talis abbas, vel superior habẽs iura episcopalia. ar. optimum ex no. gl. in cle. 1. de reb. eccl. non alie. & per Inn. in c. statuimus. de maio. & obe. hoc consuluit Fede cons. 14. quod tene menti. quia facit ad mul-

4 ta. † Secũdò ex his potest annecti qõ quid si monachi essent exẽpti, vel est casus, vbi abbas absoluere non potest, nunquid possit absolui ab epo, cum exerceatur hoc casu iurisdictio voluntaria, Fed. in consilius suis tenuit q̃ sic. ǒrium potest elici ex dictis Ioã. An. in regula. scienti, de regul. iur. in mercu. & contrarium tenuit in quadam disputatione, quæ incipit duo clericali ordine, &c. v-

5 bi plenissimè inuenies. † In gl. 1. ibi, dum tamen enormiter. Not.

f glos. quòd casus enormitatis semper intelligitur exceptus i in hac materia, quantumcunq; verba permissiua sint generalia, hoc dic, vt plenè leg. & no. in c. cum illorum. j. eo. & secundum istum casum exceptum potest intelligi iste text. in fin. dum dicit quòd

ADDITIONES.

a ¶Monachi. Pro intellectu huius decre. vide quę latissimè scribit Ray. in sum. de sen. præcep. d. f & exce. §. sequitur. de sent. excõi. in versic. sed quis potest absoluere irregulares.

b ¶Correctio. Nunquid requiratur consensus sui capituli, vide Ab. in c. ad nostram, in tertio no. in c. irreprehensibilis. in vlt. no. 3. de app. Seba. Sapi.

c ¶Sed melius dicit in c. cum contingat. eo. ti. Alex. de Ne.

d ¶Quid si monachus est in probatione, & sic adhuc non est professus, an habeat locum istud c. Inn. dubitat. Sed D. Car. & But. dicunt q̃ sic: per c. religioso. eo. ti. in 6. vbi dicitur q̃ percutiens talẽ est excommunicatus, sicut esset professus: ergo eo. modo in absolutione à sua excommunicatione debet haberi pro professo. Al. de Ne.

e ¶Iste casus. Quòd abbas non possit extra istum casum absoluere, vide Felin. idem firmantem in ca. postulasti. s. de rescriptis. Seba. Sapia.

f ¶Exceptus. Ponderatur tamen, quia tex. dicit, quocunque modo, siue leuiter, siue enormiter. And. Barb.

Universidad de Deusto

quòd abbatis discretio non sufficit, a &c. & idem dic, quando de hoc agit abbas: quia tunc recurrendum est ad episcopum, vt in c. quãto. de of. ordin. Extra gl. quæro pro declaratione literæ, quia text. loquitur quando monachi percusserunt se in claustro, quid si extra claustrum, dic q̃ idẽ, & fortiùs, quia maius est delictum cum committitur in claustro, vbi debet seruari silentium. Nam violatur immunitas claustri, pro hoc quod no. per Io. An. post Abb. in c. cum pro causa. ℣. eo. & facit tex. in c. pro causa. ℣. eo. Vbi aggrauatur factum illius, qui traxit alium verberando per claustrum.

ADDITIO.

a ¶Sed hoc est verum præsupposito q̃ episcopus posset claustralẽ absoluere pro enormi læsione excommunicatum, alias hoc casu non recurreretur ad eũm, sed ad papam, & sic non esset bona exceptio. Vtrum autem episcopus hoc casu posset absoluere, videbitis ℣. eo. peruenit. & c. cum illorum. *Alex. de Ne.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis iniiciens manus in clericum incidit in excommunicationem. nu. 3. 6.*
Percutiens clericum ad defensam. 4. vel inuentum cum, propinqua non est ex commu. icatus. 5.
2 *Delictum commissum ratione officij alleuiatur, si delinquens excessit modum.*
6 *Clericus deprehensus in adulterio, vel alio crimine an, & quando ab extraneo possit capi.*
Officialis capiens clericum de nocte, & illum ducens ad curiam episcopi, non incurrit excommunicationem, vel si fecerit mandato episcopi. 7.
8 *Clericus asserens se verberatum ſverberans dicat se non putasse illum clericũ, vel casu fortuito feciſſe cui iſtorum incumbat onus probandi.*
Casus fortuitus non præsumitur, nisi probetur.
9 *Vxoris appellatione, an veniat sponsa in materia odiosa.*
Patris appellatione non veniunt alij ascendentes in odiosis.
Filiorum appellatione non veniunt nepotes in materia stricta.
10 *Adulteram, vel adulterum non est licitum occidere de iure canonico.*
11 *Clericum licitum est etiam interficere sine metu excommunicationis pro defensione personæ, vel rei propriæ, vel proximorum.*

CAP. III.

1 SI VERO. Ostiarius qui clericũ percussit non graviter ab episcopo absolui põt. hoc primò. †Officialis deliberatè iniiciens manum in clericum per papam absoluitur. hoc secundò. Qui repellendo vim vi clericum percussit excõicatus non est. hoc tertiò. Qui percutit clericum turpiter inuentum cũ propinqua vt in litera, & partes patent per §§. Casus literalis. Quæstio orta fuit apud dominum Papam de officiario alicuius potestatis clericum ratione officij percutiente à quo absoluẽdus, similiter, & de officiali vel clericus, seu laicus vim vi repellendo clericum aliquem percusserit, vel si aliquis in clericum cum vxore, matre, sorore, vel filia propria inuentũ manus violentas iniecerit, seu deprehensum in stupro, vel adulterio. vtrum ex hoc huiusmodi sunt excõmunicandi, vel ne. Et respondet papa, vt in tex. B. †Nota. ex tex. q̃ delictum commissum prætextu officij alleuiatur quando delinquẽs modum excessit. facit quod no. in c. olim. elẽt. de restit. spol. Nam videtur motus bono zelo & non suadente diabolo, sed quia excessit modum tenetur. sed alleuiatur delictum ratione principij
a liciti, ad hoc. c. significauit, ℣. de pœn. & remiſ. & quod ibi dixi. a Secundo no. ibi grauiter, &c. q̃ pro mediocri iniuria potest episcopus absoluere istum ostiarium. Nam tantum excipit iniuriam grauem, secus ergo in leui, vel mediocri. Nam exceptio firmat re
3 gulam in aliis. 32. q. 7. c. dominus. †Tertiò no. in §. officialis, q̃ officialis laicus iniiciens manum in clericum deliberatè nullo casu potest ab episcopo absolui, quia videt delictum nõ leue. cum nõ solùm inferat iniuriam, imò vsurpat sibi iurisdictionem in cleri-
4 cum. †Quartò nor. in vers. si verò, q̃ solum factum non sufficit ad incurrendum excommunicationem, sed requiritur animus iniuriandi, ideò percutiens clericum se defendendo excommunicatus non est, & intellige quando clericus volebat iterum percutere, secus autem si clericus percutiens destitit, quia tũc ipsum percuticns esset excommunicatus, quia hoc non esset repellere vio
b lentiam. sed exercere vindictam ad hoc c. olim. b 2. ℣. de resti. spo.
5 †Quintò no. in §. nec ille, casum in quo percutiens clericũ nõ est
c excommunicatus c: Et facit iste text. q̃ cõmittens delictũ iusto dolore motus aliquatenus excusandus est à peccato, & à pœna
d peccati. facit l. si adulterium. in §. imperatoris. d. ff. de adul. & vide
6 quod dixi in c. j. ℣. de iniu. †Vltimò no. q̃ non est licitũ extraneo, vel etiam propinquo hoc nõ expresso capere clericum in facinore, siue sit graue delictum, siue leue. quod intellige quando clericus desistit à delicto, secus videtur si delictum continuat, nec aliter arceri potest à delicto, vnde tenet hic *Inn.* q̃ si clericus non potest aliter compesci ab iniuria, nisi capiatur, & ligetur potest c ã iudex secularis impunè eum capere, & ligare, debet tamen eum restituere iudici suo, quàm citius potest. vide quod no. *Inn.* in c.
e vt famæ. ℣. eo. Ex hoc videtur inferendum eq̃ familia potestatis reperiens clericum de nocte, quia verisimiliter potest timere delictum committendum, cum non incurrat excommunicationẽ, si clericum capiat, & præsentet episcopo, quia nõ potest hic notari diabolica persuasio, cum hoc fiat ad obuiandum delicto, & præsumptio mala sit contra incedẽtes de nocte, iuxta illud, Qui malè agit odit lucem. in c. consuluit. de of. deleg. de quo plenius
7 dico in c. cum non ab homine. de iud. †In gl. vers. laico. in fi. &
f dic clarius q̃ clericus de mandato prælati sui, licitè potest capi p laicum, & per eum ad iudicem suum duci, vt in c. vt famę. ℣. eo. li.
g 6. sed verberari per laicum nõ debet etiam de mandato prælati sui, vt in ca. vniuersitatis. ℣. eo, aliàs vterque incideret in excom-
8 municationem. de quo dic, vt ibi no. †In gl. in ver. fortuitò. in fi. Sed quæro quis probabit, an fortuito, an deliberatè clericũ percussit, Docto. dicunt q̃ clericus probabit, tum quia clericus hoc asserendo est actor, & actor probare debet intẽrionem suam. 6. q. vlt. l. actor. C. de proba. tum quia quilibet præsumitur bonus, de præsumptionib. c. fi. nisi ex coniecturis iudex præsumeret cõtra laicum, & onus probandi in eũ transferret. Ego puto q̃ indistinctè onus probandi incumbat laico, saltem per iuramentũ, quia præsumptio est contra eum, ex quo constat de percussione, nec casus fortuitus præsumitur, sed qui eum allegat, probare debet, vt in c. vno. & quod ibi no. de cõmo. pro hoc tex. in c. seq. vbi iniiciens manum in clericũ nutrientẽ comã, tenetur probare saltẽ per iuramẽtum ignorasse illum esse clericũ. fortius ergo in casu huius

ADDITIONES.

a ¶Hoc dependet ab intellectu verbi, malignatus. quod exponit Inn. i. ad ira prouocatus, vel i. maligne agens, & ex odio. sed Inn. dicit q̃ non credit hoc vlti. *Alij* exponunt. i. quasi maligno animo, vel excedendo modum. D. Car. hic in prin. ca. dicit q̃ prima expositio magis conuenit literæ, ibi, prætextu officij. Item quia debet intelligi quando nõ deliberatè percussit. Nec ob. vers. officialis verò. & sic intelligitur quãdo ex ira motus officium excessit, non tamen deliberatè processit ad percutiendum clericũ. & istum intellectum videtur in hoc no. sentire *Ab. Si.* & iste tex. dũ loquitur de potestate intelligitur secundum Doct. tam de potestate ecclesiastica, quàm seculari, sicut generaliter dictum est, de maio. & obe. solitæ. Alex. de Ne.

b ¶Ista sunt verba Inn. quærentis quando dicatur, vim vi repellere. vbi dicitur q̃ si clericus percutiens laicum non intendit iterare percussionem, nec laicus de hoc dubitat, tunc si laicus percutiat clericum incidit in canonem, sed si clericus se pararet ad percutiendum, vel laicus probabiliter de hoc dubitat, nõ incidit in canonem. ff. ad l. aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. & l. sed & quæcunque. C. quando licc. vnic. ſi. iu. ſevindi. de sic. l. 2. & cum eo trã. sit Io. *And.* D. Car. & Butr. Alex. de Ne.

c ¶Excommunicatus. Adde hic *Imo.* in l. quid ergo. §. si hęres. de legat. 1. vbi dixit illum textum esse argu. quòd occidens clericum in facinore reperrum non incurrit excommunicationem, seu canonem latę sententiæ. de quo dicit Henricus in c. 3. de sen. excõ.

d ¶Imperatores. *Ibi* est optimus, & valde elegans tex. ad propositũ, & optimè facit quod scribit *Ant.* in cap. olim. el. primo. in fin. & quod ibi no. de restit. spol.

e ¶Inferendum. Familia potestatis potest capere clericum repertũ de nocte, & ducere eum ad episcopum absque alia excõmunicatione. Et adde quod scribitur per *Ant.* in repeti. regulę, ea quæ li. 6. latissimè scripsi post *Abb.* in cap. cum non ab homine. de iudi. & optimum textum in l. 1. C. de exhi. re. & ibi Bar.

f ¶In fine. Ponderatur textus iste iuncta glo. quòd quandoque ille, qui est inhabilis ex se, est inhabilis cum mandato superioris, vide Fel. vbi enumerat plures casus in cõtrarium in c. fi. ℣. de ord. Seb Sap.

g ¶Sed verberari. An autem clericus possit torqueri per laicos. vide Abbat. in cap. vniuersitatis. ℣. eod. & Petrum de *Ancharano. Anto.* & Abbas, in cap. vt famæ. ℣. eodem.

a huius c. a†In gl. in vers. matre. in fi. idem dicit Inn. de collateralibus, vt in eis nõ habeat locum ista permissio. Hostiẽ. dicit quòd id qd̃ dicitur de filia, lex videtur extendere ad neptem, & qd̃ dicitur de vxore, videtur extendere ad sponsam. in auth. vt licc. mat. & auiæ. §. quia verò. dicit tamen tutius esse tenere gl. Io. And. dicit posse distingui inter neptem ex filio, & neptem ex filia, vt primo casu procedat lex. arg. in liberos. ff. de sena. d. Ant. indistinctè sequitur gl. quæ mihi plus placet. Cum enim hæc materia sit odiosa ipsis clericis, & exorbitans à dispositione iuris non debet extendi, sed in propriis terminis intelligi deber. ar. opti. in l. pater. & quod ibi no. ff. de adul. vbi patri datur potestas interficiendi filiam adulteram deprehensam in adulterio, nec appellatione patris veniunt alij ascendentes. Item appellatione filiorum, non veniunt nepotes in materia stricta, maximè vbi non tractatur de fauore filiorum, vt hic, de quo no. in l. liberorum. de verb. sig. & in c. in quibusdam. ℣. de pœ. & vide gl. in cle. j. de baptiſ. & no. gl. qa
b facit ad multa. b†In glo. in versi. turpiter. ibi, illum occidere esſe
10 inuentum, &c. Hoc intelligo procedere de iure ciuili, non autẽ
c de iure canonico, d peccat enim maritus, seu pater interficiendo
d vxorem, vel filiam etiam deprehensam in adulterio, & pœnitentia grauis imponenda est, vt in c. inter hæc. & c. admonere. 33. q.
11 2 & vide bonam gl. in d. c. inter. †Extra gl. quæro clericus venit armatus ad bellum, & fecit insultum contra aliquem, & ibi fuit captus, & percussus. nunquid percutiens, siue capiens sit excommunicatus. Inn. dicit quòd percusso incumbit probatio, tum quia actor est. 6. q. vlt. actor. tum quia quilibet præsumitur bonus, de præsumpt. cap. fi. dicit tñ q̃ iudex ex circunstantiis verisimilibus attendet quid præsumat, quia si contra ostiarium esset multa præsumptio, sibi incumberet onus probandi. idem dicit Hostien. & remittit. ℣. eod. cum desideres. §. 2. & hæc dicta sequuntur Docto. ego dicerem q̃ aut exercendo officium percussit clericum, & tunc sit vera opi. *Inn.* quia ex quo illud commisit exercendo officium suum, non debet in eo præsumi dolus, vel culpa nisi probetur, vel ex circunstantiis aliud præsumatur, aut percussit non exercendo officium suum, & tunc puto q̃ incumbit probatio percutienti q̃ nõ fuerit in culpa, quia contra eum præsumitur, vt in l. si nõ conuitij. C. de iniur. & l. j. C. de sica. omni tamen casu tutum est deferri iuramentum percutienti ad omnem purgandam suspicionem, vt in c. seq. Alex. de Ne.

b ¶Sed in quantum gl. extendit istum tex. ad sponsam de præsenti, Doct. sequuntur gl. idem dicunt *Vinc. Goff.* & Doct. si nõ sit vxor, si tamen puratur vxor, & loco vxoris haberur. facit quod no. in c. plerunque. de dona. inter vi. & vxor. in gl. vlt. ascendentib. vel descendentib. illud quod tenet But. & Abb. *Si.* hic tenet etiam Do. Car. in §. nec ille. in 2. q. vbi dicit q̃ distinctio §. quia verò. in auth. vt liceat matri, & auię, procedit ad alium effectum, de quo ibi idẽ dicit, q̃ ibi fit mentio de liberis, & non de filiis, nomine autem liberorum veniunt omnes descendentes. ff. de verb. sig. l. liberum. de quo ibi per Bar. sed ipse remittit se ad c. 2. ℣. de verbor. signific. *Alex. de Ne.*

c ¶Illum occidere. Adde hic quod no. gl. in vers. poterat. in ca. nec aliquam. 27. q. 1. & quod ibi no *Ant.* & Abb. post alios, in c. veniẽs. el. 2. de spon. & vide eundem Abb in c. interfecisti. ℣. de homi. & dicit *Bal.* in apposti. post Gul. in l. imperator Adrianus. ff. de stat. ho. q̃ si ex statuto licitum est occidere adulterantẽ vxorem, licebit eã sic deprehensam occidere, licet prægnans sit. ibi etiam dicit Bar. circa prin. q̃ pater potest occidere filiam prægnantem in adulterio deprehensam. Item adde hic gl. in l. nec timorem. in ver. occidere. ff. quod me. cau. quæ dicit q̃ nõ licet marito interficere adulterum, nisi adulter sit vilis persona, sed patri licet quemcunque quandocunque interficere. Et allegat l. neque. ff. de adult. Et vide in hac materia bonum tex. in l. si quis in graui. §. si maritus. & ibi gl. in ver. ignoscitur. ff. ad Silla. Et adde hic Paul. de Castr. in l. si cũ dotem. §. transgrediamur. super gl. 2. ff. sol. ma. vbi dicit q̃ licet pater aliquando possit interficere filiam in adulterio deprehensam, tamen non potest hoc alteri demandare. ar. l. eum fundum §. quę situm. ff. de vi & vi ar ma. Item adde hic *Imol.* in l. quid ergo. §. si hęres. ff. de legat. 1. vbi dicit q̃ secundum canones peccat pater, & etiam maritus occidens deprehensam in adulterio. Et allegat ad hoc dictum capitulum admonere, & capitulum inter hæc. 33. q. 2. Item adde hic quòd his casib. quib licitum est marito interficere, hoc potest demandare licitè filijs suis, ita dicit Bar. sub dubio fortè, in l. non solum. §. si mandato. hoc caput allegando. ff. de iniur. sed pro eo allego tex. in l. Gracchus. C. de adult. Item an filio liceat interficere adulterantem matrem suam, vide *Salice.* in d. ſ. Gracchus, & ibi ponit an liceat adulterum repertum in domo fugarum, extra domum interficere. Item vide omnino S. Pho. in 4. sent. dist. 36. q. 2. arti. 2. circa medium. vbi concludit q̃ neque secundum leges ciuiles, neque secundũ leges conscientiæ licet marito propria authoritate interficere vxorem adulterantem, licet possit eam causa iusta accusare ad mortem in iudicio seculari. Et idem sentit S. Tho. in fi. de adultera filia, & dicit q̃ nullus paterfamilias potest in aliquem de sua familia infligere pœnam eorum pertem personam.

d ¶Canonico. Vide Io. de *Ana.* in c. interfecisti. ℣. de homici. vbi infert q̃ in terris ecclesiæ poterit decapitari, quod dicit esse mirabile Fel. ibi. Vide Ang. de Are. in tract. maleſi. in versicu. che me hai adulterato la mia dona. Seba. Sapi.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum ignoranter, quia fortè ille clericus non ibat in habitu, nõ est excommunicatus, nisi recusset iurare se ignorasse illum clericum.*
2 *Ignorantia probatur per iuramentum.*
Clericus nutriens comam non perdit priuilegium canonis, si quis suadente.
3 *Habitus facit præsumere quem esse qualis est habitus. 6.*
4 *Conscientia probatur per iuramentum.*
5 *Percutiens clericum debet ire pro absolutione ad sedem apostolicam nisi sit de personis.*
7 *Percutiens clericum credens laicum non incidit in excommunicationem.*

CAP. III.

a SI VERO. 2. † Qui percutit clericum ignorans probabiliter
1 eum clericum, excommunicatus non est, ignorantiam tamen probare debet per iuramentum. & si hoc prætare recusat, pro excom-

ADDITIO.

a ¶Si verò. Vide quod per istum tex. dicit Abbas, in c. 2. ℣. de consti. Sebastia. Sap.

excõicato haberi debet.h.d.Tres sunt partes.secũda ibi:vel si. tertia ibi,ab illo.Casus literalis.Si aliquis manus violentas iniecerit in clericum nutrientem comam,ignorãs q clericus fuerit,nõ erit excommunicatus,vel si de hoc dubium fuerit,& propria manu iurauerit q eum clericum ignorauerit,si autem iurare noluerit sicut ab excommunicato conuenit abstinere,donec de mandato summi pontificis absoluatur.quia constat eum manus violentas in clericum iniecisse.B.†No.1.ex text.q ex depositione tonsuræ clericus non perdit priuilegium canonis,si quis suadente.

2

3 †Secundò nota.q quis præsumitur talis,qualis est habitus quem

4 gestat.† Tertiò no.q vbi est dubium in dependentib.à conscientia

a alicuius,statur iuramento a illius.nam ignorantia aliter probari non posset.ad hoc no.solet allegari iste tex.facit c.nulli.de elect.lib.6.*No.*4 q vbi factum est in se illicitum præsumitur scientia,etiam in facto alieno.vnde præsumitur quis scire illum esse clericum,quem percutit.

5 ¶†Item vltimò not.q pro iniectione manuum violentarum in clericum tenetur laicus ire ad sedem apostolicam pro absolutio

6 ne.de quo in c.peruenit.j.eo.†In gl.1.ibi dum tamen ille clericus sit.hoc verum secundum *Inn.*& bene,nisi probabiliter credi disset eum non clericum, vt puta incedebat in habitu non congruenti clerico.& præsumebatur deferre tonsuram more quorũ

7 dam laicorum eam deferentium tempore æstiuo.In eadem glo. ibi:nisi postea certus efficiaris.Vult ergo gl.& bene q cooperta veritate non est excommunicatus qui percussit laicum,credens clericum percutere.& vide Feder.cons.13.vbi ampliat terminos

b quæstionis.Quid si percussi b Titium laicum communiter pro clerico habitum,& ante absolutionem,seu certificationem celebrationunquid incidam in irregularitatem, & concludit q non: nec excommunicatus sum.Requiritur.n.veritas clericatus ad incurrendam excommunicationem.vt in c.si quis suadente.17.q.4.sicut.n.simplex dimissio habitus clericalis non facit quem perdere priuilegiũ clericale:vt hic.ita nec simpliciter assumptio habitus non congruentis personæ facit c.ex par.5.de priuil.el 3.*Et* in si.gl.hanc opinio.Tancre.tenet Io.An.licet Host ꝯ.nam si error in sola qualitate sufficit ad vitandum excõicationem,vt hic, fortius quando concurrit error in qua itate,cum error est in persona,vt in terminis qõnis gl.quando credebam percutere Martinum laicum,& percussi Martinum clericum.Nec ob.lex eũ qui. alleg in gl.qui iniuria bene est illata isti,sed ad incurrendã excõicationem requiritur animus percutiẽdi clericum quod indicãt verba illius canonis,si quis suadẽte,dũ dicit si quis suadente,dicabo'o,&c.ex quo ignorabat eum clericum cessat dispositio illius c.facit c.vt animarum.de consti.lib.6.In gl.si.in fi.de hac materia,vide vt plenè dicam in c.perpendimus.j.eo. *Abbas.*

ADDITIONES.

a ¶*Iuramento.Hoc* est verum in foro animæ,secus in foro iudiciali.vt dicit gl.sing.fin d.Abb.in cle.1.in vers.habita.de priui.sed vide ad hoc quod no.Bal.in l.1.vltra mediũ C.ad Mace. & vide *Imol.* in cle.1.ver.iuxta prædicta.de consang.& affi.gl.& Arch.in c.proposuisti,74.dist.Et adde hic quod no.d.Ant.in c.cognoscentes.in fi.de consti.& quod ibi notaui.Et ad id quod dicit hic Ant.in 1.no.vide text.in c.significasti.el 1.de homi.gl.in ver ignorantem.in c.innotuit.de ele.in c.accedens.de cri.fal.gl.in c.2.de calum.& in c.accepimus.de æta.& qual.quã allegat *Ant.*in c.innotuit.tex. c.statutum §.cum verò de reser.lib.6.& in c.vt circa.de ele.co.lib. tex in c.pastoralis.de exce.& in c.præsentium.de testi.& gl.in cap. eos.in ver.scienter.& in ver.effectum de temp.ordi.lib.6.Vide gl. in l.1.in prin.in ver.hoc anno.ff.de itin.actuque priuat.& vide qd no.Ant.in c.fi in versicu.fallit etiam in casib.vbi j.dicit quædam pulchra in hac materia.*Et* inter cætera allega.not.dictum Gul.de Cun.in l.quæritur.ff.de stat.hom.Item vide omnino quod elegãter scribit Bar.in extrauagan.ad reprimendum.inversic.per denũtiationem.Item de ista probatione per proprium iuramentum, vide textum cum gl.in verbo.expensæ.in c.in primis.2.quæst.1. tex.in l.fi.C.de fid.instr.tex.in l.si quando.C.vnde vi.in ca.2.quod met.cau.& gl.in c.fi.4.q.3 & gl.in c.dilecti.circ.fi.de for.compe. gl.in l.fi §.in computatione.C.de iure deliber. An autẽ,& qñ lex, vel dispositio dicit debere stari iuro alicuius,possit probari ꝯriũ, vide per Ant.in c.ga propter.& quod ibi,late notaui post ipsum de probatio.Item adde hic text.sing in l.fi.de bon.auth.iud.pos. de cuius intellectu vide quod plenè notaui in d.c.proposuisti.

Item alium casum.in quo statur proprio iuramento partis, ponit tex.in d.cap.continebatur.de despon.impuber.Item adde hic Arch.in c.in primis.q.j.vbi dicit q ignorantia probatur per iuramentum,nisi ex aduerso probetur scientia.*Item* alium casum,in quo quis probat solo proprio iuramento,vide tex.in l. properãdum.ver.& si quidem.circa fi.C.de iud.text.cum gl.in ver.docuerit.in c.j.de ele.in vj & in c.constitutus.de procura. Item in quæstio.hic posita in terminis distingue omnino, vt per Dominic. post *Pau.*in d.c.eos.de tempo.ordina.lib.6.Et adde,q quando agitur de informatione conscientię alicuius dictovnius,vel famę credendum est.secundum *Ant.*in repe.c.peruenit.de censib. qui ad hoc alle.no.Compo.in c.j.de ele.li 6.Item q conscientia, seu animus alicuius probetur per proprium iuramentum.est text.in l.fi.C.de bon.auth.iu.pos.& in l.fi §.fi.cum multis aliis concor.ibi in gl.alleg.C.d iur. domi.impe.& vide gl.in c.cũ ab vno.in verb. electionem.vltra medi.de re iu.li 6.& omnino Domini.in c.eum qui.circa medi.quinquagesima distinctione.

b ¶Quid si percussi.Circa hoc vide tex.& gl.c.illud.16.q.6.Io.*An.* & Domini.in c.perpetuæ.de elec.li.6.& de.Ab. in c. nonnulli.de iud.& *Io.*And.in reg.cum quis in ius.in Mercur.*Abbas* in c.plerũque.de donat.& gl 34 q.2.in fi.summæ. vbi habetur de cognoscente coniugatam,quam credebat soluram.Et de q. hic posita in terminis,an percutiens clericum,quem credebat laicum, vel econtra.sit excommunicatus.vide gl in l.si quæ p calumniam. in fi.C.de epis & cle.& ibi dixi.& in l.fi C.de cri.expi.hæ & vide tex. & ibi glo.in l.scientiam.§.si seruum.ff.ad l.*Aquil.* gl.cum text.in l.si ignorans la j.Bar.in l.apud Labeonem §.si quis virgines.ff de iniuriis.Bal.in fi.C.si à non compe.iu.& vide gl.magnam.in fi. & ibi omnino Io.de Imo.in vers.vltimò quæritur.in cle.1.de cõsan. & affi.vbi dicitur q si eligentes eligunt indignum,quem credũt excommunicatum,& tamen re vera non est excommunicatus, tenet electio,nec peccant eligentes.Et dicit de hoc haberi satis per Inn.in c.dilectis.de app.Pro quo facit quod no Bar.in l.si arbiter.circa prin.ver.quæro quid econtrà.C.de sen.&interlo.om. iudi.Et de q.hic posita per gl.vide in terminis *Inn.*in l.qui pupillum.ff.de acquir.hære.vbi etiam post Bal.ponit aliam q. & facit ad hoc gl.in ver.approbatis.in c.vnico.de voto.li.6. & quod no. Ant.post *Io.*An.in c Ioan.de cleri.coniu.adde Bal.in c.j.qui. mo. feu.amit.vbi dicit q cognoscens ignorãter monialẽ, non punit de stupro monialis.Et idem dicit de vasallo insultante dũm ignoranter.quia non perdit feudum.*Item* facit ad hoc qđ dicit Ioan. Cal.j.de eccl.inter.in x.membro.in q.idem adde hic san. Tho.in 4 sen.di.ix.q.j.art. 3.vltra medium.vbi dicit,q si quis accedit ad suam,quam credebat non esse suã.& similiter ille,qui est iustus, credens se peccatorem accepit eucharistiam,electio sua est praua,& peccat,sed electio non est praua in eo,qui peccatum habet & nescit.Item pro pleno intellectu omnium supradictorum, vide omnino elegantem,& magistralem doctrinam,& meliorem de iure,quam super hoc tradit Bar.in l.diuus.j.ff.ad l.Cor.de sica. & vide omnino *Io.*And.in additio.Spe.super rub.de adul.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens conuersum alicuius religionis excommunicatus est.*
Excommunicatus ob manus iniectionem in clericos à solo Papa absoluitur, nisi in articulo mortis.
2 *Clericorum appellationes,an veniunt canonici.*
3 *Monachorum appellationes in materia merè pœnali, & odiosa non veniunt conuersi,secus in materia simul,& fauorabili,& odiosa.*
4 *Conuersi alicuius religionis,qui propriè dicuntur,& an gaudeant beneficio si quis suadente.*

CAP. V.

1 NON DVBIVM.†Percutiens conuersum religiosum excõmunicatus est,nec ab alio quàm à Papa absoluitur, nisi in mortis articulo.hoc dicit.Casus literalis.Dicitur hic in isto cap. quicunque violentas manus in clericos,vel in canonicos,aut cuiuslibet religionis conuersos inuiciunt sententiam excommunicationis incurrunt,& à solo Papa possunt absolui,nisi in articu.

2 mortis.Bernard.Nota.1.ex tex.ar.†quòd appellatione clericorũ, non veniunt canonici.Contrarium tamen potest colligi ex isto cap.iuncto cap.si quis suadente.nam ibi nulla fit mentio de canonicis,sed bene de clericis.& tamen extenditur ad canonicos, vt hic.& quid iuris sit de hac quæstione,dico super rubrica de vita & honestate cleri.

¶Secundò no.q appellatione monachorum veniunt conuersi alicuius religionis.a nam in c.si quis suadẽte.fit mentio duntaxat de monachis,& tñ comprehenduntur conuersi. & videtur glos. pen.hic velle q hoc fit de extensione huius c.quod tñ mihi non placet.per tex.in princ.dum dicit non dubium,&c.& per tex.ibi, ex constituti.concilij,&c.quę verba clarè innuunt hoc esse de iure antiquo.& q hæc constitutio sit tantùm iuris antiqui declara

3 toria.†Sed tũc fortiter opponitur.nam cum ille canõ.si quis suadente.imponat pœnam debet strictè intelligi.& sic appellatione monachorum,nõ debent venire cõuersi,pro hoc cap.statutum. de elect.li.6.vbi in materia odiosa appellatiõe ecclesiæ parochialis,non venit ecclesia collegiata parochialis.propter qualitatem collegii,quæ est s. parochiam.Sol.credo posse dici, q ille canon

b si quis suadente.licet cõtineat odium, ex parte percutientium

c continet tñ fauoreme ex parte clericorum),& vbi in constitutio-

d ne concurrunt odium,& fauor,magis attendatur fauor d quàm odium.& pro hoc gl.no.in l.2.de in ius voc.Item istud est odiũ rationabile,quo casu non fit stricta interpretatio iuxta not. per Cy.in l.quicunque.C.de ser.fug.Item excommunicatio est medicinalis,&de facili obtinetur absolutio,vt in c.j.de sent.excom li. 6.vnde putarõ quòd in dispositione merè pœnali,&odiosa appel

4 latione monachorum non veniunt conuersi,per d.ca. statutum, nec econtra.†In gl.j.in fi.Tancre.j.eo.porro.dicit q retinens pro prium,non potest dici conuersus, licet in instrumento dicatur eum esse conuersum talis ecclesiæ.Host.distinguit & bene,q aut iste conuersus retinuit sibi aliquam proprietatem , & tunc non

c gaudet hoc priuilegio,aut dedicauit se,& sua,& incedit tonsuratus,vel mutauit habitum interessendo diuinis, & talis gaudet hoc priuilegio.ar.in ca.qui quis.xvij.q.4.& optimè,& facit capi. priuilegia.3.de priuil.vbi obiati non pienè gaudent priuilegio istorum,quibus se obtulerunt.& facit.cle.j de deci.*Abbas.*

ADDITIONES.

a ¶*Alicuius religionis.*Vide circa hoc aliqua subtilia, quæ scribit Aret in l.cum hæredes.§.item quæro.ff.de acquir.pos.Seb.Sap.

b ¶Percutientium.Vide quod habetur in c.cum tibi.j.eo.And Barba.tas.

c ¶Fauorẽ.Quando constitutio continet fauoré ex parte vnius,& odium ex parte alterius,sed odium est rationabile,tunc materia dicitur esse fauorabilis.& lata.Sed super hoc vide latè Bal.in d.l.2. C.de in ius vo.&adde Bal.in l.illud.C.de sacrosanctis eccl.vbi dicit.q vbicunque imponitur pœna,licet alias de sui natura materia sit fauorabilis,tunc dicitur materia odiosa,quod intellige verum,etiam quãruncunque pœna quæ imponitur,sit minima,vt dicit *Bal* in apost.in l.non distinguemus.in prin.ff.de arbit.per illum tex.*Et* de q.hic posita per do.Ab.vide in terminis per Dñi.in c.sciant cuncti.in fi.de elec.li.6.post gl.ibi in verbo.alios.Item vide Dñi.in c.pro humani.§ fi.de hom.li 6.vbi dicit q si est constitutio edita in fauorem animarum,licet sit pœnalis,est latè interpretranda.Et allegat etiam de hoc gl.in c.gñali.de elec. li. 6. & idem puncti qualiter,dicit do.*Ab.*post *Io.And.*in c.ex tenore.qui fil.sint leg.Item de qõne hic posita per *Abb.*vide tex.& ibi Iac.de Bel.in §.quia verò latiùs.el.1.in auth.de nó alie.& omnino *Abbas* post *Io.*And.in c.fi.de loc.*Bal.*in l.ab executione.C.quo.appel.non recip.& Bal.in l.fi C.de inter.matr.& per Iac.de Belu.in l.2.§. exercitum.ff.de iis.qui no.infa facit.l.qui exceptionem.in prin.& qđ ibi no.per Bar.ff.de condi.indeb.& vide in terminis,& Bar.& Paú. de Cast.in l.si quis nec causam.circa fi.prin.ff.si cert.pet. vbi per illum tex dicit attendi debere id,propter quod principaliter factum est statutũ.Et ad idẽ vide Paul.de Cast.in l.bona fides. circa fi.ff.depositi.& omnino plura bona vide in repe auditoris.in verbo Lex.Dñic.in c.si propter tua debita.de reser.li.6.*Item* per doctrinam Bar.in d.l.si quis nec causam,vide quatuor gl. videlicet gl. in l.2.C.de in ius voc.& in l.sed si hac.§.fi.ff.de in ius voc.& in c.si propter tua debita.de reser.li.6.& c.sciant cuncti.de elec.eod.lib.

d ¶ Fauor. Hoc intellige verum, qñ non apparet an principaliter constitutio sit facta propter fauorem , an verò propter odium, sed si appareat an principaliter constitutio sit facta propter alterum, illud est attendẽdum in tota dispositione,siue sit fauor, siue odium.Ad hoc allego Bar.in l.si quis nec causam. circa prin. ff.si cer.pet.

e ¶ Priuilegio.Vide ad hoc do.Ant.in c.dilecta.de ma.& obe.super gl.pen.vbi tenet quòd conuersus ecclesiæ secularis non gaudet hoc priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Mandans clericum percuti est excommunicatus sicut percutiens.*
2 *Mulieres cuiuscunque gradus, & generis sint sit percutiant clericos possunt absolui ab episcopo loci.*
3 *Vxor est in potestate patris, nisi quò ad debitum carnis.*
4 *Mandans dicitur verè committere delictum etiã in materia pœnali,& odiosa.*
5 *Filiusfamil.obligatur ex delicto,sicut illi qui sunt sui iuris.* (9.11.
6 *Excõicari potest homo mortuus,& operabitur quòd nõ sepelietur in sacro,vel sepultus dehumabitur.*
8 *Ratihabitio,in delictis quæ possunt per aliũ explicari,æquiparatur mãdato vt est homicidium secus si delicta nõ possunt per aliũ explicari,vt vitia carnis.*
9 *Mandans an debeat puniri tanquam principalis,tam de iure communi,quàm statutario,vide hic plenissimè.*
10 *Delictum factum lapide,vel sagitta dicitur propriè factum cum manib.*
11 *Procurator mandato domini opponẽs exceptiones prohibitas obligat dominũ ad pœnam.*
12 *Nullam pœnam habet ecclesia maiorem excommunicatione.*
13 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*
14 *Statutum puniens delictum intelligitur de delicto consummato.*
15 *Masculinum an concipiat femininũ ex interpretatione,an ex propria significatione.*

CAP. VI.

MVLIERES.*Mulieres* quæ inciderunt in canonem, si quis suadente,absoluuntur ab epõ *Item* in personis quę no sunt sui iuris,vel delicatæ.de quib.dubitatur q non possunt commo-

1 dè accedere ad curiam,& hoc vsque ad §.illi.Et ille §.h.d.† Mãdãs clericum percuti excõicatus est,sicut percutiens. *Et* tria sunt dicta.Secundum ibi,de his.Tertiũ ibi,illi.Casus literalis. Dicitur hic in primo responso,q si mulieres,& serui qui sui iuris nõ sunt manus in clericum violentas iniecerint ab epõ diœcesano possunt absolui.Secundò dicit q si aliqui ita delicati.& magnæ potentiæ fuerint,qui manus iniecerunt violentas in clericos, q laberem veni.endi ad sedem apost.sustinere non possunt.Quæritur quid iuris sit,respondet papa,q status personæ,& veritas negotij prius est intimanda Romano ponti.q fm eius consilium erit procedẽdum.Tertiò dicit aliqui non iniicunt violentas manus in clericum:sed alij de ipsorum mandato hoc faciunt,quæritur,an isti,q hoc mandant sint excõicati:respondet papa,q sint excõicati,& sunt ad apost.sedem mittendi,cum ille verè delinquat cuius mandato delictum committitur.B.†No.1.ar.ex istis dictione alia.quæ

2 a solet facere positionem eiusdem qualitatis a cum præcedentib. q iste tex.debet intelligi de mulieribus quæ non sunt sui iuris. Sed Ho.& *Io.*An.& *cõtra* Doct.dicunt indistinctè tenendum idem de omnib.mulieribus cuiuscunque status sint, q possint absolui ab epõ loci:quia periculosum est itinerare.& se immiscere cœtib.virorum,& hoc habet laudabilis cõsuetudo,quam papa scit,& tolerat.vnde saltem ratione cõsuetudinis,quæ dat iurisdictionem, vt 9 q.3.conquestus.de fo.comp.cum contingat,siue sint viduę, siue maritatę, siue virgines ab episcopo absolui possunt.quod no. Ex hoc.& ex tex not.q absolutio ab excõmunicatione canonis regulariter reseruatur episcopo,& non prælatis inferioribus. quod

3 dixi in c.2 §.eo.† An autem vxor dicatur sub potestate viri, vel patris,dic q patris.nisi quo ad debitum reddendum , vel operetur

b marito.de quo vide b tex.cum gl.in l.si vxor.C.de condi.infer.& l.sicut.ff.de ope.lib.33.q.fi.hæc imago.Secundò no.tex.pro personis delicatis,& non valentib.commodè ire ad curiam pro absolu

4 tione,vt possint ab episcopo absolui.†Vltimò no.q in iure pœnali,& odioso.faciens per alium,habetur pro faciente:licet verba iuris sint concepta in personam propriam:nam c si quis suadente.concipit verba in personam propriam,vt si quis suadente, &c.& ibi iniecerit manus,&c.tamen interpretatiũ mandans includitur in illam pœnam.Sed an hoc casu mãdans includatur ex interpretatione,an autem ex proprio intellectu verborum.no.Bar. in l.hæc verba ff.de adult.& in l.aut qui aliter.ff.quod vi, aut clã, & l.non solum.ff.de iniur.& l.sed si vnus.eo.ti. 1.j.aliquid dicam.

5 †Vltimò no.tex.sing.ibi,verè committat,& c.q mandans delictũ dicitur verè committere delictum,ex quo sequeretur q etiam in statuto mandans delictum committi comprehenderetur.hoc tamen non videtur indistinctè verum.vt j.subiiciam.In gl.in fi.Idem Inn.*Host.*contra Io.An.concordando distinguit,q aut filius existẽs i prãte tenet familiam de per se:puta vxorẽ,& liberos, tũc habet locum ista glo.aut est in familia paterna,& tunc procedit opi.*Host.*nam non debet iniqua conditio afferri patri per factum filij.d.Ant.videtur velle q aut filiusfa.non habet quid expendere in itinere,& tũc nõ tenet i.e.nam regula est,q quicquid acquirit, acquirit

ADDITIONES.

a ¶Qualitatis.*Vide* Ale.in apo.ad Bar.in l.si fugitiui. C.de ser.fugi. And.Sicu.in cons.7.incip.sapienter.ni fallor. & in cons.28.incip. scripsit bellissimè.in 1.vol.*Ale.*in cons.34.incip.viso themate.in 1.vol.quod est repetitum in consi.87.in 5.vol Seb Sap.

b ¶*Vide* gl.in c.quod Deo 33.q.5.& gl.in ver.si parentis.inst.ad Senatusc.Tertul.in prin.& gl.Bar.& alij in l.quia parentis. ff.sol.ma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

acquiritur patri quo ad l. sum fructum: sed si habet quid expende
re, tunc secus. Sed hæc opi. mihi nō placet, quia nullam differen-
tiam poneret inter istum constitutum in potestate, & alium. nam
idem est in alio sui iuris non habente quid expendat, vt in c. quā
vis. j. eo. & tamen iste text. vo uit denotare quandam specialitatē
in hominib. suppositis alienæ potestati. nec placet indistinctè o.
pi. Io. An nam licet sit extrà familiam, tamen ex quo non est sui
iuris tenetur assistere, & obedire patri, & idem commoda patriæ
potestatis exhibere, vndeidem putarem in filio quod in seruo ex
6 benigna interpretatione. † Et per hoc soluitur qd opponi posset
a de l. tam ex contractib. ff. de iudi. vbi patet q de delicto a filiusfa-
mil. obligatur, sicut alius qui est sui iuris, & quod dixi procedit ex
benigna interpretatione, & concessione papæ: nam de iuris rigo
re omnes istæ personæ tenentur. Item non obstat alia iura, quia
excusant pueros tantùm, & non maiores, quia possunt intelligi
de illis, qui sunt sui iuris.

¶ In gl. 2. in fi. Hæc decisio gloss. mihi non placet: quoniam text.
indistincte dicit, quòd vbi personæ sunt delicatæ, vt nequeant su-
bire laborem eundi ad curiam q status personæ priùs debet in-
timari Romano pontifici, vnde pondero verbum, priùs, non de-
bet ergo antea absolui, quàm hoc intimetur Papæ. Fateor tamē,
q si interim imminet periculum mortis, tunc non vigore dispo
sitionis huius c. sed vigore aliorum iurium potest absolui recepta
cautione: prout dicitur in gloss In gloss fin. ibi, quia mandatum
morte extinguitur. Tancredus sentit oppositum: quoniam præsu
mitur decessisse in eadem. vt in ca. maiores de baptism. Do. Ant.
hic distinguit, q aut mandatarius erat certificatus de morte mā
datoris, & tunc sit vera opi gl. alias procedit opi. contraria. Puta
rem tamen, q vbi iste mandator in extremis recepisset pœniten
tiam, q tunc licet fuerit in culpa in non reuocando expressè, nō
tamen incidit in excommunicationem, cum in veritate manda-
tum non fuerit morte reuocatum. Aut iste non egit pœnitentiā,
& tunc etiam de rigore non esset excommunicatus, quia manda
tum reuocatur morte. Sed quando decessit in eo peccato, tenē-
tur de delicto alterius, sicut tenetur principalis in non reuocan-
7 do mandatum, vt in l. si mādassem. ff. manda. † Et si diceres quid
operabitur excommunicatio hoc casu, cum iste iam sit mortuus.
Sol. potest operari quò ad corpus, quia non sepelietur in cœmite
rio, vel si fuit sepultus per prius, inde exhumabitur, ar. inca sacris.
de sepul. nam per excommunicationem non solum inficitur ani
ma, sed etiam corpus: hinc est q etiam post mortem absoluitur
quis ab excommunicatione. vt in c. nobis. 2. j. eo. ☞ ex alibi dicit gl.
sing. q cōicando quis mortuo excommunicato incurrit excōi-
cationem. sicut si cōicaret vivo excōicato. ita dicit gl. sing. in c. ad
8 hæc. de priuileg. † Et in fi. gl. hodie de hac vltima q. dic, vt habes
tex. apertum in c. cum quis. eo. ti. libr. 6. Et aduerte, quia non om-
nia gesta nomine meo possum rata habere. nam quædam sunt q
possum per alium explicari: vt vulnera. homicidia, & similia. & in
istis ratihabitio trahitur retrò. vt in d. c. cum quis. & in l. 1. §. deie
cisse. ff. de vi, & vi arma. Quædam sunt quæ non possunt explica-
ri per alium, vt adulterium, & c. carnis delicta. & in istis nō habet
locum ratihabitio. vt dicit gl. & bene in d. c. quoties. & in c. sciāt
9 cuncti. de ele. lib. 6. & Cy. in l. non ideò minus. C. de accus. † Extra
gl. quæro de notabili, & quotidiana q. quæ venit ad declarationē
b huius materiæ. An mandans b delictum committi, debeat pu-
niri tāquam principalis, ita vt includatur sub dispositione iuris?
Et colligēdo multa sparsa in diuersis locis distingue sic. quòd aut
verba sunt scripta in rem, puta dicit ius siue statutum q pro ho-
micidio imponatur talis pœna, & tunc mandans includitur, quia
de homicidio tenetur, vt in c. 1. de cler. pug. in duel. & l. hæc ver-
ba. ff. de adu. & l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. & vtrobique p
Bar. & Cy. in l. non ideò minus. præallega. Et hoc casu includitur
mandans ex propria significatione verborum. ideò hoc casu non
distinguo inter dispositionem iuris communis, & iuris municipa
lis. Aut verba sunt scripta in personam vt quia dicitur si quis cō-
miserit homicidium, puniatur tali pœna. tunc aut quis committit
delictum per instrumentum, q necessariò operatur necessitatē
facti. & tunc mandans includitur, siue sit dispositio iuris cōis
siue municipalis: quia ipse verè facit, quoniam actus attribuitur
principio. Exemplum in immittente sagittam, lanceam, vel lapi
dem, nam ipse verè facit, licet non tetigerit propriis manib. pro
hoc l. item La. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Idem dic per omnia, vbi instru-
mentum, per quod cōmittitur delictum, operatur necessitate iu
ris. vt puta mandaui filio meo aliquid quod tenebatur explicare
vel seruo, vel procuratori, & tunc in veritate cum ego faciam, in
cludar sub dispositione, actus enim tribuitur mihi, ex quo instru
mento, per quod facio tenebatur parere, pro hoc tex. in l. 3. si pro
10 curator. ff. quod quisque iuris. ¶ † Et facit hoc ad quæstionem
quoniam statutum punit proponentem exceptionem contra
instrumētum guarentigiatum, mādaui procuratori, vt excepto
nem proponeret, nunquid ego mandans includar sub statuto, &
dicendum est quòd sic, quia procurator in hoc tenebatur obedi
re Domin. Aut instrumentum per quod explicatur delictum o-
peratur propria voluntate, non necessitate facti, vel iuris, puta
mandaui delictum committi, mandatarius non tenebatur mihi
obedire, sed nihilominus propria voluntate voluit mandatum
exequi, & tunc aut sumus in dispositione iuris communis, & mā
dator comprehenditur nō ex propria significatione verborum,
sed ex interpretatione iuris, quia ius interpretatur eum facere,
licet verè non faciat, parum enim refert, an quis propriis manī-
bus interimat, vel per alium, vt dicit tex. in l. prima. §. deiecisse. ff.
de vi, & vi ar. facit cap. cum ad sedem. & c. sæpe. de restitu. spoliat.
ad idem tex. in l. si quis id quod. ff. de iurisdictio. om. iudic. & in
l. si per alium. ff. ne quis eum qui in ius voca. & cap. sciant cuncti.
& quod ibi no. & regu. qui per alium. de reg. iur. li. 6. & c. i. §. de of
fic. delega. & dixi ex interpretatione includi. & non ex propria
significatione, quia mandator verè nō fecit, sed perinde est quo
11 ad pœnam, ac si fecisset. † Sed contra hæc facit multum iste tex.
in fi. dicens quòd is verè committit, cuius mandato, &c. vnde pō
derat verbum, verè, ergo nō per interpretationem, Bar. in l. sed si
vnus. ff. de iniur. respondet ad istum textum, quod procedit in
peccato, in quo magis ponderatur animus, quàm ipsum factum
quasi velit dicere quòd quò ad peccatum, is verè facit cuius mā
12 dato, &c. † Sed contra hoc dictum Bartoli facit, quia iste textus,
non loquitur de peccato, sed de pœna peccati, & excommunica
tionis pœna est maxima adeò quòd dicit canó nullam pœnam
maiorem ea ecclesiam habere. 24. q. 3. corripiātur. facit ca. sacro.
j. eo. Item quòd verè nō facit etiam de iure canonico. alleg. tex-
tum apertum in cap. vt famæ. j. eo. vbi ponitur verbum fictum, di
cendo quòd videtur facere cuius mandato, &c. Ad idem induco
tex. magis apertum in c. 2. de cle. pugna. in duel. vbi tex. loquitur
de eo, qui dedit pro se pugilem, qui aliam interfecerit. & di-
cit quòd non iste qui dedit pugilem, sed alius homicidium com
misit, tamen tenetur de homicidio, quia ex præcepto suo, &c. Idē
alibi tex. ponit ista, vt diuersa facere, vel mandare. vt in c. si quis
vxorem. l. dist. & in cap. sicut dignum de homi. Sed potest dici ad
istum textum, quòd facere verè dicitur quo ad peccatum, & pœ-
nam peccati, dum sumus in dispositione iuris communis, & ta-
mē reipsa verè non facit. Aut sumus in dispositione iuris muni
cipalis, vt qa statutū punit ꝓmittentē delictū, &c. & tunc quæstio
est dubia valde, & quotidiana. nā primò videt q includat māda-
c to, quia verè nō facit, sed ficte, & interpretatiuè, vt dixi. & statutūc
non

ADDITIONES.

a Delicto. Circa intellectum illius legis, tam ex contractibus. vide
Dec. in c. quia Gu. ☞. de iud Seb Sap.

b ¶ An mandans. vide multa per *Ang.* Aret. & Aug. Arimi. in tracta.
malefi. in vers. Sempronium mandatorem. Seba. Sap.

c ¶ Et statutum. *An* statutum quod loquitur de committente ma
leficium habeat locum in mandante. Et adde omnino Abbatē,
post Ioan. And. & quod notaui ibi in capitul. sicut dignum. de ho
mi. & vide quod scribit *Domin.* Abb post *Anton.* in capit. signifi
canuit, ☞. de iudic. & vide Bald. in l. peremptorias. versiculo quæro
quid si statutum loquens de bannito propter ho micidium, an
habeat locum in bannito, qui mandauit committi homicidiū,
& vide quę no. de hoc in capitulo inter dilectos. ☞. de fid. instru
ment. in prima addit. circa medium. Itē adde hic quod no. Paul.
de Castr. in l. si cum dotem. § transgrediamur. ff. soluto matrimo.
super gloss. 2. vbi dicit quòd si ex statuto vulneratus potest assu
mere moderatam vindictam de vulnerāte, prout Florentiæ, non
licebit hanc vindictam demādare alteri. ar. l. cum fundum. §. quæ
situm. ff. de vi, & vi armat. Scias tamē q in materia odiosa & pœ
nali interdum appellatione delinquentis comprehēduntur mā
dantes. tex. est in l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. Sed ad quę
stionem hic positam per Abb. vide tex. & ibi no. dicit tñ *Abb.* cir
ca princ. in c. 2. de cle. pug. in duel. & de quæst. posita. vide per *Io.*
de Imol. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de li. & posthum. vbi
allegat quædam bona, & dicit quod de hoc habetur per Bar. in
l. si quis pro emptore. & ista sunt notabilia ad multa. de vsucap.
& vide de hoc per *Imo.* in cle. si qs suadē. c. de pœnis. & cū illo. d.
Paul. de Cast. in d. §. transgrediamur. de statuto permittente vindi
cā, &c. vt ☞ cordant Bal. in l. accusationis. C. quod met-causa. &
in c

nonvēdicat sibi locum in casu ficto. & interpretatio l. 3. §. hæcver
ba & qd ibi no. ff. de neg gest. & bo. tex. cum ibi not. in c. in no-
stras. §. de iniur. & qd no. *Io. And.* in reg. præsumitur. de reg. iur. li.
13 6. in mercu † In contrarium facit, quia statuta debent interpreta
ri secundum ius cōe. vt in c. cum dilectus de consue. no. Inn. in c.
causam quæ. §. de rescri. & *Bar.* in l. oēs populi. ff. de iustit. & iur. Sed
de iure cōi mandans includitur sub dispositione afficiente faciē
tem, vt ☞. dixi. ergo idem in dispositione statuti, maximè cum sta
tuta sint pars iuris ciuilis, qñ fiunt à populo. vt l. omnes populi.
præal. & j. dist. ius ciuile. Et per hāc rōnem vltimam tenuit Cyn.
in d. l. nō ideo minus. quod includatur mandator secundum Bar.
licet nó apertè, tacitè tñ sentit oppositum in d. l. sed si vnus. & l.
solum. eo. tit. pro hoc optimè facit qđ ipse no. in l. j. ff. de sica. vbi
14 dicit, † quòd statutum puniens delictum non habet locum, nisi
a delictum fuerit consummatum, licet in dispositione iuris delī-
ctum principiatum habeatur pro cōsummato, vt in l. si quis nō
dicam rapere. C. de sac. sanc. ecclesiis. Canonizata de pœnit
dist. j. cap. si quis. & in c. j. de eo, qui mit. in pos. & qđ ibi plenè no.
sed Bal. fatius attingit hanc materiam in repet. d. l. oēs populi. Et
breuiter conclude post eum, q statutum indulget, vt quia dicit
homicidę remittatur certa pars pœnæ, & tunc comprehendatur
mandator, & quia cessat odium, & fauor est ampliandus, vt in
reg. odia. de regu. iur. li. 6. aut statutum punit, & tūcaut prouidet
de pœna irregulari, vt quia mu'tū exorbitat à dispositione iuris,
& tunc non includitur mandator. habebit ergo locum tantum
in casu suo, pro hoc optimè facit tex. in simili. ca. statutum. de cle.
li. 6. & in c. cum in cunctis. de elec. iuncto ca. si compromissarius.
eo. tit. li. 6. facit quod no. Ioan. And. in reg. odia. in mertur. Aut
statutum prouidet de pœna regulari, vt qui non multùm exorbi
tat à dispositione iuris, vel pone aliud exemplum quotidianum,
vbi pœna iure expressa non est, statutum ponit pœnam, & loqui
tur de facientē. & tunc includetur mandator, quia hoc statutum,
non est exorbitans. Idèò recipit interpretationem sicut ius com
15 mune. † Et hoc in simili senserunt Doc. antiqui in l. quicunque.
C. de ser. fugi. in illa q. nunquid in statuto masculinum compre
b hendat fœmininum. d, sicut in dispensatione iuris communis. Et
communiter dicitur ibi per legistas, quòd vbi statutum continet
odium rationabile femininum comprehenditur sub masculino
ex interpretatione, & nō ex propria significatione verborum, de
quo plenè per Bar. in l. j. ff. de verb. sig. per *Archidiaconum* in ca.
si quis suadente. xvii. q. 4. ad omnia prędicta adde gl. sing. in cle. j.
c de vita. & hone. cler. quę dicit quòd vbi dispositio iuris punit
quem facientem personaliter, tunc faciens per alium, non tene
tur illa pœna, licet peccet, secus vbi non adderetur illud verbum
personaliter, &c.

ADDITIONES.

§ ☞ in c. j. §. si quis vero. el. j. ver. & hoc facit ad cōnem. de pa. iur. fir.
per gl. in d. l. cum fundum. & per tex. ad hoc elegantem in l. ser-
uus si hæredi. ff. de statu liberis. licet aliter dixerit Bald. in l. Grac
chus. C. de adult. & adde oīno hic Bal. in c. vnico §. si quis decес-
serit. si de feu. fue ☞ trouer. vbi de hoc articulo dat singulare, &
& nouum intellectū ad illud c. mulieres. per Canonistas nó cogi
tatō. & inter cætera dicit q qñ dr q faciat per se. non verificatur
vnq in illo, qui facit per alīū, & allegat. l. si ita fuerit. ff. de manumiss.
test. & idē dicit, si diceret persona pr. in cle. j. de vi, & ho. cle. Et de
cōne hic posita per do. *Ab.* vide per Bar. in l. non solū. § si manda
to. ff. de iniur. Bar. in l. si vt proponitur. de fideiuss. & in l. si qs mihi
bona. § sed qd si mandauit. ff. de acqren. hæred. & in d. l. sed & si
vnius. §. si seruus. ff. de iniur. De ista cō etiā in terminis vide *An.*
post gl. in l. si pr. ff. ne qd in frau. cre. vbi dicit q aut verba statuti
sunt scripta in personam, & tunc nō comprehenditur mandans,
aut nō, & secus. cum quo ad hāc concordat *Bal.* in §. interdum.
col. 2. in ver. qđ facit ad statutum. Instit. de obli. quæ ex del. Et de
illa q. vide per Cy. & *Bald.* & alios in l. non ideò minus. C. de accu.
& ibi omnino per Sal. & *Bal.* in l. si per alium. ff. ne quis eum, qui
in ius vo. vi exi. per Bal. & *Ang.* in l. j. §. si procurator. ff. quod quis
que iur. & per Bar. in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. libr. xj.
Bar. in l. j. C. de ser. fug. & l. Gallus. § si is. de li. & posthu. & in l. j. §.
ne autē. de caducis toll. & in c. j. §. iniuria. in fi. versiculo quæro
statuto cauetur. de pa. iur. fir. & in extrauag. de pace Cōstan. Ioan.
de Imol. post Ang. in l. si quis seruum. §. prætor ait. ff. de acquir.
hære. Et vide omnino qā no. in hac lectu. in c. sicut dignum. Item
adde qđ illam gl. in d. l. cum fundum. allegat pro sing. Bar. in c. fi.
de calumnia. Et q in dispositione pœnali appellatione facientis
contingitur mandans, seu per alium faciens. est tex. in l. furtum. §.
sine autem. ff. arborum fur. cæsa. vide omnino Bal. in c. decæterō.
in versiculo sed pone circa gladij &c. de re iud. vbi alleg. pro sin
gulari Bal. in dicto cap. fin. & d. l. cum fundum. §. quæsitum. Item
quod vindicta de morte hominis alicui permissa nō possit alij de
legari, firmat Bal. in d. c. ad nostram. circa medium. de prob. & alle.
ibi gl. in d. l. cum fundum. quam dicit nó esse alibi, sed in ☞ rium fa
cit gl. in l. 1. C. vbi quis decur. quæ vult, q quemadmodum credi
tor accipere potest per se debitorem fugientē. vt l. ait prætor. §. ti
debitore. ff. quæ in fraud. cred eod modo capere potest per subdi
tum. pro quo bene facit tex. & quod no. ibi Bar. & Ang. in l. vsufru
ctuarius. ff. de no. ope. nunt.

a ¶ Delictum fuerit. *Hoc* dictum refert etiam Abb. in c. inter solici-
tudines. de purg. canoni. & vide omnino quæ ibi notaui, quæ om
nia adducas ad hoc propositū de quodam processu habito ꝓtra
quendam, qui mandauit cuidam alium occidere: qui factum non
consummauit, vide per *Ang.* in cōs. 14. & adde hic quod late scri
bit Dom. in c. sciant cuncti. de elec. lib. 6. Item mater am istam de
mandante committi delictum, vide latissimè per Sal. in l. nō ideo
minus. C. de acc. vbi ponit quā plurimas quæstiones in materia.
Item vide Inn. in c. ad audiendum. de homi. & q ibi post eum la-
tè notaui. & dicit tex. in d. l. non ideo minus. C. de accu. & in l. nō
solū. § si mādato. §. māda. q si mādat alicui aliquod delictū, nō to
lum tenetur mandans sed etiam mandatarius, quia ad hoc non
obligatur, licet suscepisset mandatum. vt l. si remunerādi. §. rei tur
pis. ff. mand. & §. is quoque. Iusti. mandati, sed contra hoc est text.
vrgentissimus. in l. 3. §. procu. ff. quod quisque iur. vbi dī q man-
dans solummodo tenetur non procurator. Sed solue q aut mā
datur aliquid, quod propriè est delictum, sed non habet effectum
de iure, & tunc loquitur. l. ideò minus. cum concor. Aut committi
tur aliquid, quod non est propriè delictum sed fortitur effectum
de iure, licet ex ea sequatur pœna: & tunc propriè loquitur text.
in d. l. 3. §. si procurator. Et ad hoc vide Bal. in l. 1. C. de sen. & in d.
l. non ideò minus. in 8. q & Bart. in d. l. sed & si vnius. §. si seruus. ff.
de iniu. & ibi vide *Ang.* qui tenet ☞ Bar. & dicit Ang. in d. §. si pro
curator. quod per illum tex. modo quo ☞ dixi loquitur d. l. non i-
deò minus. cum concordantiis.

b ¶ Fœminiū. de isto. art. *Ias.* in l. si idem cum eodē. ver. quarto præ
dicta regula. ff. de iurisdi. om. iud. vbi latè attingit quando mas-
culinum concipiat fœmininum. Seba. Sapi.

c ¶ Dispositio. Vide super hoc vltimo quod latè scripsi post d. Ab.
in d. cle. j. de vita & honest. cle. super illa gl. in verbo personaliter.
de Bellentz.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum quantuncunque occultè, requirit absolutionem a papa.*
2 *Delictum etiam occultum afficit delinquentem.*
3 *Absolutio ab excommunicatione, etiam in foro animæ non datur, nisi læso sa
tisfacto.*
4 *Absolutio ab excommunicatione non petitur per procuratorem nō habentem
speciale mandatum.*

CAP. VII.

1 PORRO. † Excōicatus pro iniectione manuum in clericum,
licet occultus absoluitur per solum papam. h. d. Casus litera-
lis. Si aliqui violentas manus iniiciunt in fratres suos, & pœniten
tia ducti non conuicti, sed priuatim postulant veniā: quia fortè
occulta fuit offensa monendi sunt, vt satisfaciant læsis, & pro ab
solutione apostolico conspectui se præsentent, sine quo absolui
non possunt. B. No. 1. ex tex. q percutiens clericū quantūcunque
occultè, incidit in excōicatiōē, & tenetur pro absolutione ire ad
2 sedem apostolicam. † Et ex hoc no. infero primo q dispositio iu
a ris a afficit delinquentem quantuncunque occultè, pro hoc vide
bonum tex. in cle. 1. de hæret. optimè probatur hic iuncto c. si qs
suadente. 17. q. 4. Secundò infero ex prædictis, & ex tex. q absolu
tio à sententia, excōicationis semper reseruari debet superiori, si
cut iura disponunt, etiam si petatur in foro animę, sic ergo absō
lutio ab excommunicatione fori pœnitentialis, vel contentio-
si regulariter non licet simplici sacerdoti, pro quo vide bonā gl.
in c. 2. de pœ. & remiss. lib. 6. ad quod pauci sacerdotes aduertunt.
3 † Secundò no. q absolutio in foro animę debet indulgeri, nisi cū
onere, vt satisfaciat læso, & si non satisfacit incidit in eandem ex
4 cōicationē, de quo vide bonum tex. in c. eos. §. 1. eo. ti. lib. 6. † Ter-
tiò not. ibi sine speciali mandato, & q q ad absoluendum excom
municatum pro iniectione manuum in clericum requiritur spe
ciale mandatum, quod intellige, nisi veniat accessorię ad man
datum: de quo in capitul. prudentiam. de offic. delegat. ¶ In
gl. j.

ADDITIO.

a ¶ Dispositio iuris. Ad hæc istum tex. cū multis aliis alle. gl. in cle.
1. in ver. eo ipso. de hæreti. Sebastia. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gli. vel intelligẽ tex. de confraternitate generali qua ad invicem astringũtur omnes catholici: maximè clerici inter se. pro hoc facit c. Ioan. in prin. ℣. de regulari. nam omnes Christiani possunt appellari fratres, quia effecti sunt filij Dei per regenerationem factam in baptismate. vt in c. ad mensuram. 11. q. 3. quod tene mẽti.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati non sunt vitandi à domesticis domus, secus ab aliis priuilegiatis etiam priuilegio papæ facto sine causa.*
Papa est supra ius, & potest sine causa contra ius dispensare, & etiam in totũ tollere, nisi ex hoc decoloraretur vniuersus status ecclesiæ. & nu. 4.
2 *Papa an possit tollere dispositionem canonis si quis suadente.*
3 *Excommunicatus tenetur vitare alium excommunicatum.*
4 *Papa participans cum excommunicato non incurrit excommunicationem.*

CAP. VIII.

NVLLI. Etiam priuilegiati tenentur vitare excõicatũ, & pro iniectione manuum in clericum excõicati sunt. h. d. Casus literalis. Aliqui sunt priuilegiati, quæritur an per priuilegium suũ excusantur quominus excõicatos vitare debeãt, & si clericos læserint, sicut excõicati debent vitari: respondet Papa ꝙ prætextu priuilegij non excusantur, quominus excõicatos vitare teneantur. B.
b satisfactionē non ingeritur vulneratio. bnam nemo est dominus membrorū suorum. vt le. liber homo. ff. ad legem Aquili. & hoc patet in clerico. Sed potest intelligi quando pro satisfactione leuiter possit castigari, alias autem non valeret consuetudo. quod
3 etiā tenet Bar. in l. j. ſ. vsque adeo. ff. de iniur. & alleg. hoc c. ¶ † Secūdò not. q ad incurrendū excommunicationē canonis si quis suadente. sufficit iniuriosa manus absque violentia. pro hoc cap.
4 super. ſ. eo. ¶ † Tertiò no. q vbi priuilegium est indultū principaliter in fauorem collegij seu in fauorem publicum licet communiter concernat fauorē priuatarū personarū, non potest priuata persona illi priuilegio renuntiare. concor. c. si diligēti. de foro cōpe. secus dic. vbi priuilegiū principaliter concernit fauorē priuatarum personarū, sed in consequentiā fauorem publicum, vt in c. dilecti. de foro competenti. vbi bonus tex. in ea. si contingat. &
5 quod ibi not. de iureiur. ¶ † Quartò not. q percutiens clericum etiam volentem ex quo non facit iocosè, sed animo vlciscendi & sæuiendi non euitat excommunicationem, quia clericus con
6 fentire nō potest cum iniuria fiat toti collegio clericali. ¶ † Ex
c quo infertur q clericus percutiens etiam seipsum incidit in excommuni

ADDITIONES.

a ¶ Contingit. Adde hic omnino quod not. Bal. Inſt. de iniur. in fin. & Bar. in l. j. ſ. vsque adeò. ff. de iniur. & Ang. in l. quamuis. ff. de in ius vocan. vbi ponit an quis possit percutere me volentem.
b ¶ Vulneratio. Et ideò dicit S. Thom. in 2-2. q. 65. artic. j. q priuata persona etiam mihi volēti non pōt abscindere membrū sanum.
c ¶ Clericus. Vtrum clericus percutiens seipsum sit excommunicatus. de hoc vide Dominic. in c. de vita & ho. cle. lib. 6. Et q sit excōmunicatus tenet Inno. in l. ſi vero. ſ. de viro. ff. soluto matri. Et facit q not. Bar. in l. j. ſ. vsque adeo. ff. de iureiur. in le. qui rei. ſ. si quis autē. ff. de bo. co. qui ante sen. sibi mor. consci. Sed q nō sit excommunicatus, facit tex. in l. sed si damnum. ſ. fi ipse seruus. ff.

Universidad de Deusto Biblioteca

communicationem ex quo hoc facit iratо animo sicut sæpe faciunt illi qui tedio vitæ vel alia concupiscentia ducti seipsos interficiunt seu vulnerant. q̃ communiter tenetur hic per Doct. & facit text. in c. si non licet. 33. qõ. 5. & ita etiam de iure ciuili punitur ille, qui seipsum vulnerat. vt not. in d. §. vsque. ¶ † Item nota ibi, excommunicetur. q̃ clericus sponte patiens verbera non est excommunicatus ipso facto sed excommunicandus. Sed contra hoc opp. nam cõmunicans criminoso in crimine propter quod incurrit excommunicationem est excommunicatus ipso facto. vt no. in c. nuper. §. eo. Sed iste clericus cõmunicat isti percutienti eum in hoc crimine damnato, ergo incurrit eãdem excommunicationem cum ipso. Multipliciter soluitur per *Io. Andr.* Et primò q̃ iste potest excusari ratione consuetudinis, & quod fiebat ratione satisfactionis, & non, vt communicaret in crimine. Secundò ad incurrendam illam excommunicationem ratione participij, requiritur quòd quis communicet excommunicato in crimine, sed ante percussionem non est adhuc percutiens excommunicatus, ergo non communicat excommunicato, quãquam ergo mandans, vel cooperans ante factum incurrat excommunicationem ipso facto, vt in c. mulieres. §. eo. hoc non contingit ratione participij, sed ligatur tanquam principalis. Et facit hæc ratio pro his quæ dixi in c. nuper. §. eo. & pro hoc gloss. in clem. vnica. de consangui. & affi. in ver. moniales. Ista tñ sol. potest impugnari secundũ eum, & bene potest post primam percussionẽ si inferatur secunda. nam post primam incidit in excommunicationem, ergo in secunda communicauit excommunicato in crimine. ¶ † Et an tot excommunicationes incurrat percutiens, quot fuerunt verbera. vide per Io. And. in regula, delictũ. de regu. iur. li. 6. in Merc. vbi cõcludit q̃ nõ, quia habentur pro vno facto, ex quo vno impetu inferuntur, a& probat c. si quis suadente. 17. q. 4. quod tamẽ limita prout ipse ibi no. & elegantissimè no. Bar. in l. nunquam. ff. de priuatis delictis & si nos teneremus q̃ incurrant excommunicationes habito respectu ad omnes percussiones eodem impetu inflictas, tunc non diceretur iste communicare excommunicato, nisi post factum complerum. Vltima solu. est q̃ aliud est participare cum excõmunicato in crimine aliud submittere se misericordiæ alicuius cum possit cogitare illum remissurum cum debeat quis facile parcere prostratis. ¶ † In gl. j. ibi, iniuria ista dicitur fieri ecclesiæ. Not. bene gl. ex hoc enim sentit ecclesiam posse agere actione iniuriarum pro iniuria illata clerico. quod etiam expressius tenet glo. in c. parochianos. §. eod. quod etiam sequuntur quidam hic, vt refert *Inno.* sed refert ipse alios tenere contrarium. & videtur plus sibi placere, vt nisi fiat iniuria clerico in odium ecclesiæ quòd non possit agere ecclesia actione iniuriarum, sicut quando iniuria fit liberæ personæ nobis seruienti. non enim possumus agere actione iniuriarum, nisi fit ad iniuriam nostram. vt in l. item apud Labeonem. §. pen. ff. de iniu. & hanc opin. tenet Barto. in l. j §. vsque. ff. eod. Fatetur tamen *Inn.* ecclesiam posse agere ad satisfactionem actionibus publicis, seu authoritate canonis. vt 2. q. j. in primis. 17 q. 4. in ca. si contumax. & in ca. quisquis. sed Host dicit non curandum de istis subtilitatibus Inn. satis enim est ecclesiam posse agere nec curandũ de nomine actionis. §. de iudic. c. dilecti. ¶ † Sed dic melius q̃ in veritate etiam est differentia inter vnum modum agendi & aliũ, nam si potest ecclesia agere actione iniuriarum, tunc potest agere ciuiliter & lucrari pecuniam in satisfactionem iniuriæ, secus autem vbi ageret actione publica, puta criminaliter, quia tunc pœna applicaretur fisco. insti. de iniur. §. in summa. Sed mihi placet opi. vt ecclesia possit agere actione iniuriarum, sicut agit maritus pro iniuria illata vxori, & pro iniuria illata filio agit pater. nam propter nimiam coniunctionem quæ est inter clericum, & ecclesiam iniuria non potest fieri clerico quominus tangat ecclesiã, sicut dicitur in iniuria illata vxori, vel filio. l. j. in fi. & le. eum qui nocentem. in fin. ff. de iniur. pro hoc tex. hic in duplici loco, primò ibi tamen iniuriosa videtur, &c. & ibi, sine iniuria clericali, &c. quæ verba clarè innuunt q̃ iniuria infertur ecclesiæ licet iniurians non faciat in odium ecclesiæ. nam hic iste faciebat pro satisfactione iniuriæ. & non in odium ecclesiæ. Ad idem bonus text. in c. si §. de pœnis. vbi episcopus egit ciuiliter pro presbytero interfecto. & medietas pœnæ applicatur ecclesiæ cui præfuit defunctus. alia medietas applicatur episcopo. secundum vnã lect. ad idem facit tex. in c. cum desideres. in fi. & quod ibi dixi. §. eod.

11 ¶ † In eadem gloss. ibi, non est in bonis nostris, intellige quò ad transmissionem in hæredem, qui a actio iniuriarũ non transmittitur in hæredem ante litem contest. vt in l. iniuriarum. alle. in gl. quasi ex hoc velit arguere gl. q̃ episcopus remittendo iniuriam non videtur alienare bona ecclesiæ. sed glo. j. tenet contrarium concludendo q̃ solus episcopus non possit remittere actionem iniuriarum competentem ecclesiæ. quod not. idẽ doct. hic. & gl. 23. q. 4. in c. si is qui. & eadẽ causa. q. 5. in ca. excõmunicatorum. In c contrarium tamen facit c quod no. Fede. consil. 9. vbi dicit solum d episcopum d posse repudiare legatum, vel hæreditatem delatam ecclesiæ sine alia solennitate, quia non dicitur ex hoc alienare sed non acquirere. pro hoc l. magis. in §. si fundus ff. de rebus eorum. & gl. 16. q. 6. in ca. illud. §. fi. Sed volens cõcordare hæc dicta posset dicere q̃ aliud sit in repudiatione legati, seu hæreditatis, quia illa posset obesse propter grauamina annexa, & ideò hoc posset episcopus solus propter administrationem, quam habet. arg. insti. de aut. tut. in §. tutor. *Aliud* in remissione actionis iniuriæ, quia remittendo incontinenti facit conditionem ecclesiæ de

12 teriorẽ. arg. in c. si is qui. 23. q. 4. ¶ † In gl. in vers. ordinati. ibi si sit clericus coniugatus. Conclude sic totam glos. q̃ clericus nõ coniugatus in quocunque ordine constitutus gaudet hoc priuilegio canonis, si quis suadente. dummodo non immisceat se enormitatibus, vel sit priuatus priuilegio clericali propter trinã monitionẽ. vt in c. cũ nõ ab homine. & in c. in audientia. §. eo. pro hoc c. si quis suadente. præall. & c. §. eo. Si verò est coniugatus, & tunc aut incedit in habitu, & tonsura, & gaudet hoc priuilegio. alias secus, vt est expressum hodie in c. vnico de cleri. coniuga. li. 6. hoc verum, nisi sit bigamus. quia in nullo gaudet priuilegio

c ecclesiastico. vt in ca. vnico de biga. lib. 6. Si verò clericus est depositus, e & tunc aut est degradatus actualiter, & perdit hoc priuilegium, & omne aliud ecclesiasticum. vt in ca. degradatio. de pœn. lib. 6. in fin. & quod ibi no. Aut est depositus verbaliter. & si est incorrigibilis perdit omne priuilegium, vt in c. cum non ab homine. §. de iudici. Si verò est corrigibilis gaudet hoc priuilegio. arg. in c. degradatio, in fi. de pœn. lib. 6. quia per degradationem actualem exuitur omni priuilegio. ergo prius non perdidit. aut clericus est hæreticus, & perdit omne priuilegium, hoc tenet Inno. in ca. si verò. supra eo. pro hoc quia hæreticus perdit omne priuilegium, vt in c. excõmunicamus. §. de hæret. Aut est excommunicatus, & communiter tenetur q̃ gaudet hoc priuilegio, quod etiam voluit *Inno.* in d. c. si vere. & glo. 17. q. 4. in c. si quis deinceps. & 23. q. 5. c. excommunicatorum. & per *Ioã. And.* in regula, delictum, libro sexto, in mercõ. nam hoc priuilegium competit nõ fauore proprio, sed ordinis clericalis, hoc probatur aperte in

ADDITIONES.

❋ de pecu. vbi tex. dicit licet ẽt seruis naturaliter in corpus suum fæuire. & q̃ clericus percutiẽs seipsum sit excõicatus. in terminis tener Domi. in c. si quis ascẽderit. in 2. notabili. 55. dist. & in ca. qui partẽ. in 4. no. ea. dist. & dicit q̃ de hoc ponit Arch. in c. si nõ licet. 23. q. 5. & Io. And. in c. j. de vita, & hone. cleri. lib. 6. Sed ad tex. in l. sed si damnũ. rñde vt per Ant. in c. ex parte. el 2. de corpore vitiatis. Itẽ ad prædicta optimè facit qd̃ not. Io. And. in additio. *Spec.* tit. de pœnis. §. j. in prin. ver. sed quæro. vbi ponit de statuto imponẽte pœnam percutiẽti, vt habeat locum in percutiẽte seipsum, & ibi Io. *And.* refert Richar. Malũ, dicere se vidisse istam quæstionem de facto Paduę in quodam doctore qui seipsum interfecit, & fuit punitus pœna statuti, qd̃ ipse credit malè factũ. Et ppè adducit *Bal.* in l. j. ad fi. C. de ser. fugitiuis. q̃ licet statutũ permittat bannitum impunè occidi, tñ nõ licebat bannito seipsum occidere. Statutũ. qd̃ loquitur de faciente sanguinẽ alicui in palatio, nõ habet locũ in chirurgo phlebotomãte, quia extraxit sanguinẽ volẽti ex legitima cã, ſm Iac. Gul. & *Ang.* in l. quãuis. ff. de in ius vocã. & idẽ dicit Bar. in l. nõ dubiũ. in 3. col. C. de legib. & in l. nunq̃ C. de agricolis, & cẽsitis lib. xj. & in l. omnes populi. in 3. q. prin. & ibi etiã Bal. de iusti. & iure. & Bal in l. decuriones. in gl. C. de infamib. & in l. Gracchus. per illũ textum. C. de adulter. & in auth. ingressi. in 2. col. C. de sacrosan. ecclesijs. & Io. de Ligna. in repe. c. cũ statut. de constit. in 6. prin. quæsito in 3. opp. Et ad hoc optima gl. in c. vnico. in verbo sanguinis. in prin. de consec. eccle. vel altar. libro 6. de Bellentz.

a ¶ Inferũtur. Vide ad hæc quæ no. Ias. in l. cum qui. §. in popularib. versi. nunquid autem delicta. ff. de iureiur. Seba. Sapia.

b ¶ Eccl'am. Vtrũ ec. Pa agere possit actione iniuriarũ p iniuria facta clerico, vel eã remittere. j. & vide qd̃ scripsi. §. e. parochianos.

c ¶ Facit. Licet solus eps possit repudiare legatũ, vel hæreditatem delatam ecclesiæ nõ potest tamen sine capitulo remittere iniuriam factam ecclesiæ. Et de hoc vltimo vide Bal. in c. j. in princ. in vsib. feud. quæ feuda poss. vbi dicit quod solus prælatus potest remittere propriam iniuriam, sed communẽ nõ põt sine capitulo.

d ¶ Episcopum. Adde an. legatum factum ecclesiæ prælatus repudiare possit, vide *Lud. Roma.* cons. 82. Per. de *Anc.* cons. 167.

d ¶ Solum episcopum. Vide *Ias.* in l. si cõstante. ff. solut. matri. & in l. j. C. de pact. Sebast. Sapia.

e ¶ Depositus. Vide qd̃ hic plenissimè scripsi post glossam de hoc de Bellentz.

aperte in c. j. & c. de monialibus. §. eo. vbi si duo clerici, vel moniales percutiunt se ad nuicem incidunt in excommunicationem: & tamen percutiens secundò percussit excommunicatum: quia ille primo verberauerat, & nihilominus incidit in excommunicationem. *Abbas.*

SVMMARIVM.

1 *Infideles sunt incapaces excommunicationis.*
Infidelis percutiens clericum non est excommunicatus, sed aliter punitur.
2 *Seruus non debet obedire domino contra præcepta ecclesiæ.*

CAP. XXXVII.

RELATVM. Seruus excõmunicatus pro iniectione manuũ in clericum, tenetur pro absolutione ire ad sedem apostolicã. Sed si ex hoc dominus qui non fuit in culpa graue damnum patiatur, vel seruus hoc fecit in eius fraudẽ, absolui potest ab epũco postquam læsio non fuit enormis. h. d. Communis diuisio. secũda ibi: quo circa. ¶ Casus literalis. Serui propter iniectionem manuum in clericos in excommunicationem incidunt. Domini sui allegant q̃ nolunt carere seruis suis, & ita non curant venire ad sedẽ apostolicam absoluẽdi eludentes canonicam disciplinam: signi ficatũ est hoc domino papæ. Vnde mandat archiepiscopo Lugdunensi quatenus compellet eos venire ad sedem apost. absoluendos cum potius Deo, quã homini sit deferendum: nisi serui illi hoc faciant in fraudem, vt se subtrahant ab obsequio dominorum, aut ipsi domini propter eorum absentiam grauiter lędentur sine culpa sua, & tũc in vtroque casu ab ipso archiepiscopo ex indulgentia papæ poterunt absolui, & in recompensationem laboris, alias eis satisfactio iniungatur dũmodo non sittã enormis excessus. vt pp vitandum scandalum, & tollendum exẽplum huiusmodi serui ad seruum seruorum Dei venire debeant

1 absoluendi. Ber. † Not. j. ex tex. q̃ etiam serui sunt capaces excõicationis, & q̃ quantumcunque eorum velle dependeat à voluntate domini. nihilominus ratione peccati possunt astringi per ecclesiam, & intellige hoc in seruis christianis, nam si essent infideles non essent capaces excõicationis. vt in c. gaudemus. de diuor. sed tunc aliter compelluntur clericis satisfacere, vt in c. postulasti. de Iudæ. Et ex hoc & ex tex. not. q̃ sicut liberi laici sortiuntur forum ecclesiæ ratione delicti ecclesiastici, ita & serui. Item not. q̃ vbi iniuria illata per seruum est enormis nullo casu potest absolui ab inferiori à papa: pro mediocri ergo iniuria potest seruus

2 absolui ab epõ in casib. hic expressis. † Not. ibi, cum plus sit Deo quàm homini deferendum, &c. ar. q̃ seruus non tenetur obedire dño contra præcepta ecclesiæ seu Dei, & q̃ magis debet obedire canonib. in concernentib. peccatum quàm ipsi domino, pro hoc 11. q. 3. c. Iulianus. & c. si dominus. Vltimò potest colligi q̃ quando pp aliquam causam excusatur quis ab itineratione ad papã: tunc inferior absoluens debet in recõpenfationem laboris, quẽ subijffet in itinere aliã satisfactionẽ iniungere. In gl. inver. in vtro libet. ibi, sed nõ credo. & hoc communiter tenetur, quia ex ꝓria opinione nimis detraheretur canoni, si quis suadente. nam & si hoc casu priuetur mulier viro suo sine culpa sua, non tamen sine causa, vt lit. non contest. c. quoniam. in §. finautem. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicare an quis hodie indistinctè aliquem cum omnib. fautoribus, & participibus suis possit.*

CAP. XXXVIII.

SACRIS. Excommunicatus pp participationem cum excõicato licet cum postea impugnet, ex hoc pro solo pro absoluto non est habendus. h. d. Casus literalis. *Aliqui* sunt excõicati cũ omnib. fautorib. & participib. suis, aliquis spõte communicauit talib. tandem ad corrediens de mandato ecclesiæ illos excõicatos, quos prius fouerat expugnauit, an iste debeat haberi absolutus. Rñdet papa q̃ non est habendus absolutus, nisi gratiam absolutionis perceperit, & si succumbat in huiusmodi bello, nõ sunt oblationes huiusmodi recipiendæ pro illo nec oblationes Deo porrigendæ, nisi cũ de ipsius viuentis pœnitentia per euidentia signa constiterit, nisi fuerit absolutus ſm tenorem constitutionis

1 ipsius Inn. ber. † No. j. ex tex. q̃ quandoque quis excõicatur cum omnibus fautoribus, & participibus suis. Sed an hæc forma indistinctè possit hodie seruari, dic vt in d. c. statuimus. eo. ti. libr. 6. & vide quod dixi in c. quod in dubijs. §. eo. Secundò no. q̃ excõmunicatus licitè pugnat in bello iusto. Tertiò no. ibi, de mandato ecclesiæ, &c. quòd ecclesia potest indicere bellum, & pugnam contra excommunicatos, & inobedientes facit 23. qu. 8. in c. igitur. & c. omni timore. ¶ Quartò no. q̃ pro decedente in excommunicatione, non sunt recipiendæ oblationes, nec orãdum est. de quo vide quod dixi in c. à nobis. §. eo. Sed opp. contra literam ex quo enim iste expugnat illos excommunicatos satis apparebat de contritione istius. maximè. cum hoc fecerit de mandato ecclesiæ. ergo non oportet q̃ cõstet de contritione per alia signa, cuius cõtrarium innuit tex. in fi. Sol. possibile est q̃ ex aliqua causa intrinseca, & non propter cõtritionem illos expugnabat. ideo oportet quòd aliter constet de contritione ipsius. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non præsumitur absolutus nisi probetur.* 2.
3 *Literæ alicuius faciunt fidem in pertinentibus ad officium mittentis illas.*
4 *Confitenti creditur in foro pœnitentiali sed non in foro iudiciali.*
5 *Cardinali asserenti aliquid in præiudicium tertij non creditur.*
Cardinali asserenti rem sibi commissam viuæ vocis oraculo, an credatur.

CAP. XXXIX.

1 SICVT NOBIS. † Excõmunicatus si dicit se absolutum, nõ creditur nisi probet. h. d. vel sic. Semel excommunicatus debet vitari semper. vt excommunicatus, nisi legitimè probet se fuisse absolutum. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio. ibi, fraternitati. ¶ Casus literalis. Aliqui excommunicãtur à suo iudice, illi accedunt ad curiam dñi papæ, redeuntes dicũr se absolutos nec ostendũt literas suæ absolutionis. Quæ fuit episcopus. *Afuntiñ.* vtrum debeat illos habere pro absolutis. Respond. pa. q̃ nisi super absolutione sua literas apostolicas, vel illius cui vices suas in hac parte committit reportauerint: aut alio modo legitimè cõstiterit de absolutione ipsorum tãquam excõ

2 municatos sicut prius faciat cuitari. Ber. ¶ † Not. j. ex tex. q̃ semel excõmunicatus semper præsumitur excõmunicatus nisi de ab

a solutione doceat, ad hoc regula semel malus. ade reg. iur. lib. 6. & quod not. ibi bonus tex. ĩ c. proposuit. de cle. excõmuni. ¶ Secundò no. q̃ absolutio ab excõicatione est *p* banda p testes, vel alio mõ legitimo, & ideo obtinẽs absolutionẽ sit cautus, vt in futurũ possit probare absolutionẽ, & vide quod dixi in d. ca. proposuit. ¶ Vltimò not. quod ad officium episcopi pertinet excommunicatum facere vitari. Sed quæro quis est iste cui papa in hoc committit vices suas, Docto dicunt posse tex. intelligi in pœnitentia-

3 rio papæ. † Et ex hoc tex. not. Abb. q̃ literæ pœnitentiarij faciunt fidem in pertinentibus ad officium sum. q̃ tene menti.

4 ¶ † In gl. j. in fi. glo. aperte non respondet ad contrariũ, sed dic q̃ loquitur in foro animæ, vbi creditur confitenti. quia ibi non tractatur nisi de præiudicio suo. vt in ca. significasti. & q̃ ibi not. §. de homi. Sed secus in foro iudiciali vbi tractatur de præiudicio alio

5 rum. ¶ † In gl. fi. ibi, nobilissimus. vbi creditur cardinali & alij honestissimæ personæ asserenti se legatum. Sed gl. hic respondet q̃ ibi nulli fiebat præiudicium. Et ex hac sol. no. singulariter q̃ non

b creditur cardinali asserenti aliquid in præiudicium alterius. b Et

c ideo. si cardinalis c dicat papam sibi commisisse aliquid oraculo viuæ vocis

ADDITIONES.

a ¶ Semel malus. Aduerte tamen q̃ illa reg. semel malus. nõ procedit. quando quis per trienniũ vixit laudabiliter, vt probat text. in auth. de mona. in prin. & no. Ioan. de Imo. in c. cum deputati. §. de iudiciis. Sebast. Sapia.

b ¶ Præiudicium alterius. Vide multa allegata per Ias. in repe. l. admonendi. versic. adde etiam quod dicit Cardinalis. ff. de iureiur. Sebast. Sapia.

c ¶ Cardinalis. Non statur dicto vnius Cardinalis in præiudicium alterius. Et pro hoc facit tex. in c. licet ex quadam. de test. qui dicit q̃ vni testi nõ creditur etiã si sit præsul. & tex. in c. cũ à nobis. de testibus. qualiscunque fuerit authoritatis. Et papa non posset statuere, q̃ vni crederetur in præiudiciũ alterius. per tex. fin. ca. iudicas. 3. q. 9. quia hic esset cõtra ius diuinũ. In ore duorũ vel triũ, &c. Adde tñ q̃ statur dicto Cardinalis de actis & processu causę corã eo vẽtilatę, si super hoc nulla appareat scriptura. *Illud* singdicit Spe. in tit. de leg. §. sequitur, circa fin. quod refert, & sequitur Anton. in ca. quoniam contra. de proba. & idem tenet etiam ipse Spec. in tit. de teste. §. j. versi. fed quod dixi. Et adde, quod licet regulariter non stetur dicto solius Cardinalis, tñ statur dicto papę de eo q̃ gessit dũ erat Cardinalis. tex. est optimus in c. quęrelam, circa prin. de elect. Ad idẽ est tex. in cle. j. de reli. & ve. sanctorum. versi. intelleximus autem olim. Et adde Bal. in l. iurisiurandi. C. de testi. vbi dicit quod doct. dicũt stari dicto Cardinalis, quod intellige verum in sibi commissis per papã. Et quod dixi §. stari dicto Cardinalis, de actis coram eo factis, tenet Spec. in tit. de teste. §. j. versi. sed quod dixi. Et adde quod creditur dicto solius episcopi deponentis in quæstione quę versatur in foro seculari coram iudice laico. Istud singulariter, & mirabiliter dicit Inno. c. nuper. de testib. dicẽs de hoc lore casum. xj. q. 1. in ca. omnes. Quod dictum dicit Abb. in d. c. nuper. se alibi legisse. Et ad illud, q̃ dixi stari debere dicto papę de eo q̃ gessit dũ erat Cardinalis. *Adde* ad idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

viuæ vocis tendens in præiudicium alterius non crederetur sibi, nisi aliter probaret. de quo vide quod no. in c. quod super his. de fide instr. tene menti istā gl. quæ notabiliter limitat illud c. nobilissimus. & facit l. unica. C. de man. prin. tene menti. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ab episcopo appellans ad archiepiscopum, an & quando debeat ad excommunicantem remitti pro absolutione. & nu. 5. 8. & 10.*
2 *Appellatio ab excommunicatione operatur effectum sententiæ suspensiuum, & alium iurisdictionis deuolutiuum. & nu. 9.*
3 *Excommunicatus dicens excommunicationem nullam auditur etiam ante ab solutionem, si vero dicat iniustam non auditur nisi primò absoluatur, tunc poterit agere de iniustitia. & nu. 4. & 7.*
Excommunicatus iniustè si est negligens petendo absolutionem, ligatur ex cõtemptu quo ad Deum.
5 *Iudex appellationis non habet iurisdictionem in causa principali nisi post iustificatam appellationem. & nu. 10.*
6 *Appellatio notoriè iniusta nõ deuoluit causam ad iudicẽ ad quem. & nu. 10.*
Excommunicatus an & quando possit appellare ab excommunicatione.
7 *Excommunicatio an & quando sit ipso iure nulla. vide hic plenè.*
8 *Sententia etiam iniusta transit in rem iudicatam, ex eo, quia habet præsumptionem iniustitiæ pro se.*
9 *Sententia notoriè iniusta nunquam transit in rem iudicatam.*
Præsumptio cedit notorietati.
Excommunicato asserenti se excommunicatũ post appellationẽ, an credatur.
Absolutio ab excommunicatione non debet fieri nisi citatio illo ad cuius instãtiam est facta excommunicatio, & nisi periculum sit in mora.

CAP. XL.

a 1 PER TVAS. a ¶ † Si excõmunicatus ab episcopo metropolitanum appellat ab eo absolui potest, metropolitanus tũ volens suo suffraganeo deferre, potest illũ sibi remittere absoluendũ, & tenetur etiã remittere qñ ppter manifestum excessum fuit excõmunicatus. & ante absolutionẽ nõ auditur volens ꝓbare se iniustè excõmunicatũ, secus si ꝓbare vult sententiã esse nullã. h. d. vsque ad finẽ. Diuiditur. nã in prima parte ponitur falsa opi. In secunda allegatio pro archiepiscopo. In tertia allegatur contra ipsum. In quarta soluit distinguendo. secũda ibi verũ. tertia ibi in Sardicẽsi. quarta ibi, nos. ¶ Casus literalis. Episcopus. Altisiodorẽ. excõmunicauit, archipræsbyterum suũ archipræsbyter, ad Senonensẽm archiepiscopũ accedens obtulit cautionẽ stãdi iuri petens absolui. archiepiscopus volens episcopo deferre ipsum, monuit, vt eũ absolueret. & quia eũ absoluere noluit archiepiscopus ipsum absoluit, quẽ episcopus nõ habebat absolutũ, dicẽs quod eius absolutio ad archiepiscopũ non pertinebat. vnde archiepiscopus quæsiuit à pa. quid in similibus sit tenendũ. Super hoc respõdet pa. vt clare, & distinctè in litera videre poteris. Ber.

2 b ¶ † Not. j. ex text. quod licet appellatio ab excommunicatione excõmunicationẽ nõ suspẽdat, vt hic & in ca. pastoralis. s. de appel. causam tñ defert ad superiorẽ. appellatio ergo principaliter operatur duos effectus. vnũ sententiæ suspensiuum. aliũ iurisdictionis deuolutiuũ. nã suspẽdi regulariter effectũ sententiæ, vt in c. venientes. de iureiu. & iurisdictionẽ defert superiori, sed cũ appellatur ab excõmunicatione nõ operatur nisi secundũ effectũ, quia iurisdictio defertur superiori. sed primũ nõ operatur per ea quæ plenè no. in d. ca. pastoralis. de app. ex quo infertur ꝓ ab excõmunicatione appellari potest. licet op. falsa posita in princ. ca.

3 haberet contrariũ. ¶ † Secundò not. duas regulas ad quas quotidie allegatur iste tex. Prima ꝓ dicẽs excõmunicationẽ esse nullã auditur licet non petat absolutionẽ purè. vel ad cautelam. Secunda regula ꝓ dicẽs excõmunicationẽ iniustã non auditur volens

c probare eius iniustitiã. enisi ante omnia perat absolutionem. Et hoc, quia excõmunicatio iniusta liget saltẽ quo ad ecclesiã militantẽ. & sic omni casu est impendenda absolutio frustrà expectaretur euẽtus causæ cuius nullus esset effectus, vt in c. cum contingat. de offi. dele. sed qñ proponitur nulla. tũc effectus est maximus quia si probatur nulla, non est necessaria absolutio. Et ex prædictis infertur, ꝓ non solum in duobus casibus hic expressis auditur volẽs probare sententiã nullã, non petita aliqua absolutione, sed etiam in omnibus casibus vbi allegatur nullitas. vnde isti duo casus ponũtur hic gratia exẽpli. nõ ergo restringunt regulã, & eius rationẽ. ad hoc c. j. & quod ibi no. s. ne cle. vel mo. & ꝓ nor. per glo. in l. j. C. de cõ. inde. nã eadẽ est ratio in aliis casibus vbi allegatur nullitas. & hoc senserunt doct. hic & clarius in c. so

4 let. eo. tit. lib. 6 in nouel. ¶ † Tertio no. ꝓ excommunicatus videtur cõtemnere excõmunicationẽ non petendo absolutionẽ quãtumcunque proponat eã iniustã. ad idẽ c. fin. de pœ. & ꝓ ibi dixi

d no. bene tex. quia quotidie allegatur quod contemnẽs d excommunicationẽ iniustã ligatur tunc ex suo contemptu. & intellige ꝓ ligatur quò ad Deũ, quia contemnit claues ecclesiæ. nam per prius erat ligatus quo ad homines. xj. q. 3. ca. j. & ideo excõmunicatus quantũcũque iniustè debet petere, quã citò potest, absolutionem, & litigare postmodum super iniustitia, & si diceres ex quo per prius obtinet absolutionẽ ad quid amplius disputatur de eius iustitia, vel iniustitia? dic, vt dicit gl. fi. in c. cũ cõtingat. de

5 off. dele. ¶ † Quartò not. ꝓ archiepiscopus potest absoluere excõmunicatũ à suffraganeo suo. nec tenetur illũ remittere ad suffraganeũ excõmunicatorẽ nisi velit sibi deferre. & hoc nisi excõmunicatio sit euidenter iusta, quia tunc tenetur necessariò illum

6 remittere. ¶ † Sed cõtra prædicta, & cõtra text. opponitur nã iudex appellationis nõ habet iurisdictionem in principali nisi post iustificationẽ appellationis, vt in c. vt debitus. s. de appellat. ergo archiepiscopus non potest per prius absoluere cum eius iurisdictio nõ sit adhuc fundata super principali. Solutio, quidã intelligũt tanquam archiepiscopus absoluat debet prius præmittere causæ cognitionem super iustitia, & veritate appellationis, sed certe iste tex. videtur innuere ꝓtrariũ cũ dicat ante lit. ingressum, &c. alij aliter dicebãt. Io. And. remittit ad no. in c. venerabilibus. eo. tit. lib. 6. super gl. pen. & ibi videtur velle hãc cõtentionem hodie esse sopitã per illud c. sed clare nõ absoluit. & ideò dic melius ponẽdo tria mẽbra ꝓ aut cõstat, excõmunicationẽ esse notoriè iniustã, & tũc fundata est iurisdictio archiepiscopi. vnde ante oĩa debet absoluere nec debet remittere etiam ex vrbanitate, quia tunc faceret iniuriã excõmunicato. ar. in c. accepta. de appel. aut cõstat excõicationẽ esse iniustã, tunc nõ debet absoluere, sed debet oĩno remittere, quia appellatio notoriè iniusta nõ deuoluit causam, aut est dubiũ de iustitia vel iniustitia, & tunc siue absolutio petatur putè, siue ad cautelam, debet prius archiepiscopus ad quẽ appellauit examinare saltẽ summari è: quia appellatũ fuit ex legitima causa, & anteq̃ constet sibi de veritate causæ poterit hũc absoluere recepta cautione. nã in hoc dubio fundata est eius iurisdictio super appellatione, absolutio aũt venit accessoriè: qa nõ debet remanere ligatus, ex quo omnino absoluendus est. & hoc casu procedit iste tex. hæc videntur probari in d. c. venerabi lib. in §. sanè. & duob. §§. seq. & in fi. illius. c. vide ibi glo. pen. & de

7 hoc aliquid j. super gl. † Sed q̃ hanc literã videtur multa iura militare quæ dicunt excõicatũ posse appellare, & appõnem prose qui quantũcunque iaceat in excõicatione: quia ille qui appellat se defendit aduersus stimulũ sniæ quæ transiret in rẽ indicatã. nisi appellaretur, sed reus quantuncunque excõicatus audiendus est in defensione sua: ergo, &c. hæc probantur in c. intelleximus. de iud. & c. dilecti. & c. dilecto. & c. significauerũt. c. fi. de exce. cũ multis fi. Solutio. Breuiter cõclude ꝓ aut quis appellat ab excõi

e catione, e q̃ dicit iniustam, & sic legitimũ est super iustitia, vel in iustitia excõicationis, & habet locũ iste tex. quia ex quo fatetur se ligatum, licet iniustè, debet ante omnia petere absolutionem præstita cautione, cũ nullus sit effectus huius dilationis. quando que quis excõicatus appellat super alio articulo. & tũc cum nõ fatetur se excommunicatum, non est necesse quòd petat absolutionem

ADDITIONES.

✻ est textus in cle. j. dereliq. & vener. sanct. Et vide oĩno not. per d. Ant. & ꝓ ibi latè addidi. in c. super his. de fin. instru. vbi plene habetur, qñ credat dicto, vel literis Cardinalis. Et ꝓ non debeat dicto eius solius credi facit tex. in l. iurisiurandi. §. vnius. quãtunc ũque præsulis. C. de restib. & tex. in c. ĩ testes §. vnius 4. q. 3. & ad hoc facit gl. fi. ver. quorundã fratrũ in c. cum olim. el j. de priuil. quę dicit ꝓ dictum Cardinalis testis non iurati non plenè probat. & illam gl. ibi appellat sin. Abb. An autem dicto vnius Cardinalis asserentis rem sibi comissam viuæ vocis oraculo, vide Alex. consi. 106. ver. & de omissione. in 2. vol. & d. Petr. Phi. Cor. in cons. 249. inci. videtur in 3. lj. Et an & qñ credatur dicto vnius Cardinalis, vide latissimè d. Fran. de Curte in sua aurea repeti leg. admonendi. in versi. secundus casus. ff. de iureiur. Æneas Falconius.

a ¶ Per tuas. Ad intellectũ huius decretalis vide quod scripsi post d. Abbatem in c. sacro. in prin. s. eo. tit. de Bellentz.

b ¶ Excõicatione. Sententia excõicationis licet non suspendatur per appellationem sequentem habet tñ effectum deuolutiuum. Et idem dicit Abbas j. eo. c. in pen. col. super gl. 2. de Bellentz.

c ¶ Eius iniustitiã. Quid autem si notoriè sit iniusta vide Abb. in c. ab excõicato. de reser. Felinus in c. inter cæteras. ver. octaua declaratio. s. de re iud. & in c. quoniam. ver. fallit tertio. s. de proba. Sebastia. Sapianus.

d ¶ Cõtemnẽs. Vide abb. in c. postulasti. s. de homici. gl. in c. nemo. 11. q. 3. Sebast. Sapia.

e ¶ Excõicatione. Vtrũ excõicatus admittatur ad prosequendã appellationẽ, si prius non petit se absolui ab excõicatione. & vide oĩno d. Ant. in c. significauerũt. in versi. nec doct. de sent. excõ de. s. de excep. Et hoc nota qd limitat elegãs dictũ Calderini in c. ab excõicato. de reser. qd refert, & sequitur Ant. in c. j. de reser. lib. 6

lutionem, imò si opponeretur sibi de excõmunicatione potest ipse replicare quòd de hoc non est disputãdum quia tenet locũ rei, nã alio ꝛpe potuit disputari super nullitate vel iniustitia, tunc

8 enim non impugnatur excommunicatio. † In gl. j. in fi. dic melius, ꝙ aut excõ catio fuit lata per eũm ad instãtiam alterius subditi & non potest archiepus se impedire nisi cã deferatur ad eum per appellationem, qa nõ est iudex subditorũ eũ nisi per appellatio nẽ, vt in c. pastoralis. de of. or. Aut eũs excõicauit ex officio suo, tũc põt archiepus se impedire, ita distinguit text. in c. venerabilib.

9 c. ti. li. 6. in pri. dic vt ibi plenius hñ. † In gl. 2. in fi dic ergo ꝙ quali tercunque allegatio posita in prin intelligatur falsitatem ꝛtinere. nam si intelligitur illa opi. ꝙ excõicatus non potest appellare quia ab ecclesia separatus, hoc falsum est, quia appellãdo tenet locum rei, vt s. dixi. & reo quãtumcunque criminoso excõicato non denegatur copia defensionis, vt in c. cum inter. de exce. Aut intelligatur illa opi. ꝙ non poterit appellare, qa appellatio non suspendit excommunicationẽ. & etiã est falsa, quia licet non operetur hoc casu effectum suspensiuũ, potest tamen operari effectum deuolutiuum, vt hic in d. c. venerabilibus. in gl. 2. in ver. Sar dicẽsi. ibi nisi ĩ duobus casibus dic melius, vt s. dixi ꝙ isti duo casus ponuntur gratia exempli. vnde idem est vbicunque excommunicatio dr nulla, vt audiatur etiam non petens prius absolutionem, quia absolutio non est necessaria vbi excommunicatio est nulla. ad hoc c. ad dissoluendum. de despon. impu. & l. decẽ. ff. de ver. obliga. priuatio enim præsupponit habitum, vt ibi. & sic absolutio præsupponit vinculum, vt in c. venerabilem. de elect.

10 † Et in fi. gl. vide similem gl. in c. si ceps fortè. xj. q. 3. & distingue latius, q̃ hic, vt ibi no. ꝙ aut ab eõ fuit appellatum ad archiepiscopum aut non. Primò casu, aut euidenter constat appellationẽ esse nullam & debet necessario fieri remissio, vt hic in fi. tex. & in d. c. venerabilibus. aut constat appellationem esse iustam, & tunc non debet fieri remissio etiam ex vrbanitate, quia fieret iniuria excommunicato, vt in d. ca. venerabilibus. in §. sanè. & sequenti. aut dubitatur de iustitia vel iniustitia, & tunc ante absolutionem siue petatur ad cautelã, siue non, debet ꝛtare de legitimitate appellationis apparenter & summarie, tunc est in optione sua, an velit remittere an absoluere. & ita intelligitur iste tex. & satis probatur in d. c. venerabilibus. Secundò membro, quãdo nõ fuit appellatum, aut excõicatio fuit lata ad instãtiam alterius subditi, & tunc ñ potest archieps se intromittere ex quo nõ fuit appellatum, vt in d. c. venerabilibus. in prin. aut fuit lata excommunica-

11 tio ex officio episcopi. & tunc habet locum dist. gl. † In gl. inver.

a intolerabilem in fi. Conclude, dicit gl. & Doct. hic aliqua addendo ꝙ aut sententia excommunicationis continet in se peccatũ manifestum, vt puta quia excommunicatus, quia nõ facit furtum, vel quia facit eleemosynam, vel quid simile. & excommunicatio est nulla. tex. est hodie clarus in c. venerabilibus. in §. vltimo. eod. ti. li. 6. aut excommunicatio ꝛtinet in se alium errorem, & tunc aut ꝙ ius ꝙ id de quo agitur, & non tenet. 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. item si sententia. aut ꝙ ius, sed non ꝙ id de quo agitur, & tenẽt quidam ꝙ hoc casu valet sententia. Sed fortè posset dici hoc oppositũ ex quo fundauit se super causa falsa ad hoc c. p tuas. q fil. sint legit. Aut continet errorem iuris, & facti. & tunc aut iniustitia est notoria, quia causa est impossibilis, vt puta excommunicatur infans, quia stuprauit virginẽ, & tunc sententia est nulla, vt no. in c. romana. in §. vniuersitatem. c. ti. li. 6. Aut causa non est impossibilis sed notoriè iniusta. & tunc aut error est expressus in sententia, & putarẽ sententiã nullam. pro hoc l. j. ff. quę sentẽ fine appel. re. & quod no. Inn. in c. cum Bertold. de re iud. Aut non est expressus error in sentẽtia sed aliunde extrinsecus constat de iniustitia, vt puta excommunicatur Titius. quia spoliauit Sempronium, & notoriè constat ꝙ iste non spoliauit sed alius, & tũc

b gl. videtur hic dubitare, & etiã Io. And. Sed cõcluderem ꝙ sentẽtiab excommunicationis teneat. & hoc vt magis teneatur. pro hoc tex. hic requires errorem parenter expressum. & tex. in d. ca. venerabilibus. in fi. & idem tenuit ibi Arch. sed alias sententia iudicatur nulla. pro hoc tex. iũcta gl. in cle. pastoralis. de re iud. in ver. non habeat. tenet Inn. c. fraternitatis. de frig. videtur bo. tex.

12 in c. inter cæteras. de re iud. pro hoc adduco rationẽ. † nam sententia iniusta transit in rem iudicatam propter præsumptionem. quia præsumptio est quòd diligenter iudex exercuit officiũ suũ. vt expresse vult tex. s. de re iu. in c. causam. & in cap. in præsentia. de renuntia. Sed vbi constat notoriè de iniustitia cessat præsumptio iustitiæ, quia præsumptio cedit notorietati. 8. dist. veritate manifestata. nec est præsumptio quòd ius in se valde æquum velit approbare notoriã iniustitiã, & ea quæ sunt notoria habentẽ pro expressis. facit. c. euidẽtia. s. de acc. nam & ꝓfessio partis confitentis iniustitiam sententiæ inducit retractationem. vt no. Inn. in c. quia plerique. de immuni. eccle. & fortius est notorietas.

13 † Ingloss. in ver. ad cautelam. in fi. sed circa hoc dubitatur, nun quid indistinctè sit credendũ petenti literas absolutorias si dicat excommunicationem latam post appellationem. Concludo post doct. hic in d. c. solet. de sent. exc. lib. 6. præmittendo ꝙ vbi absolutio fienda est, citari debet prius aduersarius ad cuius instantiam lata fuit excommunicatio, vel ipse iudex eã tulit ex officio, vt no. in c. qua fronte. de ap. & 11. q. 3. in c. cum excommunicet. & satis innuit tex. in c. solet. præall. & hoc verum, nisi periculum sit in mora tunc enim non vocato aduersario poterit fieri absolutio præstita sufficienti cautione de parendo mandatis ecclesiæ. ar. in c. ex par. j. ĩ. de verb. sign. si autem aduersarius cõpare, tunc aduerte ad modum opponendi. aut. n. dicit excõicationem latã pro manifesta offensa. & debet sibi dari terminus ad hoc probandum. vt in d. c. soler. Aut dicit appellationem fuisse frustratoriam. & cum non constet excõicationem præcessisse ex legitima causa licet non appareat de veritate causæ fiet absolutio præstita cautione saltẽ iuratoria, & postmodũ inquiretur de veritate causæ pro hoc d. c. venerabilib. in fi. & in gl. pe. Aut aduersarius proponit nullam appellationem interuenisse saltẽ intra tempus legitimum, & tunc ante omnia debet cõstare ꝙ appellatũ fuit ante excõicationẽ, & post absolutionem inquiretur deveritate, vt in d. c. vener. b lib. in fi. & quãquã tex. hic dicat ꝙ sedes apostolica consueuit absoluere ad cautelam. Idem dicendum de iudicib. inferiorib. vt in d. c. solet. & c. venerabilib. & de hac absolutione ad cautelã vide planè per Io. An. in d. c. solet.

ADDITIONES.

a ¶ Intolerabilẽ. Vide omnino quod de hoc latissimè scribit An. in c. ab excommunicato. ver. quartò casu de rescrip.

b ¶ Quod sententia. Vide Fel. latè. in c. inter cæteros. s. de re iu. & in d. c. quoniam contra. de probatio. Seba. Sapi.

SVMMARIVM.

1 *Excõicatus salutatus per literas papæ non per hoc est absolutus nisi ex conieturis apparet papam aliud voluisse. 3. 4.*
2 *Cum excommunicato non debemus etiam cum literis participare.*
Papa communicando cum excommunicatis non incurrit excommunicationẽ licet malè faciat cum eis participando.

CAP. XLI.

1 SI ALIQVANDO † Si papa suis literis excõmunicatũ salutet non per hoc eũ absoluit. h. d. Primò ponit dictũ. Secundò cãm reddit ibi, cum per ignorantiam. Casus literalis. Contingit aliqñ ꝙ papa excommunicat aliquos, postmodum literas suas mittat cum salutationis eloquio, quæritur an per hoc sint absoluti. Resp. quòd non credit propter hoc excõicationis sententiam relaxatam, cum per ignorantiam aut etiam per occupationem nimiã,

2 vel surreptionem huiusmodi literæ impetrentur. B. † No. 1. ex tex. ꝙ excommunicati nõ sunt salutandi etiam per literas. nam papa hic vr se excusare ꝙ per ignorantiam hæ literæ q̃nque destinant

3 ad excõicatum. † No. 2. ꝙ pap. non potest seruata forma ecclesiæ absoluere excõicatum: nam tex. h. d. ꝙ per ignorantiam q̃nque emanant hæ literæ ergo & si ex certa scientia, & papa per hoc intenderet absoluere valeret absolutio vt hodie clarè probatur in

4 cle. si summus. eo. ti. † In gl. 1. ibi & hoc constet. & dic ꝙ non dicitur cõstare nisi hoc exprimatur, vnde oportet ꝙ dicat ꝙ per hoc vult cum absoluere, & hodie probatur in cle. si summus. cod. ti. & per hoc vide gl. in cle. 1. de immu. eccle. quæ dicit ꝙ si papa reuo-

a cat aliquam constitutionem a, & vult eam haberi pro in fecta ex communicati vigore illius constitutionis, non indigent absolutione. maxima. n. est pa. potestas circa ius positiuum, vt ibi not. &

5 probatur in c. propo fuit. de concess. præb. † Et in fi. gl. no. gl. quod pa. non incidit in excommunicationem cõmunicando cũ excõicato. & idem no. gl. in c. si inimicus. 11. 2. dist. & in c. nulli. s. eo. male tamen facit si cõicando. vt no. in d. c. nulli. & ibi dixi & ideo papa seruat qd cũ excõicati ambasiatores petũt audiẽtiã facit eos priꝰ absolui. & explicata ambasiata reducit eos in pristinam excõicationem. Sed extra gl. quæro, nunquid possumus optare excõicato salutem animæ & corporis. doct. ꝙ sic & orare per eo, sicut ecclesia in die Parasceues orat pro hæreticis. tñ sunt excõicati. vt in c. excõicamus. s. de hære. hoc intelligendum excõicati viuũt. Sed pro decedentib. in excõicatione nõ est orandum. vt in c. à nobis. & in c. sacris. s. eo.

ADDITIO.

a ¶ Constitutionem. Vide quæ dixi in c. ad petitionem. de accusat. And. Barb.

SVMMARIVM.

1 *Excõicatus plurib. excõicationib. siue ab vno, siue à plurib. prælatis, oportet qd ab omnib. absoluatur.*
2 *Excommunicatio lata ab homine non fertur, nisi per contumaciam.*
3 *Forum quis potest habere in plurib. locis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Absolutio excommunicationis surreptitia non prodest excommunicato.
5 Excoicatus plurib. excõicationib quomodo potest vna vice ab omnib. absolui, siue sit ab vno, siue à plurib. prælatis excommunicatus.
Excommunicatus ab vno prælato non potest ab alio absolui, nisi cõmiserit vices suas alteri ff. eo. c sacro. in v. no.

CAP. XLII.

1 OFFICII. †Excõicatus à plurib. prælatis non est cõioni restituendus si ab vno tñ absoluitur. vel aliter & sic. Excõicat⁹ à plurib. prælatis ob plures cãs nõ est cõioni restituendus, licet de vna causa velit satisfacere, & si impetrat absolutio, tacitis aliis causis, nõ valet absolutio. h. d. & secunda pars ibi, super hoc. Casus literalis. Aliquis habens plures prælatos, ius in ipsum habentes excõicatur ab illis propter plures excessus, randè de vno excessu satisfacere vult vni prælatorũ, quæritur vtrũ debeat absolui de excessu, de quo satisfacere vult eidẽ, & cũ de alio nõ satisfecerit alij, vtrum absolutus valeat nuntiari. Rñder papa ꝙ supprimenti veritatem absolutio surreptitia nõ prodest: & cũ ꝑlatus veritatem intelexerit absolutionem exhibere non debet, non vt rñdere ad qõnem, sed potest dici rñsum esse. dũ dicit absolutio surreptitia nõ prodest ꝙ absolui debeat, sed non prodest quo ad effectũ. nisi ab alia fuerit absolutus. B. No. 1. ex tex. ꝙ multiplicatis excessib. põt multiplicari vinculum excõicationis. pro hoc c. ita quorundã. ſ. de iudæis. & in c. cũ pro causa. ſ. eo. Ex quo infertur ꝙ propter ex
2 cessum, seu delictum quis potest excõicari ab homine †Quod vr̃ ℊ gl. in c. epi. 11. q. 3. quæ dicit excõicationem non esse ferendam ab homine, nisi ratione cõtumaciæ. & probatur in c. sacro. ff. e. Sed tu intellige tex. ꝙ dẽt excõicari propter excessum. i. propter contumaciam insurgẽtem ex excessu seu delicto, vt quia citatus, vt satisfaciat pro delicto negligit satisfacere. vt no. in c. ex par. ff. de
3 ver. sig. †No. ꝙ plures prælati possunt habere iurisdictionẽ in personã vnius clerici, & eum excõicare. finge. n ꝙ clericus habeat beneficia in diuersis diœcesib. vel in vna diœcesi hẽt beneficium, & in alia patrimonium, seu domiciliũ, vt c. postulasti. de fo. cõpe.
4 vel in vna habet domiciliũ. in alia deliquit. vt in ca. 1. de ra. †Tertiò not. ꝙ absolutio ab excõicatione per surreptionem obtenta non prodest excõicato. de quo dic vt plenè dixi in c. cum pro cã.
5 ſ. eo. †In gl. i. ibi vna absolutione, &c. No. gl. vsque ad fi. ex qua habes tres practicas absoluendi illũ, qui plurib. excõicationib. ligatus est: prima practica est, vt per vnicã absolutionẽ tollantur oẽs, & intellige istã gl. dupliciter. Primò si idẽ ꝑlatus excõicauit subiectum pluries propter multiplices causas. tunc ipse solus potest vnica absolutione oẽs excõicationes tollere. Secundò potest intelligi, qñ diuisi prælati excõicauerunt, vt in litera, & tunc põt fieri vnica absolutio. f. si omnes conueniant simul. nam vnus prælatus non põt absoluere ab excõicatione lata per aliũ ꝑlatũ. vt in c. pastoralis. de of. ord. §. præterea. Secunda practica est, vt vnus committat alteri vices suas, & hæc est bona, & multum frequentata. Tertia practica est, vt quilibet seperatim absoluat ab excõicatione sua. & licet vtaturverbo absoluo, non per hoc censetur restitutus communioni, quia restringitur ad causam subiectam. argu. in l. age. & in l. si de certa. C. de transac. *Abbas.*

SVMMARIVM.

1 *Chrisma potest cõcedi tẽpore quo ciuitas est interdicta, quemadmodum potest baptisma concedi. 5.*
2 *Excommunicati vel interdicti licitè possunt intrare ecclesias ad audiendas prædicationes.*
3 *Cum excommunicato licitè participamus ad eius correctionem.*
4 *Excõicari possunt simul, & semel omnes ciues vnius ciuitatis dummodo sint capaces excommunicationis.*

CAP. XLIII.

a RESPONSIO. a Excõicatis & interdictis prædicari potest
1 licitè verbũ Dei. hoc primò. † Tempore generalis interdicti ꝙ cedi potest baptismus, chrismatio in fronte & pœnitentia moriẽtiũ. h. d. secundò. Et sunt partes principales. secunda ibi, præterea. Casus literalis. Quæsiuit episcopus ferrarienſis à domi. pap. an cũ ciues ferrarienses excommunicationis, & interdicti sententiis sint ligati liceat ei viros, & mulieres semel in hebdomada, vel in mẽse apud aliquam ecclesiam conuocare, quib. verbum Dei prædicet, & eosdem ad correctionem inducat, quo respondet papa ꝙ sine scrupulo conscientiæ hoc facere poterit cum viderit expedire, dummodo contra formam interdicti nullum eis officium diuinum celebretur. Secundo quæsiuit idem episcopus vtrum tempore interdicti cum diuina officia sint tunc interdicta præter baptisma paruulorum, & pœnitentia morientium, liceat pueros baptizatos confirmare in fronte Respondet pa. ꝙ sicut possent baptizari, ita possunt etiam ab episcopo in frontib. sacro chris-
2 mare deliniri. B †No. j ex tex. vnum casum in quo excommunicatus licitè intrat ecclesiam, videlicet vt audiat verbum dei, & hoc permittitur, vt inducatur facilius ad correctionem. Nunqd autem extra hunc casum possit excommunicatus ingredi in ecclesiam. Bar. Brix. in c. qui studet. j. q. tenet ꝙ sic, dummodo non
b intret causa audiendi diuina. d Alij ꝑ quod mihi plus placet, & ꝙ hoc tex. 25. d. perlectis. & 21. d. clericos. & no. j. e nuper. & ideo
3 intelligo hunc casum esse specialem. †Secundò no. ꝙ licitè participatur cum excommunicato, quãdo participiũ tedit ad eius correctionem. quod clarius habetur in c. cum volũtate. j. e. Tertiò no. ibi, cum videris expedire, &c. quod nõ solũ semel in hebdomada sed etiam cum prælato visum fuerit possunt excommu
4 nicati vocari ad ecclesiam, vt audiant verbũ dei. †Quartò no. ꝙ omnes ciues vnius ciuitatis pariter, & simul excommunicari possunt, & intelligo ꝙ excommunicatio feratur in personas capaces. nam in vniuersitatem nõ debet ferri excõmunicatio, nec etiam in incapaces, vt sunt infantes. de quo in c. romana. §. in vni
5 uersitatem. c. ti. li. 6. †. Quintò no. in §. prꝫterea. tria sacramenta cõcessa tempore interdicti generalis. Primum est baptismus, & licet hic dicatur de paruulis, idem est de adultis. vt in c. quoniam. e. tit. libr. 6. Secundum est pœnitentia morientium, hodie etiam viuis datur pœnitentia tempore interdicti. vt in c. fi. e. ti. li. 6. sed corpus christi non conceditur nisi morientibus, vt ibi no. Tertium sacramentum est, chrismatio in fronte, & licet hoc dicat de pueris, idem in adultis, vt dixi in d. c. quoniam Quid autem de matrimonio, & in ordinibus. dic, vt no. in c. non est. ſ. de spon.

ADDITIONES.

a ¶Responsio. *An* autem ad hanc prędicationẽ possit pulsari cãpana. vide Io. Cal. in tract. de eccl. interdi. in 6. membro prin. in 4. q.
b ¶Diuina. hanc opi. sequuntur *Ant.* & Io. de *Imo.* in c. 1. ſ. de vi. & hone. cleri. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Maritus & vxor non tenentur adinuicem ad debitum reddendam si sciunt alii quod impedimentum matrimonij.*
2 *Testis deponens per verbum credo, non facit plenam fidem.*
3 *Papæ non est obediendum contra legem conscientiæ, vel contra legem positiuam. 5.*
4 *Conscientia temeraria an sit aliquo casu.*

CAP. XLIIII.

f ¶ Sit necesse. Nota pro isto dicto d. Ant. vide Bald. in c. bone. de elec. consului apud Montem Pollitianum. Vide Bald. in l. cum antiquitas. de test. & Imo. in consi. xix. vbi aliter loquitur. Andr. Barba.

CAP. VIII.

PRAETEREA. Sensum non verba considerare debemus. hoc dicit. ¶ Casus literalis. Gregorius scribebat cuidam amico aliquando, quia fortè malè interpretabatur dicta sua, scribit ei Greg. dicens si epistolam meam prolixam ad interpretandum te recipere contigerit, rogo non verbum ex verbo transferas, sed sensum ex sensu. nam aliquando dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. Ber. ¶ Nota. j. ex tex. quòd non semper iudicandum est secundum proprietatem verborum,
a imò debemus attendere ad sensum, a & mentem loquentis. nam ex quo habemus intentionem per coniecturas non debet inspici proprietas verborum. pro hoc faciunt quæ dixi in c. intelligē
b tia. supra eodem. b

ADDITIONES.

a ¶ Ad sensum. Quomodo hoc procedat, vide Alex. & Moder. in l. quidam cum filium. ff. de ver. obli. & in l. 3. C. de lib. præter. & do. Georg. Nat. in repe. clem. sæpe. in princ. in j. not. de versi. sign. Sebastia. Sapia.
b Intelligentia. Quādo attendi debeat sensus, seu mens, & non verba legis, vide omnino Pe. de Anc. in rep. c. canonū versi. circa tertium. versi. circa istam mentē. & ver. seq. de ꝯstitut. Et p̃ isto text. in c. commissa. de ele. li. vj. & bo. text. in l. 3. cum ꝑcor. al. eg. in glo. C. de lib. præte. Inquit tñ eleganter Iurisconsultus in l. j. §. si is hoc nautam. ff. de exer. q̃ in re dubia melius est verbis edicti seruire. Vide tñ Ange. in l. 3. §. parentes. & per gloss. ibi. ff. de in ius voc. q̃ causa honestatis seruandæ verba possunt intelligi ꝯ proprium significatum vocabuli.

SVMMARIVM.

1 *Præpositus quis propriè dicatur.*
2 *Argumentum ab etymologia vocabuli quando valeat.*
3 *Communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi.*

CAP. IX.

1 QVAMVIS. † Dicit quis, ppriè sit præpositus a. h. d. ¶ Casus
a literalis. Hoc nomē ppositus generale nomen est ad omnes qui præsunt, vsus tñ obtinuit eos præpositos vocari qui quandā
2 curam prioratus super alios gerunt. Bern. ¶ † Not. j. ex tex. ibi rite vocentur, q̃ argu. ab etymologia vocabuli est in iure validum, & ritè sit expositio, fm etymologiam, pro hoc c. cum fm apostolum. de præben. ſ. & xxj. dist. cleros. quod intellige, nisi diffinitio cōtradicat, nam semper standum est diffinitioni, quia diffinitio enunciat substantiam diffiniti, per genus, & substantiales differentias, quod nō facit etymologia. pro hoc l. j. ff. de testi. & quod ibi
3 not. & dico etiam plene in ca. j. de iud. ¶ † Not. secundò ibi, vsus tamen, &c. q̃ vsus loquendi præfertur propriè significationi verborum & etymologię vocabuli.

ADDITIO.

a ¶ Præpositus. Adde hic q̃ interdum laicus appellatur præpositus. text. est in c. ex parte. el. j. & ibi glo. infrà eod. tit. & vide etiam quod de hoc notat Domini. in cap. perlectis. xxv. disti.

SVMMARIVM.

1 *Forus quando est masculini generis, vel neutri, quid significes.*
2 *Argumentum ex legibus, quomodo sit sumendum.*
3 *Testimonium fœminæ non est ita validum sicut virorum.*
4 *Fœmina potest esse testis in codicillis.*

CAP. X.

FORVS EST. Non recipit cōgruam summationem. Casus literalis. Primò Isidorus ostendit quid sit forus, & vnde dicatur. Secundò ostendit ex quibus constet. constat cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

a causa,lege.& iudicio ostendendo, quare dicatur causa a quæ dū præponitur causa ēt cum discutitur iudicium, dum finitur dicitur iustitia: & vnde dicatur iudicium,& iustitia. Tertiò dicit quid sit negocium ex eo quòd ſ. dixit materia. & origo negotij ostendit quod sit negotium, & vnde dicatur lis. dicit in super causa aut argumento aut probationibus constat: & ostendit qualiter, ¶ Postquam ostendit quid sit negotium: dicit Isidorus quòd in omni negotio quatuor personæ sunt requirendæ: iudex, accusator, reus, & testes. tres ostendendo. vnde dicatur iudex, & vnde dicatur accusator reus, & testis. ¶ Vltr. dicit quòd in teste tria sunt requirenda conditio natura, & vita. conditio, vtrum sit seruus, vel liber. natura si sit mulier, vel vir a si innocens, vel integer, & actu ostendendo causam quare ista tria considerantur in teste. Ber.

1 ¶ † Not. j. ex text. quòd forus cum est masculini generis denotat locum, vbi iudicium exercetur, & habet significationes. vt no. ſ. de foro compe. in rub. fed in iure, cum est generis masculini communiter capitur. vt ſ. Quando autem est generis neutri, tunc forū denotat territorium iudicis, in quo habet potestatē terrendi, & animaduertendi in sceleratos homines. l. pupillus. §. territorium. ff. eo. & quod ibi not. vnde quotidie dicimus iste non est de foro tuo i. de territorio tuo. Quandoque verò denotat locum, vbi fiunt nundinæ vnde dicitur forum re-

b rum venalium. Secundò no. quòd vocabulum b quandoque assumit sibi nomen à materia: quandoque à causa efficienti sicut dicimus hic de foro, & no. quòd valet. ar. ab etymologia vocabuli, de quo aliquid dixit in cap. præcedenti, & plenè incapit. de iud.

2 ¶ † No. iij. quòd arg. cōstit in sola inuestigatione intellectus. & facit ꝙ inducentes text. apertum per viam argumenti. nā vbi text. est expressus in materia ad q̄ allegatur, non debet dici argumentum in tali tex. imo debet dicere, vt est tex. in tali loco, sed tunc debet dici argu. quando subtiliter, & assutè adducitur tex. ad ꝓbandum id ad ꝙ inducitur vel per locum à speciali, vel per locum à simili: vel à sufficiēti partiū enumeratione, vel alio modo, vnde loa. An. videtur reprehendere gl in c. j. ſ. de pac. vbi glo. dicit ibi esse argu. ꝙ ex nudo pacto datur actio, dicit enim ibi, imò expressum & nō in arg. item not. ꝙ ꝓbatio propriè dicitur quæ consistit in facto,

3 puta in testibus, vel instrumentis. ¶ † No. ꝙ fœmina non est tātæ fidei, sicut masculus, vñ pōt optimè adduci iste tex. in arg. ꝙ in ca-

c sibus in quibus fœmina cadmittitur, non facit tantam fidem, sicut masculus, & ideo si duo sunt viri ex vna parte, & duæ mulieres pro contraria parte præferendum est testimonium virorum nam dicitur mulier non à sexu, sed à mollitie mentis, ita & vir nō à sexu sed à constantia, & virtute animi, ita inquit tex. in c. propo suisti. §. sed illud Ambrosij. 32. q. vij. Vltimò no. ar. ex ſ. literæ ꝙ homo vnius nationis. ex quo notus est potest ferre testimonium ꝓ hominē alterius nationis nā hic ꝓsideratur vita, & nō natio. satis ergo est ꝙ sit bonæ vitæ & habeat alias qualitates à iure requisitas, nec est curandū vnde originem duxit. pro hoc c. cū deputati. ſ. de iudic. nam & inter omnes homines mundi est cognatio quę dam, quia omnes descēderūt ex vno parēte, & viro probo totus

4 mundus est patria, ad hoc quod leg. & no. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. ¶ † In gl. in verbo, non fœmina. in fi. & in l. qui testamento. in

d § mulier. ff. de testa. & ibi quærit Accur nunquid admittitur mulier in codicillo. & concludit quòd sic d ꝙ not. ga non reperitur prohibita. de quo vide per Spec. in tit. de teste. §. j. ver. item quod

e est mulier. e & seq. tene menti.

ADDITIONES.

a ¶ Causa. Quando dicat causa, & qñ lis ponitur glo. variè exponē do in l. j. in ver. litibus. ff. de testi. & glo. & bal. in l. causas. C. de transac. etiam de hoc vide omnino per Archi. xi. q. j. in sum. vbi dicit, ꝙ causa dicitur ante lite gre. Et vide de hoc Ange. in consi. 203. vel cexiij. Et quomodo sumatur verbū lis, vide omnino post gl. in ca. j. §. j. de procu. lib. vj. & vide tex. & quod ibi notaui post Ab. in ca. ex parte. el. 2. j. co. tit. & tex. & glo. ibi, & Bart in l. postq̄ liti. C. de pac. Et de hoc vide oīno qd scribunt d. de Ro. deci. 293 ſm or dinem meum nouiſ. Et de verb. lis. vide oīno gl. in l. properandū. §. fi. vers. nihilominus. C. de iudi. Et de verbo cā. qd importet. vide oīno Dñic. in c. si duo. §. fi. circa mediū. de proc. lib. vj. & gl. 2. in l. j. ff. sol. ma. in hoc c. dū tex. allegat versum Vergilij. in 7. Aen. Limes erat positus. & idem allegat versum. Vergilij in 4. Aen. Varium, & mutabile. &c. Adde ꝙ licet allegare scripturas authorū, & qñ tales scripturæ ꝓbent vide magistraliter Bar. in l. legata. Pau. de Ca. in d. l. fin. ff. si cer. pe. & vide tex. insti. de emp. & ven. §. item pretiū. & l. j. ff. de contrah. emp. & est tex. cum gl. in l. rantum. in fi. de rer. diui. & Domini. in ca. turbat. xxxvij. dist.

b ¶ Vocabulum. itē quia in hoc text. fit mentio quid sit iudicium, vide Arch. in ca. sicut 2 q. j. vbi dicit ꝙ iudicium appellatur interdū quicquid sententiam præcedit. Alias donationem significat. de cons. di. ij. timorem. Alibi discretionem. iij. q. vij. infamis. §. tria. Et de hoc vide op. gl. in § j. inst. qui. non est permis. fa. te. & plenè per ipsum Pan. in rub. ſ. de iu. & vide quæ ibi noraui.

c ¶ Fœmina. His casibus, quibus mulieres admittuntur ad testificādum, & pari numero testium creditur potius testimonio virorū, quàm mulierem. Et idem punctualiter dicit Bal. in l. fin. per illum tex. de fi. instr. Quod credo verum, nisi masculi deponerent pro actore, & mulieres pro reo: arg. gl. in c. clerici. lxxxj. di. quàm all. pro sing. do. Ab. in c. ex literis. de prob. & pro dicto do. Abb. facit optimè l. j. ff. de sena. & idem dicit Spe. in titul. de teste. §. postquā. ver. porro.

c ¶ Femina. Limita hoc Bellentz. hic, quando testimonium fœmi narum tenderet in fauorem rei, & testimonium virorum in fauorem actoris per gl. sing. in c. clerici. lxxxj. dist. sequitur Marsi. in l. vnius. in § in ea causa. de quæstio. Et in quib. causis mulier admittatur ad testificandum, vide late Feli. in ca. quoniam ſ. de testi. Sebasti. Sapia.

d ¶ Et concludit quòd sic. Et idem tenet gl. in l. fi. C. de codicil. Et cum ea tenent ibi omnes, excepto Ful. per duo lenia, & ipsemet dicit ꝙ ita cōiter tenetur post gl. Adde tū ꝙ mulier potest esse testis in testō inter liberos. gl. no. in authē. quòd sine. C. de testa. & idem tenet Bar. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Et adde quòd licet mulier possit esse testis in publico instrō. tamen eius testimonium non adminiculatur fidem nisi scripturę priuatæ. tex. est in l. scripturas. in fi. dum dicit trium virorum, quē ibi ponderat Bal. C. qui po. in pig ha. Aduerte tū quia ꝓtra illam ponderationem Bal. viderur facere doctrina gl. in ver. præsidentes. in cle. j. ad fi. de reſcri. quā ibi multum no. d. Ant. & Inn. ꝙ qñ lex, vel statutum vtitur aliquo termino rōne frequentioris vſus, vel aliquam persona, quia frequentius in ea accidat, nō per hoc intelligitur excludere alias personas. Et ita debet limitari regula, quæ dicit ꝙ vnius inclusio, alterius est exclusio. c. nonne ſ. de præsumpt. Ita ergo dicimus quòd illa l. scripturas. primò facit mentionem de viris rōne frequentioris vſus. Et nunquid mulier possit esse testis pro marito: vide plene Spe. in tit. de teste. § j. ver. sed quid de vxore. & quòd notaui post Ant. in c. super eo. el 2. in ver. quæro an mulier. de test. Et adde quòd licet regulariter non possit esse testis in testō, vt dicit hic gl. periura in ea alleg. tū poterit esse testis ad pias causas. Ita concludit Ange. consi. 23. Itē de hoc an. & quando mulier possit esse testis in testamento, vt dicit hic gl. & iura in ea alle. vide Ant. in c. quoniam aliqua. de testib. Item adde ꝙ mulier non admittitur ad testificandum in causa feudali. tex. in c. j. in fi. in versi. præter fœminas. & ibi Bald. in ti. qui testes sint necessad proban. no. inuest. Item adde hic ꝙ de hac qu. not. Spe. in ti. de teste. §. j. versi. item ꝙ est talis, cum quo. Item de prædicta quæstione, an mulier possit esse testis i dispositione ad pias causas, vide Bal. in l. j. de sacrosan. eccl. vbi tenet qd sic. Et de hoc vide Ro. in repe. auth. similiter. versū. 16. C. ad l. Fal. vbi omninovi de. Item de isto ar. videlicet, an mulier possit esse testis in causa ciuili, vel criminali. vide omnino per Host. in sum. de testib. §. quis possit esse testis in codicillis. Quid autē in hermaphrodito, an admittatur in qualibet causa ad testificandum, sicut masculus, dic inspiciendum esse sexum, in quo magis incalescit, & ſm eum iudicandū. Tex. est in l. repetundarū. §. j. ff. de test. & 4. q. 3. c. si testes. qd sit hermaphroditus, & facit tex. in l. quæritur. ff. de sta. ho. Sed tu dic ꝙ debet stari dicto hermaphroditi, in quo sexu magis incalescit. ſm Guli. de Cug. in d. l. quæritur. quem refert d. Ant. in c. fi. de confeſſ. Quid autem si in vtroque sexu æqualiter prevaleat. Potest dici vt singulariter dicit Host. in dicto §. quis possit esse testis. vers. quid de hermaphrodito. Quid si vtitur vtriusq; membri officio ꝙ hoc contingit in villa sua. ſ. Secusiæ. & dicit ꝙ debet fieri, vt fecit epūs Taurinen. diœcesanus suus, videlicet ꝙ hermaphroditū eligat, hoc dicat, & iuret decætero alio sexu nō vti. Sed quātum ad ordines dicas. ꝙ ita data paritate, debet potius reputari fœmina, & sic non potest promoueri, vt dicit Arch. post gl. in d. §. hermaphroditus. 4. q. 3. Itē an sit verum indistinctè ꝙ mulier admittatur ad testificandum de iure ciuili, vltra alios plenè tradit Fran. de Are. in d. c. quoniam aliqua. de testib.

e ¶ Mulier. De hoc art. vide omnino per Ioā. de Imo. in l. qui testib. §. vlt. ff. de testibus. de Bellentz.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura non requiritur ad essentiam, nisi contra conuenerit inter partes.*

CAP. XI.

a PACTVM. a Dicit quid sit pactū, & vnde dicatur, & tex. iuris ciuilis aliter diffinit in l. j. ff. de pact. cuius diffinitionem vide hic in gloſſ. fin. ¶ Casus literalis. Pactum dicitur inter partes scriptura conueniens legibus, moribus probata, & dicitur pactum quasi pace factum. Ber. ¶ No. j. ex tex. quòd pactum est plurium, non ergo consistit ex parte vnius tantum. vnde pollicitatio est ex parte vnius, quando quis aliquid promittit absque facto aduersarij. Pactum verò est plurium, vt quando adinuicem conuenit super aliquo negotio. & dicitur pactum ex pace: quia communiter homines ex contentione veniunt ad pactum quo mediante initur pax. ¶ Secundò no. quòd valet pactum contra leges vel contra bonos mores: vt in ca. fi. de pact. & in l. pacta quæ con-

1 tra. C. de pac. ¶ † In glo. j. ibi, ibi etiam sine scriptura: vult ergo, & bene quòd valet pactum. etiam si non interuenerit scriptura, & pro hoc est tex. in l. pactum. C. de pac. & in l. contrahitur. ff. de pig. & hoc intellige verum, nisi partes conuenerint: vt inde fiat scriptura: quia tunc non valet, nisi inde fiat scriptura: vt in l. contractus. C. de fide instru.

ADDITIO.

a ¶ Pactum. Vide d. Ant. in c. qualiter. ſ. de pac.

CAP. XII.

a IVS DICTVM. a Hic Isidorus ponit etymologiam iuris prout habetur in tex. vnde scias quòd hic non diffinitur ius prout est generale nomen, sed prout applicatur ad certam rem, vt quando dicitur habeo ius in tali re, tunc enim dicitur ius à iure possidendi. & ita intellige istum tex. sed capiendo ius generaliter. ius dicitur à iustitia, & est ars boni, & æqui. vt l. j. ff. de iusti. & iur. vide glo. fi. super rub. de re. iu. lib. vj & istud generale nomen habet multas species sub se. nam quoddam est ius gentium, &c. & hoc prosequere, vt habetur in decretis. j. dist. ius. cū c. seq. Casus literalis. Ostendit hic Isidorus vnde dicatur ius, ſ. à iure possidendi. hoc no. iure possidetur ꝙ iustè, & hoc iustè qd bene: quod aūt male possidetur alienum est. male autē possidet qui vel suis malè vtitur, vel vsurpat aliena. Ber. No. j. ex tex. ꝙ duobus modis male possidemus. Primò habito respectu ad iniustam cām possidendi. & tūc dicimur malè possidere, quia detinemus alienum. Secò habito respectu ad ipsam rem q̄ tractamus, nam si non tractemus rē, vt debemus dicimur malè possidere, & quodammodo alienum. nam si aurus non expedit quando debet dici malè possidere, & quodammodo detinet alienum, i. alijs debitum. pro hoc 47. dist. ca. sicut hic.

ADDITIO.

a ¶ Ius dictum. Item vtrū ius sit subiectū iustitiæ, vide B. Tho. in 2. 2 q. 57. art. 1. & ibi in alijs art. eiusdem qu. ponit de differentijs inter alia iura. & dicit gl. magi. in fi. in ca. vt constitueretur. j. dist. qd ius media strata incedit inter regem, & dispensationē. Et vide tex. & gl. in c. ius naturale. j. dist. & ibi Arch. dicit ꝙ æquitas est iustitia cū misericordia temperata. Item multas elegantes quæst. vide per B. Th. in 2. 2. q. 59. per totam q. Item de iustitia vide qd scribit Domin. in c pro humani. §. j. de homi. li. 6. & B. Tho. in 2. q. 66. per totam q. & q. 62. art. j. & in 4. sen. dist. 16. q. 1. ar. 1. 2. 3. & 4.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes quæ fiant, quæ propriè dicantur, de quib. reb. & à quib. debeant fieri, & quando debent fieri. 2.*

CAP. XIII.

CAVSA. Quicquid fidelis offert ecclesię oblationis nōie cōtinetur, & à secularib. posſi ieri non debet h. d. Primò decisse narrat factū. Secundò diffinit ibi cæterum. Casus literalis. Quærebatur de decimis, primitijs, & oblationib. in eorū bonis dicerentur esse, quid appellentur oblationes. Rñ. pa. ꝙ decimæ, primitiæ, & oblationes cōnumerantur in solis bonis ecclesiarum, oblationes verò dicuntur quæcunq; de proprijs, & licitis reb. offerunē ecclesiæ à fidelib. Et quicunq; per secularē eas obtinet potestatē proculdubio ꝓ eum, & sanctorū patrū mitritur sanctiones, & qui

1 accepit, & qui tradit raptor, & sacrilegus iudicatur. Ber. † No. j. ex tex. tria requiri vt propriè dicatur oblatio. Primò ex parte offerētis requiritur ꝙ sit Christianus, qa ab infidelibus ecclesia propriè nō recipit oblationē, sed a fumationē oblationis pro interesse, vt in c. quanto. ſ. de vſu. & qd ibi dixi. Secò requiritur à parte eius cui offertur ꝙ sit ecclesia. si. n. datur priuatæ personæ non dicitur oblatio, sed propriè donatio. Tertiò acquiritur ex parte rei oblatæ ꝙ sit inde acquisita, nā ex illicitè acquisitis nō dēt ecclesia recipere oblationē, vt in c. quia in omnib. ſ. de vſu. & in c. ex transmissa. de decī. & vide ibi bo. gl. & quod ibi notat. 14. q. 5. in sum.

2 ¶ † Item no. quòd oblatio a dicitur quicquid offertur ecclesiæ,

a nec sit differentia an in morte an in vita. facit c. de his. ſ. de sepul. vel an consistat in rebus mobilibus, vel immobilibus. xij. quæst. j. videntes. & hoc largo modo sumpto vocabulo secundū Hostien. & bene, sed strictè habito respectu præsertim ad communem vſum loquendi dicitur oblatio quòd offertur sacerdoti in missa, & hæc oblatio est debita secundum Hostien. in præcipuis festiuitatibus. alle. ca. vt dominicis. ſ. de paro. quod ca. hoc probat, sed tene bene menti hoc dictum Hostien. vult enim parochianos teneri ex debito ad faciendum oblationes in præcipuis festiuitatibus vt in dominicis diebus, & alijs præcipuis festis, & pro hoc facit tex. de conse. di. j. omnis christianus. & in dubio hoc dictum Hostien. admitterem vbi sacerdos indigeret, alias autem hoc relinquerem consuetudini, nam non reperio expresse iure cautum quòd ex necessitate talibus diebus fiant oblationes. Et ex omnibus prędictis inferri potest quòd in materia stricta, & odiosa nomine oblationum tantum veniunt quæ offeruntur sacerdoti in missa, & non extra, secus est in materia fauorabili, & larga, quia tunc capiemus generaliter. vt suprà dixi. ¶ In glo. ij. in fin. no. j. ex glo. de vario significatu huius verbi, ecclesia, nam quandoque capitur pro muris ipsius ecclesiæ quandoque pro vniuersitate ecclesiæ, vt prælato, & capitulo, & varia significata huius verbi vide per glo. pleniorem in ca. fin. ne prælati. vi. suas. ¶ Secundò not. ex vlt. opi. glo. quæ etiam placet In. in ca. cum super. de cau. & poſ. & proprie. vbi per eum, ꝙ bona dedicata ecclesiæ sunt dei. & pro hoc facit bo. tex. in ca. cum ex eo. de ele. lib. vj. dum text. ibi dicit de patrimonio Iesu Christi. & facit c. nulli. i. 2. q. 2. ¶ Tertio no. ex hac gl. ibi. vſum quarum rerum, &c. ꝙ ex bonis ecclesiæ clerici debent habere solum vſum, de quo vide gl. in præsenti. de of. or. li. vj. plenè dico in rep. c. cum esses. de testa. vbi videas.

ADDITIO.

a ¶ Quòd oblatio. Quid veniat appellatione oblationis, latius attingit Abbas in c. cum inter vos. in vlt. not. j. hoc tit.

SVMMARIVM.

1 *Quasi, ista dictio de natura sui diminuit, licet aliquando sit veritatis expressiua.*

2 *Bissextus quando venit, duo dies computantur in vno. 4. Oblatio sacra. a quibus est danda. & quot sufficiant. Annus de quot diebus intelligitur.*

CAP. XIIII.

a QVAESIVIT. a Solus sacerdos potest sacramentum extremæ vnctionis infirmo cōferre. hoc primò. In anno bissextili seruari debet loci cōsuetudo circa diem sancti Mathię festandū, dum tamen vigilia continetur festo. & secunda pars ibi. festum. ¶ Casus literalis. Quæsitum fuit à papa, vtrum sacerdos vno tantum clerico præsente infirmum debet vngere. secundò fuit quæsitum quando festum beati Mathiæ in anno bissextili venerit, vtrum debet obseruari, vt inter vigiliam & festum alia dies interponatur. respo pa. ꝙ sacerdos vno clerico præsente etiam solus, si necesse fuerit potest vngere infirmū. de festo beati Mathiæ apostolli dicit Gre. pa. ꝙ vigilia secundum ecclesiasticam consuetudinem præcedat ipsum festum. ita videlicet ꝙ nō pro bissexto, nec alio modo inter vigiliam, & solennitatem alius dies interueniat in quo vtique vigiliæ ieiunium celebretur, nisi veneret die dominica, & ipsum festū siue fiat in die præcedēti. f. bissextili. siue in sequenti qui duo dies pro vno reputantur nullus error est, sed vt consuetudo ecclesiæ seruetur, Ber. No. j. ex tex. ꝙ vigilia beati Mathiæ est in precepto quoad ieiunium. licet enim non fuerit de numero duodenario in vita episcopi. fuit tamen postea electus per sortem inspiratione diuina precedente, & assumptus in locū Iudæ traditoris qui laqueo se suspenderat. pro hoc ca. consilium. de obser. ieiu. & quod no glo. in ca. vnico. de rcli. & vene. san. li. 9. Ex quo infertur ꝙ surrogatus debet sapere naturam eius, cuius

1 loco surrogatur. facit ca. ecclesi. vt sit. pen. † Secundò no. ꝙ dictio

b quasi. b diminuit quādoque rē sed impropriè est veritatis expressiua, iuxta illud tu ange, quasi vnigenitū à patre. &c. de quo in ca.

2 prout. de do. & contu. † Not. 3. ꝙ in anno bissextili duo dies cōputantur pro vno, & hoc per rationem quę redditur in gl. pe. ¶ Vltimò

ADDITIONES.

a ¶ Quę fuit. Per istum tex. dum dicit infirmum vngere, deciditur quęstio an ex, qui sit damnatus ad mortē sit dāda extrema vnctio. Et concludit. ꝙ nō. quia hoc sacramentū non datur, nisi infirmis. Et aperiè Dñic. in cap. super eo. de hęre. li. vj. & Io. de Imo. in cle. j. de priuile. & vide quod ibi notaui. de Bellentzinis.

b ¶ Dictio, quasi. No. de dictione quasi. & vide gl. in ca. put. de dolo, & qtu. & q̄ dixi de cā poſſ. ca. cum ecclesia. An. Barba.

Universidad de Deusto

timò potest colligi quòd dies aliqua, non est interponenda inter festum, & vigiliam. & si quis bene inspexerit semper ita potest seruari festum sancti Matthiæ, vt nunquam vigilia contingat in dominica in anno bissextili: nam si festum est in die dominica tunc vigilia potest celebrari die sabbati. si verò festum venit in die lunæ tunc vigilia potest celebrari illa die, & sequenti festum: sed dictum tex. potest procedere in anno bissextili † In gl. fin. ff. Ho. videtur intelligere text. indistinctè vt etiam cessante ne
a cessitate vnus solus sufficiat, & sm cum plurale resoluitur in singulare: sicut in simili. l. demonstratio. §. fi. de cond. & demō. & quod no. in c. vt priuilegia. de priuil. vbi secundum Ia. intelligitur distributiuè. & dicit Io. an. in quibusdam locis seruari, vt Paduæ quòd plures clerici conueniunt: sed vnus agit vno modo: & alij respondent, credo satis posse dici quòd dictum apostoli sit consilium. nam nullius est habere plures. iuxta illud euangelij. vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi sum. &c. & facilius exaudiuntur plures, quàm vnus. de pœ. di. iij. c. oret. sed non
4 est necessarium, vt hic. † In gl. pe. in fi. no. gl. quia quotidie allegatur, & maxime no. theoricam quam sentit. in fi. vt in odiosis intelligatur annus de cccl xv. diebus. licet illo anno contingat bissex-
b tus b secus in fauorabilibus: quia tunc duo dies computabuntur pro vno in tex. & ita vult respondere gloss. ad l. 4. ff. de sta. hib. de quo s. appositum erat, & non solucrat. & habes confirmatem gl. & magis claram in c. si propter. de reser. li. vj. sed gl. iuris ciuilis in l. ij. ff. de diuer. & temp. præscri. proposuit in hoc multas opi. & interæteras posuit opin. Ego, quæ placet ibi Bartol. & in l. bissextus. ff. de verb. sign. qui distinguit an terminus statuatur per numerum annorum
c vel mensium. & tunc duo dies computantur pro vno si bissextus tunc accidat. sed si terminus statuatur per numerū dierum non computantur pro vno, quia in veritate plures dies sunt, & satis placet. cōiungendo istas opi. possumus dicere, quan terminus statuitur per numerū dierum puta quòd seruiat, vel stet suspensus per xl. dies. & tūc tam in fauorabilibus, quā odiosis nō cōputabuntur pro vno die. aut terminus statuitur per numerum annorum, vel mensium. & tunc opin. gl. nostrarum videtur benignior, vt distinguamus inter fauorabile, & odiosum. maxime per istam l. 4. de statu. li. quæ loquitur indistinctè, licet Barto. dicat quòd non loquitur de anno bissexti. sed hæc responsio diuinat cum ille tex loquitur generaliter.

ADDITIONES.

a ¶Vnus solus. An in vnctione extrema sufficiat vnus sacerdos. Et adde quod circa istam vnctionem extremam plenè scribit Ioan. de Imo. in cle. j. de priui. glo. in ca. presbyteros. §. prohibitio verò. versi. oleo verò sanctificato. xcv. dist. & vide tex. in ea. dist. in capi. illud autem vbi referuntur illa verba Ioan. apostoli per quæ videtur necessarij plures presbyteri.

b ¶Bissextus. Vide circa hoc quòd scribit Ab. in c. quærenti. de offi. de le. circa fi. Item vide quòd not. Dūnic. in c. tenere circa fi. in versi. not. quod annus. xxxj. dist. & vide gl. magistrā in l. 3. §. minorē. in verb. si bissexto. ff. de min. quæ optimè declarat istum bissextum quō fiat. Et vide Bar. in d. §. minorem. vbi dicit quòd in dilatione annales bissextiles computantur pro vno die, secus in dilatione dierum.

c ¶Annorum. Vide de hoc glo. in c. nullus. & ibi latè. & eleganter Dūn. circa fin. lv. distin. vbi omnino vide. Et in omnibus terminis, seu declarationib. isti dies bissextiles, qui alias appellantur irregulares computentur pro vno die, vide opti. tex. in l. duo. ff. de diuer. & temp. præscr. & in d. l. 2. in §. minorem. hic alle. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia potest fieri per verba quæ æquipollēt verbo absoluo, vel cōdēno. 2.*
2 *Interpretatio sententiæ debet declarari diffinitiuè, & partibus præsentibus quando fit iudicialiter secus extrairudicialiter.*

CAP. XV.

a IN HIS. a Per verbū statuo & præcipio diffinitiva sententia ferri potest. h. d. & secunda pars ibi, attendentes. Casus literalis. Inter magistrum, & conuersos sancti Simpliciani coram archiepō Mediolanensi super eodem hospitali cō vertebatur, archiepiscopus tulit sententiam sub hac forma verborū. statuo, & præcipio quòd ita fiat, quia non fuit vsus his verbis talē partem cōdemno, vel absoluo, dicebatur quòd talis sententia non tenebat. Quæstio super hoc delata est ad papam, vnde ipse cōsiderans quòd hoc verbum statuo, rē perfectā significat. Itē sm Greg quòd præcipitur imperat, & quòd imperatur necesse est fieri. aliqñ si non fiat pœnam habet. & non debet qs cōsiderare verba. sed voluntatem procuratoris vtriusque partibus præsentibus, interpretatur. & diffinit quòd sententia prædicta
1 perpetuā obtineat firmitatē. Ber. ¶ † No. j ex tex. sententiā diffiniti
b nā valere, licet iudex nō exprimat verbum cōdēno, vel absoluo satis enim est quòd cōdemnet, vel absoluat per verba æquipollentia & ex hoc aperitur intellectus iuris dicentis sniam debere contineri cōdēnationem, vel absolutionē, vt intelligatur de cōdēnatione, vel absolutione in effectu, non aūt quo ad verba tm̄. Secundò no. quòd verba statuo, vel præcipio important necessitatem pro hoc xiij. q. j. c. quod præcipitur. Item no. quòd verbum statuo, non solum potest applicari ad statutū vel ad legem municipalem, sed etiam ad diffinitiuam sententiam, & hoc intelligo qñ materia subiecta hoc patitur, vt quia post conteationem in iudicio factam, & alijs
2 ritè agitatis iudex dicit statuo in hunc modum &c † Item not. quòd etiam in sententijs non debemus attendere nudam proprietatem, & corticem verborum, sed potiùs mentem, & voluntatem
3 iudicis proferentis † Vltimò no. ibi diffinimus, quòd etiam cum quæstio est de interpretatione sententiæ, debet ferri diffinitiua sententia partibus præsentibus, & hoc tene menti. quod

ADDITIONES. intel-

a ¶ In his. Quæro lex punit statuentes contra libertatem ecclesiæ. vt no. in c. nouit. & in c. grauem. de sen. excom. habebit nec locū pœna in his, quæ cœperunt statuere, sed nō perfecerūt, nec tamē reuocauerunt intra duos menses prout exigit constitutio. Videtur quòd sic, per tex. in l. si quis id quod §. dum proponitur. ff. de iurisdi. om. iu. Contrarium dico per istum tex. in iure cano. sing. qui dicit, quòd verbū statuo, rem perfectā signat, & est opti. tex. quòd qñ aliquid debet fieri certo mō, sufficit per æqu pollens. Ad idem est tex. in l. iure. C. de instit. & substit. in l. fi. C. de do quæ sub mo. & in l. nominatim. de li. & posth. & in § Insti. de exhær. li. & bona glo. inc. cōstitutionē. de sen. excō. li. vj. & quod no. Bal. in l. cos. § si aut. C. de ap. vbi dicitur quòd sufficit appellanti ab interlocutoria prosequi aliam cām, quæ expressam, dūmō sit eiusdem effectus. Et adde quòd hoc in tm̄ est verum quòd illud, quòd est æqu pollēs, nō intelligitur excessum p dictionem taxatiuam, vt pulchre resoluit Pau. de ca. in cō. i. 296. Sed tu prædicta limita, nisi ille modus esset de forma, quia nō sufficit, tunc fieri per æquipollens. Ita sing. dicit Bal. in l. j. de li. & posth. quē refert, & sequitur Pe. de Anc. in repe. c. canonum in 6. prin. quæsti. o. versi. quæro si statuto cauetur quòd in instrō debeat apponi nomē pñs. vt Gallus Pressus, nō valebit instrm, nisi apponatur nomen partis. Ad quod vide quòd apostillani in tex. in cle. appellanti. de ap. ītē pro illo dicto Bal. in d. l. j. facit, quia licet exemplatum authoritate iudicis æquipolleat originali instrō edito à notario publico. vt in c. fi. de fi. in itr. tamē si statutū diceret, quòd instrm scriptum manu publici notarij de ȝcto rogati habeat executionem paratam, non habet locum in instrō exemplato authoritate iudicis, quia non est scriptum manu notarij de ȝcto rogati. Glo. est no. quā ad hoc ibi ponderat Bar. in probatorias. C. de diuer. of. li. 12. Item quòd in statutis sufficiat quid fieri per æquipollēs, allego quod eleganter no. Bar. in l. nihil. ff. de adi. leg. vbi per illū tex. dicit quòd si statutum disponit quòd camerlengus teneantur cancellare debita de quib. eis plenariè fuerit satisfactum. dicuntur parere statuto, si scripturæ sibi fuisse satisfactum, licet non cancellant postā libri. Et idem dicas si cancellatio esset facta verbo tm̄. vt dicit Bart. in l. emptor. § Lucius in fi. ff. de pa. Sed in ȝrium optime vide Bar. in auth. cassa circa fi. C. de sacrosan. eccl. & Ab. in c. noueritis. circa prin. de sen. excom. Sed so uo hic subtilit quòd Bar. in auth. cassa. loquitur in statuto ȝ libertatem ecclesiæ in quo ex mente legis est quòd cancelletur de facto, nec sufficiat contraria posta. ad hoc, vt nunq̄ appareat illud statutum ȝ libertatem fuisse editū. Sed in casu Bart. in d. l. nihil. sufficit cōtraria posta: quia statutum vult ibi cācellari debitum, vt appareat fuisse solutū, vel liberationem esse factā quod æquè apparebit per ȝriam postā. Et istā subtilem solutionē seu diuersitatis rōnem dixit mihi dñs meus Frā. de Are. cum de hoc sibi opposuissem. Quomodo aūt fiat cācellatio, declarat gl. in l. si quis voluntatem. circa prin. in vers. inducta. C. de solu. Io iuri tamen præstatione nō sufficit quid fieri per æq pollēs. text. est in l. qui per salutem. ff. de iureiur. Sed contra dicit Bald. in d. l. j. ff. de lib. & post s. alle. optimè facit qd no. dñs. in c. nec captandæ. circa prin. vers. no. q illud est. de concess. præb. lib. 6. vbi omnino vide Maria. in repe. c. qualiter, & qñ. in 2. q. 11. prin. de acc. Item ȝ illud dictū Bal. in d. l. j. adducto in contrarium fortē tex. in l. ubemus. C. de rest. vbi lex illa expressa requiritur pro forma & valebitare testamenti, quòd testator proprio nomine debeat nuncupare nomina hæredum, & tamen in gl. approbata per omnes tenet quòd sufficeret si notarius coram testatore nūcuparet. ecce quòd ibi lex requirit formam, & sufficit impleri per æquipollens.

b ¶ Cōdemno. Vide Bal. in l. præses. C. de sen. & interlo. om. iu. ver. & no. q illa lex. vbi dicitur quòd sniam debeat continere condemnationem, vel absolutionem, &c. non habet locum in quatuor casib. Primus est, vbi petitur in integrum restitutio. in l. j. C. vt si ab hæreditio. Secundus est, vbi petitur sententia declarari nulla, vt l. si constat. ff. de app. Tertius est vbi petit cōfirmatio electionis. vt c. fi. de elec. li. 6. Quartus est, vbicunque quis nō habetur propriè aduersarius. Item adde hic quòd in sententia, quam profert iudex appellationis, debet esse verbū condemno, vel absoluo. Vide glo. & omnino Bar. latè in l. cos. in prin. in vers. iudicum. C. de app. Item

✻ adde

a intellige de interpretatione a quæ fit iudicialiter, secus si extrajudicialiter, vt in c. seq. vbi plane per Inn.

ADDITIONES.

✻ adde hic quòd si snia ȝ ineat cōdemnationē, vel absolutionem pōt ferri duob. verbis, secundū Bal. in l. fi. C. com. vel epis. quò ad hoc allegat tex. in l. defendēte ff. de auth. tuto. Sed ad hoc vide tex. in l. fi. in fi. ff. de pba. Adde hic gl. in c. illa. de accu. Qđ sententia potest ferri duob. verbis tantum. est tex. in l. pater filio. ff. de procur. An autem iudex possit pnuntiare diffinitiuè p verbū. Si videtur nobis, non exprimendo aliter cōdemno, vel absoluo, vide tex. quòd sic, in l. qd tñ. §. si arbiter. ff. de arbit. & d. Ant. in c. præterea requisiti. de app. & quòd valeat, est casus in l. diui fratres. ff. de libe. cau. §. pe. de Bellentzinis.

a ¶ Interpretatione, &c. Vide omnino latè Domini. in c. j. §. fi. in fi. de ver. sign. li. 6.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia, siue beneficia principis latissimè interpretantur. 3. 7.*
2 *Interpretatio referiptorum, vel priuilegiorum, vel sententiæ, quando fit audebeat citari pars cuius interest.*
3 *Priuilegium principis an, & quando sit latissimè interpretandum. 7.*
4 *Clericus, qui est in seruitio episcopi, vel papæ reputatur pro residente. vide Inpra in primo no.*
Priuilegium contra ius cōmune est latissimè interpretandum quando verba priuilegij hoc patiuntur.
5 *Priuilegium indultum contra statutum, vel contra consuetudinem, quod tamen sit iuri conforme, est latissimè interpretandum. vide infra ca. cum tibi. in opp.*
6 *Distributiones quotidianæ non dantur residentib. sed interessentib. diuinis.*
7 *Priuilegium, rescriptum, & beneficium, quid sint, & quo interpretantur.*

CAP. XVI.

1 OLIM. † Verba priuilegiorū sunt interptāda latissime. h. d. vel iuc. Bñficiū pricipis latissimè interptari dēt. prīo ponit man
ralis. Dūs pa. mādauit cap. Paduano quatenus magistro G. cano nico Paduano pbēdā q̄ñ residētib. de cōi ȝfertur, sicut vni ex aliis residētib. & bñficia manualia ȝferrēt, q̄ si canonici hoc nō facerēt patriarcha Gradēn. super hoc executor eos ad hoc app. cet. cōpelleret. Canonici mādatum apost. malitiosè aliter quàm debebant interpretātes d cebant non diem tenebantur ad hoc eum ipse non resideret ex eo qđ dicit vni de residentib. sed ip se residebat, vnde ipsi non tenebantur. vnde patriarcha petiit benignè à dño papa qualiter mandatum suum esset intelligendū. Rñ. pa. q cū bñficia principis latissimè sint interpretanda inuenit cap. Paduano præbendam, quæ tm̄ residentib. in victu, & vestitu, & ȝfertur de cōi dicto magistro G. plenè ȝferendā, sicut vni ex aliis residentib. malitiosa interpretatione reiecta. Ber. No. j. ex tex. q principis benefic um appellari potest priuilegium alicui ȝcessum etiam pro executione iuris cōis. & hoc procedit intelligēdo
a q iste canonicus erat in seruitio papæ, vel epi, vt dicitur in gl. † Secundò collige papā posse interpretari suū priuilegium extra iudicium, & in absentia partium. & circa hoc vide hic no. q Inn. q
distinguit inter modificationem, & interpretationem. nam modificatio est, cum aliqđ detrahitur priuilegio, & hoc dēt fieri præsentibus, vt in c. super. de decim. posset tñ papa etiā in absentia partium hanc modificationē facere. Interpretatio verò, si sit iudicialiter, debent partes vocari, vt s. c. pxi. si verò, vt extrajudicialiter tunc in principem nō est necessaria vocatio partium, vt hic, sed iudex inferior debet seruare ordinē iudiciarium, alias non tenet
3 qđ ipse facit. arg. in l. de vno quoq; ff. de re iu. & 3. q. ix. caueant. † In gl. j. ibi, quia papa sic voluit sed ȝ hanc lec. vltimā facit, quia
a si priuilegium erat ȝ ius cōe debebat strictissimè interpretari. ga omnis recessus à iure cōi est odiosus, vt in c. j. & ij. de fil. presby. li. 6. & in c. q dilecto. de ȝban. & affi. & ideò, vt clarius habeas mate
4 riam huius. c. ȝclude q tres intellectus possunt dari istic. † Primus est q priuilegium erat conforme iuri cōi, vt quia erat in seruitio cōi vel papæ, & sic debebat reputari residens, & ideo longissima interpretatio fienda erat. Secundus intellectus q papa voluit prouidere ȝ ius cōe, & tunc per ȝriū dic q priuilegium ȝ ius cōe debet strictissimè interpretari qā verba hoc patiūtur, secus vbi ȝstat de intentione principis, vt hic ȝstabat. nam ex quo mādabat illi prouideri sicut vni ex aliis residentib. ergo voluit illū haberi pro residente quo ad omnia. Et ex hoc & ex tex. singulariter not. quòd priuilegium contra ius commune debet latissimè interpretari. vbi verba hoc patiuntur. Tertius intellectus extra gl. quam sentit hic Io. an. And. q iste canonicus erat præsens. pro quo facit text. ibi, sicut vni ex aliis, &c. Sed propter aliquod statutum particulare, vel consuetudinem, non poterat recipere

præbendam quæ ȝsistebat in victu, & vestitu. & ad hoc impetrauit priuilegium quod erat conforme iuri cōi, licet contra statu
5 tum, vel consuetudinem. † Et ex hoc tertio intellectu no. q priuilegium indultum contra statutum, vel cōsuetudinem conforme tamen iuri cōi est latissimè interpretandum, & idem no. in c. cum tibi. j. eo. & pro intellectu literæ vide quod no. gl. pe. de cle. non re
6 si. c. 1. lib. 6. † In gl. 2. ibi qui intersunt diuinis. intellige ergo glo. q manualia beneficia hic appellātur distributiones quotidianæ, sed non bñdicit. quo ad tex. nostrū, ga distributiões quotidianę non dantur residentib. tantum, sed interessentib. diuinis. vt in c. vnico, de cler. non resi. lib. 6. & pap. mandauit prouideri isti, sicut vni ex residentib. & ideò potes intelligere hunc text. q olim in ecclesia Paduana non erant præbēdæ distinctę, sicut hodie, sed ex omnibus reditib. certa portio dabatur cuilibet canonicorū pro vestimētis, & victu. & illa appellabantur præbenda. Item quoliber die dabatur cuilibet canonicorū tot libræ panis, & tot mensuræ vini, & certi denarij pro victu. & ista appellantur manualia beneficia, seu præbendæ pro victu. & fortè vtra ista erant distributiones quo
7 tidianæ pro interessentib. diuinis. † In gl. fi. in fi. hęc gl. intrat q. an
b beneficium principis sit largissimè interpretādum, b sed non dat aliquam bonam theoricam. nota tamen eam in quātum dicit q rescripta ad lites debent strictè interpretari. no. etiam eam in quātum in fi. dicit q beneficiū principis tendens in alterius lęsionem non debet largissimè interpretari. & concor. Inn. in c. cum dilecti. de dona. & pro hoc alle. bo. tex. in c. super eos. de off. deleg. & in l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. & concludendo clarè dicta Doc & materiam scias quod vbi in iure specificè fit mē
c tio de beneficio principis. c Item de priuilegio d, & de rescripto
d tam ad lites, quàm ad beneficia, beneficium potest latè sumi, &
e tunc est benevola e actio gaudium tribuens capienti. in lib. feud. in ti. quib. cau. bene. amit. in c. 1. & no. in d. c. ad aures. §. de pœ. & tūc si generaliter sumptum comprehendit in se priuilegium, item & rescriptum, quia semper princeps facit gratiam, vt in ca. fedes. de reseri. non. n. tenetur dare rescriptum, cui subiecti habeant iudices ordinarios. Quandoque verò hoc verbum beneficium, sumitur strictè, & transit in speciem, & tunc propriè dicitur beneficiū liberalitas quędam, seu gratia concessa sine alterius præiudicio, per ius cōe. vt qñ princeps ȝcedit aliqua iura, ad se spectātia. illud ppriè dicitur beneficium, & non priuilegium, & illud debet largissimè interpretari, quia tantum præiudicatur concedenti. & in hac specie intellige iura quæ dicunt q beneficia principis debēt
f largissimè interpretari, priuilegium f verò est quoddam benefi-

ADDITIONES.

a ¶ Priuilegium. Circa interpretationem priuilegij, vide quæ cumulat Fel. in c. causam quæ. ver. interpretatio priuilegij. §. de resc. fac. in l. pe. ff. de consti. principum. Seb. Sapi.

b ¶ Sit largissimè interpretandum. Adde tu, quī vis facere vt priuilegium q vis à principe impetrare, recipiat largissimā interpretationem per Tho. Ferr. in suo tract. caute. 29. incip. dum Venetiis vna vice pranderem.

c ¶ Principis. De illis terrenis, quid sit beneficium, vel rescriptum, vi de Bar. in l. pe. ff. de consti. prin. & vide Ang. in cons. 233. vbi dicit q immunitas cōcessa forensib. anteq̄ veniat, dī beneficium. sed postquam venerit, dicitur priuilegium, vide Bal. in l. pe. ff. de cōsti. prin. vbi dicit q omnis concessio principis dī esse priuilegiū eo ipso. q discrepat à iure cōi, per illū tex. Et vide Bal. in c. 1. §. inuesti tura. prope fi. in ri. de no. tor. fi. vbi dicit q quælibet gratia principis potest appellari priuilegium. Ita dicit notari in nouel. in hoc c. olim. de ver. sig.

d ¶ Priuilegio. Quid est bñficiū, vide Pe. de Anc. in regula, bñficiū. cir. prin. lib. 6. vbi et ponit hāc diffinitionē, & Io. de Im. in cle. si plures. de pbē. & vide eundē Ab. in c. ad aures. s. de pœ. Et de hac met diffinitione ponit Bal. in l. pe. in prin. ff. de consti. prin.

e ¶ Benevola. Vide Fel. in rub. s. de resc. vel circa diffinitionem. & q interpretationem recipiant rescripta, latè tradit Fel. d. c. cām quæ interpretatio rescripti. s. de reseri. Seb. Sap.

f ¶ Priuilegium. Quid est priuilegiū adde hic Bal. in l. fi. C. de re iudi. versi. dicas. vbi dicit q omne priuilegium est rescriptū, sed non ȝ uertitur. & alle. l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. 12. Itē adde q habemus alia duo vocabula, seu alios duos terminos s. dispensatio. & mandatum. Dispensatio est, qñ aliquid iuris ex cā relaxatur. Ita loquitur l. 1. cir. prin. ff. de va. mi. & tex. no. in l. ex facto. in prin. ff. d vulg. & pup. quæ cū habeat vim priuilegij etiā strictè interpretat d. l. ex facto. vbi no. do. Can. omnes in c. 1. de fil. pby. in 6. & in ca. quod dilecto. de consan. & affi. Inn. in c. dudum. de cle. Pa. in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iud. Mandatum verò est propriè qñ dat ad exequendam gratiā papæ, vel principis, & sic quando aliquis deputatur executor gratiæ, vel beneficij, capit. eam te. de rescrip.

Universidad de Deusto

neficiū ꝫ ius: & dicitur priuilegium, quasi priuata lex, qui est ꝫ lege cōem. & appellatur beneficiū quod tribuit gaudiū ei cui accidit, & tale priuilegiū debet largissimè interpretari, sed inquātū præiudicat tertio, vel iuri cōi debet strictè interpretari, vt in c. quod dilecto. præall. & in c. 1. & 2. de fi. pref. lib. 6. & vide bo. gl. in c. ordinari. lib. 6. & quod no. gl. in c. fi. de transla. epis. & in hoc priuilegio nō habēt locū illa iura quæ dicunt būficia principis lar
a gissimè interpretāda, nisi modo p dicto. rescriptum a verò est būficiū fm ius qa datur ad iuris obseruantiā nec tenebitur princeps cōcedere. vt s. dixi. ideò potest appellari beneficium largo modo sed si datur ad lites debet strictè interpretari, qa præiudicat ordinariæ potestati. Item est odiosum quia datur materia litigādi & vexādialium. Idē dic ī rescripto ad beneficia. nā est ambitiosum, & præiudicat ordinariæ potestati. ideò fit strictissima interpretatio, vt in c. quamuis. de preb. lib. 6. hoc no. quia in hac compilatione non ita clarè examinatur hæc materia, sicut hic. adde quæ dixi s. in gl. & tene menti.

ADDITIO.

a ¶Rescriptum. Et vide gl. in vers. noscatur. cir. fi in c. 1. de consti. in 6 ex quo colligit Do. differentiam inter rescriptum, & priuilegiū quia rescriptum est ius commune, priuilegium verò contra ius.

SVMMARIVM.

1 *Generale interdictum dicitur etiam si sit emanatum in vna villa.*
2 *Sententia excommunicationis est latè interpretanda.*

CAP. XVII.

a CVM IN PARTIBVS. a Generale dr interdictū, qfertur nedū in prouinciam, sed etiā in villā vel castrū. h. d. Cōis diuisio, secunda ibi. cum autē. Casus literalis. In regno Portugaliæ diuersa loca supponebātur alqū interdicto, qdā habētes priuilegiū vt licear eis celebrare diuina ianuis clausis excōicatis, & interdictis. cum gnale interdictū terræ fuerit, asse erāt se nō teneri participare interdicto dicētes interdictum gnale solummodo esse, cū regnum, vel prouincia tota subiicitur interdicto. Eps Colubren. consuluit pap. qñ gnale, vel particulare dici debeat interdictum. Rñ. pap. cum in priuilegiis eorum de regno, vel prouincia nihil dicat, p hoc verbum terræ nō solum regnum, vel prouincia intelligit, sed ēt villa, vel castrum, vt ēt in illis locum habeat qp de gnali dr
1 interdicto. B. † No. 1. ex tex. quod particulare interdictum dr qñ vna ecclesia, vel plures ecclesiæ specificè, & non sub noīe vniuersitatis interdicunt. Gnale verò est qñ vniuersitas vnius loci interdicitur, siue locus sit paruus siue magnus, vt est villa, vel castrum, & est rō. qa si in villa nō esset, nisi vna ecclesia tā apta est habere plures ecclesias. vñ ptinet in se vniuersitatē, & no. qa facit ad multa, & maximè ad ꝫstitutionem Bonifacij, vbi cauet qp p pecunia rio deb. to nō dēt ferri interdictum gnale p ordinarium vel delegatum, sine speciali licētia papæ. Itē no. quod noīe terræ cōprehēditur regnū. Itē ciuitas. Itē castrum, vel villa. Op. ꝫ tex. de c. fin. de sen. exc. lib. 6. vbi absq; priuilegio clerici possunt submissa voce celebrare. tpe gnalis interdicti. ergo nō est opꝰ priuilegio, de quo hic. Sol. illud ꝓcedit hodie de iure nouo, sed hoc olim nō licebat, ideò impetrabat priuilegium. de quo hic. In gl. fi in fi. vel dic fm Host. quod interdictum nō est odiosum cum ad correctionē ani
2 marum infligitur. vt in c. pen. de sen. exc. quod no. † Ex quo habes quod sententia interdic. nō debet strictè interpretari. sed largè, qa venit ad correctionē animæ, & securior interpretatio fienda est in concernentib. periculum animæ. vide bonam gl. in c. vnico. de scruti.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione veniunt canonici. 3. 4. 5.*
2 *Consuetudo quod clerici possint disponere de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ valet.*

CAP. XVIII.

1 CVM TIBI. Verbū † clericorū ēt canonicos ꝫprehēdit. h. d. vel aliter fm intellectum abbatis. Priuilegium ꝫ consuetudinem iuri cōi obuiantē largè est interpretādum, & fm hunc intellectū est casus no. & pone sic casum fm hunc intellectum. In quibusdā partib. Frāciæ erat consuetudo qp propinqui succederent clericis intestatis in bonis etiā acquisitis intuitu ecclesiæ. Cōtra hanc cōsuetudinē papa cōcessit priuilegium cuidam ep̄o, qp ordinatio rerum clericorum ab intestato decedentium esset in sua dispositione, dubitabatur an appellatione clericorum venirent canonici,
2 & respondetur qp sic, vt in litera. † No. 1. ex tex. præcedentem intellectum qp valet consuetudo, vt clerici possint disponere de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, & propinqui succedunt eis ab intestato in huiusmodi rebus, & tene hoc menti. & faciunt no. in
3 c. præsenti. de offi ordi. li. 6. † Secundò no. qp verbum clericum. in priuilegio prolatum etiam comprehendit canonicos. Sed contra oppo. de c. cedens. & qp ibi no. s. de rescri. vt non veniant maiores expressis minoribus etiam secuta clausula generali. sed canonici ecclesiarum cathedralium sunt honorabiliores aliis, cū faciunt vnum corpus cum episcopo, vt in c. nouit. & ca. quanto. de his, quę fiunt à præla. ergo verbum clericorum debet cōprehendere simplices clericos, & non canonicos. Sol. dicunt Hostiē. & Io. And. qp contrarium procedit in rescrip. ad lites quæ sunt restringenda, sed hic nos loquimur in priuilegio fauorabiliori, & vt dixi secundū illam lectu. Abb. istud priuilegiū erat conforme
4 iuri communi, licet contra statutum, vel consuetudinem. † Not. sing. & tene semper menti. nam sentiunt doc. ex prædictis qp in materia stricta appellatione clericorum nō veniūt canonici, sed
a simplices clericia tantum. quod mihi placet. & idem teneo, de vita. & ho. cleri. super rubrica. latius tracto, sed in materia larga veniunt omnes etiam episcopi, vt patet in rubro de vi. & ho. clericis. nam ibi in rubro dicitur de clericis generaliter, & in nigro tractatur etiā de episcopis. In gl. 1. ibi prior expositio melior est. nā secundum vltimam lect. gl. non erat opus impetrare priuilegiū, nisi dicatur qp episcopꝰ ex illis bonis volebat soluere debita sua.
5 In † gl. fi ibi, largissimè sumitur, & notatur hoc dictū gl. fi. & tene menti, vult enim qp verbum clericorum non comprehendat canonicos, nisi ex largissima interpretatione. ergo vbi cessat hęc interpretatio largissima non comprehendit canonicos, vt s. dixi. & in fi. gl. fo. vt ibi no. in gl. vlt.

ADDITIO.

a ¶Clerici. Vide quæ no. in c. cleros. 21. dist. vbi late. & do. Car. in c. bonæ de postu. præla. text. in c. cum per exceptionem. de priui. li. 6. Fed. de Se. consi. lxx. Lud. Ro in l. 3. ff de verb sign. And. Barb.
a ¶Clerici. Vide Fel. in c. non dubium. in 2. no. s. de sen. excom. Seb. Sapia.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an & quando teneantur præstare iuramentum obedientiæ prælatis.*
2 *Episcopus, & capitulum faciunt magnam coniunctionem inter eos. Canonicis sunt obligati clerici vt vniuersis non vt singulis.*
3 *Clericus cui magis astringatur episcopo an capitulo. Clericus subiectus duobus prælatis contraria iubentibus cui habet primo obedire.*
4 *Iuramentum generaliter præstitum debet restringi quantum potest, vt amicus obliget iurantem.*

CAP. XIX.

f ¶Infames.Quod clerici possint torqueri quando sunt infames, tenet And.sicu.in c.si constiterit.§.de accu.Fel.in ea. vniuersitatis.§.de senten.excom.& in c.veniens.§.de consti.& in cap.cum oporteat.§.de ac.in c.de hoc.ver.secundò limita.§.desimo.Marsi. Bono.in sing.iv.inci.aduertas ad vnum.Seb.Sap.
f ¶Infames.Similiter dicas quod ad torquendum hominem, qui est bonæ famæ,non sufficiunt indicia,alias legitima ad torturā secundum *Ang.*in l.milites.C.de quæstio.
g ¶*Aculeis*,vel fideculis.Vide de isto tormēto per fideculas rex. cum gl.in c.fi.quod incipit nullus.6.q.1.quare autem tortura debet esse moderata,maximè in clericos,vide d.An.in c.2.de depositō.& quod ibi notaui.de Bellentz.

quando aliter veritas haberi non pōt.arg.ff.aut.de test.§.3.& d. l.diuus.si verò nō est vilis,& tunc si testis non vacillat,nō debet torqueri,alias secus,vt in d.l.ex libero.Hæc fallunt primo in minore 14.annis.quia non debet torqueri,licet veritas ab eo serula,vel corrigia haberi nō possit,& elici,vt in l.j.§.impuberes ff.ad Syllan.& in d.l.ex libero.§.j.Item senex decrepitæ ætatis nō debet torqueri.vt l.3.ad filia.Item mulier prægnans,vt l. prægnantis.ff.de pœ.Si verò sunt statu liberi,& tunc idem dicendum q̄ in liberis,vt est tex.in l statuliber.ff.de quęstio.& statu liberi dicunt illi,quorum libertas est redacta in certum tps,vel sub certa conditione,vt si relinquit libertas seruo post decennium,vel sub certa conditione,interim antequā impleat cōditio,vel veniat tps di-
11 cit statuliber.de quo in l.j.ff.de statu liberis † In seruis vero concludo q̄ aut torquentē extraneū,aut dñm absentem,vel præsentē,vel præteritum.Primo casu torqueri possunt in subsidium tñ,aut contra dominum.& tunc aut super facto communi domini,& serui,& torqueri possunt,vt in l.quicunque.C. de ser.fugit.Aut in facto extraneo.& tunc regulariter seruus non debet torqueri contra dominum præsentem,vel præteritum. Fallit in quibusdam criminibus,vt in crimine læsę maiestatis, adulterij, &c.de quo dicendum,vt in l.j.§.si seruus.ff.de quæst.

REG. VII.

QVAE.Sacrilegus est offendēs rem vel personam ecclesiasticā.Casus literalis.Quicquid cōmittitur,seu delinquit in reb.Deo sacratis & eīs iniuste & iniq; agitur,& pro sacrilegio reputat.qa sacra ab aliquo violari non debent.Bern.No.iuncta gl. 2.quod omnia bona ecclesiarum largo modo possunt dici sacra ta,quia oblata sunt ecclesiæ pro sacris.Et propriè quando committitur sacrilegium,& de pœna sacrilegij vide bo.tex.17.q.4.ca. sacrilegium.& c.quisquis.per *In.*in cap.cum pro causa.§.de sent. excom.

REG. VIII

QVI EX TIMORE.Qui facit aliter,q̄ debet facere, non dicit.h.d.Casus literalis.Dicit Aug.qui ex timore facit illud qđ non facit aliter facit q̄ debeat,qa libenti animo ea facere deberet,& ideò iam non dicit facere,& sic ex tali obedientia non meretur.Ber. Nota primo ex rex.qđ non est considerandum solū factum sed animus facientis.& maximè quò ad Deū,quia respicit non q̄ fit,sed quo animo,vt est tex.cum gl.in c.j.de coll.de tegēda.& 85.di.c.non satis.& 14.q.5 in c.si quid inueniſti. In gl. j.ibi bonus tex.est,vnde in sacra scriptura. Qui timet Deum faciet bona.& alibi,*Initium sapientiæ timor domini.In* gl.fi.ibi,nō sit imputandum.dicit Host.hoc verum in totum,non tamen ex cusatur à totali culpa.ar.c.sacris.q̄ met-causa.10.*An.*dicit concordādo & bene qđ aut ex præcepto iudicis & excusatur in totum,& ita loquitur gl.aut ex timore priuati.& procedat dictum Host.

REG. IX.

DEFLEAT.Committens vnum peccatum reus est omniū quo ad vitam æternam.h.d.Casus literalis. Peccator cū peccat merito flere debet,quia offendens in vno factus est omnium reus,quia propter illud vnum damnabitur.Ber.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia in facto alieno non excusat illum, qui ex officio sibi iniuncto tenebatur perquirere.*
2 *Pastor tenetur ad emendam ouium,quas comedit lupus,quia tenetur ad custodiam.*
3 *Negligentia,vel ignorantia in prælato imputatur culpæ.*

REG. X.

QVAMVIS. *Ignorātia* pastoris nō excusat cū si lupus oues rapiat.h.d.quo ad literam.vel aliter,quò ad mysticum, & moralem intellectum.*Ignorantia* non excusat prælatum in pecatis subditorum.h.d.Casus literalis.Pastor,siue prælatus curam debet habere de ouib.suis,& ideò si lupus comedit.& pastor nesciat,nullam habebit apud Deum excusationem per negligentiā
1 suam.Ber.No.1.ex tex.q̄ ignorantia in facto alieno non excusat qñ tenetur quis indagare & diligenter custodire,& precauere.q̄
2 hoc quod no.inc.inno.ult.§.de ele †No.2.pastorē teneri pro oui
a bus comestis à lupo a: quia tenē ad custodiam,& ideò si nō adhibuit diligentiam quam debuit,non est sine culpa.Idem in prælato qui acceptando prælaturam obligauit se ad custodiā subiectorum.vnde prælatus b dicitur pastor.quia debet pascere subiectos verbo doctrinæ.& diabolus dicitur hic lupus: quia semper nititur decipere homines,& habet multos modos nocēdi.16.q. 2.c.vlis.

ADDITIONES.

a ¶A lupo. Adde Bal.in l.si seruus.& ibi bonū tex.C.de fur. & Spe. in ti.de act.seu peti.§.3.vers.item no.q̄ si.in fi. Zacha.
b ¶Vnde prælatus.Et quando prælatus debeat complacere subditis suis:vide hic Ant.& Dominic.in c.quod ad nos.ver.opp.& pone.47.dis.
¶Adde plenè per Car.in cle.in plerisque.circ.prin.de elect.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Romanæ ecclesiæ in quib.casib.sit ab omnib.seruanda.*
2 *Homagium quid sit,& vnde dicatur,& pro quib.reb.præstetur.*

REG. XI.

INDIGNVM.Pro spiritualib.homagium nō præstatur.h.d. Casus literalis.Dicitur hic quod pro spiritu lib.obtinendis nul lus compelli debet homagium,siue fidelitatem facere,cū hoc in dignum sit,& à consuetudine Romanæ eccles.alienum, & ideò
1 ab aliis ecclesiis est prohibendum.B.†No.ex text.ibi.à Romanæ ecclesiæ.&c.quod consuetudo Romanæ ecclesiæ sequenda est,hoc intelligo,prout no.gl.in c.1 de sum.tri.lib.6.& in c.nolite.11.di.nā si decernit quod licitū,vel disponit circa articulos fidei, illud est sequendum q̄ tenet Romana eccles.*In* aliis verò non tenetur se qui cōsuetudinē Romanæ ecclesiæ sed quælibet ecclesia seruare debet cōsuetudinem suam,vt in c.certificari.de sepul.& in c.de trina.de consec.di.4.† Vlti.no.q̄ homagium nō præstatur in spiritua
2 lib.sed iuramentum obedientiæ sic.vt in c.quanquam.23.disti. &
a c nullus.de iureiu.Quę autem sit ratio diuersitatis inter hæc iura, & concludo iurm fide itatis,quod dicitur homagium propriè a cernit temporalia.& per hoc iuramentum.iurans,quasi efficitur homo illius,cui iurat,& eius vasallus.Vnde dicitur homagium, a
b quasi hominis ligium,b quia ligatur,& obligatur illi,cui iurat,& efficitur homo illius:ideo in spiritualib.hoc interuenire non debet,ne videantur hæc spiritualia vendita,quasi prælatus acquirat hāc vtilitatem,& nouum hominem pro spiritualib.ab eo collatis.de quo iuramento.dic vt no.gl.in cle.pastoralis.§.rursus.de reiud.Et quid continet in se hoc iuramentum,vide tex.22.q.5.c.de forma.Iuramentum verò obedientiæ concernit spiritualia,& pertinentia ad officium prælati,& licita duntaxat,& hoc habet in sedatio spiritualium.quia subditus debet obedire prælato, ad quā obedientiam Christus nos perducat. Amen.

ADDITIONES.

a ¶Homagium.Vnde dicatur homagium,vide Io.*An.*in ti.de feu. §.quoniam.in vers.& nota quod homagium.
¶*Adde* de hoc.s.vnde dicatur homagium, & quotuplex sit,Spe. in ti.præal.& in ver.secundo quæritur,& ver.primò autem.& ibi Bal.in apost.in vers.homagi.& istum in c.si diligenti.nu.1.&ibi posui in apost.in vers.sunt diuersa.de simo.
b ¶Ligium.Aduertendum est quod reperitur homagium non ligium.vt no.Spec.in ti.de feud.§.quoniam super homagij.vers.& no.& latè declarat Iac.de San.Georgio in trac. de homagio.vbi quid sit homagium ligium,& quid homagium non ligium. Seba.Sapia.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z. A B C D E F G H I K L M N O. Omnes sunt quaterniones,præter O.qui est ternio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ABBATIS PANORMITANI
COMMENTARIA, IN
Clementinas epistolas, & earum glossas:

Quæ Typographorum incuria, vel dolosa alicuius solertia, vt hæc sibi in futurum ascriberet, pene intercíderant,

Nunc recens infinitis propè erroribus & mendis purgata.

PROEMIVM.

1 *Iuris appellatione quid veniat, vt cum aliquid secundum ius decidi mandatur, sciamus de quo intelligatur.*
2 *Machinatio quid sit.*
3 *Papa vnde dicatur.*
4 *Proeliuis, quid significet.*
5 *Obrepere, quid sit.*
6 *Sors sumitur multipliciter, & quot modis.*
7 *Constitutiones quando incipiant ligare, siue dispensatiuæ, siue declaratiuæ, siue priuilegiatiuæ sint.*
8 *Priuilegij purè concessi, & in vim constitutionis concessi, differentia quæ sit in tempore effectus consequendi.*
9 *Papæ pontificatus à quo tempore incipiat.*

1 APpellatione iuris venit † ciuile, canonicum & synodale, seu municipale. not. gl. in proœ. clem. in verb. iuris. secus in naturali vel diuino, vt ibi. quod intelligo, vbi materia subiecta non patitur, seu sequeretur absurdum, aliàs secus, vt in cap. humanum genus. dist. 1. ¶ Faciunt prædicta ad quæstionem, quando causa mandatur decidi secundum ius, vt non solum intelligatur de communi, sed etiam de municipali, & de consuetudine. Nam & consuetudo est ius. 1. dist. c. consuetudo. de hac tamen quæstione vide quod latè scripsi in c. quintauallis. de iureiu. & super rubr. de consuet. † Machinatio, idem quod astutum
2 ingenium, & sonat in malam partem. vide gl. in proœmio cle.
3 in ver. machinationis. ¶ †Papa dicitur à papè, quod est interiectio admirantis: & idem est quod admirabilis, sed secundum etymologiam dicitur papa, quasi pater pauperum. gl. in eodem
4 proœm. in verb. papa. ¶ †Procliuis idem est, quod præceps seu promptus. facilis vel inclinabilis. vide hic glo. in proœm. super
5 verb. procliius. ¶ †Obrepere idem est, quod latenter subintra-
6 re. vide hic gl. in verb. obrepit. † Verbum sortis sumitur multipliciter. Quandoque pro fortuna, vel euentu. Quandoque pro sortilegio. Quandoque pro capitali. Quandoque pro parte vel
7 portione. gloss. in eodem proœmio in verbo, sortis. † Quando incipiunt ligare constitutiones, siue sint dispositiuæ, siue decla-
8 ratoriæ, siue priuilegiatiuæ. †& an sit differentia in tempore effectus consequendi, inter priuilegium purè concessum, & priuilegium concessum per viam constitutionis. vide bonam gl. in proœm. antedicto in verb. de cætero. prope fin. & inter cætera notabiliter videtur velle, vt ad iniiciendum vinculum non sufficiat constitutionis principem, si postmodum illa occultatur, sed est necesse vt fiat copia in communi. quod intellige nisi aliud appareat ex verbis constitutionis, vt puta, quia mandatur, quòd statim debeant obseruari, vt ex eadem gl. colligitur.
9 ¶ †Pontificatus papæ incipit à tempore benedictionis, consecrationis, & coronationis: prius enim dicitur electus. gloss. in d. proœm. in verb. pontificatus.

¶ De summa Trinitate. Rub.

CAP. I.

1 *Clementinarum rubricæ non sunt continuandæ.*
2 *Christus tempore conceptionis homo perfectus fuit, eique anima rationalis statim infusa. & quare.*
3 *Anima vt infundatur, oportet quod fœtus recipiat suam dilatationẽ & extensionem membrorum, quod per 40. dies in masculo expectatur, in fœmina per 80.*
4 *Christus passibile corpus assumpsit, & qua passibilitate. & quare.*
5 *Christus ad saluandas gentes quare humanam carnem assumere voluit, & non prius, nec tardius.*
6 *Christus Dei filius quare de Maria, & non de alia virgine voluit incarnari.*
7 *Christus quare mortem crucis elegit, & non aliam passionem.*
8 *Euangelistæ quare diuersimode figurantur.*
9 *Anima rationalis & intellectiua informat corpus humanum, non tamen per omnia se habet sicut aliæ formæ, & quare.*
10 *Resurrectio nostrorum corporum ad quid fiet, & quare.*
11 *Pertinax quis propriè dicatur.*
12 *Gratia informans, & virtutes, qualiter paruulis non sentientibus infundatur.*
13 *Virtutes vnde dicantur, & quot sint theologicæ.*
14 *Virtutes morales quæ sint, & an per baptismum infundantur, an vero postmodum per hominem acquirantur.*

1 EIdei. † Quòd Rubricæ clementinarum non sunt cõtinuãdæ, sicut nec rubricę Sexti, vide gl.
2 supra rub. de sum. tri. † Quòd statim tempore conceptionis Christus fuit perfectus homo, & fuit anima rationalis infusa: quia incongruum fuisset, filium Dei corpus assumpsisse non formatum. gl. in ver. vnitas, allegatur Aristo. in primo physicorum. frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. † In aliis autem non infunditur anima
3 statim, cum fit conceptio, sed oportet prius, quòd fœtus recipiat suam dilatationem & extensionem membrorum, vt sic disponatur ad animam recipiendam, & dicitur, quòd in fœmina expectatur per 80. dies à conceptione embrionis, in masculo per 40. vide gl. in clem. j. de sum. Tri. in vers. vnitas. & in decr.
4 5. di. §. 1. ¶ †Corpus Christi erat passibile, vnde poterat pati frigus, calorem, famem, sitim, & omnes alias pœnalitates humanas, præter ignorantiam, & peccatum. & si non fuisset in cruce mortuus, ad vltimum senio decessisset. vide gl. in clem. de sum. Tri. in ver. passibile. & ibi etiam redditur ratio, quare voluit as-
5 sumere corpus passibile. ¶ †Quare Christus tempore incarnationis voluit assumere carnem humanam ad saluandas gentes, & non voluit assumere prius vel tardius, glo. in clem. 1. de sum.
6 Tri. in ver. ex tempore. ¶ †Quare de Maria, & non de alia virgine voluit filius Dei incarnari. vide gl. d. cle. 1. de sum. Tri. in ver. virginali. quæ reddit tres rationes. Prima, quòd ex superbissima. s. Eua natus est morbus, sic per contrarium ex humillima debuit inchoari medicina, & B. Maria humillima fuit, vnde in psalmo: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Secunda, quia ad summam humilitatem filius Dei voluit incarnari, sic summè humile eligere debuit, in qua & à qua deberet tanta humilitas inchoari. Item vt refert quædam historia, beata Maria fuit prima quæ virginitatem Deo obtulit, &c. & ibi cauetur etiam in eadem gloss. quare beata Virgo consensit in coniugium Io-
7 seph. ¶ †Quare Christus mortem crucis elegit, & non aliam passionem, vide quatuor rationes, quas ponit gl. in d. cle. 1. de
8 sum. Tri. in ver. cruci. ¶ †Quare Euangelistæ figurantur diuersimode. vide glo. in dicta clemen. 1. in ver Io. And. quæ post beatum Grego. dicit Matheum per hominem figurari: quia suum Euangelium incæpit ab humana ratione. Marcus vero per leonem figuratur, quia incæpit per clamorem in deserto. Lucas per vitulum, quia à sacrificio. Ioannes autem per aquilam: quia
9 incæpit à diuinitate Christi, vt ibi. ¶ †Quare anima rationalis & intellectiua informat corpus humanum, non tamen per omnia se habet, sicut aliæ formæ Nam anima habet per se substantiam sine corpore: & illud esse, in quo subsistit, communicat materiæ corporis: ex qua materia & anima intellectiua fit vnum ita quòd illud esse, quod est totius compositi, est etiam ipsius animæ: quod non est in aliis formis, quæ non sunt per se
10 sine aliqua substantia subsistentes: & propter prædictą anima humana remanet in suo esse distracto corpore, non autem aliæ formæ. vide latissimè per dictam gloss. clem. 1. in verbo, intellectiuæ. † Et ibidem etiam habetur: ad quid resurgent corpora nostra. Nam fiet resurrectio, quia anima non habet sine corpo-

re perfectam beatitudinem & requiem. quod est, cum appetat
vniri corpori cum ex eo & anima fiat vnum compositum. & i-
1 1 ibidem habetur de anima sensitiua & vegetatiua. ¶ †Quis dica-
tur propriè pertinax, & quid pertinacia. glos. hoc enunciat in d.
1 2 cle. 1. in verb. pertinaciter. ¶ †Qualiter paruulis non sentienti-
bus infundantur per baptismum virtutes & gratia informans.
& huiusmodi opinione antiquorum vide per glo. in d. clem. 1.
1 3 in ver. opiniones. ¶ †Quòd per baptismum infunduntur virtu-
tes theologicæ, quæ sunt tres, fides, spes, & charitas. & dicuntur
virtutes, quasi virum tuentes, & perseruantes à vitiis. c. illa ani-
1 4 ma. & cleq. de pœ. dist. 2. †An autem virtutes morales infun-
dantur per baptismum vt prudentia, temperantia, fortitudo, iu
stitia, & similes. An verò postmodum acquirantur per homi-
nem, sunt opiniones inter theologos & qualis & qualiter gra-
tia infunditur in baptismate, vide ad prædicta gl. in d. clem. 1. in
verb. virtutes. cum seq.

¶ De rescriptis. Rub.

CAP. I.

1 *Dispositio pœnalis extenditur propter identitatem rationis, verisimiliter etiam & indubitanter præsumptam.*
2 *Constitutio etiam pœnalis loquens de religiosis habet locum in clericis secularib. vbi subest eadem ratio non solum expressa sed indubitanter etiam præsumpta.*
3 *Iudices ordinarij citra Papam & legatum possunt citare & causam committere vltra vnam dietam.*
4 *Iudex, qui posset ratione suspicionis recusari agente administratore ecclesiæ immediato, poterit recusari agente superiore mediato de iuribus ipsius ecclesiæ inferioris.*
5 *Priores, etiam obedientiarij, possunt agere pro suis prioratibus durante eorum administratione.*
6 *Missio in possessionem fieri non debet ob vnius contumaciam, quando eiusdem rei defensio pluribus competit, imo omnes sunt citandi.*
7 *Ecclesiæ & alia loca quando, & quomodo possint fieri de mensa prælati, vel capituli, & tunc non semper habent speciales gubernatores.*

1 ABbates. †Quòd dispositio pœnalis extendatur propter identitatem rationis, vide bo. gl. in hac cle. in ver. præsidentes. Et aduerte, quia colligitur ex ista gl. hoc procedere, licet ratio non sit in text. sed verisimiliter & indubitanter præsumpta. Nam hic in text. non exprimitur ratio, sed gl. j. illam ibidem præsumit. & q̃ loquatur in constitutione vel dispositione pœnali, patet, quia ibi in pœnam inducitur retractatio processus, & condemnatio ad expensas, & interesse, ad quod tex. iuncta gl. no. in verb. processus. de im. cc. c. decet. lib. 6. & probatur tex. no. in c. dispendia. de resc. c. lib. in fi. plenè dico in c. 2. de const. in antiq. Et vide ad
2 materiam, quod dixi post gl. in cle. j. j. de elect. † Quòd constitutio loquens de religiosis etiam pœnalis habet locum in clericis secularibus, vbi subest eadem ratio, licet non expressa, sed indubitanter præsumpta, est gl. in d. clem. j. in verb. presidentes. in fi. Et videtur gl. in contrarium. de sup. neg. præl. cle. j. in verb. regulares. Sed vide quod ibi dixi. in hac tamen materia extensionis Io. An. fuit sibi multum contrarius in gl. suis, & specificè notabo contrarietatem vbi cadet, & vide per eum in d. c. dispendia. in nouella. vbi voluit, quòd haberet locum dispositio per identitatem rationis, sed non pœna. sed aliter sensit in cle. 1. j. de elect. vbi dicam. & in c. in fidei fauorem. de hær. lib. 6. & in
3 c. constitutionem. de reg. li. 6. in mercu. †Quòd in ordinariis citra papam & legatum non habet locum prouisio ca. statutum. de resc. lib. 6. quod est valde not. possunt ergo isti citare seu causam committere vltra vnam dietam, quod videtur probari. in c. vt litigantes. & c. cum episcopus. de offi. ord. lib. 6. Sed aliqui, doct. antiqui, cum quibus videntur transire doct. mode. tenent oppositum, in c. sanè. de for. compe. sed primum ibi tenui, licet non essem memor huius gl. & ibi latius videndum pro prædicta conclusione gl. in d. cle. 1. in ver. legatorum. † Quòd iudex.
4 qui posset ratione suspicionis recusari agente administratore ecclesiæ immediato, poterit recusari agente superiore mediato de iuribus ipsius ecclesiæ inferioris. gl. in d. cle. 1. in verb. coram quibus. ¶ †Quòd priores etiam obedientiarij qui scilicet
5 ad nutũ superioris possunt reuocari, valent agere pro suis prioratibus, quamdiu durat eorum administratio, & idem in ipsis superioris. vide text. cum gl. in d. cle. 1. in ver. liceret. ¶ Vbi pluribus eiusdem rei competit defensio licet insolidum, nõ debet propter contumaciam vnius fieri missio in possessionem, sed oportet quòd omnes citentur, gl. no. in d. clem. 1. in ver. liceret.
6 dixi plenius in c. cum deputati. de iudi. in addi. ¶ †Quòd loca, quæ sunt de mensa, non semper habent speciales gubernatores. vide gl. in d. clem. 1. in vers. haberent. plenius per gl. in clem. 1. de excess. præla. vbi etiam habetur quando ecclesiæ etiam dicuntur de mensa. & quo iure possunt effici de mensa prælati, vel capitu. Quòd idem est dicere, non valeat ipso iure, quod sine ope exceptionis. gl. 1. in d. clem. 1. in fi. in ver. ipso iure.

CAP. II.

1 *Episcopus potest in ciuitate plures habere officiales, æquales, & insolidum.*
2 *Qualitas ad actum requisita non est necesse vt duret, si solum exigitur in principio actus.*
3 *Nomen proprium & dignitatis si exprimatur, an videatur contemplata persona, vel dignitas.*
4 *Officiales episcopi multiplici nomine autumãtur, quæ possint esse delegati Papæ.*
5 *Collegium debet de iure communi eligere sibi prælatum immediatum, secus de consuetudine.*
9 *Prior ecclesiæ conuentualis, licet sit remouibilis ad nutum, dicitur habere dignitatem, secus si sit claustralis, & quare.*
7 *Vicarius episcopi an possit remoueri ad nutum ipsius episcopi, & an morte vel excommunicatione iurisdictio vicarij cesset.*
8 *Monachus simplex an possit esse vicarius episcopi, vel coadiutor alterius prælati.*
9 *Vicarius episcopi, vel prior conuentualis an possit deputari conseruator per Rõmanum pontificem.*
10 *Vicarij episcopi dignitas vnde esse dicatur.*
11 *Foraneus officialis episcopi quis dicatur; nam ab eo ad episcopum appellatur, secus à generali.*
12 *Ex certa scientia principem quando aliquid fecisse dicitur, cum id testibus probari non possit.*
13 *Legatus quem delegatum facere non potest, etiam ex certa scientia.*

1 ET si principalis. † Quòd episcopus potest habere in ciuitate plures officiales, æquales, & insolidum. Item quòd vnus sit
2 tus Papę & alij non. vide gloss. 2. iuncto isto tex. ¶ †Si causa delegatur vicario episcopi expresso nomine proprio, non desinit esse delegatus, licet remoueatur à vicariatu. saris enim est, quòd commissionis tempore erat vicarius. Idem nota. in canonico per gloss. notabilem in capit. statutum. §. 1. eod. tit. lib. 6. in verbo, canonici. Et ex vtraque gl. tenemenți, non esse necesse qualitatem requisitam ad actum durare, si solum exigitur in principio actus. Nam capitu. statutum. solum requirit, quòd commissio fiat habenti dignitatem vel canonicatum: saris est ergo, vt
3 sio fiat habenti dignitatem vel canonicatum: saris est ergo, vt tempore cõmissionis subsit illa qualitas, ad hoc quod no. Bart. in l. ex facto. ff. de vul. & pup. & l. præcipimus. C. de ap. ¶ †Quid autem si exprimatur simul nomen proprium & appellatiuum, vt quia dicitur, Antonio vicario episcopi Senen. an videatur contẽplata dignitas vel persona: dic plenè vt dixi in c. quoniam
4 Abbas. de of. del. ¶ †De multiplici nomine officialis episcopi, vide bo. gl. d. cle. & si principalis. in ver. officialis. Et ibidẽ ẽt no. q̃ vicarius episcopi in spiritualibus quia alias officialis non est, non p̃t esse delegatus papæ. ¶ Officialis seu vicarius archidiaco in, vel alterius prælati inferioris ab episcopo, non põt esse delegatus Papæ, vel ipsius legati. Secus tamẽ est in officiali capituli sede vacante, vel in vicario electi in episcopum & confirmati nondum consecrati. gl. in d. cle. & si principalis. in ver. episcopi,
5 ¶ †Potest consuetudine introduci, vt in prioratu conuentuali constituatur per superiorem, & non per electionem collegii, prior obedientiarius, qui possit ad libitum superioris remoueri. Nec dicitur talis prior claustralis, cum præsit in monasterio tanquam abbas, ex quo ille locus non habet abbatem specialem & habet administrationem omnium bonorum durante officio tanquam abbas, sic intellige gl. in cle. 2. de rescri. in ver. per electionem. dixi de consuetudine, quia de iure communi debet collegium sibi eligere prælatum immediatum, vt ca. 1.
6 de ele. facit quòd leg. & no. in c. 2. de sta. reg. ¶ †Quòd prior ecclesiæ conuentualis dicetur habere dignitatem, licet sic remouibilis ad nutum superioris. Secus dicendum in priore claustrali, & dicitur claustralis, quia constituitur tantum, vt præsit claustro. habet. n. in eodem monasterio abbatem s. s. e. ad quem pertinet immediatè cura totius monasterij. sic intellige gl. in d. cl. & si principalis. in ves. per elect. iuncta alia gl. in vers. claustralis. Et idem in sacrista, custode, vel camerario monasterij vt not. in gl. proxi. alle. ¶ Quod ad esse dignitatis non requirit necessario, vt quis debeat ibi esse perpetuus: sed satis est quòd potest esse perpetuus. ideo dicitur, quòd vicarius episcopi, & prior conuentualis obedientiarius, habent dignitatem. vide gloss. iuncto
7 tex. in d. cle. & si principalis. in vers. per electionem. ¶ †An vicarius episcopi possit remoueri ad nutum ipsius episcopi. vide gl. s. al. quę tenet quòd sic. & dic quòd mortuo eo, qui dedit vicariũ cessat officium vicarij: si autem excommunicatur seu suspenditur, manet etiam suspensa iurisdictio vicarij. vide gloss.
8 si. in cle. vlt. de proc. ¶ †Ad simplex monachus possit esse vicarius

rius episcopi, vel esse adiutor alicuius prælati: vide remissiones, quas ponit gl. in d. c. cle. & si principalis. in ver. per electionem.
9 in fi. & per Io. de Lig. ibidem, & in cle. & si principalis. ¶ †An vicarius episcopi, vel prior conuentualis, possit deputari conseruator per Romanum pontificem? vide per gl. in d. cle. & si principalis. vers. delegatus. & ibidem habetur, vnde dicatur esse dignitas vicarij. Et dicit quòd descẽdit ex dignitate episcopi iure connexionis, & per hoc videtur inclinare, vt possit esse conser-
10 uator, de priore certum est, quòd non, vt ibi, &c. † Officialis foraneus episcopi non habet ordinariam, sed delegatam iurisdictionem: & ab eo appellatur ad episcopum: & dicitur officialis foraneus, qui constituitur in aliqua parte diœce. & ibidem gerit vices episcopi. Nec talis constituit vnum consistorium cum episcopo, sed suus vicarius generalis, quem tenet in ciuitate vide bo. gl. in d. cle. in ver. foraneo. secus dic in vicario principali, qui facit vnum consistorium cum episcopo, ille enim habet ordinariam, nec ab eo appellatur ad episcopum. vide glo. in c. Romana. de app. lib. 6. in ver. generaliter. & in c. licet. de of. vic. li. 6.
11 & 25. di. c. perlectis. per In. in c. suam. de of. vic. ¶ †Quòd prior claustralis seu simplex religiosus potest deputari delegatus per Papam ex certa scientia, hoc not. gl. in d. cle. in vers. Obseruari.
12 † Et not. sing. ex illa glos. quòd tunc princeps dicitur facere ex certa scientia, cum hoc exprimit, nõ ergo potest probari per testes. quod tenet Bald. in capitu. 1. per quos fiat inuesti. in vsibus feu. in contrarium tamen vide per D. de. Rot. dec. 331. Et ad materiam, vide bo. gl. in cle. 1. de iudi. ver. ex certa scientia. hoc intelligo, nisi ex verbis rescripti seu priuilegii possit apparere ex certa scientia scribentis, tunc enim non est necesse, vt apponatur specificè illa clausula, ex certa scientia. ita no, voluit In. in c. præsenti. quod hodie incipit, statutum. e. ti. lib. 6. fa. quod not.
13 Io. An. in c. nonnulli. e. ti. vbi satis hoc idẽ sentit. ¶ †Legatus autem papæ non potest etiam ex certa scientia delegatum facere religiosum simplicem, vel alium non habentem qualitatem requisitam in d. c. statutum. vt not. glos. fi. in d. cle. & si principalis.

CAP. III.

1 *Auditor cameræ, aliquæ auditores, an habeant ordinariam, vel delegatam iurisdictionem.*
2 *Beneficium largo modo sumptum comprehendit dignitatem.*
3 *Dignitatum appellatione quid veniat.*
4 *Beneficium an sit meum, aliud est, & aliud, an sit mihi debitum, huius dicti vide exempla.*
5 *Iudex si aliquid ex officio facere potest, & non faciat, non potest ab eo appellari.*

1 AVditor. † An auditor cameræ, vel contradictarum, seu alij auditores, habeant ordinariam vel delegatam iurisdictionem, sunt opiniones. vi-
2 de gl. 1. in hac ead. cle. ¶ †Quòd beneficium largo modo sumptum comprehendit etiam dignitatem, vide gl. in ista cle. audit or. vers. de beneficio. vide tamen in materia glo. nota. in c. 2. de præb. lib. 6. vers. dignitatum quæ dicit, quod appellatione dignitatum non venit ẽpatus, quia episcopatus non est dignitas, sed dignitatum culmen. vt ca. venerabilis. de præb. q̃ intelligo. nisi materia sit larga. arg. in c. 1. & 2. 22. dist. vnde & papatus potest
4 dici dignitas vt in c. 1. 40. di. † Differentia est, an beneficium sit meum. an mihi debitum, & eodem modo, an habeant ius in beneficio, an ad beneficium: post enim prouisionem mihi factam & acceptatam, seu collationem, beneficium dicitur meum, & per cõsequens habeo ius in beneficio. Ante verò collationem seu prouisionem si habeo aliquod ius ad aliud beneficium obtinendum, dicitur mihi debitum, & habeo ius ad beneficium vide gl. cum iuribus allegatis in ea. in d. clem. auditor. ver. debi-
5 tum. † Si datur facultas seu potestas iudici aliquid faciendi, non per hoc compellitur illud facere, si non vult. vide glo. in d. cle. auditor. in vers. poterit. ¶ Ex qua argue, quòd si iudex non vult facere id, quòd ex officio facere potest non potest ab eo appellari quòd apertius tenet Spec. intit. de offi. iu. §. impedit. & sentiunt In. & alij doct. in c. exceptionem. de excep.

CAP. IIII.

1 *Litigans super certo beneficio, si beneficium aliud receperit, quando dicatur primo renunciare.*
2 *Beneficium simplex requirens continuam residentiam si quis reciperet, an faceret expirare gratiam beneficii curati, etiam si recepto renunciaret, vel prius protestaretur.*

1 GRatiæ. † Quòd litigans super certo beneficio videtur illi renuntiare, si recipit secũdum quod cum alio, super quo litigat, non potest de iure tenere, dummodo pacificè fuerit possessionem adeptus, vel per eum steterit quominus nancisc atur. vide gl. in cle. gratiæ. in vers. renuntiare. iuncta gl. in ver. pacificè ¶ †Quòd is, qui consequitur
2 beneficium simplex requirens continuam residentiam, videtur renuntiare gratiæ, vigore cuius debebatur sibi beneficium curatum vel dignitas, ac si recepisset beneficium cum cura vel dignitate. vide gl. in d. cle. gratiæ. in ver. beneficium Ex quo infertur vnum sing. quòd secundum beneficium sine cura requirens continuam residentiam, facit vacare primum curatum, vel simplex requirens residentiam vel dignitatem, seu personatum vel officium, quasi à pari debeat in hoc iudicari ratione impotentiæ simul tenendi beneficium curatum, & non curatum requirens perpetuam residẽtiam. quòd multum valet ad extendendum c. de multa, de præb. nam si tale beneficium facit expirare gratiam, eodem modo debet iudicare vacationem primi, cùm eadem & fortior sit ratio in adepto, quàm in adipiscendo. Nec prodest, si dicatur hoc hic procedere ratione renunciationis præsumptæ ex iuris præsumptione, seu dispositione, quia vt hic dicitur in gl. non valeret protestatio quia esset contraria facto. & sic videtur, quòd hic inducitur priuatio ratione impotentiæ simul retinendi illa beneficia. in hoc tamen sunt opiniones, & plenè examinaui in c. fi. de cle. non resi. vide etiam per Fe. cons. 115. ¶ Licet quis velit dimittere secundum beneficium, vigore cuius vacauit primum, non tamen per hoc recuperat primum, quia ius semel extinctum non reuiuiscit: potest tamen de nouo, vel noua collatione illud consequi dimittendo secundum. vide gl. pe. & vlt. in clem. gratiæ. de resc.

CAP. V.

1 *Dispositio loquens de beneficio nouiter creato non habet locum in beneficio prius extincto & nunc renouato.*
2 *Actor suam intentionem pleuè probans debet obtinere, licet reus per exceptionis probationem reddiderit illam dubiam.*
3 *Beneficium existens tempore datæ literarum impetratarum ad beneficium vacaturum, potest in præiudicium impetrantis supprimi seu extingui.*
4 *Beneficium cum cura si conferri mandatur, potest prouideri de beneficio cui collata fuit cura.*
5 *Canonicus potest vigore canoniæ petere præbendam creatam post eius receptionem.*

1 LIteras. ¶ † Quòd dispositio loquens de beneficio nouiter creato, non habet locum in beneficio prius extincto & nunc renouato, tener glo. in clem.
2 fina. in verb. creatum. quidam tamen ibi contrà, si prorsus erat extinctum. & dic vt ibi not. ¶ †Actor suam intentionem plenè probãs debet obtinere, licet reus per exceptionem & ipsius probationem reddat illam dubiam: imputandum est enim ei ideo, quòd suam exceptionem clarè & plenè non probauit. vide gl. no. in cle. fi. de resc. in ver. creasum. in ver. sed quid si dubitatur. & videtur probari in c. in præsentia, de prob. & vide omnino quod ibi scripsi & per Bar. in l. nõ solum. in §. sed vt probari. ff. de nou. ope. nunc. ¶ †Quòd beneficium existens tempore
3 datæ literarum impetratarum ad beneficium vacaturum, potest in præiudicium impetrantis supprimi seu extingui. hoc mirabiliter sensit gl. fi. in cle. vlt. de resc. in verb. nec videtur ponderandum tempus datæ. Quidam tamen ibi tenent oppositum, sed posset sic distingui, quòd aut beneficium existebat tempore datæ, nõdum tamen vacabat, & tunc illud ante vacationem poterat supprimi per vnionem, vel ordinationem episcopi & capituli. nec habet de quo conqueratur expectans, cum ante vacationem non habebat ius in illo, nec ad illud beneficium quia gratia refertur ad beneficium vacaturum, sed istud non vacabat propter ordinationem factam & suppressionem tempore quo non vacabat: & sic intelligo & saluo illam glossam, quam in hoc repuro singularem, facit clementina secunda, de reb. ecc. non al. Aut benefi cium vacauit post datam, vel tempore datæ, & tunc non puto quòd aliquis citra papam possit in præiudicium alterius expectantis supprimere tale benefiicium si saltem gratia est concessa secundum stylum hodiernum. per cle. vnic. de concess. præb. & sic procedit opi. Lap. qui voluit te-
4 nere contra illam gloss. ¶ †Si mandatur conferri beneficium cum cura seu spectans ad collationem episcopi potest prouideri de bñficio cui fuit collata cura post datam literarum. Idem de illo, quod pertinuit ad episcopum post datam: quoniam in his spectatur tempus collationis, & non datæ. vide gloss. fi. in dicta clem. fina. de rescrip. ¶ †Quòd canonicus potest vigore canoniæ petere præbendam creatam post receptionem suam, vide gloss. in dicta clementi. fina. in fine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶De electione. Rub.

CAP. I.

1 *Dispositio loquens de hominibus & religiosis habet locum in fœminis, & monialibus.*
2 *Constitutio loquens de fœminis non extenditur ad masculos.*
3 *Prælati appellatione venit habens officium, à quo potest remoueri ad nutum.*
4 *Coloris diuersitas quo casu inducit diuersitatem habitus.*
5 *Color vbi non est de habitu, quibus casibus possint religiosi vti colore, vt placet.*
6 *Eligi prohibitus an possit postulari.*
7 *Cuius an possit postulari in prælatum religiosum.*
8 *Constitutio odiosa seu pœnalis an possit extendi nedum ex ratione expressa, sed etiam ex tacita subintellecta.*
9 *Religiosus an possit eligi in prælatum ecclesiæ secularis, & cuius.*
10 *Clerici seculares, licet certæ formæ & colores sint sibi prohibiti, non dicuntur tamen habere certum habitum nec respectu coloris, nec formæ.*

1 VM Romani. †Dispositio loquens de omnibus & religiosis, habet locum in fœminis & monialib. ratio primi, quia homo est communis generis. ratio secundi, quia masculinũ concipit fœmininum. gl. hoc tenet in cle. 1. in ver. homines. in prin. seeus dic in dispositione loquente de monialibus, illa enim non extenditur ad monachos: quia fœmininum non concipit ma-
2 sculinum. †Et idem eadem ratione dicendum in constitutione loquente de abbatissis, vt non extendatur ad Abbates. vt est
3 gl. no. in clem. attendentes. de sta. reg. in verb. cecidisse. ¶†Appellatione prælati venit habens officium, à quo etiam potest remoueri ad nutum vt est prior, minister, custos, vide gl. in cle.
4 1. in ver. prælatum. facit tex. in c. 1. de æta. & qual. ¶†Quod diuersitas coloris duntaxat non inducit diuersitatem habitus, ni-
5 si color ex dispositione regulæ esset de habitu. †Item quòd vbi color nouus est habitu, possunt religiosi seruata forma habitus vti colore, vt placet. not. gl. ver. vel habitus. quod intelligo, dumtamen color sit honestus. ar c. clerici. de vi. ho. cler. Item limito dummodo omnes in eodem monasterio saltem in superiori habitu se conforment in colore, ne videatur inter eos di-
6 uersitas. ar. in c. Deus qui. de vi. & ho. cle. †An prohibitus eligi, possit postulari. gl. in ver. eligatur. quòd sic. & no. in eo quod dicit. religiosum posse postulari in prælatum alterius religionis, vel habitus, licet non posset eligi: & hoc ideo, quia talis non prohibetur eligi propter crimen, sed propter diuersitatem religionis, vel habitus. †An autem laicus possit postulari in prælatum religiosum. vide nota. in c. cum monasterium. de elect. & de materia generaliter, an prohibitus eligi possit postulari. vide plenè no. in c. fi. de postu. præl. ¶Item no. ex eadem gl. talem posse solum à papa postulari. Ratio, quia nullus citra papam potest dispensare contra concilij constitutionem, qualis fuit illa
7 cle. 1. Et in hoc no. illam gl. sic intellectam. & idem videtur vel le gl. in c. cum dilecti. de elect. facit tex. in c. dilectus de præben.
8 plenè examino in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iud. ¶†Quod constitutio odiosa seu pœnalis debet extendi per similitudinem rationis ratione expressa notat ead. gl. in versi. eligatur. Et aduerte, quia solet allegari hæc gl. quòd talis extensio fieri non debet, nisi quãdo ratio est expressa. sed certe hoc specificè non requirit hæc gl. sed allegat rationem ibi expressam: idem igitur dicendum, vbi est tacita & subintellecta, quia taciti & expressi non est differentia, vt in l. cum quid. ff. si cert. pet. etiam in ratione constitutionis. vt in reg. fi. de re. iur. li. 6. & in l. non dubium. C. de legib. Et quòd hoc fuerit de mente Io. Andr. patet in glo. sua, in clem. 1. §. de rescrip. vbi dixi. ad idem vide bo. tex. in l. 2. §. quid si curatores. & in vers. quid ergo si non sunt. ff. ad Treb. & in l. libertum §. senatus. ff. de rit. nup. & l. fin. 1. resp. ff. qui pe. tu. per Bar. in l. si constante. ff. sol. mat. in 8. & 9. q. in l. 2. §. 1. ff. de his qui not. infa. per Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præ. & in l. scire. §. sufficit. ff. de excu. tu. vide etiam de materia pro, & contra, per gl. in c. in fidei fauorem. de hære. li. 6. & in c. constitutionem, de regul. e. lib. & in regula, odia. in Merc. & in c. j. de temp. ord. libr. 6. per d. Ant. in d. c. fi. de consue. & in multis aliis locis tractatur. sed ista occurrunt mihi de præsenti absque alia libro-
9 rum reuolutione. ¶†An possit religiosus eligi in prælatum ecclesiæ secularis collegiatæ non episcopalis. vide per gl. in verb. secularis & videtur post multa inclinare in partẽ affirmatiuam.
10 †Et ex ead. gl. not. quòd clerici seculares non dicuntur habere certum habitum, nec respectu coloris, nec respectu formæ, licet sint eis certi colores, & certæ formæ prohibiti. largo tamen modo dicitur habitus clericalis conueniens, & clericis non prohibitus, quod not. Item ex eadem gl. no. quòd habitus certus discernitur ratione formæ aut ratione coloris. si ergo non astringitur quis ad portandum vestes sub certa forma, vel colore, non potest dici, quòd habeat certum habitum, licet certæ formæ sint sibi prohibitæ, vel colores. quòd tene mẽti, quia facit ad multa. vide ad prædictam gl. no. 21. q. 4. in qua summa tractat. an clerici possunt vti vestibus pretiosis, maximè sericis, secundum consuetudinem regionis, & quid dezindato.

CAP. II.

1 *Concilium generale licet regulariter non possit tollere vel corrigere constitutionem Papæ, quibus tamen casibus id possit, vide.*
2 *Inferior iurisdictionem habens an possit iuuare legem superioris apponendo, vel augendo pœnam.*
3 *Cardinales quòd faciant collegium, non debet censeri iure singulorum, licet singulariter sint in eorum titulis collocati.*
4 *Constitutio superioris septem modis, & quibus, tangi dicatur.*
5 *Constitutionem qui non potest tollere, non valet circa illam dispensare.*
6 *Dispensationis diffinitio.*
7 *Vicariatus ecclesiæ vniuersalis solum Petro & successoribus apostolis fuit datus, nec transit ad alium sede vacante, nec mortuo eo ecclesia est sine pastore.*
8 *Vicaria, sede etiam vacante, non transit ad concilium generale.*
9 *Cardinales possunt in actu electionis ordinare, quòd nominatus à pluribus numero sit Papa, non expectato consensu duarum partium.*
10 *Cardinales mortuo Papa cardinalem creare non possunt, sed tantum quæ pertinent ad certum collegium.*
11 *Camerarij papæ officium quale sit.*
12 *Cardinalis vnus solet esse maior pœnitentiarius, officio tamen in conclaui vti non potest.*
13 *Cardinalium quod maior pars fecit, valet, nisi aliud iure caueatur.*
14 *Facta vbi plura iunguntur in eadem dispositione, qualitas posita vni non qualificat aliud, licet ambo facta eodem regulentur verbo.*
15 *Camerarius Papæ, auditor cameræ, & matiscallus quam iurisdictionem habeant.*
16 *Inquisitor hæreticæ prauitatis delegatam, non ordinariam habet iurisdictionem, officium tamen mortuo Papa non expirat.*
17 *Concorditer, vnanimiter, & nemine discrepante, idem significant.*
18 *Dispositum in morte naturali, habet locum in ciuili, ex identitate rationis.*
19 *Territorium, districtus, & diœcesis, quid proprie significent.*
20 *Cardinalibus mortuis, vel de conclaui exeuntibus præter vnum, apud illum omnibus solum remanet ius eligendi Papam.*
21 *Citatus ad curiam auctoritate Papæ tenetur nihilominus ire vel mittere etiam mortuo Papa, sicut prius.*

1 E Romani. ¶†Quod cõcilium generale non possit tollere, seu corrigere, vel alter violare constitutionem Papæ, etiam sede apostolica vacante: gl. est, quam reputo sing. in ver. inferiorem, in fi. quod limito, nisi in his in quibus concilium est supra papam. & hoc profecto fuit de mente illius gl. relatæ ad tex. exclusit enim consilium tanquam inferius, & vt habens potestatem à Papa. secus ergo vbi est super ius, & potestatem habet à Deo, quod quando contingat, vide quod leg. & no. in c. Anastasius. 19. dist. & in c. si papa, 40. di. plenissimè dixi in quadam mea
2 disputation. in qua tractaui de potestate cõcilij & papæ. †Nunquid inferior habens iurisdictionem possit iuuare legem superioris, apponendo, vel agendo pœnam? dic quòd sic not. glo. in
3 ver. tolli probatur in c. vt animarum. §. 1. de cõst. in 6. ¶†Quod cardinales faciunt cœtum seu collegium, nec debent censeri iure singulorum, licet singulariter sint in eorum titulis collocati, vide bo. gl. in ver. certum. facit quod not. In. in c. cum te. de re iu. vbi prosequitur, an collegium cardinalium possit restitue
4 re famæ. ¶†Not. septem modos quibus, aut per quos constitutio superioris possit tangi, quorum quilibet prohibetur regulariter subdito. Primus modus est modificare, secundus corrigere, tertius mutare, quartus quicquam ei detrahere, quintus aliquid addere, sextus dispensar e quolibet circa ipsam, seu aliquam eius partem, septimus illi renunciare, glos. iuncto text. in
5 verbo, modificare, †Ex qua not. quòd regulariter is, qui non potest constitutionem tollere, non valet circa illam dispensare. ita arguit, si bene consideretur textus iste iuncto principio, cum ver. opinionem. & probatur ratione: quia per dispensatio nem vulneratur constitutio quo ad illam causam. 22. q. 4. c. dis-
6 plicet. †Et vide bonam glo. quæ ponit diffinitionem dispensationis. 1. q. 7. c. requiritis. §. nisi rigor. quando ergo inferior dispensat, hoc facit ex potestate sibi specialiter permissa. vt in c. dilectus. de tempo. ord. & in c. at si clerici. in §. de adul. de iudi. hic tamen posset notari, quòd stricto modo aliud est tollere constitutionem, aliud circa illam dispensare, quia tex. in hac cle. ne Romani. posuit illa vt diuersa, & hoc voluit gl. notanda in ver. dispensari. & dic, quòd tollere est in totum eneruare: dispensare verò quo ad certum casum relaxare.
7 ¶†Quod vicarius ecclesiæ vniuersalis solum Petro & successoribus apostolis fuit datus, nec transit in aliũ: sede apostolica vacante

vacante, nec propterea mortuo vel cedẽte Papa grex fidelium est sine pastore, vel ecclesia sine sponso. quia sponsus rector & pastor, est Christus, & caput ecclesiæ, quæ est ipsius corpus. hoc
8 ponit gl. no. in ver. consonam. †Ex qua not. argue, quòd etiam ad cõcilium generale non transit vicaria sede vacante, & sic non poterit cõcilium exercere potestatem spectãtem ad Papam. De cætu vero cardinalium est dubiũ per tex. d. cle. ne Romani. vide tamen, quod dixi in disput. quam super hac materia feci. & ad primum dictum facit c. ita dominus. 19. dist. & c. hæc est fides. 24. q. 1. In contrarium facit c. quodcunque ligaueris. ead. cau. &
9 q. gl. tamen ibi facit pro prima opi. cogita. †Cardinales possunt in actu electionis statuere, seu ordinare quòd nominatus à pluribus numero, sit Papa, non expectato consensu duarum partium. gl. in verb. reprobamus. & idem ibi Pau. quod tamen dixit hoc non posse fieri vno ex cardinalib. contradicente. arg. l. Sabinus. ff. com. di. facit quod no. dict. in c. scriptum. de elect. & pro
10 primo vide gl. no. in c. sicut. ver. præter. de elect. lib. 6. ¶†Quod cardinales non possunt creare cardinalem etiam mortuo Papa. gl. in ver. potestatis. Ex qua infertur iuncto tex. quòd creare cardinalem spectat ad solum Papam. Ea, quæ spectãt ad collegium cardinalium sine Papa, possunt exerceri sede vacante, non obst. constitutione illius clem. ne Romani. gl. in verbo, Pertinentis.
11 ¶†Ad officium camerarij Papæ pertinet temporalia pauperibus erogare: & hodie est magnum officium, & iurisdictionem exercet circa omnes debentes cameræ apostolicæ, & auditorem habet ad hoc, quem poterit habere etiam sede vacante. vi-
12 de gl. in ver. camerarium. ¶†Cardinalis solet esse maior pœnitentiarius, tempore tamen inclusionis in conclaui maior pœnitentiarius si est cardinalis, non potest vti officio, si tamen nol let in clausura manere, etiam personaliter vtitur officio, vt in
13 verbo, maiorem. & ibi glo. ¶†In pertinentibus ad cœtum seu collegium Cardinaliũ valet quòd fit à maiori parte ipsorum, nisi aliud iure caueatur. gl. in verbo, cœtus. & ex ea. gl. not. iun-
14 cto text. †quòd vbi plura facta iunguntur in eadem dispositio ne, qualitas apposita inter aliqua vnius facti, non qualificat aliud factum, licet ambo facta regantur eodem verbo. quod bene no. facit ad not. per Bart. in l. talis scriptura. de leg. 1. & l. prætor. ff. de vi bo. rap. vide etiam quod dixi in c. secundò requiris.
15 de app. ¶†An camerarius papæ auditor cameræ, & mariscallus habeant ordinariam iurisdictionem, vel delegatam, vide gl. in
16 ver. expirare. †Ex qua no. in fi. quòd inquisitor hæreticæ prauitatis habet delegatam, & non ordinariam: & speciale est, q̃ officium ipsius non expirat etiã mortuo papa. de quo vide quod
17 leg. & no. in c. ne aliqui. & c. pe hoc. de hær. lib. 6. †Quando aliquid debet fieri à pluribus collegialiter, & concorditer, oportet quòd nullus illorum discrepert. ex quo nota. significatum huius aduerbij, concorditer. Idem est ergo fieri concorditer, q̃ vnanimiter, & nemine discrepante. vide gl. & tenebis menti in verbo, Concorditer. Idem no. gl. in c. cupientes. e. ti. li. 6. & videtur probari in c. quorundam. eodem tit. li. 6. quod plenè dixi in
18 c. non potest. de re iu. vbi gl. videtur innuere contrarium. †Ex identitate rationis dispositum in morte naturali, habet locum in morte ciuili. vide gl. in ver. Moriente. leg. & not. in l. Deo nobis. C. de epis. & cler. vide quod not. in c. cum sis. de conuer. coniug. sic limita quod not. gl. 16. q. j. c. placuit. quæ dicit mortem ciuilem non æquiparari naturali, nisi in casibus iure expressis.
19 †Territorium, & districtus, propriè sumpta, differunt à diœcesi. Nam districtus seu territorium est, in quo quis habet iurisdictionem licet sit alterius diœcesis. vide glo. in ver. diœcesim. facit. l. pupillus §. territorium. ff. de ver. si. Quandoque tamen põnitur pro diœce. vt dicta cle. ne Romani. & vide glo. in ver. hoc
20 casu. †Quòd mortuis, vel exeuntibus de conclaui omnib. Cardinalib. præter vnum, apud illum solũ remanet ius eligendi papam, sicut seruatur in aliis collegiis. quod bene not. & tene diligenter menti. vide gl. in ver. omnes. ¶Quòd si omnes Cardinales recedunt de loco, vbi esset fienda electio papæ, vide glos. in ver. diœcesim. in fin. & in ver. compellat. ¶Et ibidem habetur, quid si aliqui Cardinales nolunt intrare in conclaui timentes
21 iustum metum mortis. †Citatus ad curiam auctoritate papæ tenetur nihilominus ire, vel etiam mittere mortuo papa, sicut prius, not. gl. in ver. Quacunque causa. per text. §. fi. huius clem.

CAP. III.

1 *Intimatio appellationis vel alterius scripturæ quando fit: eius expensis dari debet, cuius nomine fit intimatio.*
2 *Intimatio debet fieri ad domum solitæ.*
3 *Intimatio alicuius actus vbi requiritur, quo casu sufficit scientia eiusdem actus intimandi, & quibus.*

1 Causam. ¶†Cùm intimatur appellatio in causa electionis, postulationis, vel prouisionis interposita, debet dari tenor appellationis expensis ipsius appellantis. no. gl. in verb. porrecto. & idem videtur dicendum in aliis casibus, in quibus fienda est alicui intimatio. argu. illius cle. in fi. præall. gl. simile in libello, cuius copia traditur expensis ipsius actoris, & no. sin. vtrunque dictum. Circa primum quidam tenuerunt ibi contrarium dicentes, quòd lectio seu perlectio bene fit expensis ipsius intimantis, copia verò fit expensis appellati. Ego dico quòd si tex. ille bene ponderetur in verb. porrecto. hoc intendit: quia aut volens appellationem interpositam intimare non curat illius tenorem perlegi facere in præsentia ipsius appellati, & tunc tenetur illi dare copiam ex pensis suis, argu. in c. appellatio. de app. lib. 6. Aut facit sibi illam perlegi, & tunc satis est, quòd illi copiam transcribendi faciat sub forma publica. Quo ad secundum de libello, vide aliam gl.
2 in cle. sæpe. de ver. sig. in ver. pronuntiatio, quæ idem tenet. sed vide Bar. in l. j. ff. de eden. & quod scripsi in c. j. de li. ob. †Intimatio, vel citatio debet fieri ad domum, in qua quis communiter habitare consuenit, & dicitur illa in qua plus, quàm alibi habitauit, licet vltra dimidium anni ibi non habitauerit: & si æqualiter habitauit in duobus locis, poterit in quolibet illorum loco
* rum fieri intimatio, seu citatio. vide tex. iuncta gl. in ver. cõiter. & de materia vide Bart. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infe. & quod scripsi in c. causam. de do. & cont. Paul. tamen in dicta cle. dicit, quòd gl. procedit quando pariter in vtroque loco habitabat. Si verò tempore intimationis habitabat in alio loco, tunc ibi de-
3 bet fieri intimatio. †Vbicunque requiritur alicuius actus intimatio, etiam cum solennitate, sufficit scientia seu notitia certa plena illius actus intimandi: non ergo requiritur necessariò intimatio data notitia. vide bo. text. iuncta gl. in ver. Certa. in d. clem. causam. quod intellige quando intimatio est fienda ad finem simplicis notitiæ habendæ, vt in casu dictæ cle. secus si requiritur etiam ad alium effectum. puta, vt veniat ad defendendum denuntiantem. de quo no. Dy. in reg. eum qui. lib. 6. & per Bar. in l. emptor. C. de euict. per Can. in c. fin. de emp. & ven. Vel dic, quòd aut requiritur non solum intimatio, sed etiam requisitio ad aliquid faciendum: & tunc non sufficiat notitia sine intimatione. & ita loquitur c. fi. de emp. & vend. & hoc voluit gl. fi. hic in prin. quam bene no. & requiritur sola intimatio & sufficit notitia sine intimatione, vt hic:

CAP. IIII.

1 *Confessio vel probatio illius valet, qui cum ex aliquo defectu admitti non debebat, fuit de facto admissus.*
2 *Confessio facta in processu nullo, valet.*

1 Onstitutionem. ¶†Si is, qui non debet admitti ad probandum ex defectu aliquo fuit de facto admissus, valet confessio seu probatio aliàs legitimè facta. vide bo. tex. in d. cle. iuncta gl.
2 pe. †Et facit quod no. Inn. in c. fi. de rest. spo. vbi sing. dicit valere confessionem factam in processu nullo. & ibi tex.

CAP. V.

1 *Constitutio papalis si aliquod sacramentum conferri prohibet, si contra fiat non impeditur character.*

1 Nplerisque. ¶†Licet constitutio papalis prohibeat consecrationem vel ordinem, vel aliud sacramentum certo casu conferri, & dicernat irritum contra factum, non per hoc si contra fiat impeditur character, & ipsius impediatur executio. not. gl. in verb. vel aliquod, vide quod no. in c. quanto. de consue.

CAP. VI.

1 *Voces absentium non vocandorum, quæ pro non discordantibus habeantur.*

1 Vod circa. ¶†De vocibus absentium non vocandorum, vel vocandorum, qui venire noluerint, aut expresè renunciauerunt, non debet haberi ratio, etiam in casu quo requiritur plena concordia omnium de collegio. Et idem de illis, qui certo respectu vocem non habent, vt sunt in collegio marium non constituti in sacris ordinibus, vel in monast eriis non professi monachi. vnde etiam considerato mero facto non habentur isti pro discordantibus. vide bo. gl. in ver. Quæ in facto. circa fi. & bene no.

Universidad de Deusto

CAP. VII.

1 *Quota litis an possit ex consuetudine deberi pro munere iudicandi.*
2 *Consuetudo semel à iure damnata, an possit iterum introduci.*
3 *Iurisdictio episcopalis licet sede vacante deuoluatur ad certas personas ex priuilegio, consuetudine vel statuto: non tamen per hoc deuoluitur iurisdictionis emolumentum.*

1 STatutum. ¶†An ex consuetudine possit deberi pro munere iudicandi quota litis. vide gl. cum suis remissionibus in ver. ex iurisdictione.
2 ¶†Verum consuetudo semel à iure damnata possit iterum introduci, vide gl. no. & semper menti tenendam, in ver. consuetudine. in fi. quæ sentit, quòd sic. & pro illa gl. optimè potest adduci ratio c. non debet. in prin. de consangui. & aff. recipit enim mutationem secundum diuersitatem temporis. facit. 4. dist. c. erit autem lex. Contrarium videntur sentire Paul. & Io. de Lig. in clem. 2. de reb. ec. non al. & Bar. in l. omnes populi. ff. de iu. & iu. & in l. de quibus. ff. de legi. & vide per Io. An. in add. Spec. de instru. edi. §. compendiosæ. versi. sed nunquid de consuetudi. per Bal. in c. 1. de. capi. Corra. in vsib. feu. vbi dicit, quòd aut consuetudo habebat id, quod ius commune, & potest iterum præscribi, alʼs secus. quia primo casu est potius iuris obseruantia, quàm consuetudo iuxta no. in c. 1. de constit. vide tamen quod plenè
3 dixi in c. 2. de prob. †Quòd licet sede vacante deuoluatur iurisdictio episcopalis ad certas & singulares personas ratione ipsarum dignitatum ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, non tamen per hoc deuoluitur ipsius iurisdictionis emolumentum, nisi specificè hoc habeat consuetudo. quod nota. quia facit ad multa. de quo videtur hic tex. iuncta gloss. in ver. emolumento. nec venit emolumentum ratione accessorij, tum quia hoc est priuilegium in alterius præiudicium: ideo restringendum. tum propter rationem notatam hic in gl. 1.

CAP VIII.

1 *Prouisio, dictio, quæ in se comprehendat.*
2 *Species quando adiungitur generi, tunc genus comprehendit omnes species, præter expressam.*
3 *Electio an comprehendatur sub verbo prouisionis.*
4 *Religioso non potest dari licentia consentiendi electioni, vel prouisioni, si quam contingeret de eo fieri, & quare. 7.*
5 *Ex vigore licentiæ generalis non potest consentire electioni, etiam prius de eo factæ ipso ignorante: & quare.*
6 *Abbas ne maleficiat, quibus casibus absoluere possit monachum, vt aliud intret monasterium.*

1 COncessa. ¶†Verbum prouisio, est satis latum, & comprehendit in se nominationem, postulationem, præsentationē, & collationem. vide gl. in ver. prouisioni. Et idem dic de electione pari ratione. sed gl. hic non fecit mentionem de electione, quia text. hic ad maiorem declarationem de ea fecerat specialem mentionem.
2 †Nam quando species adiungitur generi, tunc genus comprehendit omnes species præter expressam. ad hoc quod le. & no.
3 in c. 1. de const. †Vel dic melius quòd electio non comprehenditur sub verbo prouisionis. text. est in c. cum in illis. 1. resp. de præb. li. 6. & ibi gl. super ver. electionem. & hoc in materia stricta. in materia verò larga tene, quod prius dixi, arg. hic, & ex no.
4 in d. c. cum in illis. ¶†Non potest dari religioso licentia consentiendi electioni, vel prouisioni, si quam contingeret de eo fieri, etiam in certa ecclesia: & hoc propter vitium ambitionis exprimendum, vt not. gl. in verb. si quam. Oportet quòd prius vocentur, & postea licentia concedatur, sic intellige c. si religiosus. de elect. libr. 6. ¶†Quòd vigore licentiæ generalis non potest religiosus consentire electioni etiam prius de eo factæ ipso ignorāte. Ratio, quia talis licentia non subsistit viribus: vi
6 de text. iuncta gl. in verbo, nullus. †Malè facit abbas absoluens monachum, vt possit intrare aliud monasterium, nisi illud habeat paratum, & constet quòd illum recipere velit: tamen valet, si hoc facit vide glo. in verbo, firmitatis. †Secus tamen est, quando dat licentiam, vt possit consentire prouisioni de eo factæ, vt in dicta cle. fin. quia tunc non valet talis licentia, vt ibi. & hoc, quia maior tūc notatur ambitio. In clericis tamen secularibus bene valeret talis licentia: quia maior notatur ambitio in professio. vide gl. in verbo, præall. & no. eam.

¶De renunciatione. Rub.

CAP. I.

1 *Reuocatio procuratoris facta post petitam cedendi licentiam, nondum tamen obtentam, quando teneat, & quando non.*
2 *Procurator vnus vel plures, clericus vel laicus, insolidum vel coniunctim, constitui potest ad cedendum beneficio, etiam si sit pontificalis dignitas.*
3 *Reuocatio procuratoris an & quando valeat, re non integra, & absque eius certioratione.*
4 *Renunciatio beneficij an possit fieri in manibus collatorum, vel confirmandorum.*
5 *Reuocatio mandati generalis ad cedendum, cui debeat intimari.*

1 CVm illusio. ¶†Tenet reuocatio procuratoris facta post petitam licentiam cedendi nondum obtentam, si reuocationis notitia peruenit ad procuratorem, vel ad superiorem: secus dic, si iam erat
2 obtenta licentia. vide gl. in ver. cedendum. ¶†Quòd ad cedendum beneficio, etiam si sit pontificalis dignitas, potest constitui vnus procurator vel plures. Item clericus, vel laicus: & si plures constituuntur, non est vis an insolidum an coniunctim. vide gl. in ver. procuratorem. & no. eam, quatenus dicit de laico.
3 ¶†Si quis per iustum metum constituit procuratorem ad cedēdum, potest illum etiam ignorantem reuocare, tenebit́que reuocatio, licet reuocationis notitia non peruenerit ante renuntiationem ad ipsum procuratorem, vel ad superiorem. vide text. iuncta gl. in ver. sponte. ¶An & quando valeat procuratoris reuocatio absque ipsius certioratione. vide plures opiniones positas in gl. in ver. tentat. & vide quod dixi in c. ex parte. de
4 cani. de resc. ¶†An in manibus collatorum vel confirmatorum possit fieri renuntiatio beneficij. vide glo. in ver. manibus. quæ primò dicit, quòd sic, licet iste non sit episcopus. ponit opi. In. quæ *communiter* videtur teneri, quòd renuntiatio debet fieri in manibus illius, qui potest inuitum destituere. Et tene menti hanc opinionem, vide quod plenè dixi in repet. c. si quis con-
5 tra clericum. de foro comp. ¶†Si mandatum de cedendo erit generale, puta ad cedendum in manibus eius, qui recipere de iure potest, cui debet tunc fieri reuocationis intimatio? dic quod procuratoribus, vel omnibus, qui de iure possent talem cessionem recipere. vide gl. in ver. facienda.

¶De supplen. neg. præl. Rub.

CAP. I.

1 *Ius nouum, vel priuilegiorum derogatium dissonens de regularib. non extenditur ad clericos seculares, licet in vtrisque eadem sit ratio.*
2 *Collatio beneficij ad ecclesiam inferiorem pertinens, per eius negligentiam non ad diœcesanum loci, sed ad prælatum capituli deuoluitur.*
3 *Eligere vel præsentare debentium ex negligentia deuoluitur potestas ad confirmantem.*
4 *Beneficij licet ex consuetudine non collatio, sed commissio fieret, talis tamen commissio vltra tempus Lateran. concily prætermissa deuoluitur ad superiorem.*
5 *Prioratus, si in ecclesia est principalis prælatura: & ei per viam electionis prouidetur, trium mensium tempus datur ad eligendum, iuxta cap. ne pro defectu. de electione.*
6 *Exemptio prælati habenti ius conferendi non impedit deuolutionem collationis ad diœcesanum in beneficiis non exemptis.*
7 *Potestas conferendi an deuoluatur ratione negligentiæ in beneficiis exemptis, quæ auctoritate Papæ diœcesanus habet conferre, & ad quem.*
8 *Executor si notoriè indigno confert, an collatio teneat, vel ad quem deuoluatur.*
9 *Conferre indigno, & nulli conferre, quibus casibus parificentur, & quilibet non.*
10 *Beneficia solita conferri clericis secularibus, non possunt conferri regularibus, nisi sint curata.*
11 *Patronus ecclesiæ curatæ potest præsentare ita religiosum, sicut secularem, dummodo non præsentet eum vt claustralem.*
12 *Succedens in potestate conferendi ratione negligentiæ, vel delicti, debet conferre talibus personis, quibus primus tenebatur.*
13 *Pensiones nouæ imponi, & veteres augeri possunt. per episcopum ex causa, non per habentem potestatem conferendi.*
14 *Beneficia quæ propriè de mensa prælati, vel capituli esse, & an vacare dicantur.*
15 *Institutus in ecclesia vt claustralis, debet habere socium, secus si tanquam quilibet clericus.*
16 *Monachus, cui episcopus contulit prioratum propter negligentiam abbatis, non desinit esse claustralis & obedientiarius.*
17 *Manualia, quæ sunt de mensa, vacant per mortem vel reuocationem illorum, qui illis præsident.*

1  Via regulares. ¶†Ius nouum vel priuilegiorum derogatium dissonens de regularibus non extenditur ad clericos seculares, licet in vtrisq; eadem sit ratio. vide gl. & tene eam menti super verbo, regulares. sed in contrarium videtur gl. in cle. 1. §. de rese

§. de resc. in verbo præsidentes, vbi dixi: concordando potest dici dupliciter. primò istud procedit in dispositione iuris noui, vel in iure derogante priuilegio, quæ debent restringi nec extendi etiam ex similitudine rationis. iuxta no. per Bart. in auth. quas actiones. C. de sacrosc. eccl. facit. l. præcipimus. in fi. C. de ap. vel secundò dicas, quòd contra regulares specificè sit dispositum. quia ipsi frequenter in his excedebant, vt dicitur in litera. ideo non debet odium ad alios extendi. quia in his non ita de facili committebant, voluit in simili Io. And. in reg. odia, in 6.
2 ¶†Si beneficij collatio pertinet ad capitulū ecclesiæ collegiatæ inferioris citra cathedralem, per ipsius negligentiam in non conferendo deuoluitur collatio non ad diœcesanum loci, sed ad prælatum loci seu capituli, gl. est notabilis in verbo prælati. Et not. illam glo. quia nescio alibi, ex qua infertur, quòd sicut à capitulo ecclesiæ cathedralis fit deuolutio ad episcopum, vt in c. 2. de concess. præb. & in cle. si de beneficio. c. tit. ita dicendum in inferioribus collegiis, vt deuolutio primò fiat ad prælatum immediatum. In contrarium facit, quia isti inferiores habent collationem de iure speciali, ideo debet fieri deuolutio ad episcopum, ad quem de iure communi pertinet collatio: quia res de facili redit ad naturam suam. facit c. cum contingat. de decima. 3 5. dist. c. ab exordio. Primum tamen dictum est valde æquum propter coniunctionem, quæ est inter prælatum & suum capitulum. Et idem eadem ratione dixerunt quidam econtra, vt de prælato inferiori fiat deuolutio primò ad capitulum, & postea ad diœcesanum. & text. illius cle. quia regulares. intelligunt qñ prælatus habebat conferre de consensu sui capituli. quo casu in dubio fit deuolutio ad episcopum propter negligētiam vtriusque, & hoc tenuit ibi Paul. tamen in contrarium vide hic not. per doct. & pro dicto gl. & Pau. all. tex. opt. in cle. ne in agro. ver.
3 abbates. de stat. regu. ¶†Ex negligentia debentium eligere vel præsentare deuoluitur potestas ad confirmantem vel instituentem, siue sit diœcesanus, siue sit alius. gl. est sing. hic in verbo, dispositionem. ex qua no. quòd potestas non deuoluitur ad episcopum, nisi ad eum spectet potestas confirmandi: vel instituendi. ad hoc bene facit in argumentum, c. si vero. de iurepa. quod
4 not. ¶†Quòd licet in certis beneficiis secundum loci consuetudinem non fiat collatio, sed commissio: nihilominus si talis commissio non fit infra tempus Lateranen. concilij, deuoluitur potestas ad superiorem. gl. est nota. in verbo, committere. quod intellige quando ex tali commissione constituitur specialis administrator. vt in fin. præmissa quidam tamen intellexerunt hic, quòd idem sit committere, quod conferre. vnde text. in princ. ponit desiunctam inter committere & conferre.
5 & hoc forte verius. ¶†Si prioratus est principalis prælatura in ecclesia regulari collegiata, & ei per viam electionis prouidetur, habet locum in eod. c. ne pro defectu. de elect. vt detur tempus trium mensium ad eligendum. vide gl. in verbo, Lateranen
6 si. ¶†Exceptio prælati habentis ius conferendi non impedit deuolutionem collationis ad diœcesanum in beneficiis non exemptis ratione negligentiæ in non conferendo. vide bo. gl.
7 in ver. sua. in prin. ¶†An deuoluatur potestas conferendi ratione negligentiæ in beneficiis exemptis, quæ auctoritate Papæ diœcesanus habet conferre iuxta dispositionem huius cle. & si deuoluitur, ad quem fiat deuolutio, vide de vtraque quæstione in eadem gl. quæ tandem videtur sentire, quòd non habet locum in talibus deuolutio: quia habentibus conferre auctoritate papæ non currit tempus, vt in executorib. datis ad beneficia. no. gl. in cle. si de beneficio. de præb. Et præsupposito quòd fiat
8 deuolutio, recurrent ad papam, non ad inferiorem. ¶†Quid autem si executor confert notoriè indigno, an teneat collatio, & si non tenet, an deuoluatur potestas ad papam, an verò remaneat apud ordinarium, apud quem prius consistebat. vide pulchrè per In. in c. inter dilectos. de excess. præl. An potestas conferēdi deuoluatur ad diœcesanum in beneficis exemptis, si collatio fuit facta indigno, sicut obseruatur cum collatio negligitur, vide gl. in ver. negligentiam. quæ concludit quòd non. hæc clem. potius nouum, & præiudicat priuilegiis exemptionis.
9 †Ex hoc nota, q̄ in iure restringibis non parificantur conferre indigno, & nulli conferre, secus in iure non restringibili, cum paria sint nullum prælatum habere, vel indignum, vt in c. 2. de transl. epis. & pro primo vide Innoc. in c. cum nostris. de concess.
10 præb. vbi inter hæc duo ponit diuersitatem. ¶†In beneficiis solitis conferri secularibus clericis non possunt religiosi habentes præsentationem seu collationem præsentare regularem, seu conferre regulari, si illud beneficium non est curatum, vel illum volunt præsentare, vel claustralem, vide gl. in ver. secularibus. Ex qua nota, quòd tanquam clericum secularem possunt præsentare religiosum, si beneficium est curatum: & dicuntur præsentare vt claustralem, quando volunt posse eum remouere ad libitum, vt tunc remaneat claustralis, sicut prius. Secus ergo quando isti præsentant vel conferunt vt penitus absoluatur ab obedientia monasterij, & sit perpetuus rector illius ecclesię.
11 †Ex quo etiam nota, quòd patronus ecclesiæ curatæ potest præsentare ita religiosum, sicut secularem dummodo non præsentet eum, vt claustralem. de quo vide quod plene not. in cap.
12 quod Dei timorem. de statu. reg. & hoc tene menti. ¶†Succedens in potestate conferendi ratione negligentiæ vel delicti, non potest liberè conferre, cui vult. sed cum succedit in ius illius, debet vti eodem iure, quo ille: & sic debet conferre talib. personis, quibus primus tenebatur conferre. vide text. notabilem, quem semper tenebis menti hic, iuncta gl. in verb. religio-
13 sis, cum seq. & idem tenet Paul. de Liaz. ¶†Ex causa possunt ec clesiæ pensiones nouæ imponi, & veteres augeri per episcopum, tamen non per habentem potestatem conferendi. vide
14 gl. in ver. imponant. ¶†Beneficia de mensa non dicuntur vacare, vide gl. in ver. de mensa. iuncto text. Sed tu hoc limita, prout dicit gl. not. ī. de excess. præl. cle. 1. in verbo, ad mensam. in fi. & ibi optimè not. quæ bñficia vel bona dicantur propriè de men
15 sa prælati, vel capituli. ¶†Institutus in ecclesia vt claustralis, debet habere socium, secus si habet rectoriam tanquam quilibet clericus secularis. vide gl. in verb. reuocari. & meliorem de stat.
16 reg. cle. ne in agro. §. ad hæc. †Quòd non desinit esse claustralis & obedientiarius monachus, cui episcopus contulit prioratum propter negligētiam abbatis, quia nec plus nec aliter confert supplens quam negligens. vnde sicut si ipse abbas contulisset, potest illum reuocare ad libitum: ita nunc licet episcopus supplendo illius negligentiam contulerit. vide gl. & tene eam menti in verbo reuocari. dicunt tamen hic quidam quòd talis, qui sine causa reuocatur potest implorare superioris officium. de quo vide quod hic not. & in c. insinuante. qui cle. vel vo. &
17 per Io. An. in c. cum singula. de præb. li. 6. in nouella. ¶†Quod manualia, quæ non sunt de mensa, vacant per mortem vel reuocationem ipsorum, qui illis præsident. vide in gl. prox. alle. iuncto text.

¶De ætate & qualitate. Rub.

CAP. I.

1 *Cardinalis nullus est, qui saltem non sit diaconus.*
2 *Conuersi laici, cum non sint in sacris, an sint excluſi à capitulo.*
3 *Canonicus si non vult promoueri ad sacros, necessitate ecclesiæ vergente potest canonicatu priuari.*
4 *Constitutio respicit præterita respectu actus futuri pendentis à iam gestis de præterito.*
5 *Prepensus, vnde dicatur.*
6 *Canonicus non constitutus in sacris quæ perdat, quæque obtineat, & super quæ non possit secum dispensari.*
7 *Canonicus non in sacris si de facto admittitur in capitulo, an electio vel alius actus corruat.*
8 *Canonicus ante ætatem legitimam promotus ad sacros, an habeat vocem in capitulo.*
9 *Canonicus si non est in sacris tempore vacationis ecclesiæ, tempore autem electionis de ea fiendæ reperitur in sacris, an possit interesse tali electioni.*
10 *In sacris si nullus de capitulo reperitur, & imminent negotia, per quem expediri debeant.*
11 *Prælati electio si imminet, nec aliquis de capitulo est in sacris, quæ partes sint superioris.*
12 *Annexio sacramentorum, dignitatum, vel beneficiorum quotuplex fit, quo iure & ordine fieri possit, & quæ amittantur, nisi fiat, vsque ad fi.*
13 *Dispensatio, cum sit stricti iuris, non extenditur ad casum separabilem, & quare.*
14 *Prælatus negligens promoueri ad ordinem dignitati suæ annexum, an priuetur voce in eadem ecclesia.*
15 *Capituli appellatione an veniat prælatus.*
16 *Canonicus non constitutus in sacris, licet sit excluſus à voce capituli, omnia tamen alia obtinet, quæ ex voce capituli non proueniunt.*
17 *Capellania vel alteri certum ordinem annexum habenti, an quis priuetur iuxta huius clem. pœnas, si illum ordinem prætermiserit.*
18 *Canonico renuenti promoueri ad ordinem annexum si dimidia distributionum subtrahatur, & alia non sufficiat ad sustentationem, an ei remittetur.*
19 *Dimidia distributionum renuentibus ordinem annexum subtracta, quibus veniat applicanda.*

1  Thi qui. ¶†Quòd inter cardinales nullus est, qui saltem non sit diaconus, not. primam glossam. ¶†An conuersi laici
2 sint virtute huius clem. excluſi à capitulo, cum non sint in sacris, vt text. iste requirit? dic quòd si omnes in collegio sunt tales, certum est quòd non excluduntur, cum text. iste loquatur de his qui mancipian

Universidad de Deusto

tur diuinis officiis, alias sequeretur quòd moniales non haberent vocem in earum capitulo ad hoc vide gl.in verbo,mancipati.& gl.pe.& vlt.in c.ex eo.de elect. lib.6.si autem aliqui sunt clerici aliqui conuersi laici,dicit hæc eadem glo. quòd in conuersis laicis nihil hic immutatur per hanc cõstitutionem:quia, vt s.dixi,ista clem.loquitur de mancipatis diuinis officiis, quales,sunt conuersi laici.ideo dicit hæc gl.in eis stándum ei,quod not.in d. ca. ex eo.Sed aduerte quia ibi solum dicitur tales non debere interesse electioni vnà cum clericis. de aliis verò actib. nihil dicit.sed tu omnino vide per Fed.consilio.206.&per Spe. in tit.de iudic.o.versi.quid de conuersis.& per Io.An.post Ae gyd.in c.1.de proc.aliquid per Inn. in c.2.de consti. & quod tales non sunt de capitulo,facit in arg.c.& si Christus.de iu.iu.iuncta subscriptione cum simili.vide tamen in locis præall.¶ Non astitutus in sacris potest habere vocem in aliqua ecclesia collegiata clericorũ vel religiosorum,dummõ nõ habeat rõe canonic,sed habeat alio iure,puta ꝓsuetudine,statuto,vel priuilegio.
9 gl.in verb.mancipati. in fi.& tene eam menti. ¶ †Si canonicus non vult promoueri ad sacros,necessitate ecclesiæ vrgente potest canonicatu priuari.vide glo. in verbo, in posterum.Ex qua iuncto text.ac iuncta gl.in verbo, Annexi. no. quòd canonicatus de iure communi non habet annexum certum ordinem sacrum, exigente tamen vtilitate seu necessitate ecclesiæ potest moueri per superiorem, vt faciat se promoueri ad ordinem necessarium. quod si renuerit facere sine legitima causa, poterit priuari.&c. Vide de materia quod no.in c.licet canon. de elect. li.6.in gl.antep.quæ est not.plenè distinguens, an & quando ex
4 non ꝓmotione ad ordines possit quis priuari bñficio.¶ †Constitutio respicit præterita respectu actus futuri pendentis à iam habitis seu gestis de præterito.vide bo. gl. & tene menti in verbo,in posterum in fi.pro cuius concordantia & limitatione vide aliam bo.gl. in cle. 1.de testa.in verbo,deputatus.¶ †Propensius deriuatur à propere,vel prope,quod idem est, quod velociter,vel festinè,not.gl.in verbo,propensius.¶ †Canonicus in sacris non constitutus solum perdit vocẽ in capitulo,& alia quæ veniunt ex voce, stallum vero in choro retinet præbendamq;, & dominium obtinere potest, sicut alius canonicus in sacris constitutus,dummodo consuetudo sibi nõ obuiet. Delegatus à papa dari potest,& cætera facere, sicut quilibet alius canonicus.quæ verò dependent à voce capituli,vide bonam gl.in verbo,in capitulo.& hoc facit ad ea quæ suprà dixi,videlicet quod canonicatus non habet ordinem sacrum annexum à iure communi, sed, canonici debent promoueri secundum vtilitatem & necessitatem ecclesiæ. Canonicus non in sacris admitti non potest, etiam si hoc ab aliis canonicis sibi concedatur, ad actus capitulares.etiam ad actum electionis,nec etiam ipsi possunt super hoc dispensare.vide bonam gl.in verbo,concedatur. Et no. ex eadem gl.quòd per hæc verba,nullo modo,&c. interdicitur dispensatio inferiori citra papam.ad idem vide gl.in verbo, nul
7 lo modo.†Quid autem si de facto talis admittitur in capitulo, an electio,vel alius actus corruat,dic,quòd non. de quo per Io.
8 An.in regula,quod alicui,in mercu.li.6.¶ †An canonicus promotus ad sacros ante ætatem legitimam debeat, seu possit habere vocem in capitulo, durante minore ætate.vide glos.no.in verb.constitutus.in pr.quæ tenet.q; non. & vide in simili aliam gl.in c.ei cui.de præb.li.6.quæ concludit, quòd promotus ante ætatem legitimam non possit consequi beneficium requirens illum ordinem ante ætatem legitimam susceptum tene menti vtranque gl.ad multa.& vide ad idem gl.2.prope fi.ĩ.c.c. generalem.in verbo,obseruantiam.Paul.tamen ibi tenet cõtrarium, & forte hoc casu verius,quia hic non requiritur ordinis executio,vt habeat vocem,nec est ipso iure suspensus, sed suspendendus.
9 †Si canonicus non est in sacris tempore vacationis ecclesiæ,tempore autem electionis fiendæ reperitur in sacris, an debeat seu possit electioni interesse.vide gl.in verbo,constitutus. quòd sic.quia debemus in hoc considerare habilitatem tempore electionis fiendæ.& bene loquitur. & vltra in ca alle.adduco bo.tex. c.ei cui.de præb.li.6.Idem dic secundum eand.gl.si tempore vacationis non erat canonicus, sed tẽpore electionis fiendæ sic.Si canonicus in sacris nõ existens tempore vacationis ecclesiæ vult promoueri ad sacros in quatuor temporib.occurrẽtib.infra terminum iuris ad eligendum,an canonici teneantur illum expectare. gl.in verb.constitutus.q; non, parimodo secundum eam non tenentur expectare excommunicatum qui se vult facere absolui,vel absentem in loco,in quo vocandus non erat, dicentem velle redire: imputandum est enim sibi.non est enim habilis tempore electionis,cum virtus capitularis sit pœnes habiles, possunt illi qñ volunt,infra terminum iuris ad electionem procedere.pro hoc quod legitur & not. in c.cum no-
10 bis.de elect.& in c.vni. ne sede vac.li.6.in prin. ¶ †Quid si nullus de capitulo est in sacris,& imminent negocia,quæ debebãt expediri per prælatum & capitulum? dic quòd solus prælatus expediet.ar.illius c.vnici.ne sede vacan.quod tene menti.& no. gl.in verbo,constitutus.præall.Ex quo collige, quòd tota potestas consistit penes prælatum, quando nullum habet in colle-
11 gio aliàs non habilem ad vocem dandam. † Quid si imminet electio prælati,& nullus de capitulo est in sacris. dic quod superior debet expectare per totum terminum iuris, quòd cùm ipse vtatur iure deuoluto debet expectare per totum tempus præfixum capitulo.vide bon.gl.in dicto verbo, constitutus.in
12 fin.¶ †Quòd certi ordines sacri,vel non sacri, certis dignitatibus,vel personalibus,vel officiis,vel beneficiis de iure communi,vel primæua institutione beneficij,seu antiqua consuetudine,vel statuto,possunt esse annexi.Et aduerte q; annexio potest esse duplex,seu dupliciter facta, quando enim annectitur ita,vt talis dignitas seu beneficium non possit conferri,nisi constituto in tali ordine,quo casu non potest quis illud beneficium obtinere, licet habeat ætatem ad illum ordinem, & velit se ad aliud facere promoueri. Sed oportet, quòd prius sit promotus. pone exemplum in eligendo in episcopum,qui debet esse promotus in subdiaconum ad minus, vt in c.accepimus.de æta.& quali. Item pone exemplum in commenda ecclesiæ parochialis,quę non potest fieri nisi sacerdoti,vt in c.nemo deinceps.de elect.lib.6. & vide bo.gl.in clem.vna.ĩ.ti.prox.in verb.promouendis. Quandoque fit annexio,vt obtinens illud beneficium, puta, debet esse sacerdos, seu sit præbenda sacerdotali, & tunc non requiritur, quòd sit tempore electionis,vel prouisionis sacerdos, sed satis est quòd habeat ætatem legitimam, & velit se facere ꝓmoueri,vt probatur in ver.[ille] vero,qui sic dẽt intelligi in c.cum in cunctis.§.inferiora.de elect.iuncto c.i.de æta.& qual.& melius in c.2.de inst.libr.6.& in c.si pro clericis pauperibus.eo.lib. hæc videntur de mente gl.huius cle.in verb.annexi.iuncta gl.præcedenti,& seq.post prin.quam bene no. Considerandа igitur sunt verba annexionis, ex quibus poterit deprehendi, an ordo requiratur tempore prouisionis, an sufficiat q; superueniat. ¶ Quòd obtinens beneficium vigore literarum papalium, non obstante quòd non habeat ordinem illi beneficio annexum, non per hoc eximitur à pœna huius cle. in §.illi. nisi aliud habeat litera gl.in verbo,annexi Papę.in fi.ex quo no.
13 †quòd dispensatio cum sit stricti iuris, non extenditur ad casum ſeparabilem, ex quo sine illo potest dispensatio suum effectum operari.vide gl.in c.quia in tantum.de præb.& quod dixi
14 in c.at si clerici. §.de adulteriis.de iud. ¶ †An prælatus,habens dignitatem in ecclesia collegiata,negligens promoueri ad ordinem illi dignitati annexum, priuetur voce in eadem ecclesia, sicut priuatur canonicus, vel habens dignitatem inferiorem, personatum,vel officium in eadem ecclesia.vide bo.gl.in verb. in eisdem. quæ tandem videtur concludere quòd non. & vide
15 ipsius rationem.ex qua not.† quòd appellatione capituli non venit prælatus & capitulum sint diuersi,vt patet de his quæ fi.à præl.sine consen.cap.in rub & nig.nisi forte ex fortissima significatione verbi, quæ debet fieri in iure pœnali, seu nouo, iuris antiqui correctiuo. quod sing.not. quia ad hoc quotidie alleg.
¶ Item ex ead.gl.not.quòd licet prælatus & capitulum faciant vnum corpus,seu vnam ecclesiam,non tamen includitur præ-
16 latus sub appellatione capituli.¶ †Canonicus non constitutus in sacris, licet absque alia annexione sacrorum ordinum sit exclusus à voce capituli, distributionem tamen obtinet, & fructus præbendæ,ac reliqua quæ non proueniunt ex voce capituli.Si autem ordo sacer sit annexus præbendæ, tunc si non est in sacris perdit vocẽ,sed distributiones nõ: si tamen infra annum nõ fecerit se promoueri ad ordinem annexũ, perdit dimidiam distributionum, nec habet vocem in capitulo, licet aliàs sit in sacris,ex quo non habet sacrum ordinem requisitum.pura dia-
17 conatum.vide hic tex.iuncta glo.in ver.Ex tunc. ¶ †An pœna huius cle.in §.illi vero.locum habeat in capellania, vel altari habente certum ordinem annexum? vide glo. in ver. distributionem.quæ sentit quòd sic,quatenus potest in eo locum sibi vendicare, pura respectu distributionum: sed ego in hoc dubito, cum ille § prouideat solum,in habente dignitatẽ, personatum, offiñ.vel præbendã.ergo ñ deberet hñe locũ in capellania,vel altari,seu alio bñficio extra ꝑdicta,cũ sit ius nouũ & pœnale.cogita tñ ex ea.gl.q; in insłõe capellaniæ seu altaris ꝑt ꝓuideri,vt ca-
18 pellanus teneatur officiare ecclesiã in oĩb.horis. † Si canonico renũcẽti ꝓmoueri ad ordinẽ annexũ subtrahatur dimidia distributionũ, ꝓut hic dr in §.illi.& alia dimidia nõ sufficiat sibi ad sustẽtionem an dẽat fieri illa subtractio? vide gl. in ver.dimidiam. q̃ dicit q; sic, cũ deficiat ꝓ eo.tũc cessat hęc pœna,cũ fuerit pro-
19 motus,q̃d placet licet alij al'r dicãt.de quo hoc ꝑ doc.† Cui añt accrescat hæc dimidia, vide in ea.gl.q̃ dicit,q; canonicis interes-

sentibus

sentibus,nisi aliud habeat consuetudo, seu ordinatio ecclesiæ. Alij vt Guil.dicunt,q; remanebũt penes ecclesiam cui facta est iniuria propter absentiam vel negligentiam in non recipiendo ordinem annexum,& in eo non deseruiendo. sed tu considera verba ordinationis,seu statuti.aut enim habet consuetudo seu statutũ,vt inter canonicos interessentes diuinis distribuantur, puta 10.& tunc sit vera opi.gl.aut habet vt quilibet interessenti dentur quatuor,& tunc pars aliorum remanet in priori statu. & sit vera opi.Gul.& fertur quòd hoc tandem tenuit Io.An.in quibusdam apostillis,quas postea fecit ad glo.

CAP. II.

1 *Temporum interstitia in ordinandis hodie non seruantur.*
2 *Ordinari vt quis possit ante ætatem in hac cle. præfixam, an per cõtrariam consuetudinem possit derogari.*
3 *Consuetudo non præiudicat iuri positiuo, nisi sit rationabilis.* (pitulo.)
4 *Promotus ante legitimã ætatem ad subdiaconatum an habere debeat vocẽ in ca-*
5 *Decernimus inducit ius nouum,nec est antiqui iuris declaratorium.*
6 *In 18.anno quem esse debere,aliud est,& aliud est dicere,quem esse seu esse debere 18.annorum.*
7 *In,dictio quando iungitur ablatiuo,significat intrinsecè: sed quando accusatiuo, tunc significat extrinsecè.*
8 *Ordinans à collatione ordinum,ordinatus vero ab executione illius ordinis suspẽditur,si ante legitimam ætatem fuit promotus.*
9 *Episcopus an possit dispensare super ætate ordinandorum.*
10 *Aetas quæ requiratur in minoribus ordinibus.*

1 Generalem.¶ †Hodie nõ obseruanrur in ordinãdis temporum interstitia, vnde laicus in carnispriuio,resurrectionis festo ꝑbyter esse põt. vide gl.2.post prin.& dicunt tẽporũ interstitia,id est interualla q̃ olim mãdabantur per antiquos canones. debebat.n.qs certo tpe probari in vno ordine,ante q̃ promoueret ad
2 maiorẽ,de qbus.77.di.in c.2.& c.non monachus.cũ si. ¶ †An ꝑ desuetudinẽ,siue ꝓriã consuetudinẽ possit derogari dispositioni huius cle.vt ante ætatẽ hic præfixam ordinari quis possit? & vr primò q; sic.Nam sicut respectu antiquorum canonũ super ætate disponentiũ ponderatur hic generalis obseruantia in ꝓrium,ita dicendum eadem ratione respectu huius cle.quo ad consuetudinem,quæ nouiter possit induci:nam talis consuetudo hodie est in multis locis inducta.& pro hoc facit hic glo.2. post medium,dum dicit,q; ante hãc decr.potuisset promoueri ante ætatem secundum canones antiquos requisitam,quasi antiqua iura forent per desuetudinem sublata. Sed in cõtrarium facit iste tex.in eo,q; non declarat iuribus antiquis esse derogatum per ꝓriam cõsuetudinem,vt no.in cle.proxi.ad idem facit
3 hoc verbum,decernimus.iuncta gl.† Præterea consuetudo nõ præiudicat iuri positiuo, nisi sit rationabilis,vt in c.fi.de cõsuc. Sed non vr rationabile,vt ante ætatem hic expressam quis promoueatur,maxime respectu sacerdotalis ordinis,cum ante 25. annum nõ dicatur quis in virili ætate:vt in l.1.ff.de mino.vnde durum esset sibi committere tantum ministerium, cum nulla dignitas secularis similis sit sacerdotio.96.dist.c.duo sunt.& in seculari dignitate administranda requiritur ætas 25.annorum, vt in l.ad rem publicam.ff.de munc.& hono.no.in c.cũ in cunctis.in gl.de ele.ad idem facit ratio.c.vel nõ est compos.de tẽp. ord.& pondera,quia iste textus non distinguit inter laicos,clericos,seculares,& religiosos,sic omnes à pari iudicantur in obseruantia huius cle.qd ergo legitur,& notatur in c.monachus. 77.dist.hodie non obseruatur,quod no.præsertim,quia vbi nõ disponitur super interstitiis temporum non ita subtiliter in religiosis sicut in secularibus clericis obseruãtur,& interstitia solum obseruabantur ad mores comprobandos,quod in religio
4 sis supplebat religionis deuotio,&asperitas.† An promotus ad subdiaconatum ante ætatem legitimã habere debeat vocem in capitulo.gl.2.hic sentit q; nõ,& clarius.ĩ.in ver. diaconatus.
5 in cle.supra proxima,vbi dixi.Paulus tamen ibi contra.¶ †Verbum decernimus.inducit ius nouum,nõ est ergo antiqui iuris declaratorium.vide hic gl.in ver.decernimus.vide tñ quod scripsi in c.decernimus.de iud.& quod in simili de verbo cõsemus.
6 no.gl.in cle.vnic.de cõcessio.præb.in verb.censemus.¶ †Aliud importat,si dicitur quem esse debere in 18.anno.& aliud dicitur quem esse,seu esse debere 18.annorum.nam primo casu satis est ad illorum verborum verificationem,q; quis 18.annum inchoauerit.in secundo vero casu annus debet esse completus, gl.no.in ver.decimooctauo.& idem dic in alio annorũ numero.ad quod vide textus,iuncta glo.in ca.subdiaconus. decimaseptima distinctio.Item dic secus esse,si diceretur,cũ peruenerit in 18.anno,vel ad 18.annum,quia tunc annus debet esse cõpletus,vt in l.non putabam,& quod ibi no.doc.ff.de condit.&
7 demonstratio.&datur ibi ratio differentiæ †quia qñ dictio,in, iungitur ablatiuo,significat intrinsecè,ideo sufficit,q; sit in illo anno constitutus:sed qñ iungitur cum accusatiuo,tunc significat extrinsecè.vnde debet esse extra illũ annũ.iuxta illũ versum In campo curro,si sis,bene dicis,&c.& hoc no.& vide plene in
8 præall.l.non putabã.¶ † Quid si quis sit promotus ante ætatẽ hic cõstitutam? gl.penul.dicit,q; ordinans à collatione ordinũ, ordinatus vero suspenditur ab executione illius ordinis vsq; ad ætatem legitimam,per ca.vel non est compos.de temp.ord. tu vide c.subdiaconus.77.dist. vbi dicitur q; ordinatus ad sacrum ordinem ante ætatem legitimã debet deponi,&si vis hoc tenere:potes respondere ad ca.vel non est compos.q; papa non ponit ibi casum faciendo in aliis ius de nouo. sed voluit forte ita mitè procedere cum illo,qui fuit ante pubertatem ordinatus. & sic ratione teneræ ætatis, forte sic fuit cum illo processum. hinc est,q; ibi fit suspensio in pœnam,& iniuriam ordinatoris, & non ordinati.sed illud capitulum,si subdiaconus.disponit de pœna in odiũ ordinati.ergo non est recedendũ à iure antiquo.
9 ar.l.præcipimus.in fi.C.de ap.cogita. ¶ †Vtrũ episcopus possit dispensare super ætate ordinandorum? glo.hic in verb.anno. in fi.q; non.& tene eam semper menti.facit c.dilectus. de tempo.
10 or.& quod dixi in c.at si clerici.§.de adulteriis.de iud.¶ †Quæ ætas requiritur in minoribus ordinibus,vide hic gl.fi.quam renebis menti,quæ dicit quòd maior infantia.& sic post 7.annũ potest quis promoueri ad minores ordines.pro hoc dicit gl. in c.si eo tempore.de rescr.li.6.quòd maior septennio potest habere beneficia sine cura ex quo potest ordinari. de hoc tamen vltimo vide quod dixi in c.super inordinata.de præben. & vide ad vtrunque dictum tex.iuncta gl.1.in ca.de his.28.dist.

¶De officio vicarij. Rubr.

CAP. I.

1 *Curæ animarum appellatione quid veniat.*
2 *Vicaria perpetua ecclesiæ curatæ venit appellatione beneficij curati.*
3 *Commenda ecclesiæ curatæ quare non possit fieri nisi actualiter sacerdoti, & vicaria sicut & rectoria concedantur etiam non sacerdoti.*
4 *Beneficium seu vicariam perpetuam obtinens cum cura,potest infra annum compelli,vt fiat sacerdos,non obstante pœna ipso iure apposita per lapsum anni.*
5 *Rectoris appellatione non venit vicarius perpetuus in constitutione pœnali.*
6 *Episcopus an dispensare possit cum vicario perpetuo ecclesiæ curatæ, vt ratione studij intra septennium non teneatur promoueri ad sacerdotium.*
7 *In materia dispensationis fit extensio per identitatem rationis.*
8 *Constitutio disponens super obtinentibus ecclesias,comprehendit vicarios.*
9 *Episcopus non potest dispensare cum assumendo in rectorem,vel vicarium ecclesiæ curatæ.*
10 *Vicariorum duplex est species,adeo vt dispositio super vicarijs perpetuis non habeat locum in temporalibus.*
11 *Dispositio super ecclesiis parochialibus non vendicat sibi locum super non parochialibus.*
12 *Volo,in dispositione positum,nouum ius inducit,non autem declarat antiquum.*

1 Væ de ecclesiis.† Appellatione curæ animarum venit cura nedũ in foro pœnitentiali,sed etiã in foro contentioso.vide gl.in ver.curam.per Inn.in c.dudum.2.de elem.& no.ex ead.gl.iuncto tex.q; habens curam animarum licet in foro contentioso ratione beneficij ecclesiastici tenetur esse sacerdos,siue habeat illã vt rector,siue vt ppetuus vicarius.
2 ¶ †Quòd extrauagans Ioannis, quæ incipit,execrabilis.habet locum in vicariis perpetuis.vide gl.in verbo amittendis.&not. ex eadem glo.q; appellatione beneficij curati venit vicaria per-
3 petua ecclesiæ curatæ.† Licet cõmẽda ecclesiæ curatæ nõ possit fieri nisi ei,qui actualiter sit sacerdos.vt in c.nemo deinceps. de electio.li.6.vicaria tñ sicut rectoria potest cõcedi non sacerdoti,dummodo sit talis,qui possit effici sacerdos.no.gl.verb.in promouẽdis.diuersitatis ratio põt esse iudicio meo, quia sæpe in fraudem fiebat commenda,non propter curã,sed ꝓpter fructus recipiendos.Item quia cum cõmenda duret modico tẽpore,vt d.c.nemo deinceps.oportet q; fiat penes idoneum de præsenti,sed cum rectoria vel vicaria durent toto tẽpore vitę instituti satis est q; de proximo possit in sacerdotem promoueri:habetur eñ pro sacerdote,ex quo in breui ꝑeratur promotio.l.fi. de test.mili.Et no.ex hac gl.iuncto illo ca.nemo.q; vbi requiritur q; collatio,siue commenda fiat sacerdoti,oportet q; tẽpore collationis,seu commẽdæ sit sacerdos nec sufficit, vt possit de ꝓximo promoueri,pro hoc,qa qualitas posita in aliqua oratio ne refertur ad tẽpus verbi,ad qd refertur.vide qd dixi in cle. 2.
4 de rescr.¶ †Quòd obtinẽs bñficium,seu vicariam perpetuam cũ cura potest infra annũ cõpelli,vt fiat sacerdos non obstante pœna ipso iure apposita per lapsum anni.vide bo.gl.in verb.promouendis.in fi.& c.licet canon.de ele.li.6.in gl.antepe.in prin. ex quibus no.q; per cõstitutionem apponentem pœnã ipso iure non tollitur constitutio,quæ mandat pœnã per iudicẽ impo-

ni

Universidad de Deusto Biblioteca

ni civius quàm faciat alia constitutio posterior, facit l. quotiēs. ff. de actio. & oblig. ¶ †Appellatione rectoris non venit vicari⁹ perpetuus in constitutione pœnali, aperte hoc sentit gl. in ver. sacerdotium. in eo q̄ dicit opi. Arch. corrigi per istum tex. in eo q̄ tenebat illud c. licet canon. non habere locum in vicario perpetuo, cū loqueretur de rectore: non enim dicit, q̄ reprobatur, sed q̄ corrigitur, quasi hoc sit ius nouum & idem sentit hic gl. fi. & facit pro hoc titulorum diuersitas. itē c. extirpandæ. §. qui
6 vero. de præb. ¶ †Vtrum episcopus possit dispēsare cū vicario perpetuo ecclesię curatæ, vt ratione studij nō teneatur promoueri infra tēpus ad sacerdotium, iuxta c. cum ex eo. vide bo. gl. super verb. sacerdotium. quæ tandē concludit q̄ sic tum quia ratio permissionis expressa in d.c. cum ex eo est cōmunis rectori & vicario. tum quia illud c. loquitur de his qui obtinēt
7 ecclesias, quæ verba includunt vicarios sicut rectores. †Et ex illis rationibus singulariter collige, q̄ in materia dispensationis fit extensio per identitatem rationis, quod tenebis semper mēti, & vide quod dixi in c. at si clerici. in §. de adulteriis. de iudi.
8 ¶ †Secundò not. q̄ constitutio disponens super obtinentibus ecclesias cōprehendit etiam vicarios, & sic vicarius perpetuus dī obtinere ecclesiam. Item no. ex eadem gl. quia vicarius non potest dare vicarium vide quod no. in c. clericos. de offic. vica.
9 †Quòd episcopus non potest in ętate dispensare cum assumendo in rectorem, vel vicarium ecclesiæ curatæ. gl. in verb. ætate.
10 †Quòd vicariorum quidam sunt perpetui, quidam tēporales: perpetui verò dicuntur, qui assumuntur, vt habetur in c. extirpandæ. §. qui vero. de præb. & vt no. gl. in ca. ad hæc. de offi. vica. vide gl. in ver. perpetuis. Ex qua etiam no. q̄ dispositio super vi-
11 cariis perpetuis non habet locum in tēporalibus. †Dispositio super ecclesiis parochialibus non vendicat sibi locum super ecclesiis curatis non parochialibus, vide gl. super ver: parochialiū. ex qua no. q̄ ad esse ecclesiæ curatæ non requiritur, quòd habeat parochiam, q̄n quis dicitur habere animarum curam. vide bonam gl. in cle. dudum. infra de sepul. in ver. impendant. vide omnino per Inno. in c. non satis. de offi. Arch. & c. dudum. il 2. de elec. per Host. in c. omnis. de pœ. & remissionib. per Pau. in cle. vna. de baptis. Item no. ex glo. pen. q̄ perpetua vicaria habet locū in ecclesiis parochialibus annexis duntaxat, & non in sim-
12 pliciter curatis. vide tamen hic per Pau. ¶ †Verbum, volo. nouum ius inducit, non autem declarat antiquum. vide bon. glo. in ver. volumus prope medium. Idem not. gl. in fi. in cle. vna. de rerum permu. quandoque tamen non importat ius nouum, vt in c. ex ratione. de appel. vide tamen quod ibi no.

¶De offi. & po. iudi. dele. Rub.

CAP. VNICVM.

1 *Iudex, nudus minister seu examinator quando quis efficiatur, qui testium receptio ni deputatur.*
2 *Examinatio testium nuda potest fieri diebus feriatis.*
3 *Testium receptio non debet committi in causa criminali.*
4 *Executor deputatus ad prouidendum de beneficio cum clausula, an, & quibus ca sibi tenebatur assumere partes iudicis, & quibus non.*
5 *Conditio in rescripto apposita, si vera non est, non tenet prouisio, nec excommuni catio inde lata.*
6 *In rescripto si exprimitur id, quod tacitè inerat, non facit mandatum cōditionale.*
7 *Delegans, qui prius cognouit plenè de iure partium, si alteram in possessionem inducī mandat talis est merus executor, & nullam debet admittere exceptionē.*
8 *Executor, vbi aliqua nō est expressa clausula, pōt iudicis partes assumere, & quare.*
9 *In commissione prouisionis fiendæ licet tacitè illa clausula, si persona est idonea, intelligatur, tamen mandatum non facit conditionale.*
10 *Executor ad beneficia, quibus casibus merus omnino executor esse dicatur.*
11 *Executor ad beneficia quibus enumeratis casibus debeat iudicis partes assumere.*
12 *Executor ad beneficia an appelletur iudex.*
13 *Executor an possit, vel non, iudicis partes assumere, & an teneatur exceptiones admittere, vbi elegit viam meri executoris.*
14 *Natura negocij alterari non debet per ea verba, quæ possunt referri ad extraiudicialem institutionem.*
15 *Executor debet eum citare, de cuius præiudicio agitur, & vide exempla.*
16 *Executio vbi mandatur, quibus casibus ille debeat audiri, qui aliquod prætendit præiudicium etiam extrinsecum.*
17 *Executori, si tertius, non principalis, se opponat pro publico interesse, an sit ab eo audiendus.*
18 *Delegatus inferior à principe an possit committere nudum ministerium, seu articu culum non iurisdictionalem.*

1 IVdices. †Deputatus super receptione testium, quandoque efficitur iudex, quādoque nudus minister, seu examinator. Iudex enim efficitur quando habet citare testes, examinare articulos, & alia ad hunc actum requisita explere: ita quòd iste articulus sibi simpliciter committitur. Nudus autem minister est quando testibus prius iuratis, & examinatis articulis, & interrogatoriis, &c. committitur examinatio. vide glo. 2. quæ est notabilis. Ex qua etiam no. q̄ cum efficitur iudex, potest commiss. punire te stem coram eo vacillantem, seu aliter aures ipsius offendentē.
2 †Item no. ex eadem, q̄ nuda examinatio potest fieri diebus feriatis, & in hoc sequitur istam glo. Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de
3 no. ope. nuncia. sed tu dic, tu dixi in ca. 1. de feriis. ¶ †Quòd receptio testium non debet committi in causa criminali. vide gl. in verb. ciuili. cum multis cōcordantiis. Duæ negationes equivalent vni affirmationi. gl. in ver. necnon. ¶ Quod executores ad beneficia conferenda dicuntur habere delegatam. vide gl. in
4 verb. executores. & in ca. si super gratia. e. tit. lib. 6. ¶ †Nunquid executor deputatus ad prouidendum, cum clausula purè, tenea tur assumere partem iudicis, & procedere causa cognita, vocatis quorum interest: & an teneat prouisio facta per commissārium, clausula in rescripto inserta non purificata, saltem re ipsa. vide & tene mēti gl. in ver. repererint. quæ in effectu ponit tres opi. quæ extra habentur ex dictis Inn. in c. fi. de præsum. Prima est q̄ siue sit scriptū sine clausula, siue cum clausula sonante in monitionem, siue conditionem, nunquam tenetur executor assumere partes iudicis, sed potest procedere extraiudicialiter, vt merus executor: potest tamen si vult iudicialiter procedere, quantumcunque nulla clausula in mandato sit inserta, quia saltem subintelligitur clausula, si est idoneus, nisi sit nudum ministerium illi commissum. quod declara, vt infrà dicam: prouisio tamen facta clausula non purificata, saltē re ipsa est nulla, si clausula sonabat ibi in conditionem, nec tenet excōmunicatio lata vigore talis prouisionis. secus si erat clausula sapiens monitionem, puta quia exprimebatur q̄d tacitè inerat, vt puta si est idoneus: tunc. n. tenet prouisio & excommunicatio inde lata, licet sit iniusta. ¶ Secunda opi. est, q̄ aut clausula sapit monitionem, & non tenetur assumere partes iudicis aut sapit cōditionē puta si de tali vico est oriundus. vel si est doctor in theologia, & tunc aut ex prouisione læditur seu tollitur ius alterius, puta illius ad quē spectat beneficij collatio vt quia papa mandat prouideri Titio, si est doctor, de beneficio spectante ad collationem episcopi Tornacen. & tenetur assumere partes iudicis cognoscēdo de clausula vocato illo, cuius interest. Aut non læditur ius alterius & tunc tenet prouisio cognitione, non præmissa: quia hoc casu non sunt propriè partes, prouisio tū est nulla, si forma non est seruata. ¶ Tertia opi. ad sensum recitando gl. est, q̄ siue clausula sapiat monitionē siue conditionem, nō tenetur examinator assumere partes iudicis: q̄a actus collationis de se extraiudicialis est: & hoc verum nisi tria cōcurrant. primò, q̄ clausula sapiat cōditionem. secundò, q̄ apponatur per verba sapientia conditionem. puta si tibi cōstiterit. Tertio q̄ alteri ex prouisione generetur præiudicium. his. n. tribus concurrentibus tenetur procedere parte vocata, & causa cognita aliàs non teneretur & hāc tertiam opi. vī hæc glo. in fi. approbare. Sed tu vide Inn. in c. pro posuit. de conce. præ. vbi posuit in hac materia duas opi. & vnā apertè firmat. s. q̄ nunquam executor deputatus simpliciter potest assumere partes iudicis, nec tenetur audire opponentē, nisi opponeret de rescripti surreptione. & facit quod no. Inn. in c. ad dissoluendū. de despo. impu. vbi etiā tractat de hac materia. Sed Host. in d.c. propositū, tenet oppositum q̄ imo tenetur audire partes opponentes, quantumcunque simpliciter sibi fuerit rescriptum, vide de hac materia per eūdem Inn. in c. de cætero. de re iu. & in c. inter dilectos. de excess. præl. & etiam in c. 1. de concess. præb. lib. 6. & in c. cum olim. il 2. de priui. omnibus his locis tractat hanc materiam, & vide quod no. Bal. in l. 2. C. q̄n̄ prouo. nō est necess. cuius dicta recitaui in c. 1. de re iud. in vlt. q. Et hāc materiā executorum ad beneficia pleniſſimè & clarius cæteris expediui in c. fi. de p̄sump. vbi videas. & q̄n̄ per ea, quæ ibi in cōclusione materiæ dixi plenius declaratur hæc gl. ideo illā cōclusionem hic inseram. dico. n. vt mihi visum fuit ex multis cōcludere, q̄ quidā sunt casus, in quibus clarū est, q̄ executor talis nō pōt iudicis partes assumere: quidā verò sunt, in quibus tenet, remanēt aliqua dubia, in quibus dicā, q̄d mihi tunc, & nūc visum est. ¶ Primus casus est q̄n delegans nō habebat iurisdictionē. nō enim potuit committere, q̄d non habebat. 1. q. 7. c. daibertū. & in c. quod autē. de iurepa. q̄d sensit Inn. in d.c. fi. de præsum. post prin. ex quo infero, q̄ isti inferiores habētes de iure speciali collationē sine iurisdictione, nō possunt per se, nec per suos cōmissārios iudicis partes assumere: sed extraiudicialiter ad eorum in

ista in prima solutione, seu prima opi. dum dicit executorem posse si vult, assumere partes iudicis, dummodo cōmittens iurisdictionem habuerit. & in hoc no. istam gl. sic intellectam, & vide quod dixi in ca. sollicite. & seq. de rest. spo. licet in cōtrariū
5 faciat q̄d no. Io. An. in ca. publicato. de elec. †Item no. ex prima illa opi. vbi dixi, q̄ si conditio apposita in rescripto nō est vera, non tenet prouisio, nec excommunicatio inde lata, q̄ excommunicatio ob causam in rescripto non comprehēsam est ipso iure nulla, quod est diligenter notandum. & hunc puto verum
6 casum c. fi. de præb. & vide quæ ibi dixi. ¶ †Item not. ex eadem prima opin. q̄ si exprimitur in rescripto id, quod tacite inerat, non facit mandatū conditionale. ad idem, c. significasti. de elec. sed tu omnino vide de hoc, quod dixi in c. cum dilecta. & in ca.
7 ex insinuatione. de resc. ¶ †Secundus casus, q̄n̄ superior delegans prius cognouit plene de iure partium, etiā respectu executionis fiendæ, & simpliciter mandat, vt conferat, & inducat in possessionem, talis enim est merus executor, & nullā exceptionem debet admittere. l. executorē. & l. si vt proponis. C. de exec. rei iud. no. in l. à diuo Pio. ff. de re iu. & in d.c. de cætero. c. tit. hoc est iudicio meo, quod voluit ista gl. in prima opin. dicere in eo,
8 quod etiam dicit, † q̄ vbi nō est aliqua clausula expressa, potest executor assumere si vult, partes iudicis. cum subintelligatur clausula, si persona sit idonea, nisi fuerit commissum nudū ministerium. Intelligo enim nudum ministerium cōmitti modo
9 prædicto. †Et no. etiā ex gl. q̄ in commissione prouisionis fiendæ intelligitur tacitè illa clausula, si persona est idonea, non tñ hoc facit mandatū cōditionale. vnde tenet collatio fm istā gl. licet persona non sit idonea. Sed tu limita, vt no. Inn. in ca. inter dilectos. de excessibus præla. & plenius dixi in d.c. fi. de præsum.
10 & in ca. 1. de re iud. in vlt. q. vbi omnino vide. ¶ †Tertius casus superior prouidet seu prouideri mandat alicui ex certa scientia, remouendo apertè omnes exceptiones, & reseruando sibi cognitionem. ar. c. ex parte. de officio deleg. & per Hōst. in d. ca. de cætero. & in hoc diligenter animaduertenda est forma mandati. ar. de priuile. c. porro. in his casibus & similibus si qui possunt occurrere, executor est omnino merus: quia non habet mixturam iurisdictionis & in istis executoribus non habet locum gl.
11 no. in c. pastoralis. §. qui vero. de officio deleg. quæ inter cætera dicit, q̄ executor datus ad beneficia est mixtus. †Casus autem, in quibus debet assumere partes iudicis, sunt isti. Primus si in literis mādatur, vt citet aduersarium, vel apponitur illa clausula, vocatis vocandis, & c. vt dixi in d.c. fi. & bene facit ca. exhibita. cū ibi no. de iud. Secūdus casus, q̄n̄ vult dare possessionem, quā alius obtinet: debet enim illum vocare, quantuncunque simpliciter scribatur: quia non est intentionis principis, vt quis removeatur à possessione sine causæ cognitione. l. fi. C. si per vim vel alio modo. & 3. q. 9. c. caueant. & c. omnia. & tenet Inn. in ca. 1. de concess. præb. li. 6. & in ca. cum olim. 2. de priuile. & Io. An. in Spe. in tit. de causa pos. & proprie. §. fi. in addi. magna. & optimè facit ca. licet episcopus. de præben. li. 6. sic respectu possessionis existentis apud tertium non potest executor esse merus, sic limita istā gl. Tertius casus, si executor fuit datus cum clausula, quæ venit purificāda ex facto tertij, de cuius præiudicio agitur: tunc enim vī tacitè mandata cognitio, quia causarum merita partium assertione pandūtur. vt in c. tum ex literis. de in integ. rest. & d. l. fi. C. si per vim vel alio modo. Et hoc est, quod voluit notantet Io. An. in dicta addi. puta si papa mandat, q̄ si cōstiterit Titium tenere plura curata cōtra extrauagantem execrabilis. quòd tunc commissarius conferat vnam ex illis impetranti. Quartus casus est, q̄n̄ executor datur ad compellendum ordinarium collatorem, vt conferat. debet enim eum monere & citare, vt cōferat: & si ille opponit exceptiones legitimas, audiendus est, vt casus cum ibi no. in c. accepimus. de ætat. & quali. & in ca. capitulum. & in c. constitutus. de rescr. non enim debet quis impugnati, & defensio non audiri, ꝛ ca. inter. de excep. In his enim & similibus casibus executor dī mixtus, quia habet cū executione iuncta mixtam iurisdictionem: quia ex quo superior non cognouit de iure executionis fiendæ, vī suo commissario etiam iurisdictionem dedisse, vt in c. ex literis. de offic. deleg. & in d.c.
12 accepimus. & 2 5. q. 2. c. & si non cognitio. †Non autē appellatur iste iudex, quia iurisdictio datur accessoriè ad ministerium exercendum, q̄d de sui natura est extraiudiciale, nec deputatur inter personas p̄tendentes: sed quia accessoriè habet iurisdictionem ratione prædicta tractatur eius materia in tit. de officio de leg. ad denotandum, q̄ habet iurisdictionem delegatam, vt no. gl. in c. super eo. de officio deleg. & in ca. tibi qui. de rescr. li. 6. Et ex his declaratur gl. in ca. pastoralis. quæ dicit, hunc executorē
13 esse mixtum: & habes fundamentum huius materiæ. ¶ †Extra prædictos casus remanet dubietas, an executor possit assumere vel nō, partes iudicis: & an teneatur exceptiones admittere, vbi elegit viā meri executoris. Et in hac dubitatione cōcluderē, q̄ est in optione ipsius, an velit procedere iudicialiter, etiā si fuit datus simpliciter: quia succedit loco delegantis, vt hic dī in prima opi. si autem vult procedere extraiudicialiter, dico q̄ etiam potest: quia cum actus de sui natura sit extraiudicialis, potest à principio ꝓcedere, vt vult, sicut ille, qui habet duas vias, potest à principio eligere quam vult. vt in c. vt quis duas de elect. li. 6. & no. in simili, in c. quintauallis. de iureiu. quod dico procedere etiam si sit apposita clausula sonans in conditionē per verbū, si
14 constiterit. †quia, cum hæc verba possint referri ad extraiudicialem institutionem, vt d.c. cum contingat. non debet per verba hæc alterari natura negocij. nā si teneretur à principio citare, esset potius iudex, q̄ executor nec curo de extrinseco alteri⁹ præiudicio, puta quia ad episcopum pertinebat collatio illius beneficij, quod sub conditione mandabatur per papam conferri, quia sicut superior potuisset se extra iudiciū informare, vt rū is pro quo mandat, sit de tali loco vel magister, & c. sic poterit
15 & iste. †Sed vbi ageretur de iure alterius, tunc bñ fateor, vt suprà dixi, vt ille sit vocandus: puta si diceretur in literis, si ꝓstiterit episcopum fuisse negligentē in conferendo, & c. vel si constiterit, q̄ talis teneat duas ecclesias curatas. nam hoc casu tacitè vī mandata cognitio, quia causarum merita, & c. vt ꝛ. dixi. & cū hoc temperamento intelligerem & limitarem vlt. opin. huius
16 gl. †Si autem comparet is, qui prætēdebat aliquod præiudiciū etiam extrinsecum, fateor q̄ debet audiri: & tunc debet assumere partes iudicis. d. c. accepimus & ca. cum adeo. ꝛ. de rescr. & ca. si q̄n̄. cum multis. & probatur ratione. nam ex quo superior nō cognouit de iure executionis, vī huc mandasse suo cōmissario. vt d. l. à diuo Pio. & d. l. & si non cognitio. C. si ꝛ ius vel vti. pub. canonizata. 2 5. q. 2. & vī probari in d. c. fi. de præsump. in fi. & sic debet temperari prima opi. hic posita in gl. & dictum Compo. in c capitulum. de rescr. vī enim in hoc habere iurisdictionem mixtam, vt vbi expediat, etiam assumat cognitionem. quod satis vī expedire vbi quis pro suo præiudicio se opponit. ar. optimum in d. c. ex parte. 2. de officio dele. & ca. super eo. e. tit. & l. 2.
17 §. si quis à principe. ff. ne quis in loco pub. †Sed dubium est, q̄d si opponit se non ex præiudicio priuato sed publico, vt quia cō paret tertius, & dicit Titium non esse idoneū, nunquid debeat audiri? & hoc casu forte potest procedere dictum Compost. in d. c. capitulum. & Inno. in ca. proposuit. de concess. præb. q̄ non teneatur illum audire, cum sit executor extraiudicialis. agat autem postea per viam denūciationis, vel accusationis, sicut nec cōmittens tenebatur admittere. vt no. Inn. in c. ad dissoluendū. de despon. impu. contrarium tū puto verius. licet enim fatear ordinarium hoc posse, secustn̄ dico in delegato: q̄a in dubio de bemus credere ordinarium voluisse, q̄ indigno non fieret prouisio beneficij. ar. l. si procur. ff. de condit. indeb. & maximè quā do expressit illam clausulam, si est idoneus. Item sicut in cōfirmatione admittitur excipiens pro interesse publico opponens ꝛ electum, vt in ca. super his. de accus. Ita & in prouisionis actu, cum collatio habeat vim electionis & cōfirmationis, iuxta no. in c. cum olim. de causa pos. & proprie. & præsumendum q̄ superior potī⁹ voluerit à principio occurrere, quàm post causam vulneratam remedium quærere. iuxta ꝓsilium. l. fi. C. in qui. cau. in integ. rest. nō est ne. Et per hoc multipliciter limitatur, & declaratur hæc gl. & multa alia ad materiā pertinentia: prosequere, vt dixi in d. c. fi. de præsum. ¶ Quòd delegatus inferior à principe potest committere nudum ministerium, seu articulum non iurisdictionalem. vide gl. fi. & hoc limita cap. cum causam. de appel. & l. à iudice. C. de iud. Ego pro dicto glo. allego tex. secundùm intellectum vnum, quem videtur insequi Inno. in ca. cum Bertoldus. de re iudica. & vide quod plenè ibi dixi.

¶De officio ordinarij. Rubr.

CAP. I.

1 *Ecclesia quando diffamari dicatur.*
2 *Homo quando diffamari dicatur.*
3 *Correctio clericorum ad solum episcopum pertinet de iure communi.*
4 *Insolentia quid sit.*

1 TClericorum. ¶ †Ecclesia dī diffamari, q̄n̄ de ipsa malèprædicatur seu homines obloquuntur, seu vilificatur seu dehonestatur, vide gl. in ver. diffamatur. †& idē potest dici
2 de homine diffamato. vide plenè de infamia seu fama p. Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de qu. no. in c. cum oporteat. & c. qualiter & q̄n̄. de accu. ¶ †Quòd ad solum episcopum pertinet de iure communi correctio clericorum, potest tñ spectare ad inferiorem de iure speciali. vide hic tex. cum gl. super verb. episcopis. vide tu quod plenissimè dixi in ca. cum contingat. de foro

4 comp.vbi dixi de iurisdictione inferiorum prælatorum. ¶†In solentia idem est, quod morum inconuenientia, fatuitas, vel superbia, aut prauus vsus, quasi contra solitum & debitum naturæ cursum, vide gl.in verb.Insolentiis.

CAP. II.

1 *Collatio facta per legatum motu proprio, non facta mentione de aliis beneficiis, quæ obtinet prouisus, valet.*
2 *Mentio beneficij obtenti quando, & qualiter fieri debeat.*
3 *Beneficium spirituale quomodo cognoscatur.*
4 *Collatio beneficiorum per quæcunque ordinarium facta, licet habiti beneficij mentio non fuerit expressa, valet: secus in Papa & eius legato, & quære, & nu. 6.*
5 *Conferendorum beneficiorum potestas non venit ex mero officio legationis, secus in legato cardinali.*

1 ET si ab apostolicæ. ¶†An collatio facta per legatū motu proprio, non facta mentione de aliis beneficiis, quæ obtinet prouisus, valeat: vide gl.in verb.Facta.quæ ponit opin.contrarias.& videtur sibi placere opin.affirmatiua.pro qua ego allego bonum tex.in arg.in cle.si Romanus.de præb.iuncto.ca.si
2 motu proprio.eo.tit.li.6.¶†Quòd de beneficio obtēto debet fieri mentio specialis, non autem sufficit generalis.gl.in ver.specialis.Qualiter autem sit fienda mentio de beneficio obtento,
3 & quomodo cognoscatur beneficium †spirituale. vide plenè per Io.An.& Cal.in c.in nostra.de rescr.& omnino per dom.de Rot.dec.105.& 272.& in priori decisione habetur, quid operatur, motus proprius. vide etiam ad primum quod dixi in ca. ad
4 aures.de rescr.¶†Quòd valeat collatio beneficiorum per quēcunque ordinarium facta, licet non fuerit mentio habita de beneficio obtento.& idē in delegatis ab eis.fallit in papa,& ipsius legato. vide hic tex.iuncta gl.in ver.quibuslibet.& in ver.Habētibus. ¶ Quæ autem sit diuersitatis ratio inter legatos & alios ordinarios. vide hic gl.in ver.Nolumus.quam no.in eo quòd dicit, q legati non sunt ordinarij collatores,& quòd ipsorum collatio tanquam extraordinaria. & superinducta & collatoribus ordinariis præiudicans, est restringēda ordinariorum verò collatio & naturalis & fauorabilis, est ampliāda. Aduerte ne erres. nam videtur ista gl.prima fronte contra.c.2.de offi.le.lib.6.vbi
5 dicitur, quòd legati papæ habēt ordinariam potestatem. † Sed dic, quòd licet potestas legati respectu iurisdictionis sit ordinaria, vt in contrario: tamē respectu collationis beneficiorum est extraordinaria, quia ex proprio officio legationis nō venit potestas conferendi. hinc est, quòd legati non cardinales, hanc potestatem nō habent, sed cardinales legati hoc habent ex speciali priuilegio, vt probatur in c.1.de offi.leg.lib.6. Præterea ratio diuersitatis per gl.posita mihi non placet. Nam papa est generalis ordinarius, etiam respectu collationis beneficiorum. vt in c.2.de præb.lib.6.& tamen ipsius collatio non valet, de beneficio obtento non habita mentione. vt in ca.si motu proprio.de præb. lib.6.quod non contingit ex odio vel extraordinaria po-
6 testate, per ca.ad honorem.de auth.& vsu.pal.†puto ergo hanc diuersitatem esse fundatam propter ignorantiam, quam de beneficiis obtentis papa & legatus ipsius præsumuntur habere. arg.ca.1.de const.li.6.in aliis autem inferioribus ordinariis præsumitur scientia propter præsentiam, conuersationem & visitationē, meritò in illis non cadit surreptio ar.l.idem Vlpianus. ff.de excu.tu.& in c.quosdam.& c.quanto.de præsump.

¶De procuratoribus. Rub.

CAP. I.

1 *Procurator per literas constituentis priuatas constitui potest, & quomodo tales literæ probentur.*
2 *Recipienti epistolam aut aliam scripturam publicam, vel priuatā, in qua aliquod præiudiciale continetur, quando id præiudicet.*
3 *Tacens in præiudicialibus licet regulariter non habeatur pro consentiente, secus tamen si vltra taciturnitatem interuenit aliquis actus tacitè approbatiuus eorum, quæ geruntur.*
4 *Procurator etiam absens constitutus, tenetur dominum defendere, nec sufficit soluere, si pro eo dominus cauit de iudicatō solūdo, alias non.*
5 *Extra iudicium quibus casibus quis possit præcisè ad factum compelli.*

1 INstrumento. ¶†Quòd procurator pōt cōstitui etiā per literas priuatas q stituentis, vide hic tex.iuncta gl.2. & intellige, dūmodo constet, q sint literæ ipsius constituētis, seu ipsius mandantis, per sigillum priuatū cōstituentis vel per testes sic intellige istum tex.iuncta gl.ar.in l.1.ff. de procur.in prin.& quòd no.in c.2.de fi.instr.& vide bo. tex.in
2 l.si procurator.ff.de procur.¶†Recipiens epistolam seu literā, in qua continetur aliquid præiudiciale ipsi recipienti, an faciat sibi præiudicium, videtur enim recipiendo consentire contentis in ipsa epistola, seu instrumento publico, vel priuato.& hoc quando recipit sciens q in illa epistola seu instrumento continetur, secus si ignorabat. hoc no. probatur in tex. iūcta gl. super ver.scienter.& super ver.Ascensum. Dic tamen si scienter recipit, debet, si non vult consentire, illico protestari in constrariū, aliàs videtur consentire. ad hoc no. tex.in l.si filiusfamilias.ff.ad
3 mace. vī de mente Bar.in l.quo enim.ff.rem ra.ha. Sic distingue quod ipse idem no.in l.cum tabernā.§.idem quæsiit.ff.de pign. & in l.Titius Seio.ff.de consti.pe.& procur.ff.rem ra.ha.& hæc bene not.†Item no.ex hoc tex.& præalle.gl.in ver.assensum. q licet in præiudicialibus seu rebus onerosis tacens nō habeatur pro consentiente, imo pro contradicente, vt l. filiusfamilias.§. inuitus.ff.de procur. secus tamē vbi vltra taciturnitatem interuenit aliquis actus tacitè approbatiuus eorum, quæ geruntur, vt est receptio literarum: facit opt.c.ex ore.de his quæ fin.à ma.
4 parte ca.& quod no.Bar.in d.l.quo enim.†no.& rene mēti tex. istum, quia singularis est in eo, quod probat, q si dominus constituit procuratorem etiam absentem,& pro eo absente cauet de iudicato soluendo, cogitur præcisè procurator qui semel consensit expresè vel tacitè, dominum in iudicio defendere, nec sufficit soluere.& vide tex.de iure ciuili, non ita clarum in l.filiusfamilias.in §.fi.ff.eo. secus autem si dominus talem cautionem pro suo procuratore non exposuit. de quo vide latius
5 hic per gl.in verb.cogi.†& est casus hic, in quo quis precisè cōpellitur ad factum regulariter contrà, quia sufficit soluere inter esse, vt in l.si quis ab alio.ff.de re iud.& plenè no.de materia in l. stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obl. vbi no.an extra iudicium quis possit ad factum compelli precisè ad agendū, vel defendendum aliquid not.in ista gl.sed plenius per gl.not.in l. sed & hæ.ff.eo.tit.in verb.accipere iudicium.

CAP.

1 *Procuratorium ad proponendum vel opponendum crimina & defectus contra electionem, licet requirat speciale mandatum, non tamen necesse est, crimina specificari.*
2 *Procuratorium non requirit speciale mandatum ad opponendum contra eligentes, vel formam electionis, secus, contra personam electi.*
3 *Pœna c.1.de elect.in 6. habet locum, siue causa contra electum sit in curia per appellationem, siue coram ordinario.*
4 *In procuratorio si post aliquorum casuum enumerationem subiicitur clausula generalis, an veniant sub tali generalitate casus etiam maiores expressis, & qui veniant. & qui non.*
5 *Ecclesia non restituitur ad proponendum crimina, vel defectus, quæ infra terminum sibi præfixum neglexit proponere.*

1 NOn potest. ¶†Quòd quamquam in procuratorio ad proponendum, vel opponendum crimina, vel defectus contra electionem, requiratur speciale mandatum non tamē est necesse, vt ipsa crimina vel defectus specificentur in ipso procuratorio, vt est hic textus iuncta gl.in ver.in mandatis.limita hoc secūdum
2 capitulum procura.de electio.li.6.vbi omnino vide. ¶†Quòd ad opponendum crimina vel defectus cōtra eligentes, vel prouidentes, vel ad opponendum contra formam electionis, non requiritur speciale mandatum, licet secus sit respectu opponēdi contra personam electi.gl.in ver.in personam. ¶†Quod pœna c.primi.de elect.lib.6.in fi. habet locum, siue causa contra electum sit in curia per appellationem, siue coram alio superio-
4 re extra curiam.ar.hic, voluit hoc gl.in ver.electi. ¶† Si in procuratorio subiicitur clausula generalis post enumerationem aliquorum casuum, veniunt sub generalitate casus etiam maiores expressis, nisi sint grauiores rātione periculi: puta, quia cō tinent diminutionem status ipsius constituentis, vt quia obligarent eum ad pœnam in casu quo procurator succumberet. de hoc est gl.nō.& semper menti tenenda in verb. grauiora. & pro hac gl.vide aliam gl. no.in c.procur.de elect.li.6.& in c.fin. de procur.eo.li.in verb.speciale. videtur tamen illa glo.contrariari huic, dum dicit, quòd sub illa clausula generali non veniāt longe maiora expressis. vt contrahere matrimonia, & similia. ideo alij dixerunt, quòd vbi non exprimitur aliquis casus requirens speciale mandatum, sed talis qui aliàs veniret sub mādato generali, q tunc clausula generalis sequens non restringitur ad similia expressis, cum omnes casus venirent sub generalitate verborum, ex quo non requirunt mandatum speciale. & hoc casu procedit dictum Inno.in c.sedes de rescr.& gl.hic. Aut exprimitur casus requirens speciale mandatu, & tunc non veniūt sub clausula gñali maiora expressis, licet non contineat periculum constituentis, & hoc casu procedit iste text. & hoc vī vo-
luisse

huisse do.An.in d.c.sedes gl. tamē hic sensit primum intellectū, sed pro intellectu do.An. facit tex.hic, qui ponit vt diuisa, grauiora, & maiora, vt vtraque non veniant sub clausula generali. est enim odiosum q comprehendantur isti casus speciales.d.c. qui ad agendum.& l.illud.& l.patri.ff.de mino. meritò debet in comprehensione illorum fieri stricta interpretatio, vt non veniant maiora expressis vide tamen quod no.in d.c.sedes. & hic
3 per doct. ¶† Ecclesia non restituitur ad proponendū crimina, vel defectus, quæ infra terminum sibi præfixum neglexit proponere. vide gl.in simili, infra tit.proximo cle.vna.in gl.2. ¶ Quòd si procurator habens mandatum iurandi in animam domini deierat sine culpa constituentis, non obligatur iste constituens ad periurium.gl.fi.quam notabis.

CAP. III.

1 *Religiosorum appellatione qui veniant, & qui non veniant.*
2 *Religiosi appellatione non venit prælatus in materia non pariter proportionali.*
3 *Monachorum appellatione an veniat prælatus.*
4 *Prælatus potest esse procurator alterius prælati, vtilitate monasterij suadente.*
5 *Contra religiosum alterius negocia procurantes potest etiam post litem contest. excipi de non licentia sui prælati, licet secus sit in milite.*
6 *Iudicium cum pupillo & seruo non valet, & de eorum defectu potest quandocunque excidi.*
7 *Religiosus vbicunque per se potest esse in iudicio sine licentia superioris, potest etiam procuratorem sine eius licentia constituere.*
8 *Religiosus non potest esse procurator alterius, nec testamenti executor sine licētia superioris.*
9 *Procuratoris officium exercere inhabilis, an reputari debeat inhabilis etiam ad substituendum, quamuis habeat mandatum.*
10 *Frater ordinis minorum licet executor testamenti esse non possit, pauperum tamen, in quos fiat distributio, electores deputari potest.*
11 *Religiosus non potest etiam simplex nuncius constitui ad constituendum procuratorem sine licentia abbatis.*

1 RElIgiosus. ¶†Appellatione religiosi comprehēditur quilibet religiosus professus, cuiuscunque religionis sit. vide gl.1.& tene eam menti. Et intelligo de eo, qui profitetur tria substantilia cuiuslibet religionis approbatæ. de quibus in ca.ad monasterium.in fi.de sta.reg. talis dicitur strictè religiosus: secus vī in his, qui aliquid profitentur, sed nō ista tria, cum tales strictè nō dicantur religiosi. vide ad hoc quod no.gl.in cle.1.de reli.do.& in cle.pe.de sent.exc.& quod dixi in rubrica de regu. & transl.ad
2 reli. ¶†Item no.ex hac gl.prima, q appellatione religiosi non venit prælatus, sed simplex religiosus claustralis. quod intelligo in materia nō pariter proportionabili. ar.op.in cle.1.de re.eccl. nō alie.& in cle.1.de priui.in prin.& 12.q.1.c.duo sunt genera.
3 †An autem appellatione monachorum veniat prælatus. vide
4 quod legitur & no.in ca.fi.de sim.†Item no.ex eadem gl. q prelatus potest esse procurator alterius prælati sine alicuius licentia. vide gl.plenior & not.in c.de præsentium.16.q.1. quod intelligo vtilitate monasterij suadente. ar.in c.2.de postu.& quod
5 no.in c.cum l.& A.de sen.& re iud. ¶†Quòd contra religiosos procurantes alterius negocia sine sui prælati licentia potest excipi etiam post litem contestatam, licet secus sit in milite. vide
6 gl.& tene mēti in ver.suscipere. Et † idem dic in quolibet alio, qui non potest esse in iudicio pro se, vel alio, vt in pupillo.& seruo, vt no.Bar.in l.filiusfamilias.§.veterani.ff.de procur.vbi dicit etiam iudicium cum talibus non valere, quia non habuit sua
7 substātialia.& vide quod dixi in c.in nostra.de procu. ¶†Quòd vbicūque religiosus potest per se esse in iudicio sine superioris licentia, potest etiam procuratorem sine sui superioris licentia constituere, vide bonam gl.super ver.cōstituere.& originaliter
8 fuit dictum Inno.in c.cum l.& A.de re iudic. ¶†Quòd religiosus non potest sine sui superioris licentia procurator esse, nec alium substituere, licet ad hoc habeat mandatum: quia frangeretur abdicatio propriæ voluntatis. vide,& tene menti tex. istū iuncta gl.in verſ.substituere.& facit, quòd sicut religiosus non potest esse executor testamenti sine licētia sui superioris, vt in c.2.de testa.li.6.ita nec recipere potestatem alium substituēdi.
9 q tenet hic Pau.& facit ad multa alia similia. ¶†An inhabilis ad procurationis officium exercendum, reputari debeat inhabilis etiam ad substituendum. vide hic bonam gl. in verb.commissum. quæ distinguit tres inhabilitatis species. & tene illam mēti. vide quod no.in c.post cessionem de prob.& vult ista gl. in effectu, q aliquis sit prorsus inhabilis ad procuratoris officiū suscipiendum pone exemplum in muliere, vt in l.alienam.C.de procura.& in pupillo, vt in ca.qui generaliter.de procura.lib.6. de quo tamen vide quod dixi post doctor.in ca.non minus.de.eo.
tit.& tunc sicut est inhabilis ad procuratoris officium suscipiēdum, ita ad substituendum, licet ad hoc habeat mandatū.& dic rationem esse, ga hoc casu radicatur officium in personā suam, quod postea altari committit,& sic non exercet nudum ministerium: sed si est inhabilis, tale mandatum recipere non potest. Aut non est prorsus inhabilis, sed solū propter auctoritatis defectum, exemplum in religioso, qui non est inhabilis. sed quia non habet propriam voluntatem, non potest suscipere procurationis officium.& meritò nec potest substituere ratione prædicta, quia prius radicaretur officium in personam suam. Sed in terecedente superioris auctoritate potest, vt hic. Aut non est inhabilis nisi per exceptionem exemplum in milite,& in clerico seculari, vt l.ita demū.C.de procura.& quod no.in ca. in nostra. de procura.& hoc casu potest substituere, quia officium iam est radicatum in personā suam, nec est elisum per exceptionis confictum, meritò potest aliū substituere. Facit ad prædicta in arg. bonum.c.iudex.de officio dele.li.6. sed tu limita hanc glossam, vt notanter limitat Bart.in l.1.§.per eum.& se.ff.de acq.pos. vbi dicit, prædicta procedere, qñ quis cōstituitur procurator,& datur sibi simplex mandatum substituendi: sed si constituitur simplex nuncius ad constituendum procuratorē pro absente, tunc inhabilitas ipsius nuncij non obstat, quia exercet hoc casu nudum ministerium, sicut patet in seruo, qui sibi nō potest acquirere possessionem, sed domino suo, quia hoc casu sufficit purū factum cum animo acquirendi. nuncius hic simpliciter exponit iudicium domini absentis. facit quod le.& no.in l.cū pater. §.hæreditatis.de leg.2.& quod ibi eleganter no.Bar.qui per illū
10 tex.dicit, †q licet frater minor non possit esse executor testamenti. per cle.exiui.de ver.signifi. potest tamen deputari, vt eligat pauperes, in quos fit distributio. & vide ibi plenè per eum.
11 †ego tñ puto q religiosus etiā simplex nuncius nō potest cōstitui ad q stituendum procuratorē sine licentia abbatis adeo, q etiam literam recipere non potest, vt in c.nō dicatis.12.q.1.

CAP. IIII.

1 *Procurator à prælato, rectore, vel quocunque alio beneficiato constitutus pro ecclesia, vel beneficio, reuocatur ipso facto morte constituentis, etiā re nō integra.*
2 *Res integra in iudiciis, & negociis, quando dicatur.*
3 *Procuratorem quibus casibus daret post mortem constituentium.*
4 *Abbate mortuo, conuentus an possit agere de iuribus pertinentibus ad solum abbatem, & de iuribus communibus.*
5 *Prælati nomine, quo casu contineatur capitulum.*
6 *Prælato translato, deposito, vel alias à prælatura remoto, de quibus iuribus capitulum agere possit.*
7 *Procurator prælati, si eo mortuo aliqua egit, an successor prælatus ea ratificare possit.*
8 *Vicarij officium expirat mortuo eo, qui dedit vicarium: eo verò excommunicato, suspenditur officium.*
9 *Procurator eius, qui postea excommunicatur, interim non potest agere.*
10 *Prælato, qui compromisit, mortuo, expirat compromissum.*

1 PRocuratorem. ¶†Not.istum tex. quia singularis est in materia sua, q procurator constitutus à prælato, rectore, vel quocūque alio beneficiato pro ecclesia sua, vel beneficio, reuocatur ipso facto per mortem constituentis, etiam re non exi
2 stente integra. †& no.gl.in ver.pro ecclesia. q in iudiciis res dicitur integra ante litem contestatam, in negociis autem, anteq̄ fiant præparamenta ad negocium promouendum, vide tamen aliam gl.Inst.it.manda.§.item si adhuc. & quod legitur & nota-
3 tur maximè per Inno.in c.in causis.de elect.†vide tamen gl.super ver.reuocari. quæ discutit intellectum huius cle.& tandem sequendo Archi. facit tria membra quòd aut procurator constituitur à prælato & capitulo in causa cōmuni, aut in cā principaliter capituli, aut in cā prælati tātum. puta quia bona prælati & capituli sunt diserета: seu diuisa. In primis duobus casibus non habet locum iste text. imo durat procuratorium: limitat tñ gl.q istis duobus casibus procurator vacante sede non p cedit in causis, quæ illa vacante tractari non possunt, sed instituto prelato p cedit ex veteri procuratorio. In tertio vero casu habe
4 bit locum hæc cle.†& no.bene p clusionem gl. nam vī limitare dictū Inn.in c.cum dilectus.de p sue.iuncto eo quod ipse not.in c.2.de in integ.rest. cuius dicta refert. hic glo.vt mortuo abbate nō possit hic conuentus agere de iuribus pertinentibus ad solū abbatē, nec etiam de iuribus cōmunibus, qñ talia sunt, quæ sede vacante tractari non possunt.& vide de his, quæ dixi in c.fin. ne sede vac.& in c.edoceri.de rescr. Et idem quod gl.ista, vī sentire Pau.de Leaz. addit tñ vnum dictum, quod mihi placet, dicens q si prelatus fuit principalis in constituendo, siue solus, siue cum consensu, siue consilio capituli, semper habet locū hæc
consti-

Universidad de

5 Constitutio.ar.eo.tit.ca.fi.†vnde in terminis huius cle.nomine Prælati continetur capitulū.7.q.1.c.scire. & dicit hoc placuisse compilatoribus:secus si capitulum principaliter cōstituit procuratorem cum auctoritate prælati.vel si constituitur æqualiter à prælato & capitulo in causa ecclesiæ,vt in c.vnico. ne sed.
6 vac.li.6.¶†An autem hæc cl.habeat in locū prælato translato, deposito, vel aliàs à prælatura remoto,vide per do. de Ro.dec. 354.vbi concludunt,q̄ sic,licet enim loquatur in prelato mortuo.procedit tamē in mortuo ciuiliter,quia per omnia eadem est ratio,vt no.in c.cum sis.de conuer.coniu.& in l.Deo nobis.
7 C.de epif.& cle.†& ibi etiam dicunt, quid si ante dispositionē huius cl.aliqua egit mortuo prælato tanquam procurator, an successor possit illa ratificare ? & tandem concludunt q̄ sic,si prælatus mortuus constituit illum procuratorē tanquam prælatus.licet enim expressit nomen proprium , quia videtur iste egisse nomine prælaturæ,ideo possunt ratificari.ar.in l. licet.ff.
8 de iud.& vide latius in decisione prædicta. ¶†Quòd mortuo eo,qui dedit vicarium expirat officium vicarij:si autē non moritur,sed excommunicatur,suspenditur vicarij officium:vt hic iuncto ca.1.de officio vica.lib.6.vide gl.& tene illam menti su-
9 per verb.Contestata. ¶†Quòd si prælatus,qui procuratorem constituit,excommunicatur , non potest eius procurator agere,ar.in d.c.1.de officio vica.li.6.& hic vide gl.fi.quæ hoc sentit
10 in medio,quam tene menti.¶†Quòd mortuo prælato,qui cō promisit,expirat compromissum.vide gl.fin.in fi.& quod not. in ca.fi.de arb.

¶ De restit.in integ. Rubrica.

CAP. I.

1 *Ecclesia aduersus lapsum temporis restituitur intra quadriennium,quantum fuit tempus læsionis.*
2 *Tempus restitutionis in integrum est duplex,ad quod scilicet fit restitutio,& infra quod petitur,& fit restitutio,an autē sit vniforme,vel varietur,vide.& 7.*
3 *Restitutionem in integrum si maior petat aduersus lapsum temporis , an semper quadriennium sit sibi dandum.*
4 *Restitutionem in integrum quòd quis infra vnam diem petere debeat,si in die tantum fuit læsus,intelligitur modico tempore ad preparandum.*
5 *Tempus,ad quod datur restitutio,est vniforme cum iure canonico , & ciuili , vt scilicet fiat restitutio pro tempore læsionis.*
6 *Restitutio in integrum quelibet peti & terminari debet infra quadriennium,& hoc est vniforme cum vtroque iure.*
8 *Ius dubium declaratur à consuetudine, & fortius à iure canonico.*
9 *Prælatus etiam sine speciali mandato potest petere restitutionem in integrum nomine ecclesiæ.*
10 *Personæ ecclesiasticæ si læduntur in suis iuribus nō audiūtur petēdo rest.in integ.*
11 *Capitulum si læditur in suis iuribus,restituitur in integrum.*
12 *Personæ si principaliter læduntur,& in consequentiam ecclesia,an,& quibus detur restitutio.*
13 *Ecclesiæ an competat restitutio contra præscriptionem 40.annorum.*
14 *Restitutio inducta post quadriennium an teneat.*
15 *Tempus omne dicitur continuum nisi contrarium in lege sit cautum.*
16 *Tempus,ad hoc vt vtile currat,tria requiruntur,quæ vide.*
17 *Ecclesia si non probauit in peremptorio,propter quod passa est sententiam,quādo incipit currere quadriennium,an à fine termini,an à die sententiæ.*

1 A Ecclesia.¶†Primò tene menti istū tex. quia singularis est in materia sua, quatenus dicit quòd etiam aduersus lapsum temporis restituitur ecclesia infra quadriennium, etiā si minus quadriennio tempus læsionis existat, restituitur tamen ad tantum tempus,quantum fuit tempus læsionis.&in hoc multum
2 gl.magna laborat hic.†Et ex ea & ex tex. collige duas diuersitates temporis.est enim tempus ad quod fit restitutio,& tempus infra quod scilicet petitur,&fit restitutio.tempus autem ad qd̄ non est vniforme sed variatur secundum quātitatem læsionis. & in hoc nulla dubitatio,vt hic.& idem de iure ciuili,cum maior ex iusta causa restituitur aduersus lapsum tēporis, vt est tex. in l.sed si & per prætorem.§.quotiēs.ff.ex quibus cau.ma.Tempus enim infra quod debet fieri restitutio , olim non erat bene clarum:quia videbatur quibusdam quòd deberet variari secundum quantitatem læsionis , vt si læsio fuit per quadriennium, tunc infra quadriennium deber peti in integrū restitutio,si autem fuerit minoris temporis tunc dicebatur quòd nō deberet dari integrum quadriennium,sed solum tantum tempus ad restitutionē petendam,quantum fuit tempus lęsionis,de hac materia plenè no.in l.fi.ff.ex qui.cau.ma.& in d.§.quotiens. Hodie autem ad hanc concertationē euitandam emanauit dispositio huius cle.quæ declarat dandum esse quadriennium , licèt læsio fuerit minoris temporis.& sic tēpus infra quod , est vniforme: datur enim semper quadriennium , & hoc indubitatum hodie
3 in ecclesia,vt hic:&in hoc est iste tex.singularis,vt predixi.†sed remanet dubium , an idem sit in maiori petenti restitutionem aduersus lapsum tēporis.Io.An.in gl.magna hic sentit q̄ sic. & vī hoc habere pro indubitato per istum tex.& nititur respondere ad motiua aliorum.Sed tu vide Bar.in l.ab hostibus. §.sed qd simpliciter.ff.ex qui.cau.ma.in ver.venio ad tertium. vbi ꝓcludit ꝑium per istum tex.dicens istum tex.ponere specialitatem in ecclesia.in aliis autem remanet secundum eum opi.glossatorum iuris ciuilis &sequētium,quam ego suprà retuli.datur igitur hic quadriennium fauore ecclesiæ.& vide ibi latius per Bar. ſm quem licèt debeat peti infra tantum tempus,quantum fuit tempus læsionis,terminari tñ debet infra quadriennium,vt ibi
4 notatur.¶†Nō obstat secundum eum inconueniens gl. quod gl.hic inducit , q̄ infra vnā diem habeat quis petere in integrū restitutionē,si in die duntaxat quis fuit læsus:quia debet intelligi secundum eum,q̄ infra vnam diem,scilicet subducto quodā modico tempore,quod datur ad præparandum se.vt no. in d.§. sed q̄ simpliciter.vide Bal.in l.fi.C.de tem.in inte.rest.vbi trāsit cū Bart.Bar.tñ ibi dixit,q̄ canonistæ aliter dicunt hic.& credit
5 eos bene dicere.†Concludo igitur istum tex.cum gl.magna,& materia sua sic,q̄ duplex est tempus scilicet tēpus ad quod scili cet datur restitutio,& istud est vniforme ſm vtrunque ius,vt ꝫ. dixi:fit enim restitutio ad tempus læsionis,vt hic.& in d.§.quo-
6 tiens.†Secundum tempus est infra quod,& istud duplex est.nā quoddam est quod datur ad postulandum & terminandum, & illud etiā est vniforme secundū vtrunque ius.debet enim quælibet restitutio peti & terminari infra quadriennium ,vt hic in verbo,finiri.&in l.fi.C.de tempo.in integ.restitutio.Quoddam autem est tempus,infra quod debet proponi , & tunc aduerte. Aut petitur restitutio aduersus ꝓtractum,vel quasi vel aduersus sententiam,&datur secundum omnes quadriennium.vt in d.l. fi.C.de temp.in integ.rest.& in c.1.& 2.co.tit.li.6. Aut aduersus lapsum tēporis,puta in decendio , quod datur ad appellandum vel in præscriptione,vt si quis fuit absens causa rei publicæ per mensem tantum,& tūc in ecclesia est clarum , vt sit vniforme, scilicet quadrienniū vt hic:in aliovero ab ecclesia,sunt opinio. vt suprà dixi.opinio,Bar.vī ęqua prima fronte:vt tempus negligentiæ sequens cessante impedimēto absorbeat tempus impedimenti.Sed opinio gl.nostræ forte verior est:quia,ex quo quadriennium datur indistinctè ad postulandum& terminandum, non debet esse vis qūcunque proponatur,ex quo inter vtrunq; tempus nō excedit quadriennium.Præterea ex quo in priuato non habemus in hoc ius clarum , immo de iure ciuili variæ sunt opi.vt patet ex illa gl.& de iure canonico est clarum in ecclesia.Idem ergo dicamus in aliis consimilis rationis,cum tex. non fundat se hic super fauore ecclesię.facit quod in simili no.
8 in c.Raynaldus.de testa.† Præterea si ius dubium declaratur ex consuetudine,vt in c.cum dilectus.de ꝙsue.& l.si de interpretatione.ff.de le.fortius in dubio recurrendū est ad ius canonicū, quod est maioris auctoritatis,q̄ consuetudo.& hæc nota , quia
9 canonistę satis leuiter se solēt expedire.¶†Quòd prælatus etiā sine speciali mandato potest petere restitutionem in integrum nomine ecclesiæ.gl.2.hic quam bene no.extendit enim c.edoceri.de resc.vt prælatus possit agere pro iure ecclesiæ,& in casibus in qbus requiritur aliàs speciale mādatum. l. illud.ff. de mi.
10 cū simil.¶†Quòd si personæ ecclesiasticæ læduntur in suis iuribus,nō audiuntur petendo in integ.rest.vide gl.2.& tene mē-
11 ti.† Quid autem si læditur capitulum in suis iuribus. vide per Inn.in c.fi.de præb.vbi tenet in fi.sui apparatus,capitulum restituendum.quod no.& idem dic in quolibet loco pio : vt no.Io. An.in c.2.e.tit.li.6.facit opt.l.omnia priuilegia.& quod ibi no.
12 Bar.C.de epis.&cler.†Quid autē si principaliter læduntur personæ,& in consequentiam ecclesia,vide quod no.Io.An. in ca.
13 veniens.de transac.¶†An ꝫ præscriptionem 40. annorum cōpetat ecclesiæ restitutio,vide gl.in ver.lapsum temporis. in fin. quæ vī dubitare,& potius inclinat in partem negatiuam remittens ad ca.auditis.de præscr.vbi plenè no. & vide quod ibi dixi.
14 †An teneat restitutio indulta post quadriennium. vide glo.in ver.finiri.quæ vī dubitare & inclinare in partem negatiuam.&
15 & tene gl.menti,quia nescio similē in iure canonico. ¶†Quā do tempus dicatur continuum,& qñ vtile.vide bonam glo. in ver.continuum.& adde gl.iuris ciuilis super rubr.ff.de diuer. & tempo.prescr.quæ dicit,q̄ regulariter omnia tempora sunt cōtinua,nisi inueniatur in lege contrarium cautum,& facit quod
16 no Io. An.in ca.super eo.de app.†dic etiam , vt ad hoc tempus vtile currat,tria sunt necessaria,videlicet quòd habeat experiēdi potestatem per se vel alium. Item quòd habeat facultatem conueniendi reum per se,vel alium respondentem. Item quòd ius reddendi copiam,vt no.gl.in l.1.super verb.agendi.ff. de di-
17 uer.& tempo.præscr.& in §.rursus inst.de act.¶†Si ecclesia nō probauit in peremptorio,propter quod sententia fuit ꝓta eam lata,qñ incipit currere quadriennium restitutionis petendæ an à fine

à fine termini,an à die sententiæ.vide gl.in verbo,à tempore læsionis,cui plus videtur placere,quòd à tēpore sententiæ quàm à fine termini.

LIBER SECVNDVS.

¶ De iudiciis. Rub.

CAP. I.

1 *Iudicium per primam citationem confirmatur & perpetuatur , & præuenitur iurisdictio.*
2 *Citatio an necesse sit vt perueniat ad partem , vel sufficiat q̄ emanauerit à iudice.*
3 *Clausula,quæcunque persona, &c.in dispositione etiam odiosa,posita , includit quemlibet personam quacunque dignitate ecclesiastica,vel mundana præfulgentem:etiam Imperiali & Regali.*
4 *Papa ex certa scientia potest citare hominem quantuncunque remotum.*
5 *Papa potest per edictum citare remotum,quamuis de æquitate facere non debeat.*
6 *Dies iouis septimanæ sanctæ,& dies Ascensionis computantur inter dies solennes.*
7 *Iudex inferior Papa non potest regulariter citare per edictum.*
8 *Commissarius per edictum citare non potest per mandatum à Papa de citando factum,nisi specialiter & ex certa scientia mandet.*
9 *Ex certa scientia illud fieri dicitur,quod non fit per ignorantiam,vel per errorē: vnde talis clausula non requiritur in dispositione principis.*
10 *Citatio de iure communi debet fieri personaliter ad domum , & requirendi sunt amici,ordine successiuo.*
11 *Mandare,& iubere parificantur in dispositione Principis.*
12 *Ecclesia maior appellatur ecclesia matrix.*
13 *Citatio personalis quemadmodum constituit verum contumacem , ita citatio per edictum in casibus huius clem.*
14 *Præsertim,in dispositione odiosa stat pro,maximè,& non pro tantum.*
15 *Citatio per edictum an fieri possit contra impedientem ne citatio ad eum perueniat,nisi Papa hoc ex certa scientia mandauerit.& nu.16.*

1 D Vdum.¶†Etiam per primā citationem confirmatur iudicium & perpetuatur , & præuenitur iurisdictio,vide gl.in cle.1.in ver.citatio nes.Item dic quo ad litis pendentiam inducendam, de quo vide gl.in cle.2.vt lite pendente.in ver.& ad partem.&
2 ibi no.†An & quando sit necesse vt citatio perueniat ad partē, vel sufficiat,quòd à iudice emanauerit,& vide etiam quod no.
3 in c.proposuisti.de for.compet. ¶†Quòd hæc verba,quæcunque persona,& cætera,in dispositione etiam odiosa posita , includunt quamlibet personam cuiuscunque sit status , dignitatis,vel præeminentiæ ecclesiasticæ,vel mundanæ etiā si imperiali vel regali præfulgeat dignitate.vide text.in d.cle.1.iuncta
4 gl.in ver.quibuscunque.¶†Papa potest citare ex certa scientia hominem quantuncunque remotum,cū sit vicarius illius cuius est terra,&plenitudo eius.tex.iuncta gl.in ver.vndecunque.
5 in d.cle.1.†Et quòd plus est probatur ibidem,quòd potest citare taliter etiam per edictum ad instar edictorum in albo prętoris propositorū.de æquitate tamen hoc regulariter facere non debet.vt in d. cle.cōiungendo principium cum ver. quia verū.
6 † Dies iouis septimanæ sanctæ , & dies ascensionis computantur inter dies solennes.vide tex.iuncta gl.in verb.solennes.in d.
7 cle.1.¶†Iudex inferior papa regulariter non potest citare per
8 edictū.vide gl.iuncto textu in verbo,papa.in eadem cle.¶†Per generale mandatum de citando à papa factum non potest cōmissarius citare per edictum:sed requiritur,quòd papa specialiter & ex certa scientia hoc mandet.vide glo.iuncto tex.in dicta
9 cle.1.in ver.specialiter.¶†Quòd illud dicitur fieri ex certa scientia , quod non fit per ignorantiam,vel per errorem.ex quo singulariter infertur non esse necesse,vt hæc clausula exprimatur in dispositione.satis est enim quòd appareat de certa scientia dispōnentis.quod clarius tenet Inno.in c.præsenti.quod hodie incipit,statutum.de resc.li.6.vide glo.in hac cle.1.in verbo ex certa scientia.& tene istam menti & latius dixi in cle.& si prin-
10 cipalis.ꝫ.de resc.vbi vide.¶†De iure communi citatio debet fieri personaliter,vel ad domum,& requirendi sunt amici.vide gl.in hac cle.in verb.ex certa scientia.in fi.& intellige vt primò fiat personaliter,si fieri potest,vt no.in ca.causam quæ.de dolo & contumac.& in l.4.§.ait.ff.de damno infect.& an necessariò requirendi sunt amici quando persona haberi non potest,sunt opiniones.de quo dic vt plenius dixi in d.c.causam. vbi vide in
11 lect.¶†In dispositione principis mandare,& iubere,parifican
12 tur.vide gl.in ver.mandante.in eadem cle.1.¶†Ecclesia maior appellatur ecclesia matrix in loco, licet non sit cathedralis:exēplum in oppido,seu villa,vide gl.iuncto tex.in versi.maioris.&
13 cle.1.de sen.exc.¶†Quod quemadmodum citatio personalis constituit verum contumacem,ita citatio per edictum in casi-
14 bus huiusmodi cle.primæ.vide gl.in ver.ꝑsonaliter.¶†Quòd dictio,præsertim,etiam in constitutione odiosa & restringibili stat pro,maximè,& non pro tantum.vide hic tex.iuncta gl.in
15 verb.restringimus.& tene menti.¶†Quòd etiam contra impedientem ne citati possit, vel contra cum ante domiciliū tutò adiri non potest,non debet fieri citatio per edictum,nisi papa ex certa scienria committens citationis modum æstimet talem impedire,vel eius domicilium tutò adiri non posse.hoc apertè voluit gl,relata ad tex.in d.cle.1.in verb.non possunt.Sed aduerte.quia meo iudicio multum in contrarium facit tex.in c.quoniam frequenter.§.porro.iuncta gl.in verb.siue quòd impedit.vt lite non contesta.vbi videtur probari , quòd contra se occultantem , vel impedientem , ne citatio ad eum perueniri posset potest quilibet iudex procedere citatione per edictum facta.& facit quod not.Inno.in cap.ad petitionem. de accusa-
16 tio.¶†Idem videtur dicendum de illo,propter cuius metum,vel potentiam citari non potest ad locum domicilij.ar.in cle.causam.§.verum.de elec.lib.6.adde bo.tex.in cle.1.de fo.cōpe.post prin.ergo videtur,quòd ista cle.temperata,vt hodie habetur,nihil noui iuducat.Potest dici,quòd ista cle.loquitur de citatione in curia Romana per edictum de homine quantuncunque remoto,vt in casibus hic expressis , papa ex certa scientia mandante,habeat talis citatio vim citationis personalis;alij autem iudices sine licentia papæ non possunt ita à remotis citare, sed procedere.prout no.in iuribus alle.pro contrariis.

CAP. II.

1 *Rector hospitalis dicitur habere officium.*
2 *Monachatus an sit officium.*
3 *Officium quid sit.*
4 *Canonicatus appellatione venit canonicatus etiam regularis.*
5 *De ecclesia cum agitur vt de proprietate,illa quæstio non dicitur beneficialis.*
6 *Beneficialis causa non dicitur cum agitur ad remotionem à beneficio propter crimen:secus,si propter fœdus matrimonij spirituale.*
7 *Decimalis causa quæ dicatur.*
8 *Decimas fructuum prædiorum non soluentes quomodo sint compellendi,vt euitentur litigia.*
9 *Vsuraria quæstio quando dicatur,& quando non.*
10 *Vsuræ an possint repeti coram iudice seculari,an vero coram ecclesiastico tantū.*
11 *Vsuraria quæstio non solum quando agitur,sed etiam si petitur relaxari iuramentum de eis soluendis,procedi potest simpliciter & de plano.*
12 *Iudici quando aliqua facultas datur,non tenetur illam exercere ex partium petitione,sed ad beneplacitum suum.*
13 *Ordo iudiciarius in dubio debet seruari.*
14 *Constitutio faciens mentionem de præsentibus & futuris,quando extendatur ad pendentia.*

1 D Ispendiosam.¶†Rector hospitalis dicitur habere officium vnde appella-
2 tione officiorū veniūt hospitalia vide bo.gl.in ver.beneficiis.in prin.in hac cle.dispendiosam.¶ Monachatus est officium,vnde dispositio loquens de officio comprehendit etiam monachatū.vide gl.præall.in ver.beneficiis.egò dubito an hoc dictum sit verum,tum quia monachatus potius est quoddam votum,quàm officiū , vt no.per doct.in cle. 2.de resc.tum quia officium non capitur hic ita largè.nam officium , & canonicatus,ponuntur hic in tex.vt diuersa: & tamen canonicus habet
3 maiorem potestatē , quàm monachus.† quare puto quòd hic capiatur officium prout diffinitur per Arch.in c.1.de consuet. lib.6.videlicet,quòd est administratio rerum ecclesiasticarum sine iurisdictione:& ponitur hoc vltimum , vt differat à dignitate.exemplum in officio sacristæ,vel custodis & similis : sed si ageretur de monachatu ecclesiæ cathedralis,posset tunc in eo hæc decre.habere locum:quia talis monachus potest appellari canonicus,vt est tex.no.iuncta gl.in c.2.58.di.equitatem tamē habet dictum huiusmodi gl.vt sicut cum agitur de iure canonicatus , obseruatur ista cle. ita cū agitur de iure monachatus,
4 consimili ratione.¶†Appellatione canonicatus,venit canonicatus etiā regularis.vide gl.præal.in ver.beneficiis.in hac cle.di-
5 spendiosam.¶†Cum agitur de ecclesia,vt de proprietate , non est quæstio illa beneficialis : & ideo appellatione causæ beneficialis,non venit talis causa,secus si fieret mentio de causa eccle siarum,est enim causa ecclesiæ,licet non sit beneficialis.vide d.
6 gl.in ver.beneficiis.¶†Non dicitur causa beneficialis.cum agitur ad remotionem à beneficio propter crimen: secus si agitur ad remotionem,quia negatur fœdus matrimonij spirituale.vide glo.præalle.in verbo,beneficiis:ego ad hoc allego tex. optimum in simili.in ca.1.vt lite non contestata. ¶ Quòd dispositio cle.dispendiosam,est correctiua & exorbitans,ideo non est extendenda:vide gl.in verbo,Decimis.in fine. quæ notabiliter facit ad id,quod ꝫ.dixi , vt ad monachatum nō extendendatur.
7 ¶†Causa dicitur decimalis non solum cum agitur contra obligatum ad solutionem decimarum , sed etiam cum agitur inter duas ecclesias super ipsarum decimarum proprietate. vide

glo.præal.in verb.decimis.quam no. ex qua infertur quòd in vtroque casu sit locus prouisioni huius cle.¶†Potest generalis excommunicatio ferri contra non soluentes decimas fructuũ prædiorum,quæ habentur in parochia,& postea non soluentes potest ecclesia petere denuntiare.vide bo.gl.in verb.premoniti.& est hæc bona practica ad cuitandum litigia & contra pertinaces potest inuocari auxilium brachij secularis.vt not.in gl.
9 seq.inci.coerceri.& est bo.tex.in c.postulasti.al.in ea.¶†Quæstio dicitur vsuraria,cum actor deducit illam vt vsurariam licet reus neget,secus,si actor simpliciter petit debitum & reus dicat illud vsurarium,& stat in meris terminis exceptionis,si autem excipit,& petit contractum declarari vsurarium,dicitur tunc quæstio vsuraria,& habet locum ista cle.dispendiosam.vide gl.in verb.vsuris.& no.eam quia facit ad cognoscẽdum generaliter qualitatem iudicij cum est contentio inter actorem
10 & reum.¶†An coram iudice seculari possint vsuræ repeti,an vero coram ecclesiastico duntaxat,vide gl.in verb.vsuris.quæ ponit opiniones:& videtur tandem inclinare,quòd coram iudice ecclesiastico tantum tu verò vide,quod plenissimè dixi in
11 c.cum sit generale.de foro comp.¶†Non solum cum agitur quæstio vsuraria principaliter,sed etiam si petitur relaxari iuramentum de eis soluẽdis,procedi potest simpliciter & de plano,
12 &c.no.gl.in verb.tangentibus.¶†In casibus hic expressis est in iudicis facultate seruare iudiciarium ordinem,vel non,etiã partibus inuitis.gl.in verb.valeat. Ex qua nota,quòd quando datur in aliquo iudici facultas,non tenetur iudex illam exercere partium petitione,sed ad beneplacitum suum.vide quæ dixi
13 in c.exceptione.de excep.¶†Vbicunque dubitatur,an cõstitutiõ ista locum habeat consulitur iudici vt seruet ordinem iudi-
14 ciarium:quia hæc pars tutior est,vide gl.in ver.valeat.¶†Constitutio seu dispositio faciens mentionem de futuris & præsentibus,non extenditur ad pendentia per appellationem,no.gl.fi. hoc verum,nisi constitutio seu dispositio daret modum procedendi tm,tunc enim etiã si nõ fieret mentio de psentibus,nihilominus psti tutio de sui natura respiceret pendẽtia quo ad fienda,vt no.hic ead.gl.fi.& idem no.in c.licet canon.de elect.lib.6.

¶ De foro competenti. Rubrica.

CAP. I.

1 *Inferiores episcopis de suis sedibus expulsi nequeunt contentiosam exercere iurisdictionem eis competentem in alienis diœcesibus.*
2 *Priuilegium concessum episcopis,an & quando dicatur concessum electis & confirmatis.*
3 *Dimidia licet contineatur nomine partis,attamen quando adiicitur hoc verbum, al qua,tunc verificatur in qualibet particula.*
4 *Priuilegium episcopo,vt aliquid in sua diœcesi possit, vbi conceditur,illud potest explicare in loco exempto suæ diœcesis.*
5 *Exempti sunt subditi ordinariorum in multis casibus.*
6 *Episcopi non possunt reddere ius,nisi in locis insignibus,& quare.*
7 *Priuilegium concessum expulsis habet locum in venientibus ad propria loca non admissis.*
8 *Procuratorem constituere quis non cogitur in causis arduis,etiam si conuenitur occasione suæ culpæ contra ecclesiam & episcopum commissæ.*
9 *Citatio quo casu die feriata fiat,dum populus conuenit ad diuina.*
10 *Episcopus non potest regulariter exercere iurisdictionem in aliena diœcesi inter suos subditos inuitos,etiam de licentia episcopo loci:& quando possit.*
11 *Subditorum episcopi appellatione veniunt nedum clerici,sed etiam laici.*
12 *Episcopus an possit cognoscere in aliena diœcesi,extraneo agente contra subditum suum.*
13 *Subditorum appellatione non veniunt illi,qui fortiuntur forum ratione delicti, vel contractus,sed ratione domicilij tantum,licet secus large.*
14 *Iurisdictio quot modis sumatur.*
15 *Diœcesanorum appellatione qui veniant.*
16 *Vicarius ex generali officialem non potest dare extraneo licentiam exercendi iurisdictionem inter subditos ipsius volentis exercere.*
17 *Licentiam vbi quis petere,& non consequi tenetur,potest procedere absque requisitione licentiæ,si eius præsentiam habere non potest.*
18 *Episcopus delinquens,in diœcesi aliena,potest per episcopum diœcesum puniri.*
19 *Episcopus diœcesanus occasione contractus vel rei,potest exercere iurisdictionem in alium episcopum.*

1 VAmuis.¶†Inferiores episcopis de suis sedibus expulsi nequeunt exercere iurisdictionem contentiosam eis competentem in alienis diœcesib. Quod est dicere,q̃ ista cle.1.non habet cum in inferiorib rælatis,cum ponat indulgentiam
2 episcopis concessam.no.hic gl.in ver.Episcopis.¶†Electus in episcopum & confirmatus,licet nondum consecratus gaudet priuilegio huius cle.no.ponit hic gl.in verb. Episcopis. Ex qua singulariter no.quòd priuilegium cõcessum episcopis,videtur indultum etiam electis,& confirmatis:aduerte,quia contrariũ vr velle gl.in cle.2.de cel.miss.in verb.pontificum. quæ concludit,quòd priuilegium concessum pontificibus.non videtur indultum electis & confirmatis.adhuc.n. ante consecrationem non possunt dici pontifices seu episcopi,vt in c.tua. de his quæ fi.à præla.& clarius in c.inter corporalia.de transl. epis. sed concordando potest dici q̃ aut sumus in casu,in quo eadẽ prorsus est ratio in electis confirmatis,quæ est in consecratis,& tũc dispositio etiam priuilegiatiua loquens de episcopis,seu pontificibus,habet locum etiam in electis & confirmatis tãtum,vt hic,
6 & videtur tex.bonus,in cap.inter corporalia.in 2.col.de transl. episc.datur.n.hic ista indulgentia in fauorem episcopalis iurisdictionis,quæ ita competit electis & confirmatis,sicut consecratus.ar.in c.transmissam.de elec.secus vbi non cõcurrit prorsus eadem ratio:puta quia ad decorem dignitatis episcopalis ali quid indulgetur episcopis,certè non extenditur istud priuilegium ad electos,& confirmatos tantum cum ipsi nondum habeant dignitatem episcopalẽ.d.c.2.de transla.episc.& sic loqua
3 tur gl.contraria,& hic no.¶†Quanquam nomine partis contineatur dimidia attamen quãdo additur hoc verbum,aliqua, tunc verificatur in qualibet particula,&restringitur eius significatum per illud verbum adiectum.ad hoc vide bo.gl.in ver.aut
4 earum parte.& tene illam menti.¶†Exemptus locus dicitur esse in diœcesi episcopi,& pars ipsius.vide tu ad hoc bonũ tex. cum ibi notatis in c.graue.de offi.or.& sic videtur,quòd si conceditur episcopo priuilegium,vt aliquid possit in diœcesi sua facere,quòd illud poterit explicare in loco exempto suæ diœcesis.vide hic tex.iuncta gl.in verb.aut earum parte.post principium.†Exempti sunt quo ad aliqua subditi ordinariorum locorum,in quibus degunt.vide gl.præal.super verb.aut earum parte.in fi.& vide multos casus in quibus exempti sunt subditi ordinariis in cle.2.de pœ.& remi.in fi.iuncta gl.& per gl. in cle.
5 2.de sep.in verb. instante.Et vide tex in d.cle.2.de pœ.& remiss. & de testa.c.1.de sta.re.c.2.de rel.do.c.2.de iurep.c.1.q̃que nõ punit,sed iuris pœnam duplicat.vt in cle.1.de priu.quandoq; nõ punit sed absoluit.de sepul.c.1.quandoque circa loca dat solũ iurisdictionem.de sup.neg.præl.ca.vno.de sepul.c.2.generalius datur iurisdictio contra eos.de sepul.c.1.lib.6.¶ In expulsione episcopi de propria sede iniuria irrogatur ecclesiæ suæ, quam potest ipsemet hac ratione vindicare,vide tex. singularem hic
6 in ver.ne iniuria.iuncta gl.in verb.ecclesiis.¶†Episcopi nõ possunt reddere ius nisi in locis insignibus,in quibus.s.possit haberi peritorum copia.& intelligo,quando causa talis est,quæ ad sui discussionẽ peritis viris indigeat.ad hoc facit optimè in ar. iste tex.post prin.in vers. Locis insignibus. nam si talem locum debent eligere in aliena diœcesi fortius hoc debẽt facere in propria.& pro hoc gl.in c.cum episcopus.in verbo,loco de offi.q̃. li.6.vbi gl.supplet honesto.s.nõ.n.est honestum tractare causas arduas in locis non insignibus,&hoc singulariter no.ad limitationẽ dicti c.cum episcopus. & ad extensionem c.statutum. in
7 prin.de resc.li.6.& facit gl.in ver.moram traxerint.¶†Priuilegium concessum expulsis,seu spoliatis habet locum nõ solum in his qui realiter,dum possident,fuerunt expulsi,sed etiam in illis qui venientes ad propria loca nõ admittuntur.vide hic gl.
8 in verb. expulsores.&quod no.gl.in c.olim.1.de rest.spo.¶†In causis arduis non cogitur quis procuratorem constituere, etiã si conueniatur occasione suæ culpæ etiam contra ecclesiam,& episcopum commissæ.vide tex.iuncta gl.in ver.fautoribus.quã
9 no.†Vide hic casum specialẽ,in quo fit citatio die feriata, etiã dum populus conuenit ad diuina.& vide gl.in ver.festiuis.&ratio specialitatis ponitur in litera ista,vt scilicet facilius talis citatio quæ fit per edictum,possit peruenire ad notitiam citati.Ex hoc posset dici,idem dicendum vbicunque expediret talem citationem fieri etiam in aliis causis.& pro hoc vide gl.in cle.cau sam in fi.de elec.in verb.solẽniter volumus.& adde hic gl. quæ
10 hic sequitur super ver.ad diuina.¶†Nõ potest episcopus de iure communi regulariter exercere iurisdictionem in aliena diœcesi inter suos subditos inuitos etiam de licentia episcopi loci, sed consentientibus subditis,& de licẽtia episcopi loci sic.vide hic gl.in ver. indulgemus.& idem no.gl.in c.vt litigãtes.de off.
11 or.lib.6.quod not.¶†Appellatione subditorum episcopi veniunt nedũ clerici,sed etiam laici.sunt enim subditi quo ad spectantia ad forum ecclesiasticum.vide hic tex.iuncta gl.in verb. subditos.ego allego tibi tex.satis apertum in c.irrefragabili. in principio.de off.or.& no.q̃ hoc procedit etiam in dispositione exorbitanti,& per q̃s equẽs restringibili qualis est ista dispositio,
12 vt no.gl.statim all.¶†An autem in casu huius cle.primæ possit eps cognoscere in aliena diœcesi exneo agente q̃ subditũ suũ. gl.hic præal.in ver.subditos.cõcludit q̃ non quia tex.dat indulgẽtiam cognoscendi inter subditos,& sic oportet q̃ ambo sint subditi.Ex qua gl.no.quòd actor extraneus litigando coram alio iu-

no iudice per illum actum litigij,non efficitur subditus,hoc mihi placet,sed principale dictum est satis durum,cum ratio dispendij propter defectũ iustitiæ hic allegata pariter militet cõtra extraneos,qui volunt conuenire subditos expulsi,sicut con
13 tra ipsos subditos.litera tamen ad corticem facit pro gl.¶†Appellatione subditorum non veniunt illi,qui fortiuntur forum ratione delicti,vel contractus,sed subditi ratione domicilij. vide gl.not.in ver.subditis.in fi.largè tamen dicuntur omnes subditi,de quo vide bon.gl.in c. nuper. de sent.exc. & est quinta in ordine,& facit tex.iuncta gl.in c.à nobis.il j.co.ti.in materia ergo restringibili appellatione subditorum non veniunt hi, qui fortiuntur forum ratione delicti,vel contractus,vt hic.secus in
14 materia non restringibili,vt in d.c.à nobis.& hic no.¶†Quam quam iurisdictio sumatur,quandoque vt genus,quandoque vt species,iuxta plenè not.per Bar.in l.imperium.ff.de iur.om.iud. attamen quando adiicitur verbum,omnimoda,sumitur vt genus,vt comprehendat sub se omnem speciem iurisdictionis, vt merum & mistum imperium,& simplicem iurisdictionem, & tam ecclesiasticam quàm secularem.vide bo.gl.in verb.om-
15 nimodam.¶†Appẽone diœcesanorum veniunt omnes habẽtes iurisdictionem epalem,vel quasi in loco illo,vide gl.in ver. diœcesanis.in prin.Et no.illam singu. quatenus dicit,vel quasi. vult enim per illud,in ver.& sequentia,q̃ non solum veniunt episcopi, sed etiam inferiores habentes in illo loco iurisdictionem quasi episcopalem.i.competentem episcopis, dummodo habeãt illam in loco exclusis episcopis,vt sin.vult hic gl. quam nescio alibi.Nam in aliis locis voluit gl.vt solum venirent episcopi.vt not.in cle.1.de iu.patr.in ver.diœcesanis.& in cle.1. in prin.de vi.& hon.cle.sed limita illas gl.secundum istam.habentes ergo iurisdictionem quasi episcopalem in loco exclusis episcopis possunt dici diœcesani illorum locorum,& no. singu.q̃ etiam possunt dici ordinarij,vt not.gl.in c.ordinarij.de offi.ord.
16 li.6.& aliæ gl.superius all.¶†Vicarius episcopi ex generali officialatu non potest dare extraneo licentiam exercendi iurisdictionem,etiam inter subditos ipsius volentis exercere. vide gl. in ver.diœcesanis.Non ergo potest vicarius quæ episcopus.vnde in his,quæ non consistunt in iustitia ministranda,sed potius in gratia impendenda,adeundus est episcopus,& non vicarius & facit quod not.in c.si episcopus.in 1.gl.de pœ.& remi.li.6.& hoc intellige,cum episcopus est in diœcesi,vel circa illam.si autem est longè absens sentit ista gl.q̃ potest haberi recursus ad vicarium.quod ego intelligo in casu huius c.secus puto vbi mera gratia est facienda.arg.opti.c.fi.de offi.vic.li.6.& in c. statutum.
17 de præb.c.li.¶†Vbicunque quis habet petere alicuius licentiã in aliquo actu,& non tenetur eam consequi,sed solummodo petere,si non potest habere præsentiam illius,potest procedere absque requisitione licentiæ,& dicitur non posse habere præsentiam,si est longe absens.vide glo.præal.in ver.diœcesanis.& optimè facit per locum à simili.c.vnic.in fi.ne se.va.lib.6. & fa-
18 ciũt hæc ad ea,quæ habẽtur in c.licet.de reg.¶†Episcopus delinquens in diœcesi alterius episcopi,potest per episcopũ diœ-
19 cesanum puniri.vide hic gl.in ver. procedant.¶†Idem dic ratione consimili,vt occasione contractus,vel rei,possit episcopus diœcesanus exercere iurisdictionem in alium episcopum. & vide ad hoc quod dixi in c.sane.de fo.compe.

¶ De causa poss.& proprie. Rubr.

CAP. I.

1 *Causæ beneficialis appellatione comprehẽditur quælibet quæstio,siue sit de maiori,siue de minori beneficio,dummodo agatur respectu tituli, secus si de ecclesia.*
2 *Petitorium suspendere,& intentare possessorium non licet in quacunque appellatione,etiam beneficiali,nisi ea deuoluatur ad Papam.*
3 *Actor an possit suspendere possessoriũ,& intentare petitorium,sicut potest econuerso.*
4 *Agens possessorio recuperandæ in causa beneficiali,an teneatur probare titulum, seu iustificare possessionem ex titulo.*

1 CAusa.¶†Appellatione causæ beneficialis comprehenditur quælibet quæstio,siue sit de beneficio maiori,siue minori dummodo agatur de beneficio respectu tituli,secus si agatur de ecclesia,vt de proprietate.vide hic gl.super verbo,beneficiali.& quod not. in cle.di-
2 spendiosam.s.de iu.†In causa appellationis iudicialis,vel extraiudicialis,siue sit appellatum ante sententiam,vel post, non licet regulariter suspendere petitoriũ,& intentare possessorium, etiam si sit causa beneficialis. Fallit cum causa beneficialis per appellationem deuoluitur ad Papam,vt hic voluit gl.in verbo,
3 per appellationẽ.¶†An in causa principali possit actor suspendere possessorium,& intentare petitorium,sicut potest econuerso.vide gl.hic in verbo,spoliantis,quæ tamen apertè non firmat.videtur tamen inclinare,q̃ hoc non liceat.de quo latius
4 no.in c.pastoralis.de cau.pos.& propr.¶†An agens possessorio recuperandæ in causa beneficiali teneatur probare titulum seu iustificare possessionem ex tit.vide hic gl. n. quæ quotidie allegatur apertè,tamen nõ firmat aliquam partium videtur tamen magis inclinare,q̃ licet non teneatur strictè probare titulum, debet tamen iustificare possessionem ex titulo.de quo vide tu, quod latè dixi in c.in literis.de rest.spo.

¶ De dolo & contumacia. Rubrica.

CAP. I.

1 *Si ante sententiam qui appellauit,iterum post eam latam appellet, non videtur priori appellationi renuntiare.*
2 *In optione appellantis etiam à diffinitiua est,prosequi primam vel secundam,nisi alio impedimento canonico impediatur,& qui effectus huius appellationis sit.*
3 *Appellatio ab interlocutoria quatuor modis dicitur manifestè friuola,quorum quilibet excludit à facultate denuo appellandi.*
4 *Contumax quis dicatur verus,fictus,euidens,& manifestus.*
5 *Contumax verus in non veniendo,non appellat,fortius nec euidens,seu manifestus,fictus autem modo prædicto appellat.*
6 *Iudex à quo,& iudex ad quem,qualiter se habere debent,cum contumax prætensus appellat.*
7 *Appellatio consistit in actu positiuo: contumacia, quæ resultat ex non parendo, consistit in actu neglecto.*
8 *Contumax in non parendo quære appellet,& contumax in non comparendo non.*

1 SIante.¶†Si is,qui appellauit ante sentẽtiam,appellet iterum à sentẽtia diffinitiua cõtra re lata,nõ per hoc renuntiat appellationi prius interpositæ. vide hic glo.super verbo,appellare.¶Sed dices,ad quid valet appellatio secundò interposita à diffinitiua? quia si pronuntiabitur,q̃ fuit bene appellatũ ante sententiam, reuocabitur sententia diffinitiua per modum nullitatis, vel attentati,vt in c.non solum.de appel.li.6.Et si apparere potest, q̃ malè fuerit appellatum,apparet illum primo cõtumacem fuisse,& sic nil reuocabitur.solummodo dic, vt no.in glos.magna
2 prope finẽ,in ver.sed secundum hoc.†Ex cuius solutione bene not. q̃ iterum appellans à diffinitiua non cogit prosequi primam interpositam ante sententiam,sed potest prosequi secundam, potest.n. esse multum vtile,prosequi potius secundam, quam primam:fortè.n.fuit interposita ad iudicem magis gratum appellanti.Itẽ potest esse,q̃ tempore prosecutionis secundæ est lapsum tempus primæ prosequendæ,&c.vt in gl.conclu de ergo,q̃ est in optione appellantis etiam à diffinitiua,prosequi primam,vel secundam,nisi alio impedimento canonico excludatur,vt hic in fi.literæ.& si prosequẽdo secundam,excipiatur de nullitate primę,& per cõsequens de contumacia post appellationem,poterit replicare appellans de iusta appellatione de qua iudex incidenter cognoscet ad effectum,an sit admit
3 tenda secunda vel non,vt in fi.gl. magnæ,quam not.¶†No.ex gl.magna in prin. quatuor modos,per quos quælibet appellatio ab interlocutoria dicitur manifestè friuola,& quilibet illorum modorũ excludit à facultate denuo appellandi. & no. sin. quartum modum,quem nescio alibi nisi hic,videlicet q̃ si iudex,ad quem,pronuntiat causam expressam in appellatione fore falsam.& non appelletur,dicitur appellans manifestè contumax,nisi compareat,quasi tacẽdo,videatur acquieuisse illi pronuntiationi.& intelligo,q̃n index pronuntiauit hoc in præsentia appellantis.nam si ad hoc illum citauit,non tenetur compa
4 rere.ar.in c.si à iudice.de app.li.6.†Secundo no.principaliter ex gl.magna quis dicatur verus contumax,fictus,euidens,& manifestus.in hoc.n.ponit gl.ista multas opiniones,tandem approbat opinionem magis cõem,vt verus contumax dicatur,quẽ citatio apprehẽdit,nisi doceat de legitimo impedimento,& idẽ dicit in fi.gl.in citato à iure,vt talis etiam dicatur verus contumax,nisi doceat de impedimento.quia fortius cadit vera contumacia in citato per ius commune,quod ignorare non licuit, quam in citato à iudice.& in hoc no.fi.gl.fin.&vide ad vtrunq; dictum quod no.in c.causam.de do.& contu. in gl.pe. Euidens seu manifestus contumax est,qui nuncio citanti respondit se nolle venire,sed an hoc sufficiat dicere extra iudiciũ,vide text. sing.iuncta gl.in c.venerabilibus.§.fecus.de sent.exc.li.6. Fictus vero contumax,quẽ citatio non apprehendit,vt puta quia fuit citatus ad domum,nec comparuit in termino prefixo,quod limitat gl.nisi iudicialiter probari possit,q̃ citatio ad eius notitiã peruenit.tunc.n.satis potest dici verus cõtumax, nisi probet de
5 legitimo impedimento,quæ not.& satis placent.¶†Tertiò ex

eadem gl. magna no. q verus contumax in non veniendo, non appellat. fortius nec cuidens seu manifestus, fictus autem modo prædicto appellat. †No. tamē in hoc nouum & sing. dictum gl. qualiter iudex à quo, & iudex ad quem debent se habere, cū contumax prætensus appellat. Nam iudex à quo, si scit illū euidentem, vel verum contumacem, appellationi nō deferet, sed in causa vel executione procedet. Iudex verò ad quem, appellationem recipiet, & prius de hac præiudiciali cognoscet, an. s. potuerit appellare. Et si causa cognita inuenerit illū manifestum vel euidentem contumacem vel verum, siue non inuentum, qui tamen postea citatum se nouit, nec apparet ipsius iustum impedimentum, pronuntiabit appellationem non deuoluere, & in appellationis causa nó procedet, si verò apparebit de contrario, pronuntiabit appellationem deuoluere. Sed aduerte diligenter, quia gl. ista expresse non respōdet ad contrariū, quod formauit de isto tex. in prin. sui. Nam cum tex. iste requirat appellationem debere esse manifestè friuolam, vt appellationem secundam excludat. apparet q contumacia debet esse manifesta ad exclusionem appellationis, non autem videtur sufficere vera. Sed dic saluando conclusionem gl. s. factam, q tex. loquitur non in nuda contumacia in non veniendo, sed in illa quæ surgit ex appellationis interpositione. Nā potest esse q appellatio in se non sit omnino iusta, & tamen posset aliquod probabile dubiū appellantis excusare à contumacia vt sentit gl. prope si. Item potest dici, q quādo est manifestè friuola, nullo modo admittitur appellatio, nec per iudicem à quo, nec per iudicem ad quem. & sic intelligatur tex. sed si non est manifestè friuola, iudex illam admittet ad effectum, s. cognoscendi, si oppositum fuerit, an fuerit verus contumax, vel non, vt puta quia nō habuit iustā causam appellandi. nec aliqua probabilis causa illū à contumacia excusat. vel dic quando quis recedit à iudice per appellationem, & appellatio in veritate non tenet, aut habuit probabilem causam appellandi, & illa excusat à vera contumacia, & per consequens admittitur ad appellandū. arg. in c. sacro. de sent. exc. aut non habuit probabilem causam appellandi, & tunc sua appellatio non potest esse manifestè friuola, & habet tunc locum finis huius tex. & ideo tex. iste requirit, q sit manifestè friuola, & solutio fortè melior. † & diuersitatis ratio est, quia appellatio cōsistit in actu positiuo, nō sic cōtumacia quæ resultat, ex non comparendo, quia consistit in actu neglecto.

8 ¶†Vlt. not. ex gl. ista magna post principium, quare contumax in non parendo, appellat, secus in contumace in non comparendo. & dic vt in ea. & ex his habes summatam & notatā istam gl. quæ difficilis solet reputari.

¶Vt lite pendente nil innouetur. Rubr.

CAP. I.

1 *Electione sola ad ecclesiam facta, non desinit ecclesia vacare, sed per confirmationem sui secutam sic.*
2 *Beneficia confirmati in curia ad dignitatem, cuius adeptio facit illa vacare, non facit illa vacare in curia.*
3 *Beneficia electi in episcopum, & in curia consecrati non vacant in curia, & per consequens non possunt illo consentiente conferri.*
4 *Beneficia, quorum possessionem tempore consecrationis habebat episcopus, vacant in curia, in qua fuit consecratus.*
5 *Consecratus consentire non dicitur, licet sciat Papam sua priora beneficia contulisse, etiam si fuisset præsens in actu collationis.*
6 *Beneficium in curia per procuratorem renuntiatum, vacat in curia, & quare.*

1 SI duobus. ¶†Per solam electionē factam ad ecclesiam vacantem nō desinit ecclesia vacare, sed per cōfirmationem subsecutam sic. Ex quo infertur, q si electus nō confirmatus moritur in curia, ecclesia, in qua facta est electio, non vacat in curia, secus si ibi moriatur electus confir-
2 matus. vide gl. in ver. collato. in prin. ¶†Beneficia cōfirmati in curia ad dignitatem, cuius adeptio facit illa vacare, non facit illa vacare in curia, quia per simplicem prouisionem vel collationem, non vacant priora, sed per prouisionem & possessionis adeptionem: vel ex quo stet per eum, quominus illam habeat, vt in c. licet episcopus. de præb. li. 6. & c. cōmissa. de elec. co. li. & per consequens non possunt vacare in curia, vbi fuit facta tantum collatio, vel prouisio, quod procedit secūdum opi. gl. etiā si procurator suus, existente eo in curia, apprehēdisset possessionem in partibus. vacant. n. extra curiam, vbi apprehenditur possessio, cū fingatur esse, vbi est procurator suus: secus si amicus, vel negociorum gestor apprehendisset illam possessionē, tunc enim vacarēt, in curia, in qua iste habuit illud ratum. quia tunc fingitur possessionem apprehendere, hæc omnia voluit gl. pre-
3 all. in ver. collato. ¶†Beneficia electi in episcopum & in curia consecrati non vacant in curia, & per consequēs non possunt illo cōsentiente cōferri: quia per electionem, & confirmationē, seu prouisionem, & consecrationem, non vacant priora beneficia. sed requiritur q apprehendatur possessio. de quo dicēdum,
4 vt habetur in c. cum in cunctis. de elec. §. cum vero. †Sed si consecrationis tempore habebat possessionem, tunc illico vacant in curia, in qua fuit cōsecratus. vide hic gl. in ver. collato. pre pe-
5 fi. & tene eam menti. quia malè seruatur. †Et dic, q non dicitur cōsecratus cōsentire, licet sciat Papam illa sua priora beneficia contulisse, etiā si fuisset præsens in actu collationis, per ea quæ not. Io. An. in reg. 15 qui tacet. in mercu. & quia in præiudicialib. tacens non habetur pro cōsentiente. vt no. Inn. in c. in genesi. de electio. & gl. in reg. 15 qui tacet, præl. Item quia videtur tacuisse ob reuerentiam Papæ. ad hoc quod le. & no. in l. j. §. quæ oneran-
6 dæ. ff. quarum rerum ac. non da. †Beneficium resignatum in curia per procuratorē, vacat in curia, quia ibi fingitur mori, quo ad illud beneficiū, vbi fit renūtiatio. vide gl. præl. ī ver. collato.

CAP. II.

1 *Innouata post citationem lite pendente, revocanda sunt in pristinum statum ex mero iudicis officio: secus lite non pendente, quia tunc libellus, & litis contest. requiruntur.*
2 *Possessor quando dicatur aliquid innouare, & quando non.*
3 *Litis pendentia quando incipiat, & quando desinat.*
4 *Competens, seu idoneus, iudex qui dicatur.*
5 *Priuilegia & rescripta impediuntur per causæ solam commissionem, licet non sit secuta citatio.*
6 *Citationem, quo ad iurisdictionem perpetuādam, sufficit emanasse à iudice, tamen, quo ad litis pendentiam, oportet quòd peruenerit ad partem.*
7 *Litis pendentia vt inducatur, copia libelli debet inseri in citatione.*

7 1 CVm lite pendente. ¶†Innouata lite pēdēte post. s. citationē de qua hic, revocanda sunt in pristinum statum sine libello & contestatione litis, ex puro & mero iudicis officio, secus, vbi quis prætendit se spoliatum lite nō pendente. quia tūc ad cōsequendam restitutionem offertur libellus & lis cōtestatur, & in hoc differunt. vide hic gl. primam, & diuersitatis ratio potest esse, quia in priori casu læditur non solum pars, sed iudex
2 contemnitur. in secundo verò tantum pars, ideo in priori casu magis exuberat iudicis officium. ¶†Non dicitur possessor aliquid innouare, si lite pendente vtitur sua possessione, vt prius, sed bene fieret innouatio, si ipse possessor priuaretur possessione sua, vel alienaretur res litigiosa, vel super causa impetraretur priuilegium, tacita litis pendentia. vide gl. super verb. innouari.
3 ¶†Pendentia litis incipit, prout habetur hic in tex. definit autem per sententiam, à qua non est appellatum, vel aliter, vt le-
4 & no. in c. j. de lit. cōt. li. 6. vide hic gl. in verb. postquam. ¶†Cōpetens seu idoneus iudex dicitur, qui habet in causa iurisdictionem cū exercitio, dato q illa iurisdictio possit exceptione elidi, siue exceptio contingat personam, siue iurisdictionem. valet. n. vtroq; casu processus, si non excipiatur, merito ante exceptionem dicitur competens, seu idoneus. & in hoc no. gl. istam
5 sing. quia potest facere ad multa cum sæpè fiat mentio de iudice competenti. ¶†Per solam causæ commissionem, licet non sit secuta citatio, priuilegia & rescripra impediūtur. vide gl. hic
6 in ver. citatio. ¶†Quanquā quo ad iurisdictionem perpetuandam sufficiat citationem emanasse à iudice, licet non peruenerit ad partem, tamen quo ad inducendum litis pendentiā, opor-
7 tet, q peruenerit ad partem, vt hic. vide gl. & ad partem. ¶†Nobonum consilium gl. vltimæ, vt ad inducendum litis pendentiā, inseratur in citatione copia libelli, vt pars citata posset plenè instrui, super quibus sit in iudicio conuenienda.

¶De sequestratione possessionis & fructuum. Rub.

CAP. I.

1 *Sententia, si contra possessorem fertur, non tamen pro petitore, & ideo nō est locum sequestrationi.*
2 *Sententia diffinitiua quid sit, & quid interlocutoria.*
3 *Sententia oportet, quòd sit lata contra possessorem, & pro petitore super beneficio, vt locus sit dispositionis huius Clem.*
4 *Sententia diffinitiua fertur super possessorio.*
5 *Sententia lata per auditores curiæ, dicitur lata apud sedem apostolicam, & ab ea ad Papam appellatur.*
6 *A sententia Papæ non appellatur.*
7 *Sententia vna satis est, quòd feratur in curia, licet primo fuerit sententiatum in partibus.*
8 *Fructus nedum beneficij, sed ipsum beneficium quo casu sequestrentur, & iura beneficij, & beneficiati exerceat sequester.*
9 *Possessum quòd aliquid sit per triennium, vbi requiritur, oportet quòd triēnium sit consummatum.*
10 *Ut is motio facit desinere pacificam possessionem.*

1 1 *Sequestrari beneficium debet apud illum, qui est in ordine, quem beneficium ipsum requirit.*
1 2 *Custos beneficij potest, nisi specificè ei prohibeatur, conuertere reditus superextantes in emptione prædiorum ipsius beneficij.*
1 3 *Dispositio continens verba generalia excommunicationis comprehendit episcopos, licet de eis specialis non fiat mentio.*
1 4 *Sequester quando fructus restituere teneatur, & quando eorum æstimatio sufficiat.*
1 5 *Clausula, nullatenus absoluatur, an impediat validitatem absolutionis per ordinarium factæ.*
1 6 *Exceptio nullitatis aduersus sententiam vbicunque tollitur, non videtur sublata illa, per quam negatur iurisdictio asserti iudicis.*

1 AD compescendas. ¶†Si fertur sententia contra possessorem, non tamē pro petitore: quia non agit dicens beneficiū esse suum, vel sibi debitum, sed ad alium effectum, puta ad priuationē, non est locus sequestrationi. de qua hic vide gl. in verb. contra possessorem. est. n. hæc dispositio re-
2 stringenda ad terminos literę. ¶†Tex. iste locum habet in sententia diffinitiua, nō autem in interlocutoria, dicitur autē diffinitiua, quę principalē quęstionem diffinit. Interlocutoria est, quæ inter principium & finem causæ fertur super his, quæ incidunt vel emergūt. & no. bene istas diffinitiones, quas ponit hic
3 gl. j. in ver. diffinitiua. quæ quotidie solet allegari. ¶†Ad hoc vt sit locus dispositioni huius cle. oportet q sententia sit lata contra possessorem, & pro petitore super beneficio, si autem fertur super alia quęstione personali, vel reali, secus est, puta quia dicit petitori, beneficiū esse obligatum ad annuum cēsum, vel recto rem ad aliquod seruitium teneri, vel quid simile. vide hic gl. in
4 ver. beneficio. ¶†Etiā cum agitur possessorio, fertur sententia diffinitiua, est tex. hic apertus, & quotidie allegatur, maximè iū
5 cta gl. super ver. possessorio. ¶†Sententia lata per auditores curiæ dicitur lata apud sedem apostolicam, & ab auditoribus curiæ appellatur, s. ad Papam, de his est tex. hic iuncta gl. in ver. pro
6 mulgata. †Et intelligo de auditoribus quibuscunque deputatis per Papam in causa illa. Nam si ferretur sententia per Papā, non esset locus huic constitutioni, quia nō fieret sequestratio, sed ipsa sententia mandaretur executioni, cùm à sententia Papę
7 nō appellet, vt in c. cuncta per mundū. 9. q. 3. †Et satis est, q vna sententia feratur in curia, licet primò fuerit sententiatū in par-
8 tibus, vt no. hoc in eadem gl. præal. ¶†No. hic iuncta gl. in ver. beneficium. casum singularem, quem nescio alibi ita clarum in quo sequestrātur nedum fructus beneficij, sed ipsum beneficiū, & iura beneficij, & beneficiati exercet sequester, etiam si benecium sit curatum vt hic. & pondera gl. in eo, quod dicit, sequestrum possidere. & tamē loquitur iste tex. in sequestratione necessaria, quæ. s. fit per iudicem auctoritate iuris, contra not. in c.
9 1. de sequestra. & c. examinata. de iud. & dic vt ibi. ¶†Vbicūq; requiritur, quod aliquid fuerit possessum seu habitum triēnio, oportet q totum triennium sit consummatū, non autem sufficit annum tertium fuisse inchoatū, vel maiori parte illius tertij anni fuisse illud possessum, vel habitū, hoc voluit gl. hic in ver. triennio. quam no. quia facit ad multa, q vbi requiritur annorum etiam numerus, oportet totum tempus requisitum esse completum, nec annus vltimus inchoatus habetur pro cōpleto. & vide quod no. Arch. in c. si annum. de iud. li. 6. & quod no. gl. in cle. generalem. s. de æta. & quali. & quod ibi dixi. & in l. rē publicam. ff. de mu. & ho. & gl. in c. cum in cunctis. de electio. in
10 gl. in ver. exegerit. ¶†Post litem motam super re possessa non dicitur possessor pacificè possidere, motio ergo litis facit desinere pacificā possessionem. Vide hic gl. in ver. antea. & adde ad materiam tex. iuncta gl. not. in ver. pacificam. in c. commissam, de elect. lib. 6. ¶Aequum est in casu huius elemen. sequestrare beneficium apud illum, qui est in ordine quem beneficium ipsum requirit. ita dicit gl. hic in versi. idoneā. Pau. putat, q imò
12 necessariū est per literam istam, quæ dicit q sequester debet habere plenā & debitam curam, & hoc puto verius. & idem puto dicendum vbicunq; beneficium apud aliquem sequestratur. & pro hoc allego in simili bonū tex. in c. ex ratione. de æta. & qua-
12 li. in ver. & clericis idoneis. ¶†Habens custodiā alicuius beneficij potest, si sibi specificè à iure, vel à superiore non interdicitur, conuertere redditus superextātes in emptionē prædiorum beneficij, vel aliàs in ipsius vtilitatē. vide gl. super ver. restituat. in casu autem huius cle. non potest: quia hic limitatur potestas.
13 ¶†Dispositio cōtinens verba generalia excōicationis, sententiam cōprehendit etiā in episcopos, licet de eis nō fiat mentio specialis. vide gl. super ver. si quis. & idem no. in c. quia periculo
14 sum. de sent. exc. ¶†Satis est habenti rem sequestratam, quod restituat ipsos fructus, si extant, vel ipsorum æstimationem, si nō extant. hoc voluit hic gl. in ver. fructibus. quod indubiè procedit, quando fructus non poterant conseruari, quia tunc illos vendere debet, & pretium apud se retinere. vt in l. quemadmodū. aliàs, litibus. C. de agr. & censi. li. 11. si autem poterant conseruari, non videtur, quod sit licitum sequestro illos vēdere. de
15 quo tamen dic vt nota. in l. præall. ¶†An per verba, nullatenus absoluatur. impediatur validitas absolutionis per ordinarium
16 factæ. vide hic gl. in ver. nullatenus. ¶†Vbicunq; tollitur exceptio nullitatis aduersus sententiam, nō videtur illa sublata, per quam negatur iurisdictio asserti iudicis. oportet ergo q cōstet de sententia, vbi allegatur, & per consequens de iurisdictione proferentis. Et ex quo constat de iurisdictione & pronuntiatione, alias nullitas opponi non potest. vide hic gl. sing. quę quotidie allegatur in verbo, non obstante. In contrarium tamen facit gl. in cle. 1. de reg. iur. & vide quod ibi dica m.

¶De probationibus. Rubr.

CAP. I.

1 *Verbis narratiuis alicuius citra Papam non creditur, etiam si sit legatus.*
2 *Verba narratiua rescriptorum Papalium, an & quando faciant fidem, & quam. & nu. 4.*
3 *Clausula, volumus fidem plenariam adhiberi, an & quibus casibus admittat probationem in contrarium.*

1 PIteris. ¶†Verbis narratiuis alicuius citra Papam non creditur regulariter, etiam si nuncius sit legatus, & de reseruatione per eum facta velit fidem facere. vide gl. in ver. reseruasse. & dic, vt plenè no. in
2 c. polt cessionem. de proba. & in c. super his. de fide inst. ¶†Circa verba narratiua rescriptorum Papalium, an & quando faciat fidē & quam, & distingue, vt colligitur ex gl. fecisse narramus. q aut super illis non fundatur intentio Papæ, & tunc non probant: & habet tunc locum. c. si Papa. de priui. li. 6. & paret exemplum ibi in gl. 2. aut fundatur, vt puta quia Papa confert beneficium, q dicit suæ collationi prius reseruasse, vel in curia vacasse per mortem beneficiati, & tunc aut illa verba narratiua sunt super facto alieno, & faciunt fidem, sed admittitur probatio in contrarium exemplum secūdo loco supra positum. poterit. n. quis probare illum beneficiatum decessisse extra curiam, nam in facto alieno de facili Papa posset errare. Aut sunt de facto proprio, vt in primo exemplo, & tunc faciunt adeo fidē, vt non
* admittatur probatio in contrarium secundum gl. & cō in tel-
3 lectum. †& hoc per illa verba, fidem plenariam, &c. posita in tex. & hic no. sing. istum tex. iuncta gl. q hæc verba volumus fidem plenariam adhiberi. important vt non admittatur probatio in contrarium. Et limita hoc verbum secundum gl. vt non admittatur probatio in contrarium, talis. s. quæ faceret Papam mentiri. secus si adiuuaret probantem stantem narrationi Papæ, exemplum, Papa dicit beneficium certum contulisse per renuntiationem factam in manibus suis, alius vult probare q beneficium non pertinebat ad renuntiantem, per hoc enim nō
4 perimitur narratio Papæ, cum vtrunque esse possit. †Ego limitarem secundum & tertium membrum ad ea, quæ cōsistunt in plena dispositione Papæ, vt in exemplis narratis in litera, & in similib. & fortè non sine ministerio dixit tex. vel alia similia, secus puto in aliis non dependentibus à plena dispositione Papæ narrantis, quid enim si Papa donat vni comitatum alicuius dicens, illum comitem sibi illum donasse, vel in manibus suis illū liberè resignasse? dicemus ne talia verba narratiua facere plenā fidē? certè dicerem, quod non, maximè in præiudicium laici non suppositi suæ iurisdictioni. faciunt no. per Inn. in c. inquisitioni. de sen. exc. Item qa de iure diuino nō fit fides de aliquo minori testimonio duobus. 2. q. 4. §. 1. Et idem putarem, vbi Papa per sua verba narratiua vellet, quem suo iure priuare, quem priuare non posset, nisi probata culpa. exemplum in priuatione vasalli. in c. vno. de feudo sine cul. non amit. col. 10. cum si.

¶De testibus. Rubrica.

CAP. I.

1 *Christiani producti in testes contra iudæos possunt per exceptionem criminis à testimonio repelli.*
2 *Iudæi non compescuntur regulariter per ecclesiam, sed per iudices seculares, casus tamen exceptos vide remiss.*
3 *Iudæos non possunt principes priuilegiare in his, quæ sunt opprobriosa fidei.*
4 *Exhortatio quid, & quomodo reguletur.*
5 *Consilium reuerentiæ obligat, secus in consilio perfectionis.*
6 *Consilium reuerentiæ quid sit, & consilium perfectionis. & nu. 7.*

1 CVm iudæi. ¶†Christiani producti in testes cōtra iudæos possunt per exceptionē criminis à testimonio repelli, quia licet iudæi sint, nō tamen debet legitima exceptio eis subtrahi, vide gl. in hac cle.
2 1. in ver. Christianos. †Iudæi nō compescuntur regulariter per ecclesiam. sed per iudices seculares, in casibus tamen de eis iudicat ecclesia. vide hic gl. in ver. principium. & casus in quibus ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clesia iudicat de Iudæis colligit gl.in c.iudæi.2.de iudæ. & videtu quod no.In.c.quod super his.de voto. vide gl.1. de re iud.
3 ¶†Nõ possunt principes priuilegiare iudæos vel sarracenos in his,quæ sunt opprobriosa fidei.vide tex.hic iuncta gl.præalleg.
4 in ver.principum.in fi.†Exhortatio est quoddam consiliũ, vn-
5 de regulatur ad instar consilij.† Consilium autem reuerentiæ obligat,secus in consilio perfectionis.vide hic gl.in ver.exorta
6 mur.& gl.pleniorem in c.ad aures.de æta.& quali.†Et dic.q̃ potest dici consilium reuerentiæ,quando materia ex se est necessitatiua,ideo illi est obediendum,vel princeps vtitur verbo consultiuo propter reuerentiam illius,cui scribit, & sic dupliciter
7 potest sic appellari.†Consilium perfectionis est quando materia de se non necessitat,sed disponit,& intendit hominem, cui consuluit,inducere ad maiorẽ perfectionẽ,vt magis mereatur.

CAP. II.

1 *Publicatio attestationum impedit testes super eisdem vel directè contrariis produci,quando receptio & depositio illorum tenuit,aliàs secus.*
2 *Testes quando adhuc produci possint,publicatis etiam attestationibus.*
3 *Contrarietatem indirectam licet probare per testes,publicatione aliorum non obstante,si opponitur falsitas eum corruptione.*
4 *Dispositio huius cle.cessat parte consentiente.*
5 *Capitulis super veteribus quando liceat producere testes in causa appellationis.*

1 ESTibus. ¶†Publicatio attestationum impedit testes super eisdem vel directè cõtrariis
produci,quando receptio illorum testium seu depositio tenuit aliàs secus.vide hic tex.iuncta gl.in ver. ritè.¶†Si at-
2 testationum publicatio est indiscretè facta, puta inscia vel inuita parte,supple,ex causa rationabili contradicente, non impedit,quominus pars,si testificata non vidit,adhuc testes produ-
3 cere possit.vide gl.in ver.publicatis. † Indirectã cõtrarietatem licet probare per testes,publicatione aliorum testium non obstante,si opponitur falsitas cum corruptione.vide gl.præalle.in ver.directè.& rationem vide per no.in c.fraternitatis.eo.tit.vbi
4 explicatur plenius materia huius cle.¶†Parte aduersa consentiente cessat dispositio huius cle.no.gl.in ver.producere.quam
5 no.quia nescio gl.alibi.¶†Super veteribus capitulis nullo modo probabilib.vel probatis aliter,quàm per testes, puta per instrumenta,licet producere testes in causa appellationis.quibus casibus non habet locum hæc cle.sed procedit l.per hanc.C.de tem.ap.vide hic gl.pen.

¶De iureiurando. Rubr.

CAP. I.

1 *Papa est Christi vicarius,& non Petri,quia vicarius vicarium dare non potest.*
2 *A per,& apex,qua differentia notentur.*
3 *Discordia quid significet.*
4 *Pacem reformare inter Christianos,ad Papam,& alios prælatos spectat.*
5 *Instrumentum vt valeat,debet tabellio de eo esse rogatus.*
6 *Dispositio facta per verbum quisquam,includit etiam Romanum Pontificem.*
7 *Forma.secundum quam constituendi sunt nuntij Romanorum regis petentis approbationem,& coronationem ab ecclesia,vel à Papa.*
8 *Diadema,corona,& sertum,quomodo differant.*
9 *Examinatio personæ promouendæ quando sit necessaria,& quando non.*
10 *Liber pontificalis est approbatus ab ecclesia.*
11 *Imperator non debet appellari ex sola electione in Imperatorem ab ecclesia etiam recepta,nisi coronetur.*
12 *Pactum,& pollicitatio quomodo differant.*
13 *Antidotum,multiplicis significationis est.*
14 *Imperator licet fidelitatis iuramentum præstet Romano pontifici,subditi tamen Imperatoris de temporali dominio ecclesiæ non sunt.*
15 *Imperator coronatur triplici corona,de qua materia,à quibus,& in quibus locis,vide remiss.*
16 *Electus in Imperatorem nondum coronatus an possit priuilegia concedere,& aliter iura imperij exercere.*
17 *Electis duobus in discordia,vterque administrat omnem imperij iurisdictionem, donec altera electio per Papam fuerit approbata.*
18 *Donatio per Constantinum ecclesiæ Romanæ facta an valuerit,& an possit per successorem reuocari.*
19 *Rex Romanorum ante coronationem non vtitur bulla,vel sigillo.*
20 *Arehiuus quid significet.*
21 *Imperator triplex iuramentum præstat Papæ tribus diuersis locis.*

1 ROmani. ¶†Papa est Christi vicarius, & si alicubi reperitur q̃ est Petri vicarius,illa est
impropria locutio,vel exponitur idem, gerit vicariam,quam gessit Petrus.vicarius enim non dat vicarium.de offi.vica.c.clericos.hoc voluit gl. hic in ver. vicarium.
2 ¶†Differentia inter apes apis,& apex apicis.vide hic gl. in ver.
3 apicem.¶†Discordia significat diuersitatem cordium.gl. hic
4 in ver.discordia.¶†Ad Papam spectat reformare pacem inter
5 Christianos.Itẽ &ad alios prelatos.gl.hic in ver.pace.¶†Quod tabellio debet esse rogatus de confectione instrumenti.tex.hic iuncta gl.in ver.requisitis.& vide quod no.in c.1.de fide instru.
6 ¶†Dispositio facta per verbum,quisquam.includit etiam Romanum pontificem. vide hic tex.iuncta gloss. in ver.cuiquam.
7 †Formam,secundum quam constituendi sunt nuntij Romanorum regis petentis approbationem, & coronationem ab ecclesia,seu à Papa,vide hic in ver.dictus nanque Henricus.iuncta
8 gl.in ver.exponendi.¶†Differentiam inter diadema, coronã,
9 & sertum.vide gl.hic in ver.diadema. ¶†Nõ est necessaria personæ examinatio,cũ de ea plena habetur notitia.secus, si habetur non plena, sed aliqualis notitia: tunc enim non debet sine examinatione promoueri vide tex. hic iuncta gl.in ver.aliqua-
10 lem.¶†Liber pontificalis est approbatus ab ecclesia. vide hic
11 gl.in ver.pontificali.¶†Electus in Imperatorem non debet appellari ex sola electione Imperator,etiã si sit approbatus ab ecclesia,& eius electio recepta, sed assumit nomen Imperatoris post coronationem & consecrationem quas recipit à Papa,vel ab alio de eius mandato,vide tex.hic in ver.Henricus.iuncta gl.
12 j.ver.futurus. ¶†Differentiam inter pactum, & pollicitationem vide hic per gl.1.in ver.polliceor.& est tex.in l.3.quem gl. alleg.Dum Papa alium Papam ducit in testem, vide hic glo.in
13 ver.Bonifacius.¶†Pro multiplici significatu huius verbi,anti
14 dotum.vide hic tex.iuncta gl.in versi.antidotum.¶†Licet imperator præstet fidelitatis iuramentum Romano pontifici,nõ per hoc sequitur,q̃ subditi imperatoris sint de tẽporali domi-
15 nio ecclesiæ,vide hic tex.iũcta gl.in ver.existere.¶†Quod Imperator coronatur triplici corona,de qua autem materia, & à
16 quibus,& in quibus locis.vide glo.in ver.vestigiis.†An electus in Imperatorem nondum coronatus possit concedere priuilegia,seu aliter exercere iura imperij.vide gl.hic in ver.Reges Ro
17 manos.†Et inter cætera not.sing.illam gl.quatenus dicit,q̃ de antiqua consuetudine approbata per tolerantiam Papæ habet, q̃ electis duobus in discordia,vterq; administrat,vt rex, & omnem imperii iurisdictionem exercet,donec per Papam alterius electio fuerit approbata, vel reprobata. fortius ergo dic vnicũ
18 posse administrare ex sola electione.¶†An donatio facta per Cõstantinum ecclesiæ Romanæ valuerit,& an possit per successorem reuocari,vide gl.in ver.Constantinum.quæ tandem cõclu dit per hunc tex.& c.fundamenta.de elect.li.6.eam tenuisse,&
19 irreuocabilem esse.†Ante coronationẽ Rex Romanorum nõ vtitur bulla,sed sigillo,sed post coronationẽ vtit bulla, & q̃q;
20 aurea,vide tex.hic iuncta gl.pe.quę incipit,aurea.¶†Archiuus est librorum,seu scripturarum locus,& deriuatur ab archa.vide gl.fi.hic alibi iste locus appellatur gazofilatiũ,vt in c. cum cau-
21 sam.iuncta gl.1.de proba.†Vltimo collige ex tex. & glo.1.formam trium iuramentorum quæ Papæ præstat Imperator.Primum tempore suæ approbationis.Secundum cum ingreditur in Italiam in ipso ingressu.Tertium tempore coronationis.

¶De exceptio. Rubrica.

CAP. I.

1 *Excommunicationis exceptio opponi potest dilatorie & peremptorie, & quomodo in vtroque casu.*
2 *Excommunicationis exceptio potest opponi in qualibet litis parte.*
3 *Terminus an præfigi possit ad proponendum omnes peremptorias.*
4 *Terminus præfixus ad dilatorias proponendas,intelligitur peremptorius.*

1 EXcommunicationis. ¶†Excommunicationis exceptio opponi potest dilatoriè,& peremptoriè: primo
casu potest opponi in qualibet parte litis tam contra actorem quàm eius procuratorem,seu iudicem, non obstante lapsu termini præfixi ad proponendum omnes exceptiones dilatorias,& declinatorias.hoc voluit tex.hic iuncta gl.in ver.di-
2 latoriè.¶†Quod procedit,vt.s.possit opponi in qualibet parte litis etiam si fuisset præfixus specificè terminus ad excommunicationem proponendam,& hoc voluit not.gl.pen.hic in fin. quàm tenebis menti.peremptoriè nõ potest opponi,cùm proponitur ad litem perimendam, puta contra petentem beneficium oppono,q̃ tempore collationis vel electionis suæ erat excommunicatus,& sic non valuit collatio,vel electio,& hoc casu non habet locum iste tex.quia non opponitur talis exceptio inter dilatorias,sed opponetur loco & tempore peremptoria-
3 rum.¶†An autem possit præfigi terminus ad proponendum omnes peremptorias,vide gl.in ver.dilatorias.vide tu gl.in cle. sæpe.de ver.sig.in ver.partes.quæ quærit an iudex possit statuere ter

re terminum peremptorium ad exhibendum omnia, quibus partes sunt in iudicio vsuræ, & dic vt ibi.& vide q̃ no. doc.in c.
4 cum dilectus.de fide instr.vbi plenè scripsi.¶†Terminus præfixus ad proponendas dilatorias intelligitur peremptorius, licet non exprimatur.vide gl.in ver.peremptorio.quam not.& facit l.fi.ff.de ferijs.

¶De re iudicata. Rubrica.

CAP. I.

1 *Executio fieri debet,antequam agatur de nullitate sententiarum, quod etiam habet locu in causa criminali,cuius executio postmodum retractari potest.*
2 *Executio vt fieri possit priusquam de nullitate agatur tres requiruntur super eodem articulo.7.*
3 *Sententiæ tres interlocutoriæ sufficiunt,vt prius executio fiat, quam de nullitate ipsarum agatur.*
4 *Sententia verificatur tam in diffinitiua,quam in interlocutoria,vbi subest eadem ratio.*
5 *Executio in ciuili fieri non debet antequam de nullitate agatur, si talis executio esset irretractabilis.*
6 *Executio si desit vel in minima parte eius,quod pronuntiatum est,non potest agi de nullitate.*
8 *Executio trium sententiarum non impeditur,quamuis qui vult de earum de nullitate agere,reportauerit,bene per eum appellatum.*
9 *Exceptio nullitatis vbi remota est,quo casu & remoueatur illa,per quam negatur iudicis iurisdictio.*

1  T calumniis. ¶†Etiam in causa criminali locum habet dispositio huis cle.1.vt fiat executio antequam agatur de nullitate sententiarũ, & vide hic no.gl.in ver. quamuis.sed intellige secũdum Pau.hic, in tali causa criminali,cuius executio potest postmodum retractari. puta quia condemnatio fuit pecuniaria,secus si non posset retractari,quia tunc debet prius discuti de nullitate,aliàs frustra postea discuteretur.quod est de mente huius
2 tex.in ver.donec.iuncta gl.super eodem verbo.†Non habet locum dispositio huius cle.nisi tres sententiæ ferantur super eodem articulo,& successiuè,vide hic glo.in ver.res. placet mihi quod dicit de eodẽ articulo,quia si super diuersis articulis,cessat ratio calumniæ,super qua se fundat iste tex.sed quatenus requirit,q̃ successiuè fuerint latæ,nõ placet.tex.enim iste solum requirit,vt tres sententiæ sint cõtra aliquẽ latæ,vnde licet aliàs pars habuit aliquam intermediam pro se, tamẽ ex quo tres habuit cõtra se,hoc sufficit ad hoc, vt sit locus huic dispositioni.
3 ¶†Dispositio primæ partis huius cle.locũ habet etiam si tres sententiæ fuerint interlocutoriæ,cum tex.iste in 1.par. loquatur simpliciter de sententiis,& nõ adiicit diffinitiuis,sicut facit
4 in §.similiter.hoc voluit gl.hic in ver.sentẽtias.†Ex qua sin.no. q̃ verbũ,sententia.verificatur tam in diffinitiua,quàm interlocutoria,cuius ratio not.glo.in c.cum olim.de testi.vide quod ibi dixi.Item motiuum gl.posset impugnari per l.quis filiabus. ff.de leg.1.vbi habetur, q̃ si in aliqua parte testamenti est facta commemoratio de posthumis,tunc appellatione filiarum,veniunt etiam posthumæ, ita dicamus hic,q̃ cum in §.similiter, specificè faciat mentionẽ de diffinitiuis, nec apparet ratio quare magis requiratur,q̃ sint diffinitiuæ in 2.respõso,quàm in primo,intelligamus ergo primum respõsum etiam in diffinitiuis, maximè cum verba sint capienda in potiori significatu.vt in §. quotiens.Insti.de iure na.gen.& ci. & facit quod no.gl 16.q.1. c.placuit.cogita.tamen.Vel potest dici saluando gl.dicti c.cum olim.& istam,q̃ in odiosis habeat locum illa gl.sed in aliis procedit,gl.ista, vbi tamen subest eadem ratio in diffinitiua & interlocutoria.Habens tres sententias contra se non potest agere de nullitate ipsarum,antequã dictæ sententiæ executioni mandentur,etiam si victor petat executionem illarum. potest ergo victor ante executionem repellere agẽtem de nullitate per viã exceptionis.volens ergo agere de sententiarum nullitate ante executionem factã,offerat se vltro executioni,& sententiis pareat,quantum in se est.vide glo.in versic.admittatur,quam no.
5 ¶†Post executionem trium sententiarum potest victus agere de nullitate illarum,& si in causa nullitatis obtinebit,reuocabitur executio.hoc voluit gl.in ver.donec,quam no.Ex qua infertur,q̃ etiam in ciuili non debet fieri executio, antequam agatur de nullitate,si talis executio esset irretractabilis, cũ frustra
6 postea ageretur.q̃ est contra mentem huius tit.¶†Etiam si desit executio in minima parte eius quod pronuntiatum est,non potest agi de nullitate in casu huius cle. vide gl.in ver. plenarie. Ex qua infertur q̃ non resarcitis expensis,super quibus facta est
7 etiam condemnatio,non debet admitti volens agere.¶†Not. quod iste.§.similiter.non habet locum nisi quando tres sententiæ successiuè contra aliquem latæ fuerũt.hoc voluit gl.in versicu.fuerint. & idem dixit gl.ſ.allega. quo ad 1.responsum. sed ego non video,quare hoc gl.requirat?cum tex. de hoc nullam mentionem faciat,vnde puto sufficere supra,quod tres sententiæ latæ fuerint cõtra aliquem,licet aliqua medio tempore fuerit lata pro victo,& hoc ratione præsumptæ calũniæ.vt in prin.
8 literæ.¶†Tex.iste in versi.similiter.procedit etiam, si appellatio interposita ab aliqua interlocutoriarum sit finita in fauorẽ ipsius volentis nunc agere de nullitate,vt quia fuit pronuntiatum bene per eum appellatum.tamen ante istam pronuntiationem reportauit diffinitiuam per eundem iudicem contra se,& sic cum aliis sententiis habet tres diffinitiuas contra se hoc voluit gl.hic in ver.pendere. mouetur ad hoc dicẽdum per tex. in 1.responso,vbi remouetur exceptio nullitatis ad finem impediendi executionem sententiæ. at iste in casu prædicto allegat nullitatem,quia ex quo fuit pronuntiatum eum bene appellasse,constat iudicẽ,à quo fuit appellatum,diffinitiuam ferre non
9 potuisse.†Et no.sing.hanc rationẽ gl.per hanc enim sentit aperte,quod vbi remouetur exceptio nullitatis, videt remota etiã illa,per quam negatur iudicis iurisdictio, quod videtur contra gl.in cle.vna,supra de sequest.poss.& fruc. & ideo multi tenent in hoc illam gl.& istam non admittunt,vt no. hic & in d.clem. vnica.posset iudicio meo dici,quod de æquitate gl.ista sustineri posset.vt dicamus quod vbi tres sententiæ latæ sunt super eodem articulo contra aliquẽ, tunc nulla nullitatis exceptio admittitur,etiam si resultat iurisdictionis defectꝰ, & hoc propter præsumptionem,quæ resultat ex trium sententiarum prolatione,super qua præsumptione tex.iste fundatur. & hoc casu procedat tex.iuncta gl.præall.Sed vbi vnica sententia lata tollitur nullitatis exceptione,non intelligitur de illa,quæ resultat ex iurisdictionis defectu,quo casu procedat gl.cõtraria,sed de rigore procedit gl.cõtraria indistinctè ista reprobata per rationem, quam ponit illa gl.quia non potest dici sententia illa, quæ lata est à iudice non suo, sed iste tex. fundat se super prolatione triũ sententiarum,quæ in casu nostro nõ concurrunt, ex quo is qui tulit vnam ex illis,non habebat iurisdictionem, ergo cessat dispositio huius tex.Nam vt dicit Bart.in l. 1.ff.quod vi aut clam, vbicunq; statutum fundat se super aliqua qualitate,potest semper opponi exceptio,per quam remouetur illa qualitas,& dixi plenè in c.item cum quis.de rest.spo. & facit tex.iuncta gl. in c. notificasti.33.q.5.quomodocunque statutum remoueat omnem exceptionem.vt in d.l.1.not.præterea tex.ita remouet exceptionẽ in casu illiꝰ cle.vnicæ sicut in casu istius sicut ergo ibi admittitur nullitatis exceptio respectu iudicis,ita & in casu isto debet admitti.Item facit not.dictum Bal.in l.vna.C.ne liceat in vna eademq; causa.vbi dicit,q̃ exceptio nullitatis notoriæ bene admittitur in casu huius cle.quia tunc cessat præsumptio calumnię,super qua iste tex.se fundat,vt patet in prin.Ita dicendũ quando notoriè constat vnam ex illis sententiis nõ tenuisse.vt est in casu nostro,quando tempore petitæ executionis reperitur pronuntiatum pro victo in causa appellationis ab interlocutoria.Et si diceres,nonne & quando appellatio ab illorũ iudicum altero pendet,& de hoc opponitur,disceptatur de nullitate ex iurisdictionis defectu? quia si appellatio fuerit legitima, constat illico fuisse iurisdictionem iudicis suspensam,& an fuerit,vel non,pendet ex futuro euentu,vt in c. non solum iuncto c.si à iudice.de appel li.6.& tamen hoc casu non obstat talis oppositio ad impediendum executionem,vt in hoc tex.2.respon so.Respõdeo,quod licet cõtrarium videatur vrgere, potest tamen sic responderi,q̃ gl.in cle.vna, de seque. loquitur quando negatur prorsus proferẽtem habuisse iurisdictionem,sed in casu huius §.similiter,nõ negabatur,imo dicitur,q̃ erat iudex,sed quod fuerat à sua interlocutoria seu grauamine appellatum,& per aliam partem negatur appellationem fuisse legitimam, & ex quo iudex appellationi nõ detulit,sed advlteriora processit, præsumitur magis pro iudice,quàm pro parte,arg. in c.nisi, de præb.& c.ad audientiam.de præscr.ideo talis oppositio pendentiæ appellationis nõ eneruat præsumptionem trium sententiarum,maximè cùm sententia diffinitiua illius,à cuius interlocutoria dicitur appellatum, concordat aliorum iudicum sententiis.secus autem quando tempore oppositionis fuit pronũtiatum pro appellante,quia tunc cessat omnis præsumptio,& cõstat de iurisdictionis defectu, & per consequens de nullitate vnius,& hoc no.pro hoc facit quod not.hic in gl.pe.quam vide.

CAP. II.

1 *Ecclesia non compellit regulariter iudæos.*
2 *Imponitur quandoque pro valde.*
3 *Iudex in facto notorio procedens debet prius illud factum pronũtiare notorium.*
4 *Librę signum,quem sol ingreditur in mens. Septembris,sic appellatur,quia tunc dies & noctes æquantur.*
5 *Causa in sententia non est exprimenda,& quare.*
6 *Citatio,si fit ad locũ notorie non tutũ,sine etiam appellatione nõ arctat citatum.*
7 *Adhuc dum,ponitur pro valde.*

Universidad de Deusto

8 *Consistorium vnde dicatur.*
9 *Iuramentum non est seruandum si sine periculo mortis seruari non potest.*
10 *Morti se qui offerre potest propter iniustitiam auertendum, sicut Ambrosius, & Augustinus fecerunt.*
11 *Ius commune fundat intentionem Imperatoris in toto orbe, episcoporum vero in eorum diœcesibus.*
12 *Remissio criminosi ad locum delicti, an ex vrbanitate, an ex necessitate fiat, & an sine causæ cognitione.*
13 *Homoligium, & vasallaticum, qui sit & quomodo fiat.*
14 *Forum quia sortitur ratione originis tam proprie, quam paterne & auite.*
15 *Sententia non valet ex cuius tenore euidens deprehenditur iniquitas.*
16 *Imperator potest ratione criminis absoluere omnes vasallos à fidelitate, qua tenentur criminoso.*
17 *Iusiurandum non perditur per donationem, vel confiscationem iudicis secularis.*

1 PAstoralis. ¶† Quod regulariter ecclesia non cōpellit iudæos, vide hic gl. iuncto tex. in ver. christiani. & quod nouum fuit in cle. j. ǯ. de testi. † Quod dictio, in, quandoque ponitur provalde,
2 vt inuigilare. i. valde vigilare. gl. in ver. inuigilare. ¶† Vtile consilium est, vt in facto notorio iudex procedens declaret prius illud factum esse notorium sicut fecit hic Imperator, vt nō possit refricari in dubium de validitate ꝓcessus. vide gl. hic in ver.
3 declarato. & facit ad materiam quod no. In. in c. tua. in fi. de coha. cle. ¶† In mense Septembris sol ingreditur signum Libræ,
4 & sic appellatur, quia tunc dies & noctes æquantur. gl. in verb. libramini. & ponit etiam illa gl. q̄d sit librare, & hoc sit pro iu-
5 nenib. vt sciant allegare gl. ad sciendum æquinoctium. ¶† Ex causa in sententia inserta, facile deprehenditur ipsius sententiæ iniquitas, ideò datur consilium, vt causa in sententia non expri-
6 matur. vide gl. in ver. causis. iuncto tex. ¶† Si citatio fit ad locū notorie non tutum, non solum potest exceptione non opposita appellari, sed etiam sine appellatione, talis citatio nō arctat citatum. & sic non est opus appellare. vide hic tex. iuncta gl. no.
7 in verb. notorio. & tene illam menti. ¶† Admodum, ponitur
8 pro valde, vide gl. in ver. admodum. ¶† Consistorium dicitur
9 à consisto consistis. vide gl. in ver. consistorij. ¶† Si captiuus ad pœnam vel periculum mortis relaxatur cum iuramento suo de redeundo ad carcerem certa die, si mors erat iniuriosa, redire non tenetur, aliàs tenetur, gl. est sing. hic in verb. per violentiam. & tene semper menti, & probatur iure, quod iuramētum non est seruandum, si sine periculo mortis seruari non potest.
22. q. 2. §. fi. no. in c. si vero. de iureiur. & an sit peccatum fugere carcerem hostis, vide gl. c. iusgentium. 1. di. & de materia vide
10 quod plenius no. Bald. in l. adoptio. C. de adop. ¶† Quis potest se offerre ad mortem per iniustitiam inferendam ex multæ patientiæ, merito sicut fecit Ambrosius. vide gl. in ver. offerre. &
11 idem fecit B. Thomas de Aquino. ¶† Ius commune fundat in tentionem Imperatoris in toto orbe sicut intentionem epis-
12 coporum in eorum diœcesibus. gl. in ver. districtum. ¶† An remissio criminosi ad locum delicti fiat ex vrbanitate, an ex necessitate. Item an petens talem remissionem possit animaduertere in iudicem, si non remittit, & an iudex sub quo degit, teneatur illū remittere sine aliquali causæ cognitione. vide d. his tribus q. bo. gl. hic in ver. de more. quæ quotidie all. ¶† Et circa j. q. videtur tenere, quod talis remissio fit ex necessitate. vbi delictum fuit grauc. ¶† In secunda vero concludit, quod nolens remittere debet puniri per iudicem, suum non autem per petentem remissionē, nisi sit aliàs iudex suus. In tertia videtur inclinare in partem, vt remissionem præcedat aliqualis cognitio, ne remissus sine causa legitima infametur. tu vide ad materiā plenè per Cal. in c. j. de rap. & ibidem per alios. dixi plenè in c. fi.
13 de for. comp. ¶† Differentiam inter homoligium & vasallaticum seu fidelitatem, vide hic in ver. homoligius, vbi gl. concludit, quod homoligium fit actori, vel regi nullius alterius fidelitate salua, & præstans iuramentum dicitur homoligius, quasi ligatus vel legalitatem seruans. Vasallaticum vel fidelitas fit seruata saltem Imperatoris fidelitate, seu auctoritate. & ideo concludit gl. quod quis non potest esse ligius duorum, sed bene potest esse ligius vnius & vasallus alterius, vt hic in tex. de isto ligio habetur vel vasallus plurium, vt in lib. feud. in l. impe-
14 rialem. & no. hanc gl. ¶† No. quod ratione originis quis sortitur forum, facit tex. hic iuncta gl. in ver. originem. tu tam de origine propria, quàm paterna, vel auita. vide per Bar. in l. assump-
15 tio. ff. ad munic. ¶† Non valet sententia ex cuius tenore deprehenditur euidens iniquitas. vide hic bon. gl. in verb. non ha-
16 beat. & vide q̄ plenè dixi, in c. quoniam. de prob. ¶† Potest Imperator absoluere ratione criminis omnes vasallos à fidelitate, qua tenentur criminoso, vt hic si habet iurisdictionem in cau-
17 sa. vide gl. super ver. fidelitate. † Quod per donationem vel confiscationem iudicis secularis nō perdit quis iuspatronatus. hoc ar. colligit. in ver. subiecte. vide latius per gl. in c. filiis. 16. q. 7. & in c. satis peruersum. 56. dist. & distingue vt ibi.

¶De appellationibus. Rub.

CAP. I.

1 *Appellatio valet coram maiori parte plurium iudicum, siue sint ordinarij, siue delegati, siue ad causas, siue ad gratias executores, siue arbitri iuris sint, & in quacunque appellatione.*
2 *Appellare licet quis possit à pluribus iudicibus separatim, tamen non ab vno, sed ab omnibus appellari debet.*
3 *Appellari à solo iudice potest, quando ex pluribus ille solus processit.*
4 *Appellandum est in præsentia iudicis, si haberi potest, aliàs corā honestis personis.*
5 *Clausula in fine posita concernit omnia præcedentia.*
6 *Appellatio non est necessariò interponenda in præsentia appellati, sed sibi est postea intimanda, & quomodo. 7.*
8 *Appellari licet possit separatim coram pluribus iudicibus ipsi tamen conuenire debent ad deferendum. vel non. seu ad præfixionem termini.*

1 SIà iudicibus. ¶† Dispositio huius cle. primò locum habet siue iudices, à quibus est appellandum, sint ordinarij, siue delegati, siue
2 sint ad causas, siue executores ad gratias, siue sint arbitri iuris, vide gl. j. ¶ Item siue sit appellandum in iudicio, siue extra, siue à sententia, siue à grauamine, vide hic gl. 2. ¶† Licet qs possit appellare à plurib. iudicib. separatim iuxta formam hic
3 contentam, tñ cum appellat, non debet ab vno sed ab omnib. appellare: quia ex quo omnes pariter procedunt, non potest vnus solus grauare, vide gl. in ver. simul. ꝓpe fi. † Si autem vnus solus ex pluribus processit, tunc ab illo solo poterit appellari,
4 vt habetur in ea. gl. ¶† In præsentia iudicis est appellandum, & si sint plures, & non possunt haberi omnes vel maior pars, etiā separatim tunc præmissa protestatione appelletur coram illis, vel illo, qui haberi potest. Et si nemo haberi potest, appelletur coram iudice ad quem. si eius præsentia haberi potest. 2. q. 6. biduum. aliàs coram honestis personis. vide hic gl. in ver. coram.
5 iuncta gl. in ver. maiori. † Tam appellatio quam apostolorum petitio potest separatim coram iudicibus fieri. vide glos. hic in verbo, appellare. Ex qua no. q̄ qualitas in fine posita concernit omnia præcedentia. de quo no. per Bar. in l. prætor. ff. vi bo. rap.
6 ¶† Appellatio nō est necessariò interponēda in præsentia appellati, sed sibi ignorāti est postea intimatio fienda, secus si scit
7 pellatum fuisse, vide hic text. iuncta gl. in verb. ignoranti. † Sed an ista intimatio sit fienda, quando talis est appellatio, quę ipso facto non deuoluit causam, vt appellatus, ire teneatur nisi ritе-
* tur. vide hic per doct. & in cle. causam. de elect. & *communiter* tenetur, q̄ non. In contrarium tamen facit quod no. hic gl. fi. quę
8 videtur sentire hoc vltimum, cogita. ¶† Licet coram pluribus iudicibus possit separatim appellari, ipsi tamen iudices debent postea simul conuenire ad deferendum, vel non, seu ad præfixionem termini. gl. hic in ver. præfixionis.

CAP. II.

1 *Terminus 30. dierum ad petendum apostolos, à quo tempore incipiat currere.*
2 *Decernimus, inducit ius nouum.*
3 *Apostoli, quomodo aliter vocentur, quid sint, vnde dicantur, & de quadruplici eorum specie, vide remiss.*
4 *Apostoli dantur, vt iudex ad quem instruatur.*
5 *Appellans, qui petiit apostolos, an teneatur iterum comparere, si iudex alium dederit terminum.*
6 *Terminus statutus à iudice an, & quibus casibus possit præueniri à parte.*
7 *Apostoli cuius expensis sint tradendi.*
8 *Libellum actor suis expensis debet offerre reo.*
9 *Appellans non tenetur amplius comparere coram iudice à quo apostolos petiit.*
10 *Apostolos petenti si iudex dari obtulit infra terminum iuris, potest petentem tenere impeditum per totum terminum.*
11 *Appellans, & iudex, quib. casib. in materia appellationis puniatur, & qua pœna.*

1 VAmuis. ¶† Tps 30. dierum ad apostolos petendum & tradendum à iure præfixū currit à tpe sñæ, vel ab eo tpe, quo incipit currere decendium appellationis interponendæ, i. à tempore sententiæ latæ,
2 vide hic gl. 3. & plenius per gl. & Io. An. in nouel. in c. ab eo. c. ti. ¶† Verbum, decernimus. inducit ius nouum, vide gl. in verb.
3 decernimus. & no. eam pro his quę no. in c. decernimus. de iud. vbi aliqui scripserunt ꝑrium, sed primum ibi tenuit. ¶† Apostoli, qui petuntur in causa appellationis, interdum vocantur epistolæ, interdum literis dimissorię. & quid sint apostoli, vnde dicantur, & de quadruplici ipsorum specie, & eorum formis, vide in Spe. e. ti. 4. parte. ver. sequitur. & gl. in c. cordi. e. ti. li. 6. in
4 ver. petat apostolos. & vide gl. hic in ver. apostoli. ¶† Et dantur apostoli, vt instruat iudex ad quem, vt dicit gl. ver. nec petatur.

¶† An

5 ¶† An appellans, qui semel petiit apostolos & denuo in termino sibi per iudicem præfixo petiit, teneatur iterum & tertiò comparere, & petere, si iudex præfixit, secunda vice alium terminum infra tamen terminum iuris. vide bo. gl. hic in ver. vide
6 tur. quæ videtur determinare, quòd vltra secūdam vicem non tenetur appellans pro hac causa comparere: dicit tamen tutius esse, vt iterum in termino prorogato compareat, ex quo est infra terminum iuris. ¶† No. bene gl. in ver. infra dictum. ex qua habes quòd si terminus certus præfigitur ad recipiendum apostolos, seu ad comparendum, vel aliquid in iudicio faciendum, non potest terminus præueniri. Sed si terminus præfigitur sub hac incertitudine, scilicet infra terminum iuris, seu infra termi
num 20. dierum, satis est quòd infra terminum id fiat quando-
cunque, dum tamen congruo loco & tempore. Et no. ex ea. gl. aliud esse, si iudex ad recipiendum apostolos statuat terminum iuris, aliud si dicat, infra terminum iuris. nam primo casu non
7 potest comparere ante vltimum diem termini iuris, in secundo verò quandocunque, modo tamen prædicto. ¶† Cuius expensis sunt apostoli tradendi, an appellantis, an iudicis. vide bo
nam gl. in verb. oblatos. quæ videtur velle quòd de mente iuris est, vt ipsorum datio sit gratuita: sed contrarium dicit seruari, vt scilicet detur expensis appellantis, quod dicit æquitatem ha
8 bere, saltem in delegatis. † dicit etiam incidenter, quòd actor debet suis expensis offerre libellum reo, de quo vide latius per gl. in cle. sæpe. ǯ. de ver. sig. in ver. pronuntiatio. & credo etiam
9 super alio ver. ibi quæras. dixi in c. 1. de li. ob. ¶† Si iudex, à quo instanter petuntur apostoli per appellantem, nihil respondet, non tenetur amplius appellans corā iudice comparere, quem-
admodum contingit, quando respondit se daturum nullo ter-
10 omino assinato. vide text. cum gl. in ver. aut si. ¶† Si iudex dicit se velle apostolos dare infra terminum iuris, infra quem postea appellans comparuit, & petiit, non tamen iudex illico dare tenetur, sed potest tenere impeditum appellantem per to-
11 tum terminū iuris. vide hic tex. iuncta gl. in ver. vel infra. ¶† Nota ex tex. iuncta glo. vlt. quatuor casus contra appellantem, & quinque contra iudicem in materia petitionis & exhibitionis apostolorum, pœna verò contrarium facientis in appellante est, quia videtur suæ appellationi renunciasse, in iudice verò, nullitas processus. & dic vt in gl.

CAP. III.

1 *Dies, in qua interponitur appellatio, non computatur in termino ad prosequendum præfixo.*
2 *A, iuncta numero dierum excludit illam diem, cui iungitur.*
3 *Appellatur extra iudicium tantum, à futuro grauamine, & tempus anni à die solum illati grauaminis currit.*
4 *Anno elapso, qui ad prosequendum, & finiendum appellationem, tam iudicialem, quam extraiudicialem datur vtraque remanet deserta, cessante impedimento.*

1 SIcut. ¶† Dies, in qua interponitur appellatio, non computatur in termino anni ad prosequen-
2 dum & finiendum præfixi, gl. hic in ver. à die. † Ex qua etiam nota quòd dictio, a, coniuncta numero dierum excludit illam diem, cui adiūgitur, exemplum hic in litera a, tali die, &c.
3 si. no. in c. statutum. de præb. li. 6. † A futuro grauamine appellatur extra iudicium duntaxat, & tūc tempus anni currit non à die interpositionis ipsius, sed à die illati grauaminis, vide tex.
4 hic iuncta gl. à futuro. Et not. sing. duo ex hac litera. † Primum quòd sicut datur annus in appellatiōe iudiciali. & ex causa bien
nium, ita in extraiudiciali. Item, quòd tempus anni datur ad prosequendum & finiendum in vtraque appellatione. Et quod cessante impedimento, vtraque appellatio per lapsum anni re
manet deserta. ¶ Et circa impedimentum vide hic gl. pe. & dic lat ius. vt no. in c. ex ratione. de ap.

CAP. IIII.

1 *Tempus appellationi præfixum vt non currat, pariūm conuentione impeditur.*
2 *Mortalitas vel alia pestis an excuset à comparitione iudiciali.*
3 *Appellationis prosequendæ tempora vt non currant, non sufficit tacitus appellantis & appellati consensus.*
4 *Appellationis in causa vt procedatur, quibus casibus possit iudex supplere, non obstante partium conuentione.*

1 VAndiu. ¶† Possunt appellans & appellatus con
uenire, vt tempore mortalitatis, seu alte
rius pestis imminentis, non currant tempora appella-
2 tioni præfixa. vide tex. hic iuncta gl. in ver. vel alias. † Ex qua gl. singulariter no. quod cessante conuentione, mortalitas. vel a
lia pestis non excusat à comparitione iudiciali, & prosecutione appellationis, & per consequens citatus ad locum mortalitatis tenetur comparere si vult euitare contumaciam, contrarium sentit Bar. in l. de ætate. ff. ad Trebell. vbi vide, & latius te-
3 tigi post gl. in c. cum dilectus. de do. & cont. vbi de hoc. ¶† Tacitus consensus appellantis, & appellati, non sufficit, vt appellationis prosequendæ tempora non currant: vt puta si simul ad domicilium redeant. requiritur enim expressus consensus. vt
5 hic in tex. iuncta gl. in ver. expresse. ¶† In matrimonio spiritua
li, & carnali, & in aliis causis, quæ celeritatem desiderant, potest iudex supplere, vt procedatur in causa appellationis non obstante partium dispositione in contrarium, vide hic glo. in ver. imminere. quam no. quatenus generaliter dicit. de causis celeritatem &c.

CAP. V.

1 *Appellans ab interlocutoria vel grauamine non potest causas nominatim in appellatione non expressas prosequi.*
2 *Notorietas non releuat ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi. cuius termini intelligentiam & exempla vide latè.*
3 *Appellatio ab interlocutoria licet non possit nisi ex deductis causis iustificari, secus tamen in diffinitiua, quæ ex nouis etiam causis iustificari potest.*

1 APpellanti. † Appellās ab interlocutoria vel gra-
uamine nō potest causas nominatim
in appellatione non expressas prosequi, ēt si sint notoriæ. & no. sing. hoc vlt. & rationem gl. dum dicit rōem esse, quia notorietas nō releuat ab onere ꝓponēndi, licet releuet ab onere
2 ꝓbādi. vt dicit hic gl. in ver. aliàs. † Ex qua no. q̄ hñs cām seu exceptionem q̄tuncunque notoriam tenetur illam exprimere, si vult ex illa iuuari, licet illam sic propositam probare non tenea
tur, quia notoria non indigent probatione, hoc intelligo in eo qui est præsens in iudicio, sicut contingit in appellante: sed absens citatus, cui notoriè competit exceptio declinatoria, vel a
lia contra partem, non tenetur comparere, nec aliter proponere, si non vult: quia talis citatio tanquam temeraria non habet arctare citatum. exemplum patet in citato ad locum notoriè nō tutum, vt dixi post gl. in cle. pasto. ǯ. ti. prox. & vide quod no. Inn. in c. 2. de dila. facit. l non videtur. ff. de iudi. sed quando est præsens, & non proponit, videtur illi tacite renunciare. sed absens non comparendo videtur illam tacitè proponere. & in
3 hoc cogita. ¶† Licet appellatio ab interlocutoria non possit iustificari nisi ex causis deductis in ipsa appellatione, secus tamen est in appellatione à diffinitiua. illa enim potest iustificari ex nouis causis. vide hic glo. in ver. nec processus. quam not. fu canonista, sed text. est expressus de hoc vltimo in l. scio. ff. eo facit quod legitur & not. in c. cum Ioannes. de fi. instr. Duo requiruntur appellationem ab interlocutoria iustificandum videlicet quod grauamen præcessit appellationem. vt hic, & quod grauam fuerēit expressum in ipsa appellatione, vt hic in secundo responso. vide gl. in ver. ex nouis.

CAP. VI.

1 *Appellatio, quæ ab initio non tenuit, non conualescit, appellante & appellato simul, vel appellato tantum eam prosequente, & de ratione vide num. 2.*
2 *Appellatus post appellationis desertionem appellantis negligentia an possit prosequi vt pronuntietur male appellatum, & suam transiuisse in rem iudicatam.*
4 *Sententia nulla qua tamen fuit appellatum, non transit in rem iudicatam licet appellatio d. seruatur.*

1 SI appellation. † Appellatio, quæ à principio non tenuit, vt puta, quia interposita tertio, vel post x. dies non conualescit, licet ap
pellans, & appellatus simul prosequatur ipsam, vel ap
pellatus tantum, vide gl. hic in ver. desertam. idem si post renun
2 ciationem fiat per eos prosecutio. ¶† Quare non valet sententia lata à iudice appellationis, vtroque. s. appellāte & appellato prosequente, si appellatio erat deserta. vide gl. mag. prope med. quæ reddit rationem hanc, videlicet lapsus temporis prosecutionis fiendæ ratificat sententiam, & facit perinde ac si non fuis
set appellatum, sententia ergo postea lata, quæ reperitur à suo non iudice lata, meritò non valet. & vide circa hoc quod dixi
3 in c. quoniam. de prob. ¶† Nūquid post appellationis desertionem per negligentiā appellantis possit appellatus prosequi petendo pronunciari malè appellatum, & sententiam transiuisse in rem iudic. facit text. in ar. q̄ sic, inquantum dicit appellatum prosequi, hæc sententia nihilominus non minus censetur transiuisse in rem iud. & vide hic gl. mag. in ver. sit huius ratio. quæ hoc sentit. videtur tamen in fine dubitare, nunquid illa duo simul accumulari possint, mihi tamen plus placet, q̄ non possit, sed satis est q̄ pronuntietur super desertione & transitu in rem
4 iudicatam. ¶† Sententia nulla, à qua tamen fuit appellatum, non transiit in rem iud. licet appellatio deseratur. vide gl. fi.

CAP. VII.

1 *Appellationem locus est, si iudex exceptionem non recipit, vel ad vlteriora procedit.*
2 *Sententia super peremptoria an ita ferri possit, vt in ea exprimatur, quod obstet, & an habeat tunc vim diffinitiua.*

Universidad de Deusto Biblioteca

1 VMa repulsione. ¶† Si iudex exceptionem non recipit,vel ad
2 vlteriora procedit, videtur illam repellere ita, quòd appellationi locus est, vide glo. 2. †Ex cuius fine etiam collige, quòd sententia lata per exceptoria non est diffinitiua,sed interlocutoria, dicit tamen illa glos. in fi. q sententia lata super peremptoria,quæ obstet,habet vim diffinitiuæ. quàm no. dic tamen, quòd non est necesse sic pronunciare,cum pronunciandum sit super principali.vt in c.1.de or.cog.

LIBER TERTIVS.

¶De vita & honestate cler. Rub.

CAP. I.

1 Diœcesanorũ appellatione an veniant ordinarij,qui in loco habent iurisdictionẽ.
2 Per verba generalia constitutionis,qua præcipitur ordinariis locorum,vt in aliquo procedant contra clericos,non videtur data potestas super exemptos nisi de eis fiat specialis mentio, vide
3 Constitutio super certis criminib. pœnam inferens non habet locum super aliis delictis etiam grauioribus.
4 Tabernas carnifices,& macellarij,vnde dicantur.
5 Constitutio fundata super aliquibus qualitatibus eis vel earum altera cessante, cessat & ipsa.
6 Qui per aliam facit,per se facere videtur,etiam ad incurrendam pœnam.
7 Clerici vt priuari possint priuilegio clericali ab ordinariis, specialiter nominib. expressis sunt monendi,non generaliter.
8 Nominatim,dictio quid importet.
9 Peremptorium vnum non sufficit, quando iura ad pœnam incurrendam exigunt, vt quis tertio,seu tribus edictis moneatur.

1 DIœcesanis. ¶† Appellatiobe diœcesanorum non veniunt inferiores ordinarij, licet in loco iurisdictionem habeant, sed tantum episcopi, vide gl. 1.in fi.Aduerte, quia in contrarium videtur gl.in cle. vnica.de fo.comp.quàm ibi not.& saluando istam potest dici dupliciter.Primo quòd ista gl.procedit in habentib.ordinariam,non tamen quasi episcopalem:secus in habentib.quasi episcopalem, quo casu procedit illa gl.& facit quod no.gl.in cle.1.de reb.ec. non al. in ver.proprij.Vel sic,aut in loco sunt ordinarij inferiores epis habentes quasi episcopalem iurisdictionem in ipso loco exclusis episcopis,& habeat locum glo.contraria, quæ ita loquitur.aut habent,sed non exclusis episcopis,quia concurrunt cum eis in iurisdictionis exercitio. & procedat gl.ista quia ex quo est in loco etiam episcopus, debet verba sumere in suo proprio & potiori significatu.& hæc plus placet. Nec obstat ratio huius glo. quòd hoc sit ius nouum.nam & tex.in d.cle. vnic.de fo. comp. ponit ius nouum,& est priuilegiatum quod plus est etiam in alterius præiudicium. Item tenendo contrarium remanerent in loco illo excessus incorrecti,quod non est dicendum,cum pu-
2 blicæ vtilitatis sit,&c.de sent.exc.c.vt famæ.& hæc not. ¶† Per verba generalia constitutionis, qua præcipitur ordinariis locorum,vt in aliquo procedant contra clericos, non videtur data potestas super exemptos nisi de eis fiat specialis mentio, vide
3 gl.in ver.clericos. ¶† Constitutio emanans super certis criminibus pœnam pro illis inferens,non habet locum cum aliis delictis etiam grauiorib. vide gl.super ver.macellariorum.& potest esse ratio, quia constitutio comprehendit qnandoque certa delicta, quia homines sunt promptiores ad illa committenda.3 3.q.2.c.admonere.& c.lator.& l. aut facta.in fine. ff.de pœ.
4 ¶† Vnde dr taberna,vñ carnifices & vñ macellarij, vide gl.hic in ver.tabernariorum.& verb.macellariorum.& ver.carnificũ.
5 ¶† Vbicunque qstitutio fundatur super aliquib. qualitatib.eis vel earum altera cessante,cessat constitutio.Glo. hic in ver.publice & personaliter. præsupposito etiam quòd illis cessantib. non cessat prorsus peccatum: constitutio tñ illa cessat. ¶ Constitutio puniens facientem certum quid personaliter non habet locum in eo qui per alium facit,licet in faciente per alium non cesset peccatum.vide gl.hic no.in ver. publice & perſona-
6 liter.Ex †qua collige,quòd qui per alium facit per se facere videtur etiam ad incurrendam pœnam,vt in c.mulieres. de sent. exc. hoc verum nisi cõstitutio requirat quòd personaliter fiat. ¶No.quod ad incurrendam pœnam huius constitutionis non sufficit quod admonitio fiat in genere, sed oportet quod specifice nominibus delinquentium expressis fiat monitio de qua
7 hic,vide gl.in ver.nominatim.†Ex qua primo collige arg.opt. quod cum ordinarius intendit procedere contra clericos incedentes sine habitu, vel cum armis, ad priuationem priuilegij clericalis nisi desistant,non debet clericos monere generaliter
8 sed specialiter ipsorum nominib. expressis.& tene menti.†Secundo not.quid importat verbum,nominatim, & vide per In.
9 in c.in Lateranensi. de præb. ¶†Vbicunque ad pœnam incurrendam iura exigunt, vt aliquis tertio seu tribus edictis moneatur,nõ sufficit vnum peremptorium.vide hic gl.not. super ver. tertio. & sic est casus,in quo vnum peremptorium nõ æquiualet tribus edictis,& vide quod not.in ca. ex tuæ.de cle.non resid.vbi dixi latius.

CAP. II.

1 Clericorum appellatione veniunt clerici primæ tonsuræ tantum, quamuis materia sit pœnalis,
2 Vestes rubeæ & virides licet clericis sint prohibitæ, in eis tamen non habet locum pœna in aliis vestibus expressa.
3 Indefinita æquipollet vniuersalibus,etiam in pœnalibus.
4 Pœna vbi imponitur eo ipso,neque monitio, neque sententia,est necessaria ad illam pœnam incurrendam.
5 Suspensus à fuorum beneficiorum fructibus,si eos percipiat,non incurrit irregularitatem,neque beneficiis priuatur.
6 Fructus,à quibus clericus est suspensus cui accrescant.
7 Inhabilitationis ad beneficia pœnam potest imponere episcopus aut legatus tam clerico quàm laico,in perpetuum,& ad tempus.
8 Clericus in minoribus, secularibus vestibus & sine tonsura incedens,etiam monitus,non incurrit priuationem priuilegij clericalis.
9 Tonsura,clerica,& corona,qualiter sint diuersi,quid significent,& quib.dentur.
10 Religiosus habitũ sub habitu clericorũ secularium portans an incurrat apostasiam.
11 Infula,& pilleus,quid significent.
12 Ora,& hora quid designent.
13 Talaris,vestis clericalis,qualis esse debeat.
14 Monachus quando & quam eleemosynam facere potest,& quando non.
15 Pœna in constitutione apposita,an intelligatur repetita in fine,qui alteri constitutioni additur.

1 VOniam. ¶† Appellatione clericorum veniũt
2 clerici etiam primæ tonsuræ tãtum quamquam materia sit pœnalis.vide hic gl. in ver. clericus.¶† Licet vestes rubeæ & virides sint clerici prohibitæ, in eis tamen non habet locum ista constitutio,sed in
3 vestibus hic expressis tantum.vide gl.in ver.partita.in fi.¶† Indefinita æquipolet vniuersali, etiam in pœnalibus. & eadem ratio est in omnibus in genere comprehensis.vide glo. iuncto
4 tex.in verbo, beneficiorum ¶† Vbi pœna imponitur eo ipso, non est necessaria monitio, neque sententia ad pœnam illam
5 incurrendam,vide gl.in verb. eo ipso.¶† Si suspensus à beneficiorum suorum fructibus,suspensionem non seruat fructus recipiendo , non per hoc incurrit priuationem bñficiorum suorum,aut irregularitatem,fructus tamen sic perceptos restituere tenetur,vide gl. in ver. suspensus. †Cui autem sint tales fru-
6 ctus restituendi, seu cui accrescant tempore suspensionis bene
7 ficiati,dic vt in ead.gl.quam no.& tene menti.¶† Ex causa potest episcopus aut legatus imponere pœnam inhabilitationis ad beneficiatam clerico qàm laico in perpetuum , & ad tem-
8 pus.vide gl.in ver.inhabilis.quam no. ¶† Constitutus in minoribus secularibus vestibus vtens sine tonsura, non incurrit hanc priuationis pœnam priuilegij clericalis , licet præcesserit contra cum monitio.vide hic tex.iuncta gl.in ver. & tonsuram. Ego fateor quòd contra talem in minoribus constitutum non est huic constitutioni locus , sed an episcopus possit ex suo offi cio contra talem procedere ad reassumptionem habitus sub pœna perditionis priuilegii clericalis : vide text. cum ibi no.in
9 c.contingit.2.de sen.exc.¶† De tonsura,clerica & corona,qua liter sint diuersa,& quid significent,vide bo.gl.in ver.& tonsuram. post princ. Et in ea.gl. habes , quòd conuersi non portant clericam ex parte superiori, sed tonsuram sic ex parte inferiori vsque ad aures.Item quod monachi debent portare maiorem
10 clericam quàm clerici seculares. †De religioso portante habitum sub habitu clericorum secularium, an incurrat apostasiam, vide gl.in ver.extrinseci.vide tu plenius per Io.de Lig.in c.Deus
11 qui.c.ti.vbi dixi. ¶† Pro significato infulæ & pilei , vide hic gl.
12 super ver.infulã. ¶ † Ora sine spiratione designat finem vel extremitatem rerum præcipue regionum vestium.cum aspiratione vero designat tempus vt hora tertiæ. vide glo. in ver. oram.
13 ¶† Vestis superior clericorum debet esse talaris.i.vsque ad talos longa. vide gl.in ver. videatur quam not. in eo quòd dicit superior,non ergo debet esse ita breuis,vt vestis inferior videa-
14 tur. vt hic. ¶ † Monachus administratione carens, eleemosynam facere non potest, nisi sit in studio , vel peregrinatione de licentia abbatis. tunc.n. moderatam eleemosynam facere potest.vide hic bo.gl.in verb.conuertendũ.& quod no.gl.12.q.1.
15 nõ dicatis.†Pœna in aliqua qstõe apposita nõ intellr repetita in fine q additur ad pstõem præcedentẽ, et si eodem tpe fiat adiectio.vide gl.fin.hic in ver.sanctioni. sed in ꝓrium all.tibi gl.Ber. in c.de multa.in fi.de præb.i ver.in eadem.& vide qd ibi scripsi.

CAP

¶De præben.& dignit. Rub.

CAP. I.

1 Prouisio facta de beneficio vel dignitate motu proprio valet,licet de cura illi annexa non fiat mentio.
2 Motus proprius non firmat contra intentionem scribentis,nec supplet qualitates intrinsecas beneficij.
3 Gratia facta de beneficio,de cura non habita mentione,nõ extenditur ad curatum, licet in fine addatur illa clausula,Quòd animarum cura si illi imminet,nullatenus negligatur.
4 Gratia impetrãs ad beneficium curatum,vel non,an teneatur,& quibus casibus, facere mentionem nedum de beneficio,quod obtinet,sed etiam de cura illius.
5 Gratiam impetrans an teneatur facere mentionem de qualitatibis beneficij habiti de cura,ordine illi annexo & quantitate reddituum.
6 Gratiæ necessariæ si non in eius confectione,sed in executione ipsius ad conseruationẽ indemnitatis beneficij ponatur,per talẽ expressionẽ non validatur gratia.
7 Dispositio loquens de dignitatibus habet locum etiam in beneficiis.
8 Generale verbum adiectum alicui speciei,licet illam speciem ampliet,aliam tamen speciem non includit.
9 Si mandetur prouideri alicui de dignitate vacante,vel vacatura,an veniat dignitas,cui prouidetur per electionem.
10 Prouideri alicui de aliqua dignitate si mandatur in ecclesia,vbi vnica tantum & principalis dignitas est,an illa debeatur.
11 Prouideri alicui de aliquo beneficio si in ecclesia mandatur,vbi vnum tantum sit, de illo prouideri non potest,& quare.

1 SI per dignitatem. ¶† Valet prouisio facta de dignitate,vel beneficio motu proprio,licet de cura illi annexa nulla fiat mentio.vide gl.in ista cle.in ver.mandatum.iuncto tex.in ver.illi vel alteri.Sed aduerte tu diligenter,quia tex.quẽ allegat gl.hic, nõ probat.nam clementi.si romanus.loquitur cum non fit mẽtio de cura beneficij prius habiti,nõ autem loquitur de beneficio nunc motu proprio concesso.nam de cura beneficij cõcessi vr, quòd omnino sit habenda mentio,quia non est de intentione papæ prouidere de beneficio curato , nisi de cura fiat specialis
2 mentio,vt probatur in c.cum in illis.de præb.lib.6.†Motus autem proprius non firmat ꝓtra intentionem scribentis, nec supplet qualitates intrinsecas beneficij,de quouide omnino in c.si motu proprio.co.tit.li.6.vbi Io.An.si bene recolo, videtur sentire contrarium eius,quod hic sensit in gl.ista.¶† Gratia facta de beneficio,de cura mehtione non habita , non extenditur ad curatum , licet in fine addatur illa clausula , q animarum cura si illi imminet nullatenus negligatur,vide hic gl.in ver.dispensantes.& per hoc declarat istum tex.procedere etiam in casu,in quo non fit dispensatio super pluribus retinendis,sed simpliciter fit gratia de beneficio obtinendo quod no.& pro hoc facit ratio posita in fine huius clementi.quæ pariter militat in vtro-
4 que casu.† An impetrans gratiam ad beneficium curatum, vel non,teneatur facere mentionem nedũ de beneficio , quod obtinet,sed etiam de cura illi annexa.Et aduerte ad vnũ casum indubitabilem.habenda est enim mentio curæ beneficij quod nouiter impetratur, quia papa nõ intendit prouidere de beneficio curato nisi de cura illi annexa mentionem faciat,vt in ca.
5 cum in illis.eo.tit.li.6.†Sed dubium est,an de qualitatibus beneficij habiti sit faciẽda mentio,vt de cura.ordine illi annexo,
6 & quantitate reddituũ †& profecto iste tex.in j.responso multum strictè facit,vt de cura sit facienda mentio.glo.hic in verb. vel alteri. multum latè hoc disputat ponendo tres lecturas ad istum tex.¶ Prima est quod de illis mentionem facere nõ tenetur,& hanc firmat in fine.& nota hoc singulariter , & ad istum tex.respondet,quod non valet dispensatio , vt vtrunque possit retinere:sed si vult dimittere primum,& tenere secundum potest,& fortius hoc procedit secundum gl.quando nullã dispensationem impetrauit , sed solum impetrauit beneficium curatum,faciens mentionem de beneficio,quod obtinebat,non tamen de cura illi annexa.¶ Secũda lectura est,vt hoc nouum inducat hæc cle.vt etiam qualitas curæ beneficij imminẽs, quod habet impetrans,exprimenda sit in impetratione. ¶ Tertia lectura,quod aut quis simpliciter impetrat beneficium,& nõ tenetur facere de cura beneficij habiti mentionem:aut impetrat etiam dispensationem , vt primum possit cum secundo impetrato obtinere,& tunc mixtura dispensationis & gratiæ prouisionis in eadem litera concessarumvitiet vtranque.hoc tamen non placet gl.per regulam,vtile per inutile.de reg.iur.lib.6.ego alle.tex.singularem in ca.si eo tempore.de rescr.li.6.vbi probatur , quod si in eadem litera continetur duplex gratia in quarũ altera fit commissa surreptio , non vitiatur vtraque gratia per hanc mixturam,sed tantũ illa surreptitia.& nota singulare hoc dictum gl.Et circa principale dictum vide quod plenè scripsi in cap.ad aures.de rescrip.vbi plenè scripsi,an,& quando sit fienda mentio de qualitatib.beneficiorum habitorum & obtinendorum:& multum facit ille tex.vt etiam illo iure debeat impetra
6 tor exprimere nomẽ dignitatis.¶† Si necessaria ad vtilitatem gratiæ non ponantur in confectione ipsius gratiæ,sed in executione ipsius ad conseruationem indemnitatis beneficij, per talem expressionem non validatur gratia,licet ponantur illa verba in litera gratiæ.vide hic tex.quem nescio alibi in primo responso,in fi.& clarius in secundo responso,in fi.iuncta gl.in ver. cura.¶ Dispositio huius clementi.loquẽtis de dignitatibus,habet locum etiam in beneficiis , quibus prouidetur per electionem:& idem quo ad ca.cum in illis.de præb.lib.6. est dicendũ.
7 vide gl.in ver.De dignitate.¶† Verbum generale adiectum alicui speciei licet illam speciem ampliet , aliam tamen speciem nõ includit,maximè in materia restringibili : exemplum patet hic in tex.in ver.quamuis dispositionem.nã istud verbum , dispositio, nõ includit electionẽ, licet sit ei adiectũ istud verbum
8 generale.quamuis,&c.& vide hic gl.in ver.quamuis.¶† Et no. ex eadem glo.q regulariter in iure indefinita æquippollet vniuersali.¶† An si mandetur prouideri simpliciter de dignitate vacãte vel vacatura,veniat dignitas,cui prouidetur per electionem,vide gl.præal.in ver.quamuis.quæ videtur dubitare,inclinat tamen in partem affirmatiuam,quam nõ.& pro ea facit ca.
10 odilectus.de offi.le.¶† An si mandatur alicui prouideri de dignitate in aliqua ecclesia , & ibidem non est nisi vna & principalis dignitas,vtrum illa debeatur.vide hic gl.no.in ver.incerta.quæ arguit,& ponit opiniones contrarias,& videtur in fine inclina-
11 re in partem negatiuam.apertè tamen non firmat.¶† Si mandatur alicui prouideri de aliquo beneficio in ecclesia, & ibi nõ sit nisi vnicum,de illo prouideri nõ poterit,quia illud relatiuũ aliquo,supponit diuersitatem beneficiorum& sic nõ potest verificari in loco,vbi est tãtum vnicum beneficium.vide hic bonam gl.in ver.incerta.quã no.quia facit ad multa in ratione sui.

CAP. II.

1 Hospitalia non veniunt in prouisione clericorũ per literas beneficiales.& nu.6.
2 Motus proprius non ampliat gratiam,& vim verborum.
3 Motus proprij efficacia,quanta sit.vide remissiue.
4 Monasteria habent officia hospitaliorum,quæ tamen non veniunt sub literis beneficialibus.
5 Ecclesiæ,decimæ,& alia iura spiritualia quibus hospitalibus,& quomodo accedere possint.
7 Legatus etiam de latere non confert hospitale in titulum,etiam si habet ecclesiam annexam,nec confert ecclesiam ad præsentationem laici patroni pertinentem.
8 Papa confert hospitale,& ecclesiam spectantem ad præsentationem laici patroni, si de hoc in eius literis fiat mentio,cum omnes aliæ probationes non sufficiant.

1 PEr literas. ¶† Sicut nõ veniunt hospitalia in literis directis super ꝓuisione clericorum,ita nec in literis confectis super reseruatione fructuum beneficiorum.vide hic tex.iuncta gl.in ver.super prouisione.& rationem literæ,& huius gl.vide hic per glo. in ver.eleemosynariis.quia scilicet cum loca ista sint deputata ad certum vsum,ad alium vsum sine licentia papæ conuerti nõ debent , infra de relig.dom.cle.2.non ergo veniunt sub literis beneficialibus.Et idem dic de fabricis eadem ratione,secundũ
2 gl.proxime allegatam in fine sui.¶† Motus proprius non ampliat gratiam,vel vim verborum,licet excludat surreptionem eius pro quo scribitur,vide gl.no.hic in ver.directas.per quam rationem gl.hic concludit,tex.istum habere locum,& si motu
3 proprio literæ emanassent , quod bene not.† & vide quod de efficacia motus proprij no.Io.An.in ca.si motu proprio. eo.tit.
4 li.6.& quod dicam infra eo.c.si Romanus.¶† Multa monasteria habent officia hospitaliorum,vt eleemosynarij,&c. quæ non veniunt sub literis beneficiorum. vide glo. in verb.eleemosynariis.†Ecclesiæ decimæ,& alia iura spiritualia , possunt
5 accedere hospitalibus religiosis,id est auctoritate episcopi ædificatis , ita quòd venient iure accessorij & ipsa hospitalia sunt principalia:& tales ecclesiæ non debent in titulum cõferri,sed sequuntur naturam hospitalium. secus autem si hospitalia ipsis ecclesiis accederent,quia tunc ecclesiæ sunt principales , & disponuntur,sicut aliæ ecclesiæ , & hospitalia veniunt iure accessorij.Si vero hospitale & ecclesia sunt annexa ita,quòd neutrum est principale,habet adhuc locum ista clem.vt talis ecclesia non comprehendatur in literis beneficiorum. Idem si nescitur quid sit principale,quia impetrans debet fundare intentionem suam:vide de omnibus istis text.hic iuncta glo.not.in
6 verb.ecclesias.quam not.¶† Verbum decernimus inducit ius ouum. vide hic gl.in ver.decernimus.etiam in casib.in quibus hospitalia possunt in titulum conferri de quibus in clem.2. de relig.dom.in ver.nisi in fundatione non veniunt in literis beneficiorum nisi de hospitalibus fiat specialis mentio,vide hic bo.

glo.

gio.in ver.prouideri.¶†Legatus etiam de latere non confert hospitale in titulum,etiam si habet ecclesiam annexam, nec etiam conferre potest ecclesiam spectatem ad præsentationem laici patroni:papa autem vtrunque conferre potest dum tamē hoc exprimat.vide hic tex.in fi.iuncta gl.in ver.apostolicis.quā bene no.Et aduerte,quia non sufficit mentio generalis,vt puta de quibuscunque beneficiis,dignitatibus,officiis, &c. vide hic gl.fi.Nec sufficit probare intentionem papæ,cp voluit de talibus hospitalibus prouidere,per testes, vel aliam probationem: sed oportet,cp in literis apostolicis de hoc fiat mētio, vide hic tex. iuncta gl.in ver.literis.quæ colligit in hoc casum specialem, in quo approbandum intentionem papæ etiam in gratia facta requiritur litera apostolica non autem sufficiunt testimonia.sed tu vide,qa ex stylo curiæ nō potest fieri probatio per testes,sed tantum per literas.vt plenè not.per Arch.& Io.An. in procem. 6.vide quod plenius dixi in cle.& si principalis.de rescriptis.

CAP. III.

1 *Beneficia plura quo casu per receptionem alterius vacent.*
2 *Dispensatio super duobus beneficiis specifice nominatis,non extenditur ad aliud comprehensorum alteri simile,secus si dispensatio generaliter fit.*
3 *Beneficium curatum non vacat per adeptionem secundi simplicis cui ecclesia curata annexa est.*

18 de quo dic,vt plenius habetur in gl.¶††Etiam priuilegiati contra decre.primam.de priui.li.6.subiiciuntur loci ordinario quo ad quatuor casus hic contentos vide gl. in verb. Priuilegio. & optimè probat tex.in ver.nullo &c.¶Quòd etiam verba generalia & derogatoria sufficiūt ad derogationem priuilegiorum, vide tex.hic iuncta gl.fi.quā nota,& vide alium tex.in cle. proxi.in ver.nos etenim. vbi bonus tex.posset tamen priuilegium habere taliaverba derogatoria,vt opus foret in derogatione facere maiorem expressionem, de quo vide quod scripsi in c. cū instantia.de censi.&per Federic.in opere consiliorum suorum.

CAP II.

1 *Concilia generalia fieri quare non expediat priuilegiatis & exemptis.*
2 *Cathedra,solium,tribunal,& sedes,quid significent.*
3 *Alueus quid significet.*
4 *Torrens,& flumen,quid sint,& quomodo differant.*
5 *Grauius quod est,debet prius expediri.*
6 *Vepres quid designent.*
7 *Anfractus quid sint.*
8 *Antistites qui sint,& vnde dicantur.*
9 *Zizania quid sit.*
10 *Periculum vnde dicatur.*
11 *Prælati qui sint.*
13 *Prælatorum appellatione non comprehenduntur rectores ecclesiarum,siue curati.*
13 *Vicarius debet gaudere prærogatiua illius,cuius vices gerit.*
14 *Studium generale constituitur ex priuilegio,vel consuetudine tanti temporis,cuius non sit memoria.*
15 *Prædicandi facultas non competit fratribus de iure communi,sed prælatis,& curatis solum.*
16 *Vicarij perpetui vel temporales ab episcopo dati possunt fratribus dare licentiam prædicandi in ecclesiis,in quibus sunt vicarij.*
17 *Priores conuentuales prædicatorum, & guardiani minorum non habent optionem pro eligendis confessoribus,sed ad prælatos eorum maiores hoc pertinet.*
18 *Confessionem sacerdos prius audire debet,secundo pœnitentiam imponere, tertio absolutionem facere,qui ordo an sit de substantia,nu.20.*
19 *Sacerdos ante peractam pœnitentiam potest celebrare cum proposito peragendi.*
21 *Sacerdotes deputando ad audiendas confessiones debēt sex habere qualitates,alias à prælatis admitti non debent.*
22 *Prælatus, vt de negligentia,aut militia conuincatur,non sufficit vnica monitio.*
23 *Præsentatio personarum vbicunque requiritur, debet fieri corporaliter, nec aliter sufficit.*
24 *Prædicare,& confessiones audire,licet sint de cura animarum,non propter hoc dicuntur isti fratres curati, & qui veri sint.*
25 *Non electus ad officium,si confessiones audiuerit, confessus est absolutus quo ad Deum.*
26 *Confessor electus ad certam diœcesam,ipse extra locum,vel alienæ diœcesis veniēs audire non potest.*
27 *Fratrum confessiones audire volentium numerus qualiter taxari debeat.*
28 *Licentiam fratribus super confessionibus audiendis concessam non potest episcopus sine causa reuocare.*
29 *Episcopus potest ex causa fratres sibi præsentatos pro confessionibus audiendis refutare,cum scilicet non habeant qualitates requisitas.*
30 *Religiosi an valeant fratribus ad confessiones laicorum deputatis sua confiteri peccata.*
31 *Fratribus ad confessionem laicorum deputatis an clerici vel laici confiteri possint sine parochi licentia.*
32 *Libere,ista dictio importat,vt non exigatur alterius licentia.*
33 *Confessus fratribus ad confessiones deputatis,an teneatur proprio sacerdoti confiteri?*
34 *Fratres ad confessiones deputati an possit in casibus episcopo reseruatis absoluere confitentes.*
35 *Episcopi an possint sibi reseruare alios casus præter expressos in hac cle.*
36 *Episcopi & alij superiores possunt ex speciali gratia concedere aliis absolutionem casuum sibi à iure,vel ab homine reseruatorum.*
37 *Ecclesiæ populum non habentes,non habent de iure communi sepulturam.*
38 *Quarta parocho debita,ex quib.relictis,& à quibus sibi debeatur.& nu. 41.*
39 *Quarta non debetur ex collatis per executorem ad aliquos vsus priuilegiatos ac si ipse testator reliquisset.*
40 *Funeralia quæ dicantur.*
42 *Quarta debetur,si testator legatum soluit in vita.*
43 *Quarta debetur,licet testator petat sepeliri in ecclesia fratrum cum eorū habitu.*
44 *Quarta an debeatur de relictis singularibus fratribus ad ipsorū commoditatem.*
45 *Prædicatores & minores ad quartam relictorum per illos, qui apud eos sepulti non sunt,minime debetur.*
46 *Parochi possunt quartam relictorum fratribus vendicare,& inhibere hæredibus, ne soluant.*
47 *Quarta ecclesiæ parochiali adeo integra debetur, vt propter obuentiones, quas habuit parochus ipse,non possit minui.*
48 *Priuilegium siue gratia apostolica valet,de qua constat, licet scriptura super ea non fuerit confecta.*
49 *Lex noua non extenditur ad causam perdentem,vel deficam, etiam si ad præterita refertur.*

1 DVdum.¶†Quod ñ expedit priuilegiatis,& exēptis fieri cōcilia generalia; quia sæpe per illa derogatur eorum priuilegiis vide hic gl.in verb. in
2 dante.quæ etiam colligit multas cle.inquibus fuit in conciliis derogatum priuilegiis.¶†Cathedra est nomē græcum,& de significatu ipsius.ac etiā de solio,& tribunali, & sede,vide hic gl.
3 in ver.cathedram.¶†Alueus dicitur ventre fluuiorem,& ponitur hic pro curia Romana. Item dicitur vas factum admodum
4 aluei fluuij,vide hic tex.iuncta gl.in ver. alueum. ¶†Torrens dicitur fluuius,vel aqua veniēs cum impetu,&c.vide gl. in ver. torrēs.vide tex. in l.j.in prin.ff.de flumi.publi.vbi dicitur,quod fluminum quædam sunt perennia,quædam torrentia, perenne est quod semper fluit,torrens quod hyeme non semper.Et subiicit ibi tex. quod si flumen perenne aliqua æstate exaruit, non ideo minus perēne est. Et ita per contrarium dicendum est in
5 torrente,vt ibi dicit gl.& hæc vltima no. ¶††Habens ad multa intendere,ad id,quod grauius est debet manum apponere.vide
6 hic tex.iuncta gl.in verb.instantius. ¶††Vepres dicuntur spine,
7 que lacerant carnes & vestes.vide hic gl.in ver.vepribus.¶††An fractus dicuntur viæ plenę diuerticulis circunfluctionibus & ruinis;sic dicti quia vndique frangunt.vide hic glo.in verb. An-
8 fractibus.¶††Antistites solent dici episcopi, quasi ante alios stātes,vide hic gl.in verbo Antistites. Abstine te à lite, & minues peccata. Ecclesiasti.28.c.& vide hic gl.in verbo, Actibus.& pulchrum text.hic contra dissensiones, & scandala,in ver.Scimus, etiam contra quærentes vindictam,& linguam dolosam, vide
9 plene & pulchre in dicto cap.28. Ecclesiastici. ¶†De zizania vide gl.hic in verbo, Zizaniæ, est enim herba peruersa, scilicet lolium, & quandoque ponitur pro sorde omnium segetum.
10 ¶††Periculum dicitur à pereo peris.vide gl. in verbo,Periculis.
11 ¶††Prælati appellantur, habentes iurisdictionem, siue de iure communi,siue ex consuetudine. vide hic gl.in ver.prælati. iun-
12 cto tex.& glo.in verbo superior. ¶††Appellatione prælatorum non comprehenduntur rectores ecclesiarum siue curati. vide hic tex.iuncta gl.in verbo,prælati quod est verum stricte, secus largo sumpto vocabulo,vide tex.in cap.tua. de cleri. ægrotan.
13 ¶††Vicarius exercens vices sui superioris debet gaudere prærogatiua ipsius superioris,vide hic tex.iuncta glo.in verbo, præ-
14 lati.in fine,quam nota,sed vide hic per docto. ¶††Studium generale constituitur ex priuilegio, vel consuetudine tanti temporis,de cuius initio non est memoria;vide hic gloss.notabi.in
15 ver. generalibus.& tene eam menti. ¶†† De iure communi fra

tribus

tribus non competit facultas prædicandi, sed solum prælatis, & curatis, istis autem fratrib. datur hic ista potestas ex speciali priuilegio. & in certis locis, ideo quilibet locus est eis interdictus, qui non reperitur eis permissus. vide hic bonam gl. in ver. eccle
16 siis. in fi. ¶†Vicarij perpetui, vel temporales dati ab episcopo in casu licito possunt dare licentiam fratrib. prędicandi in eccle siis, in quib. sunt vicarij: vide hic gl. in ver. facerdotib. Ex qua etiã no. ꝙ cura spectat ad vicarios. Item ꝙ in pertinentib. ad curam, id possunt isti vicarij, quod ipsi principales rectores. ¶ Quanquã fratres isti mendicantes non habeant loca in certa diœcesi, possunt tamen ad illam deputare certos fratres pro audiendis ibidem confessionib. seruando tamẽ quod hic dicitur in tex. vide
17 hic tex. iuncta gl. in ver. non habentur. No. †ex tex. in §. statuimus. iuncta gl. in ver. Custodies. ꝙ priores conuentu tales prædicatorum, & guardiam minorum non possunt etiam optionem facere apud prelatos pro fratrib. eligendis, vt liceat eis confessiones audire, &c. sed hoc pertinet ad prælatos eorum maiores, de quib. in prælega. §. statuimus. & no. illum text. pro diuersita te nominum, prelatorum inter prædicatores, & minores. Item aduerte, ꝙ licet vicarij priorum prouincialiũ, & custodes possint se conferre ad præsentiam prælatorum pro obtinenda licentia pro fratribus eligendis, non tamen possunt ipsi fratres ipsos eligere, sed electio pertinet ad magistrum seu generalem prouincialem & ministros? & intelligo, ꝙ quilibet illorũ possit
18 in ordine suo. ad hoc gl. in ver. Ministri. iuncto tex. ¶†Prius dẽt sacerdos audire confessionem, secundo imponere pœnitentiã, tertio absolutionem facere? nec dẽt istum ordinem perturbare, vt sic absolutionem præcedat cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio saltem affectu. vide hic tex. iuncta gl. in ver. Audire. Ex cuius fine nota, ꝙ ante peractam pœnitentiam
19 iniunctã tñ fieri põt absolutio. †Et per q̃s infertur ꝙ instante cã põt sacerdos ante peractam pœnitentiam sibi iniunctam celebrare, dẽt tamẽ propositũ habere peragendi post celebrationem; qd vt tenere In. in c. omnis. de pœniten. & remissio. & per
20 gl. in c. de his. 50. dist. ¶†Quid autem si sacerdos non seruat ordinem in principio positum, vt puta quia absoluit ante iniunctã pœnitentiam? vid hic per doct. & tenent plerique ꝙ iste or-
21 do non sit de substantia. ¶†Nota ex §. statuimus. in ver. ac dein de. iuncta gl. in ver. probatas. sex qualitates requisitas in istis fratrib. eligẽdis, & deputandis ad confessiones audiendas, debẽt. n. esse sufficientes, idoneæ vitæ probatę discreti, modesti atque periti. Et si tales nõ sunt, possunt per prelatos non admitti, & alij debent subrogari; sed si sine cã plati nollent admittere, succedit papæ licentia, vt hic in tex. in ver. Quod si forte. & clarius per gl. in ver. Quendam. & in versic. subrogari. & no. ꝙ non requiritur in hoc per prelatũ causæ cognitio. vt hic in gl. in ver. nollẽt.
22 ¶†Quid autem si prælatus petita licentia expresse ipsam non dat, nec denegat, sed negligit, vel malitiose differt? vide hic bonam gl. in ver. recusauerit. quę ꝯcludit, ꝙ post trinam monitionem, vel requisitionem habebit locum priuilegium istud eis cõcessum. in ver. Si vero. Et nota singulariter hanc gl. ad multa similia, & maxime ad probandum, ꝙ qñ inferior habet conuincere superiorem de negligẽtia, non sufficit vnica requisitio, sed requirit tertia. all. ca. 1. de supplen. neglig. prela. quod bene facit. & nota ꝓ intellectu & extensione illius ca. secus dic. qñ pars requirit partem & fortius si superior minorem. & vide bonam gl.
23 q̃ sic debet intelligi in cle. 1. de hære. in ver. requisierint. iuncta gl. & tex. in c. si episcopus. 18. dist. †Vbicunq; requiritur personarum p̃sentatio, debet fieri corporaliter, & non per literas, seu procuratorem; q̃ p̃sens dicitur qui prębeẽ sensib. corporis; & ideo isti fratres electi pro confessionib. audiendis debent corporaliter præsentari prælatis locorum de quo vide hic tex. iuncta gl. notabili in ver. Præsentari. & tene eam menti. Ex quo infero, ꝙ ecclesię patronus debet instituendum corporaliter præsentare habenti instituere, ipse tamẽ patronus põt illum præsentare per procuratorẽ suum, vel p literas. vt est tex. no. in c. ea noscitur. de his quæ fi. à prela. & in cle. j. de excess. præl. in ver. Et iudicib. vbi etiã clare hoc vltimum probatur, quia præsentari debet instituendus, & nõ patronus. ipse enim habet præsentare, & institutionem petere, in c. vno. de iure patronatus. li. 6. &c. vlt. c.
24 ti. in antiquis. ¶†Quod licet p̃dicare, & cõfessiones audire sint de cura animarũ nõ propter hoc dicuntur isti fratres curati, seu habere animarum curam ratio qua ipsi nõ sunt adstricti ad executionẽ, vel exercitium istorũ actuũ, nec fideles sunt adstricti, vt his ad eos recurrãt. hoc singulariter voluit hic gl. in ver. impendant. Ex qua no. plura. Primò, ꝙ etiam p exercitiũ aliquorũ actuum pertinentiũ ad curam, dr quis habere curam animarũ, dũmodo iste talis ex necessitate habeat illos actus exercere, & alibi de necessitate habeant ad eũ recurrere, alias secus. facit ad illam quæstionem, an ecclesia habens solũ fontẽ ad baptizandũ dicatur habere curã animarum. de quo vide quod no. in cle. vnica, de bapti. Sc̃do no. ꝙ isti fratres non tenent p̃dicare, nec cõfessiones audire, si nolunt. Itẽ puto ad tertium hic eis cõcessum. s. quo ad sepulturã vt non teneant admittere aliquẽ ad sepulturã, cũ tex. hic eos non adstringat, sed det facultatẽ, vt ꝓbatur hic in ver. huiusmodi. & in ver. valeant. & nõ ꝙquid potestati com
25 mittit iuris necessitati subiicitur. l. non quicquid. ff. de iud. & c. ꝓsuluit. de of. deleg. & l. sępe. ff. de of. præsi. ¶†Si aliquis ex fratrib. nõ electus ad hoc officiũ confessiones audiendi, se ingerit bona fide, talis ꝓfessus absolutus est quo ad Deũ. Et idẽ in eo, qui fuit confessor electus ad certam ciuitatem, vel diœcesim extra quã ꝓsistit tpe confessionis. vide hic bonam gl. in ver. auditure.
26 & tene mẽti. †Itẽ puto ꝙ isti sic electi ad certam ciuitatẽ & diœcesim nõ valeant etiã illic ꝓsistentes absoluere hoĩes aliundeve nientes, nisi in casib. in quib. possent curati illorũ locorũ: cũ isti fratres non recipiant maiorem potestatẽ, q̃ habeant curati, vt ꝓbatur hic in ver. Prohibemus. pro hoc quia isti petunt licentiam à ꝑlatis locorũ, qui non habent in tales peregrinos regulariter potestatem, etiã respectu peccatorũ ꝓmissorum in ipsorũ diœcesi, vt est gl. singularis 16. q. 1. c. placuit. hæc tñ sanè intelligas, secundũ quod no. gl. singularis in cle. j. de priui. & p Inn. &
27 alios in c. omnis. de pœni. & remiss. ¶†Quia numerus istorum fratrũ voluentiũ audire ꝓfessiones debet taxari secundũ quantitatẽ cleri, & populi illius loci, vt hic in ver. numerus. ex quo gl. hic in ver. Exigit. notanter colligit numerum præsidẽtium deputari debere secundũ subiectorũ quantitatẽ, vbi deputari contingit. Quid si episcopus loci ꝛtendit cum fratrib. super numero, quia episcopus dicit sufficere minorem numerum, glo s. hic præall. in verb. exigat. concludit episcopum debere recipere numerũ, de quo sibi videt. de reliquis dicit recurrendũ ad arbitriũ boni viri. i. iudicis. arg. in l. ꝛtinuus. ff. de ver. obl. sed gl. nõ declarat, quis erit iste iudex. Ego puto ꝙ poterunt fratres adire metropolitanum qui est iudex ipsius episcopi. argu. bonum in ca. nullus. cũ ibi no. de iure patro. vel ꝛmuni consensu poterunt eligere arbitros. arg. xj. q. 1. c. si clericus. Et nota diligẽter quod supra dixi de vniuersitate clerici, & populi. vt secundum ipsorũ paucitatẽ vel multitudinẽ fratres ꝛstituantur. ex hoc enim tex. infert manifeste, qd etiam clerici possunt isti fratrib. cõfiteri,
28 qd not. ¶†Quod licentiam concessam istis fratrib. super cõfessionib. audiendis non potest episcopus sine causa reuocare. vi-
29 de gl. super ver. concessit. ¶†Quod episcopus põt ex cã omnes fratres sibi p̃sentatos ꝓ ꝓfessionib. audiẽdis refutare, puta quia omnes præsentat sunt indigni non habentes qualitates hic requisitas, de quib. supra. hoc voluit gl. hic in ver. Quam quam. Et ex ratione gl. no. ꝙ dictio quisquã, tanquam indemnita equipolet vniuersali. vide ad materiam qd no. Bar. in l. hoc articulo. ff.
30 de hære. inst. ¶†An religiosi valeant istis fratrib. sic deputatis cõfiteri peccata sua, vide hic gl. no. in ver. volentũ, q̃ sub dubio forte dicit, ꝙ tales hic non includunt, qui secundũ suorum ordinum statuta suis prelatis confiteri debent. aliqui doc. hic tenent ꝯrium, ideo videas hic no. alij dicunt, tutius esse, vt confiteantur istis cum licentia suorum ꝑlatorum. Ego credo, ꝙ illi, qui nõ possunt ꝓfiteri, sacerdotib. curatis, nec istis poterunt cõfiteri cũ isti fratres non habeant maiorem potestatem. q̃ habeãt curati, vt hic in ver. per huiusmodi. de clericis autem secularib.
31 clarum est, quia istis poterunt confiteri, vt supra dixi, & probatur hoc in ver. numerus. ¶†An istis fratribus sic electis, & deputatis possint clerici, vel laici confiteri sine suorum sacerdotum parochialium licentia. gl. notabiliter hic in ver. libere. colligit,
32 quod sic, per verbum istud, libere. †Ex quo not. quod istud verbum, libere. importat, vt non exigatur alterius licentia, vt not. in c. de multa. de præbend. & in c. licet episcopus. eodem ti. li. 6. aliqui hic contra. satis mihi placet dictum gl. cum isti fratres in hoc equiparentur curatis, vt in prealleg. verbo, Per huiusmodi.
33 ¶†Nunquid confessus istis fratribus deputatis ad actum confessionis teneatur etiam proprio sacerdoti confiteri? gl. hic in verbo, Impartiri. concludit, quòd non, & no. gl. quæ satis mihi
34 placet, & eam sequitur Pau. ¶†An in casibus episcopo reseruatis, de quibus no. in c. si episcopus. de pœn. & remiss. lib. 6. & plenius per Host. in summa, eodem tit. §. cui confitendum. possint isti fratres absoluere sibi confitens vide hic gl. in verb. concessa quæ concludit, quòd non, per istum tex. in præal. ver. per huiusmodi. quia non habent ptãtem, maiorẽ q̃ habeant curati. †Sed
35 eadem gl. refricat in dubium, an possit eps de nouo. f. post hanc cle. reseruare sibi aliquos casus, in quibus non possint illi fratres absoluere? & vt tandẽ concludere, ꝙ sic; quia decurtando potestatem curatorum sibi subiectorum, per q̃s decurtat istorum potestas, q̃ commensuratur ad illam; & vide tu oĩno ad mãm qd no. maxime p Bal. in l. oĩa priuilegia. C. de epis. & cle. & te-
36 ne menti istã gl. ad sil'es qõnes in rõne sui. ¶†Pnt episcopi & superiores

periores concedere istis fratrib. ex speciali gratia, casus sibi reseruatos à iure, vel ab homine, hoc voluit text. in verb. nisi forsan.
37 & clarius gl. in ver. prælati. ¶†Ecclesiæ populum non habentes non hnt de iure cõi sepulturam: vnde isti fratres hoc hnt ex
38 priuilegio spãli, vide hic gl. in ver. sepulturã. quam no. ¶†Quarta debetur rectori parochiæ non solum de his, quæ directè relinquuntur fratrib. à parochiano alterius in ipsorum ecclesiam sepulto, sed etiam si detur eis aliquid ab executore dato seu deputato ad certam summam suo arbitrio distribuendam, vel si sibi aliquid fuit legatum distribuẽdum, & ipse distribuit in eosdem fratres. hoc voluit hic gl. in ver. obuentionib. & no. suam rationem. tu etiam videas bo. tex. cum ibi not. in l. vnum ex familia. ff. de le. 2. vbi patet ꝙ illud ꝙ fit ab executore, factum vr
39 ab ipso defuncto, qui illum deputauit. †Et ex hoc & ex ratione glo. collige ꝙ ex collatis per executorem sic generaliter deputatum ad aliquos vsus priuilegiatos non debetur quarta, ac si ipse testator reliquisset, de quib. in c. fi. de testa. illud c. fi. non hẽt locũ quo ad istos fratres, vt ỹ. patebit. Idem dicit præal. gl. ꝙ in primò casu, si testator mandat executori, vt ipse det, seu a-
40 liquid permittat ipsis fratrib. ¶†Illa dñr funeralia, quæ cum funere deferuntur, vide hic gl. in ver. funeralib. Idem dic fm doct. hic, quo ad effectum, vt debeatur quarta de his, quæ occasione funeris obueniunt per istum tex. in ver. verum. qui generaliter
41 loquitur. ¶†De candelis quæ dantur ipsis fratrib. ad manus, & de relictis pro missis dicendis, debetur quarta presbytero parochiali, vide gl. in ver. funeralib. post principium. ¶ Constitutio ista est veteris iuris correctoria, cũ debeatur quarta vigore eius ẽt de relictis priuilegiatis, ỹ. c. fi. de testa. ideo est restringenda, & ad alios quam prædicatores & minores non extendenda. vi-
42 de hic gl. in ver. de iure. ¶†Si testator legatum soluit in vita, ni hilominus debetur quarta, vide hic gl. in ver. datis. & satis hoc
43 probat tex. in ver. necnon. ¶†Quamquam testator petat sepeliri in ecclesia fratrum cum ipsorum habitu nihilominus debetur quarta. Idem si trãsiret in egritudine ꝛstitutus, de qua decederet. vide gl. in ver. decesserit. †An ex relicto facto singularib.
44 fratrib. seu eis dato in infirmitate, de qua decessit testator, debeatur, quarta ecclesiæ parochiali? & intellige, vt sit dubium, de relicto facto singularib. fratrib. ad ipsorum commoditates, puta emptiones librorum, vel vestium. vide hic gl. not. in verb. indirecte. quæ concludit, ꝙ sic: quia in effectu acquiritur conuentui, sicut per monachum monasterio: & no. bene rationem gl. & maior ad hoc est dubitatio, quando relictum fieret à consanguineis ipsorum fratrum, maximè parentib. de qua q. vide hic satis latè per Io. de Lign. & per Old. in suis all. & Fed. de Sen. in suis cons. & satisfacit tex. iste pro opi. gl. quam vr sequi Ioan.
45 de Lig. & Fed. licet Old. ỹ. ¶†Prædicatores & minores ad quartam relictorum per illos, qui apud eos sepulti nõ sunt, minime tenentur, nisi in fraudem alibi sepultura electa fuerit, quod ex coniecturis poterit iudicari. vide gl. & tene eam menti in verb. quartam. puto etiam quod de relictis & donatis per alibi sepultos, vel sepeliendos, occasione tamen in ecclesia eorum sepultorum forte parentum, filiorum, vel ꝓsanguineorum debeatur quarta: quia oĩa ista proueniunt occasione sepulturæ, ob quam debetur hæc quarta, vt satis colligitur hic in ver. verum. & in c. 1. e. ti. in antiq. tex. tñ iste in d. ver. verum. vr resistere, iõ diligenter cogita: primum tñ hẽt æquitatem, & vide not. hic per doc.
46 ¶†Rectores eccl'iarum parochialiũ pnt quartam relictorum fratrib. vẽdicare, & inhibere hæredib. vel per fideicommissum grauatis, ne illa fratrib. soluãt, maximè cum hnt eos suspectos.
47 hoc ita voluit gl. no. in ver. largiri, quam no. ¶†Quarta debita ecclesiæ parochiali adeo integre debetur, vt diminui non dẽat pp obuentiones, quas habuit parochialis sacerdos in missa funeris dicta apud suam ecclesiam, anteq̃ funus portetur ad fratres, hæc fuit opi. Io. Mo. hic qui ẽt dixit funus prius portãdum ad eccl'iam parochialẽ, vt ibi dicatur missa; & recipiat vltimum vale. maxime si hoc hẽt cõsuetudo, & hæc oĩa recitat gl. in ver. integre. quam no. diligẽter, licet fratres possint ad quartam exhibẽdã ecclesiæ parochiali coerceri pp exemptionem, tñ non pnt per ordinarios locorum compelli, de quo clerus satis con
48 queritur vide gl. in ver. coerceri. quã no. ¶†Valet priuilegium vel gratia apostolica, de qua cõstat, licet scriptura super ea confecta non sit, vide hic gl. sing. superver. verbo. & satis probatur in tex. in ver. nos. Aduertendum tñ, quia gl. loquitur de gratia, de qua constat, tex. tñ hic non vtitur istis verbis, vnde dico, ꝙ gratia in se valet, licet de ea non constet, nisi forte ipsi, cui fuit facta: ad hoc vide p Bal. in l. humanum. C. de ll. sed dubium est, nunquid possit illa vti in aliorum præiudicium, non facta de illa fide, præsertim per scripturam: & certum est quod fides fienda est, quia alias non creditur asserenti, vt in c. cum iure. de off. del. sed dubiũ est, an possit a'r ꝓbari q̃ per literas apostolicas, de quo vide ꝙ no. Arc. in proœ. 6. vide & in d. l. humanum. per Bal. & per d. de Ro. in suis decis. n. 332. & vide quod dixi in cle. 2. de resc. & tene semper menti istum tex. iuncta gl. vt in conscientia satis sit tutus, qui habuit gratiam a papa, licet scriptura inde facta non sit. Idem dic de statuto papæ, vt sing. probatur per c. 1. de ren. li. 6. & vide per Io. An. in reg. nemo ad impossibile. de re. iu. li. 6. in mer. ¶ Licet hic tollatur pactum, non tñ intelligitur sublatum pactum snĩa confirmatum, & idem dic in similibus,
49 ꝙ no. vide gl. in ver. pacta. †Ex cuius fi. not. ꝙ noua lex non extenditur ad causam pendentem, vel decisam etiam si ad præterita referatur.

¶De decimis. Rub.

CAP. I.

1 *Dispositio concepta contra religiosos non habet locum in clericis secularibus, vel laicis excedentibus contra illam, secus in religioso translato. 2.*
3 *Cõstitutio edita cõtra religiosos includit ẽt fœminas in materia proportionabili.*
4 *Constitutio concernens fauorẽ ecclesiarum non extenditur ad priuatas personas.*
5 *Priuilegium concessum de non soluendis decimis de nutrimentis animalium, quæ animalia comprehendat.*
6 *Famuli seu familiares religiosorum tenentur soluere decimas animalium, licet ipsi, quibus seruiunt, sint exempti: secus si essent monasterio donati.*
7 *Armentum, & grex. quomodo differant, eorumq; decimæ quo, & cui debeantur.*
8 *Priuilegiati de non soluendis decimis de nutrimentis animalium, admiscentes alia animalia an perdant priuilegium in suis.*
9 *Priuilegium de non soluendis decimis laborum, & de nutrimentis animalium, an extendatur ad terras, & animalia, quæ alias excolendæ, & nutriendæ, & nutrienda traduntur.*
10 *Coloni censuales, vel partiarij priuilegiatorum an & quibus casibus gaudeant dominorum priuilegio.*
11 *Pœnæ decimas non soluentibus inflictæ quibus casibus procedant.*
12 *Contumacia pariter, vel superioris, vt contineatur, an vnica requisitio sufficiat.*
13 *Constitutio suspendens quem ab officio, an intelligatur de officio à diuinis, an verò de temporali.*
14 *Suspensus, donec satisfecerit, non indiget absolutione, requiritur tamen declaratio super ipsa satisfactione: secus in sic excommunicato.*
15 *Dispositio super certo casu contrà priuilegiatos, apposita in fine clausulæ priuilegiis non obstantibus quibuscunque, &c. non tollit priuilegia, nisi quæ ipsi dispositioni obstare possent.*
16 *Oblatus plenè monasterio, vel ecclesiæ seculari quis dicatur.*

1 Religiosi. ¶†Clem. ista disponens ỹ religiosos nõ vendicat sibi locum in clericis secularib. vel laicis, licet similia huic expressa committant, hoc gl. voluit j. hic. Ex qua no. ꝙ dispositio cõcepta ỹ religiosos, nõ habet locum in clericis secu
2 larib. vel laicis excedentib. ỹ illam dispositionem. † In religioso autem trãslato ad ecclesiam seculurem dicit hæc gl. dispositionem locum habere, quod bene no. vide tñ in hoc quod dixi
3 in cle. j. de reb. ec. nõ al. & in cle. j. de resc. ¶†Constitutio edita ỹ religiosos includit ẽt fœminas religiosas. vide hic gl. in ver. quicunque. intellige in materia eis proportionabili, quia masculi-
4 num, &c. vide gl. in cle. attẽdentes. j. de sta. reg. ¶†Constitutio ꝑcernens fauorem ecclesiarum, nõ extenditur ad priuatas personas idem ius, ꝙ ecclesiæ, prætendẽtes. vide hic gl. in ver. eccle
5 siis. † Priuilegium ꝑcessum de non soluendis decimis de nutrimentis animalium, intelligitur de animalib. quæ ipsi priuilegia
6 ti nutriunt per se, vel alios, vide hic gl. in ver. animalib. ¶†Familiares religiosorum tenentur ad decimas ẽt animalium, licet ipsi religiosi, quib. ipsi seruiunt, sint à præstatione decimarũ exẽpti, nisi ipsi familiares sint plenè oblati, vt puta qa donauerunt se & sua monasterio, vide hic tex. maximè in fi. iuncta gl. in ver.
7 familiarium. ¶†Verbum grex, strictè sumptũ differt ab armento, ꝙ est maiorũ animalium, vt equorum, & bouum, grex, verò minorum, vt porcorum, caprarum, & ouium, largè tñ sumptum sumitur pro maiorib. & minorib. q̃ gregatim pascuntur, vide hic gl. in ver. gregibus. Et cui debeantur decimæ de fructu gregis. gl. remittit ad not. 13. q. 1. §. 2. & c. ad apostolicæ. de deci.
8 ¶†An priuilegiati super decimis nõ soluendis de nutrimentis animalium admiscẽtes aliena animalia suis debeãt perdere priuilegium ẽt in suis? vide hic gl. in ver. immiscẽtium. quæ vr tenere, ꝙ nõ q̃ no. ad similes q. ¶†Sicut priuilegium de decimis laborum nõ soluendis nõ extenditur ad terras, q̃ aliis excolẽdę tradũtur, ita priuilegium de nutrimentis animalium nõ extenditur ad aĩalia, quæ traduntur aliis nutrienda: vide hic tex. iũcta gl. in ver. tenenda. & intellige qñ tenentur per alios, non tñ expensis ipsorum priuilegiatorum: nam si ipsorum expensis: ipsi viderentur illa nutrire, ad hoc ꝙ leg. & no. in c. ex parte. & c. dilecti. de deci. & c. licet. & de hoc vide quod hic no. in glo. seq. in ver. excolendas. quæ satis benè tractat istum articulum, concludens, ꝙ tunc dicuntur isti priuilegiati suis sumptibus colere, cum pro cultura tradunt, dato ꝙ nihil ex prædio proueniat: se-

Universidad de Deusto Biblioteca

cus si sunt coloni censuales, vel partiarij: quia isti submittunt se
10 fortunæ. ¶†An coloni cēsuales, vel partiarij priuilegiatorum simpl'r super decimis nō soluendis teneantur ad decimas. vide bon.gl.præall.in verb. excolendas. quæ concludit ponderanda verba priuilegii. Si.n.priuilegium eximit eorum terras ab hoc onere, tunc coloni colentes illas participant illi priuilegio. Si vero eximit personas, tunc licet illi de sua parte non soluat, coloni tñ non exempti de sua soluent: quod bene nota ad similia.
11 ¶†Religiosi decimas non soluentes non incurrūt pœnas hic contentas, in quib. aūt casib. procedunt pœnæ hic statutę, vide
12 bonam gl. in ver. prohibuerint. ¶†Vbicunq; requiritur requisitio ꝫ parem, vel inferiorem ad conuincendum eius contumaciam, sufficit vnica, hoc colligitur ex hoc tex. iuncta gl. in verb. factam. vide quod latius dixi, supra de sepul. clemen. dudum.
13 ¶†An constitutio, vel dispositio suspendens simpl'r quem ab officio debeat intelligi de officio à diuinis, an verò de temporali, puta quia est sacrista, camerarius, &c. vide hic bon.gl. in ver.
14 officiis, quam no. vide hic latius per doc. ¶†Suspensus donec satisfecerit non indiget absolutione intercedente satisfactione. requiritur tñ declaratio super satisfactione: secus in sic excōicato, dēt.n. indistincte absolui. vide gl. in verb. donec. quam
15 sp̄ menti tenebis. ¶†Dispositio concepta cetro casu ꝫ priuilegiatos, apposita cl'a in fine dispōnis, videlicet priuilegiis nō obstantib. quibuscunq;, &c. non tollit indifferēter priuilegia quo ad omnia, sed solum quo ad ea, quæ prædictæ dispositioni obuiare possent. hoc voluit gl. hic in ver. quibuscunq;. ¶Non dr
16 †quis plenè oblatus nisi donauerit se & sua ecclesiæ, & cum effactu, ideſt cum non sit appositum aliquod pactum, vel conditio, quæ habeat ipsius oblationem tenere in suspenso, vide hic tex. in fi. iūcta gl. pe. & vlt. & de his oblatis tā monasterio, quam ecclesiæ seculari, vide bo. & no. gl. in c. vt lex continētiæ. 27. q. j.

CAP. II.

1 *Decimæ fructuum beneficiorum non debentur indistincte, & semper Papæ, sed solent imponi à Papa ex causa, & ad tempus.*
2 *Hospitalis, & huiusmodi loca pia an includantur in dispositione de decimis beneficiorum loquente.*
3 *Fabricæ ecclesiarum an veniant sub decimis beneficiorum.*
4 *Prioratus, grangiæ, & pensiones an veniant in dispositione decimarum beneficiorum.*
5 *Distributiones quotidianæ, & oblationes minutæ an subiaceāt oneri decimarum.*
6 *Capellæ & beneficia altarium an in dispositione de decimis beneficiorum intelligantur.*
7 *Decimas fructuum beneficiorum potest papa ad tempus & ex causa concedere principi, vel alteri.*
8 *Decimas quando Papa sibi, vel aliis indicit soluendas, debentur secundum taxationem consuetam, & monetam currentem: secus si papa aliud exprimat.*
9 *Decimæ solutio quomodo fieri debeat, quando beneficia sunt taxata, & quādo nō.*
10 *Expensæ quæ, & quibus casibus sint deducendæ ante decimarum solutionem.*
11 *Papa si de beneficio alicui prouideri mandat vsque ad certam summam certæ monetæ, inspicienda est taxatio decimæ in partib. olim seruata, licet plus, vel minus in veritate percipiatur.*
12 *Papa si simpliciter mandat alicui prouideri de beneficio vsque ad certam summam, an verus valor, an verò communis taxatio inspiciatur.*
13 *Beneficium certæ summæ ad certam monetam si conferri mandatur, & illa moneta non currit in illis partibus, quomodo satisfiet mandato.*
14 *Decimæ solutio, non de ipsis rebus, sed in pecunia numerata fieri debet.*
15 *Monetæ si plures in loco currunt, potest beneficiatus, de qua vult, soluere decimā.*
16 *Libri, calices, & alia ornamenta diuinis officiis deputatæ quamuis capi non possint pro solutione decimæ, secus tamen est in aliis libris, atque iocalibus.*
17 *Decimam beneficiorum non soluentes an per secularem potestatem constringi possint.*

1 **I beneficiorum.** ¶†Decimæ bñficiorum ideſt fructuum ipsorū bñficiorum non dēntur indistinctè & sp̄ ipsi papæ, sed ipsas solet papa imponere sibi, vel aliis, soluendas ex cā, & ad tp̄s, vide
2 hic gl. j. in pr. & gl. in ver. tp̄s. ¶†Circa istā decimam beneficiorum gl. j. hic quærit de quinque quæstionib. ¶Primò, an includantur hospitalia, & huiusmodi loca pia. ¶†Secundò, quid de
4 fabricis ecclesiarum. ¶†Tertiò de his qui hñt prioratus, grangias pensiones, &c. ¶†Quartò de quotidianis distributionib.
6 & de minutis oblationib. ¶†Quintò de capellanis & bñficiis
7 altarium: & dic de eis, vt hic in præall. gl. habetur. ¶†Potest papa istas dicimas ad tp̄s, & ex cā cuiuis cōcedere, vt principi, vel alteri: & in regno Frāciæ sæpe casus iste practicatur. vide hic gl.
8 in ver. cuius. ¶†Dispositio huius cle. hēt locum cum papa simpl'r imponit huiusmodi decimas sibi, vel alij soluendas, vt tūc. debeantur fm taxationem decimæ in illis partib. consuetam, & ad monetam currentem: sed si aliquod certum exprimat papa in cōcessione, illud seruabitur. vide hic gl. iuncto tex. in ver.
9 simpl'r. ¶†Vbi bñficia sunt taxata in cōi æstimatione prouentuum, fiet solutio decimæ fm illam æstimationem in prouentib. consecutam, vt si taxatum sit beneficium in cētum soluaa x. licet plus colligat quam centum, vel minus: vbi autem nullest taxatio tunc ratione decimæ plus vel minus soluit beneficiatus, fm q̄ plus, vel minus singulis annis recipit, soluendo, sveram decimam oīum reddituum beneficij. vide hic gl. in ver.
10 taxationem. † Et aduerte quia hoc casu debēt deduci expensæ factæ pro fructib. percipiendis, & sine quib. fructus haberi non poterant, licet secus sit in cōib. decimis, quas quisque soluere dēt ex prædiis suis, vt in c. cum sint homines. e. ti. & hoc voluit
11 no. hæc gl. s̄. all. quam vide. ¶†Si papa mandat alicui prouideri de beneficio vsq; ad certam summam certæ monetæ fm taxationem decimæ, hēt locum quod hic dr, vt inspiciatur illarum partium consuetudo in taxatione decimæ, i. vt prouideatur de beneficio illius valoris expressi fm taxationem decimæ, quæ solet esse in partib. licet plus, vel minus singulis annis in veritate percipiatur: dēt.n. attendi æstimatio, quæ hr̄ in cōi. hoc voluit gl. hic in ver. consuetam. Sed aduerte, quia gl. loquitur q̄n papa in rescripto se restringit ad certam summam fm taxatio-
12 nem decimæ. † Quid si simp̄r mādaret alicui prouideri de beneficio vsque ad certam summam. an dēat attendi verus valor, ideſt quod in veritate singulis annis percipitur: an vero cōis taxatio ibi solita? certè, si quæstio ista referatur ad text. idē erit dicendum, ēt cum simp̄r scribitur: quia in tex. non fit mētio de aliqua taxatione, sed loquitur cū simp̄r fit concessio decimæ, & tñ deciditur eam deberi fm æstimationem solitam: in beneficio tñ in titulum concessio forte aliud esset dicendum, cum debeat fieri stricta interpretatio, vt in c. quamuis. de præb. li. 6. & ideo deberet attendi verus valor: & hanc quæstionem, si bene reminiscor, expressè tangunt dñi de Rota, & credo tetigisse
14 in c. ad aures. de resc. ¶†Quid aūt si mandatur conferri beneficium certæ summæ ad certum monatam, & illa moneta non currit in illis partib. vide hic gl. in ver. consuetam. prope finem, quæ no. dicit, q̄ fiet comparatio monetæ ibi currētis ad illam, quæ in literis exprimitur iuxta pondus & cōsuetudinem cambij, quæ cōiter esse solet, & non iuxta casualem charistiam, vel veritatem, quæ pp cām accideret: quæ verba diligenter nota
14 ad similes quæstiones. ¶† Solutio decimæ beneficiorum dēt fieri non in ipsis rebus, sed in pecunia numerata, vide gl. in ver.
15 moneta. iuncto tex. ¶†Si plures monetæ currunt in loco, pōt beficiatus soluere decimam de qua moneta vult, dummodo il la cōiter currat: electio ergo est soluentis, vide bo. gl. in ver. currentem. & valet ad alias quæstiones. & vide gl. fin. in c. 2. de ma
16 le, & de mā plene per Bar. in l. creditor. ff. de sol. & in c. olim. de censi. & in c. quanto. de iu. iu. ¶†Quamquam libri, calices & alia ornamenta diuinis officiis deputata capi non possint pro solutione decimæ: alij tñ libri, atque iocalia aliis vsib. deputata capi poterunt, & distrahi. vide hic tex. à ꝫrio iuncta gl. in ver. depu
17 tata. ¶†An non soluentes decimam beneficiorum, prout tenentur, possint constringi per secularem ptātem, vide gl. fi. hic, nisi contemnat censuram ecclesiasticam.

¶De regularibus & translatis ad religionem. Rub.

CAP. I.

1 *Dispositio indistinctè loquens comprehendit omnes, etiam qui aliàs distinctione aliqua dignoscuntur.*
2 *Constitutio de masculis loquens etiam pœnalis habet locum in fœminis.*
3 *Transiens de vno ordine ad alium, quibus casibus vocem in capitulo amittat, & ad dignitates inhabilis fiat.*
4 *Transiens de ordine mendicantium ad non mendicantes, an aliqua officia habere possit, & qualia.*
5 *Transiens de ordine mendicantium ad non mendicantes auctoritate etiam sedis apostolicæ, non euitat pœnas huius elem.*
6 *Transiens de ordine mendicantium ad non mendicantes assumi non potest ad officium prædicandi.*
7 *Vicarius licet vicarium substituere non possit, ex causa tamen potest ad modicum tempus ponere alium loco sui.*
8 *Decretum irritans quibus casibus non operatur effectum suum indistincte.*
9 *Constitutio concilij, seu Papæ licet aliquid inhibeat cum clausula, quolibet priuilegio non obstante, non tamen per hoc ligatur potestas Papæ, vel successoris, quominus possit concedere priuilegium in contrarium.*
10 *Papa etiam cum concilio non potest imponere legem Papæ.*

1 **T professores.** †Dispositio huius cle. habet locum etiam in illis, qui fecerunt professionem infra 15. annum suæ ætatis, vel alias j. probationis annum in monasterio mendicantium, cū litera ista loquatur indistinctè in principio sui, de quo
2 vide hic per gl. j. post prin. ¶†Constitutio istius cle. j. locum habet etiam in fœminis ordinum mendicantium si transiuerunt
3 ad non mendicantes. vide hic gl. in ver. quolibet. ¶†Si mendicans transit ad alium ordinem mendicantem, vel non mendicans

cans transit ad mendicantem, seu non mendicantem, non habet locum hæc constitutio solum ergo hēt locū in vno de quatuor casib. s. cum mendicans transit ad ordinem non mendicatium. vide hic tex. iuncta gl. in ver. non mendicantium. ¶Si qs de ordine mendicantium transiuit añ hāc constitutionem ad ordinem non mendicantium, licet ibi obtineret tēpore huius modi constitutionis prioratū, vel aliq̄ administrationem, non tñ habere debuit post hāc constitutionem vocem in c. nisi forte fuisset in illo ordine principalis prælatus: hoc voluit glo. fm
4 vnum intellectum in cle. j. præal. in verb. inibi. ¶†An is qui de ordine mendicantium transiuit post hāc cōstitutionem ad ordinem non mendicantium possit habere aliqua officia ibidē, quæ non sunt subiecta ecclesiasticæ regulæ, sed consistunt in facto, vt officium œconomatus, &c. vide gl. super verb. officia. in principio, quæ vr̄ dubitare: nā de primis officiis nō est dubium q̄ ad illa ēt extra monasterium assumi non possit, vt in §. prio-
5 ratus. †& no. q̄ procedit iste tex. ēt si auctoritate sedis apostoli
6 ēt transiuit, vt patet in text. †Transiens de ordine mendicantium ad ordinem non mendicantiū non p̄t assumi ad officium ēt prædicandi vide hic gl. notabilem, in verb. officia. Et nota ex ipsius ratione, q̄ prædicare est officium curæ: competit. n. de iure communi solis curatis, de quo vide text. cū gl. in cle. dudum.
7 de sepul. ¶†Licet vicarius substituere aliū non possit in vicaria ex cā tñ ad modicum tēpus p̄t alium ponere loco sui. vide glo. hic & tene menti in verb. locum illorum. & plenius per Archi. in c. perlectis. 25. dist. & aliquid per gl. in cle. unica. de offi. uica.
8 ¶†Decretum irritans non operatur effectum suum indistinctè: illa. n. cadūt in decretum, quæ sunt retractabilia. sunt. n. quædam de officio curæ, quæ nō p̄nt cadere in decretum, quia non sunt retractabilia ut baptizare, eucharistiam dare, & his similia. Idem est in his, quæ consistunt in facto. & nequeunt non fuisse sicut prædicare, castaldia, & similia. uide gl. in uer. irritum. & tene menti. ¶†Licet constitutio concilij, seu papæ cum approbatione concilij aliquid inhibeat cum cl'a, quouis priuilegio
9 non obstante, non tñ per hoc ligatur potestas papæ, uel successoris quominus possit concedere priuilegium in p̄riū. uide hic
10 gl. not. in uer. priuilegio. quam singul'r nota. †Ex qua habes q̄ papa ēt cum concilio non potest imponere legem papæ. & vr̄ probari in c. cum in cunctis, iuncto c. innotuit. de elec. quod tamen limita, ut no. Spe. in ti. de legat. sub rubrica. de dispen. in §. tunc breuiter. prope fi.

CAP. II.

1 *Habitus assumptio, vel delatio, an, & quando tacitam inducat professionem.*
2 *Habitus delatio patenter distincti, vt in colore, scissura, vel forma, quantocunque tempore non inducit professionem.*
3 *Habitus delatio, quo professi. nouitij, & vitam communem cum eis gerentes vtuntur, non inducit professionem. in eo, qui in pupillari ætate illum assumpsit, quocunque tempore def. ratur in religione.*
4 *Habitus delatio extra religionem quantocunque tpe non inducit professionem.*
5 *Habitus etiam indistincti delatio inducit intra annum post pubertatem professionem tacitam.*
6 *Habitus distincti latenter, puta per benedictionem, delatio inducit per annum professionem in monasterio, in quo delatus est.*
7 *Habitus professorum assumptio inducit professionem in genere, si triduo perseuerauit.*
8 *Professio tacitè vel expressè fienda exigit in masculo annum 14. in fœmina vero 12. nec sufficit malitia ad supplendam ætatem.*
9 *Annus per quem causatur tacita professio, debet esse completus.*
10 *Per, ista dictio denotat perfectionem.*
11 *Habitus nouitiorum delatio per annum tacitam inducit professionem, si post pubertatis annos quis portauerit.*

1 **E Os qui,** †an & qñ assumptio, uel delatio habitus inducat professionem tacitam. uide hic plenissime per gl. 2. quæ ex qua collige aliquas conclu-
2 siones, quia pp causarū varietatē vr̄ iuuenibus intricata. ¶†Prima conclusio, delatio habitus patenter distincti, vt in colore, scissura, vel forma quantocunque tempore non inducit professionem. hoc probatur hic in fine literæ. iuncta gl. sed maximè
3 in fi. ¶†Secunda cōclusio, delatio habitus indistinctissimi per modum de quo in c. j. e. ti. li. 6. vt quia non solum professi, & nouitij illo vtuntur. sed ēt gerentes vitam cōem cum eis, non inducit professionē in eo qui in pupillari. ætate illum assumpsit, quantocunque tempore deferatur: vt probatur in d. c. j. eo. ti. li. 6. nec hodie corrigitur per istum tex. vt no. hic gl. super ver. portauerit. secus autem in eo, qui illum assumpsit in pubertate. inducit enim in eo tacitam professionem post annum, vt proba-
4 tur in d. c. j. §. qui vero. ¶†Tertia conclusio, delatio habitus extra religionem q̄ntocunque tempore non inducit profession em. hoc voluit tacitè iste tex. in ver. in aliqua religione, &c. assumpto per contrarium, & expressius tenet hic gl. in ver. in ali-
5 qua. quam sing. no. & facit c. vt clerici. de reg. ¶†Quarta conclusio, delatio habitus indistincti, vt est ille, quo vtuntur pariter nouitij & conuersi, inducit j. annum post pubertatem pro-
6 fessionem tacitam, vt in c. j. e. ti. li. 6. ¶†Quinta conclusio delatio habitus distincti latenter, puta per benedictionem inducit per annum professionem in illo monasterio, in quo habitus
7 fuit delatus. hæc conclus. probatur sing. per istū tex. ¶†Assumptio habitus professorū inducit professionem in genere, si datur perseuerantia tridui: de quo tñ dicendum, vt habetur in ca. constitutionum. e. ti. li. 6. in fi. ētiam si talis habitus latenter distinguatur ab habitu professorum, vt probatur in d. c. j. in fi. nec in hoc ille tex. mutatur per istum text. quia loquitur in alio casu, ad quem litera ista restringitur. vt no. hic in gl. magna in ver. hodie verò, quo ad hunc casum, &c. Et ex prædictis & ex gl. ista
8 mag. in verb. ex his. no. triplicem habitum nouitiorum distinctum, & hoc dupliciter, vt s. dixi, & patet hic in text. indistinctum, & indistinctissimum. ¶†Ad professionem faciendam tacitè vel expressè requiritur pubertas, ita q̄ masculus debet esse
14. annorum: fœmina vero 12. nec sufficit ad istum effectum q̄ prudentia vel malitia suppleat ætatem. hoc voluit hic glo. in ver. ætate. quam no. Ex qua habes vnam differentiam inter professionem, & matrimonium carnale: nā in illo malitia supplet ætatem. vt in c. puberes. de despon. impub. ¶Tex. iste locum habet etiam in fratrib. mendicantibus, vide hic gl. in ver. religio-
9 ne. ¶†Annus, per quem causatur tacita professio cum delatione habitus nouitiorum indistinctè, vel latenter distinctè, debet
10 esse completus. vide hic gl. in ver. per annum. †Ex quo no. q̄ ista dictio, per, denotat perfectionem anni. facit l. vrbana. §. per-
11 noctare. ff. de ver. sig. ¶†Per delationem habitus nouitiorum tempore annali inducitur tacita professio, dummodo post discretionis annos quis talem habitum portauerit, nec habet obstare q̄ illum assumpsit ante pubertatem. vide hic gl. in ver. portauerint. & vide tex. in c. j. e. ti. li. 6.

¶De statu monachorum. Rub.

CAP. I.

1 *Monachorum habitus nigrido quare fuerit inuenta.*
2 *Lectisternium quid designet.*
3 *Vestis superior monachorum habitui proxima debet esse nigri, bruni, vel albi coloris.*
4 *Regula vnde dicatur.*
5 *Regnum vnde dicatur.*
6 *Monachi vnum, plures ve botones in veste proxima habitui portare non debent.*
7 *Sericum omne prohibitum est monachis pro foderaturis etiam vestium.*
2 *Consuetudo excusat monachos, si meliori panno vtuntur in vno monasterio seu prouincia, quam in alia.*
9 *Abbas, prior, vel alius præsidens, quibus casibus tenentur portare flocum, cucullam, aut scapulare.* 10.
11 *Monachi non possunt vti scapulari sine cappa, nisi cum induuntur ad seruiendum in diuinis.*
12 *Cucula, flocus, capa, & rotondellus quid sint.*
13 *Fideles non arctantur regulariter ad cōfitendum. & corpus Christi assumendum, nisi singulis annis: monachi vero singulis mensibus.*
14 *Nouitiorum appellatione qui veniant.*
15 *Venationi, vel aucupationi non debent religiosi personaliter intendere, etiam si in eis habeant reditus.*
16 *Monasterio vacante, vel abbate suspenso, beneficiorum collatio ad quem deuoluatur.*
17 *Monachis cuiuscunque habitus & canonicis regularibus prohibitum est accedere ad curiam principum secularium absque speciali prælatorum licentia.*
18 *Abusiones xij. claustri, & xij. seculi, vide remiss.*
19 *Monachi, & canonici regulares intrantes curias principum animo damnificando monasterium, vel prælatum, incurrunt excommunicationem ex solo etiam accessu.*
20 *Monachi tenentes arma intra septa monasterij sine abbatis licentia sunt ipso facto excommunicati.*
21 *Armorum appellatione quid veniat, tam iure communi, quàm stricte.*
22 *Arma iu stricta significatione restringuntur ad maiora secundum subiectam materiam.*
23 *Dispositio loquens simpliciter de monachis habet locum in omnibus tam nigris, quam albis, & reliquis.*
24 *Prior vt habeat in prioratu duos monachos, si redditus non sufficiant, non est necesse.*
25 *Prioratus non sufficiens priori & socio potest vniri per ordinarium loci.*
26 *Abbates an possint vnire propria auctoritate ecclesiæ pleno iure sibi subiectas.*
27 *Abbates an possint præscribere potestatem vniendi ecclesias, & beneficia sibi subiectas.*
28 *Monachos non posse habitare sine socio in capella, in quo monacho habeat locum, & in quo non.*
29 *Clericus secularis habens ecclesiam debet habere clericum in minoribus, à quo adiuuetur in diuinis.*

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

30 *Prioratum conuentualem non potest monachus obtinere nisi vigesimumquintum annum attigerit, & quid in non conuentuali curato, & non curato, & numero* 31.

32 *Prior ecclesiæ conuentualis, qui non facit se infra annum in sacerdotem promoueri, priuatur ipso facto.*

33 *Monachus eum ordinem non professus non potest præfici alicui prioratui regulari, vel administrationi.*

34 *Professus perfectus non debet stare in monasterio principali, sed in suo prioratu, sed administratione tenetur residere.*

35 *Monachus nedum simplex, sed etiam prior non potest se ad studium conferre sine suj abbatis licentia.*

36 *Monachus si vltra iuris debitum grauatur à superiore suo, potest ad superiorem superioris supplicare, vel appellare.*

37 *Abbate negligente officium suum explere, etiam vt monachi in primitiuis scientiis instruantur, episcopus aut eorrigere eum, aut supplere debet.*

1 NE in agro. †Nigredo habitus monachorum insignum mortificationis carnis, & vitiorum, fuit inuentus: sed vtinam hodie deficientibus meritis nō significet meritorum & virtutum obfuscationem. vide hic gl. in ver. sacro. Constō istius cle. hēt locum in monachis nigris duntaxat, saluo quod not. ꝯ. in §. sane, & §. quia vero. cum §. se. Et potuit esse rō, quia alij monachi cōiter habent corpus & caput maius vt Cistercienſis, Camaldulenſes, & his ſimiles. quo capite carent nigri monachi: aduerte, quia in ꝯrium faci tex. post princ. ibi, nigri, bruni, vel alibi coloris, &c. & sic aperte vī comprehendere monachos ēt albos & facit quod ꝯ. not. in gl. in ver. albi. cogita. Vel dic sequēdo gl. q̄ tex. loquitur non de ipso habitu, sed veste proxima ipsi habitui, vt est tunica, quasi innuat, q̄ monachi nigri dēt portare vestem proximam habitui de nigro, bruno, vel albo colore, vt colligi vī ex principio iuncto verb. status. vel loquitur de superiori veste proxima habitui. i. scapulari. & tunc stat primum dictum. & pro hoc dicto optimè facit hic tex. in ver. si etiam. clare loquitur de superiori
2 veste. ¶†Lectisternium componitur à lecto ſterno & ponitur pro lecto ſtrato & parato & omni ipsius paramento. vide hic
3 verbo, lectisterniis. ¶† Vestis superior monachorum habitui proxima debet esse nigri, bruni, vel albi coloris iuxta morem apud eos seruari solitum in regione, qua degunt. Et dicitur habitus flocus, cuculla, vel scapulare. Et notab. cum isti tres colores permittantur hic, alij omnes videntur prohibiti, quod multi non ponderant: quòd ergò dicit regula, quòd de colore non causentur monachi, non intendit quòd omnibus coloribus possint vti. sed quòd non causentur inter colores permissos. dicendo quòd iste sit sanctior, & pulchrior, vel melior. hæc vol uit hic text. post princ. in verb. ſtatuimus. iuncta gl. in ver. habitui. & ver. albi. Et not. ex tex. & gl. quòd si alij omnes colores præter istos tres prohibent monachis, viste habitui proxima fortius videtur prohibiti quo ad ipsum habitum prin
4 cipalem, & hoc aperte sentit præal. gl. in ver. albi. ¶†Regio, regionis, dicitur à rego, regis: & est patria, quàm rex regit, & habet diminutiuum, regula: quasi parua regio. vide hic gl. in ver.
5 regione. †Pugnum dicitur clausa manus compunctione digitorum, & dicitur à pugno, qui enim vult pugnare ſtringit pugnum. hoc ponit gl. in ver. pugnum. Monachi non debent porta
6 re vnum, vel duos botones seu plures in veste †proxima habitui. vt hic in ver. sic etiam ipsa vestis, &c. iuncta gl. in verb. quomodolibet. Et aduerte, quia respectu vestis superioris, hoc est cucullæ, vel floci hoc est indubitatum: sed quo ad tunicam potest dubitari, sed idem puto dicendum, cum illa portentur frequenter sub scapulari & sic est habitui proxima. Et arguendo à speciali videtur, quòd in aliis vestimentis inferioribus non sit
7 eis prohibitum portare botones. ¶†Appellatione cendati venit omne sericum, vide hic gl. in ver. cendatum. & no. ex illa gl. iuncto tex. in verb. in vestibus. quòd nil de serico debent monachi portarein vestibus pro foderaturis. ¶ Quod monasterium dicitur habere certum numerum monachorum quando talem numerum habet incluſo etiam prelato. vide hic tex. in ver. rursus. iuncta gloſſ. in verbo, duodecim monachorum. quam
8 notab. quia facit ad multa. † Septum dicitur à sepio sepis. & idem est, quòd clauſula. vide gloſſ. in verbo, septa. Consuetudo excusat monachos, si melio ri panno vtuntur in vno monasterio, seu in vna prouincia, quam in alia: vide textum in verbo, rursus. iuncta gloſſ. notabili in verbo, consuetudo quam gloſſ. intelligo, dummodo nimium non excedatur regularis modeſtia in qualitate panni. arg. huius text. post princ. si etiam.
9 ¶†In monasterio in quo fuerit ꝯgregatio 12. monachorum, aut s. abbas, prior, vel alius præſidens intra ſepta monasterij portare debet flocum: in aliis autem monaſteriis, vbi non est tanta congregatio cucullam: cū vero abbates priores aut alios præſidentes, & monachos extra monaſteria proficiſci contigerit, flocum, cucullam, aut cappam clauſam habeant. & subtus cappam, si eam portauerunt cucullam deferant, aut si maluerint, ſcapulare. Et aduerte, quia licet ſub cappa ſit portādum ſaltem ſcapulare, ſub floco, vel cuculla, non quaſi illa ſint habitus, ſed
10 non cappa. ¶†Et dicitur cappa à capite, ſiue à capio capis, quia totum capit hominem, non tamen habet caputium appenſum, ſicut cuculla, vel flocus: ideo portatur ſub illa ſcapulare: rotundelli tamen, qui nunc ſunt in vſu nō ſunt propriè cappæ. hæc voluit tex. iſte in ver. rurſus. cum ſeq. iuncta gl. not. in verb. cappam. quam no. hæc procedunt regulariter. Sed cum ad ſeruiendum in diuinis officiis albis vel ſacris veſtibus induentur, aut cum occupabuntur in operib, vti eis liceat ſcapulari. vt hic in verſ. ſeq. inc. cum autem ad ſeruiendum. & vide gl. in verb. al-
11 bis. ¶†Ex quo text. no. quòd ſecundum diſpoſitionem huius cle. monachi non poſſunt vti ſcapulari ſine cappa, niſi cum induuntur ad ſeruiendum in diuinis officiis albis aut veſtibus ſacris, ſeu cum occupantur in operib. ſed debent portare veſtes,
12 prout s. dictum eſt. †Et aduerte, quia nomine cucullæ venit habitus longus & amplus manichas non habens: nomine verò floci intelligitur habitus habens longas & amplas manichas, vt hic habetur in ver. verum. de cappa non habetur hic propria ſignificatio. gl. tamen s. all. ponit eam vt diſtincta à retundello, & nō declarat differentiam, puto q̄ de mēte gl. rotundellus dicatur mantellus longus, apertus tamen ante, ſicut multi ſolent vti hodie: cappa vero eſt mantellus rotundus cooperiens to-
13 tum hominem non apertus, ſicut vtūtur hodie prælati. ¶†Licet fideles non arcentur regulariter ad confitendum, & ad corpus Chriſti ſumendum, niſi ſingulis annis: monachi tamen tenentur ſingulis menſib. prout hic in ver. ſane. ꝯtinetur. de quo etiam in ver. ſingulis. Et an hoc comprehendat etiam alios monachos non nigros, gl. præall. videtur dubitare, videtur tamen
14 concludere honeſtum eſſe, quòd ſic. ¶†Appellatione nouitio rum veniunt non ſolum nouitij non profeſſi, ſed etiam profeſſi nouiter recepti non bene inſtructi in obſeruantia regulari, ſeu diuinis officiis: hoc voluit hic gloſ. in verb. nouitiis. & iſtis nouitiis debet deputari fidelis inſtructor, & c. vt hic in ver. nouitiis. ¶No. differentiam inter venationem, & aucupationem. venatio fit ad beſtias, & aucupario ad aues, inde aucupator auium captor, vide hic tex. in §. porro. iuncta gl. in verb. venationibus. ¶Canes ad cuſtodiam apti poſſunt licite teneri intra monaſterij ſepta, ſecus de canibus & auibus venaticis, & c. vide tex. in d.
15 §. porro. iuncta gl. in ver. venaticos. ¶†Not. quòd religioſi non debēt intendere perſonaliter venationi vel aucupationi, etiam ſi in his habeant redditus. vide tex. in d. §. porro. in ver. perſonalem. quem not. maxime in fin. ſui. vbi habetur quid dicendum
16 in clericis ſecularibus. ¶†Monaſterio vacante vel alias abbate ſuſpenſo, beneficiorum collatio ad abbatem pertinens non deuoluitur ad priorem clauſtralem; & capitulum monaſterij, ſed debet obſeruari quod habetur in c. vno. ne ſe. va. li. 6. vnde caſus hic contentus eſt ſpecialis, & ad alios, caſus non extendendus. vide hic bo. gl. in ver. ſi quis autem. in fi. in verb. vt præmittitur. quam no. bene. ¶Iuſtis & bonis obſeruantia regularis eſt ſuaue iugum quibus eſt clauſtrium quaſi aqua piſcibus. 16. q. j. c. j. placuit 2. Aliis eſt carcer. de ſen. exc. c. vt famæ. & ad vtrunque. 28. di. de his no. vide tex. in §. quia vero. iuncta gl. in ver. ſuaui. Et dicitur iungum à iungo iungis, & ſic ſolet vocari inſtrumentum
17 quo boues iunguntur. vt no. hic in gl. ſeq. in ver. iugo. ¶†Conſtitutio iſta in §. quia vero ligat monachos cuiuſcunque habitus & canonicos regulares, ne accedant ad curiam principum ſecularium abſque ſpeciali prælatorum ſuorum licentia, &c. Nec mirum cum liget etiam canonicos regulares. hoc voluit gl. in ver. canonici. Et hoc ſpecialiter dixit gl. hic: quia s. voluit conſtitutionem iſtam non extendi regulariter niſi ad monachos nigros propter verba poſita in principio, ſed dic vt s. dixi latius. ¶ Monachi adminiſtrationem habentes poſſunt impune ire ad curiam principum, cum ſepe eos ire oporteat propter cauſas ſuarum adminiſtrationum. vide hic tex. iuncta gl. in ver.
18 non habentes. ¶†Duodecim abuſiones clauſtri, & 12. abuſio-
19 nes ſeculi vide no. hic per gl. in ver. curias, & no. illam. ¶†Monachi cuiuſcunque habitus & canonici regulares intrantes curiam principum animo damnificandi monaſterium, aut prælatum, incidunt ipſo facto in ſententiam excommunicationis, ſiue habuerint à prælato licentiam eundi, ſiue non. Item ſiue damnificauerint ſiue non, ſufficit enim animus cum acceſſu:
20 vide hic text. iuncta gl. in ver. ipſo facto. ¶†Monachi tenentes arma intra ſepta monaſterij ſine licētia abbatum ſuorum ſunt ipſo fcō excōicati. tex. vnic⁹ eſt hic. in §. qa vero. p̄fatę quoq; Et no. qa punit tenentes. Si ergo monachi veniūt de foris ad clauſtrum cū armis nō aīo tenendi in clauſtro, nō ligātur: nec ēt ex ſimplici

21 ſimplici delatione. hoc voluit hic gl. in ver. tenentes. ¶†Quid venit appellatione armorum tam in communi q̄ ſtrictè. vide hic gl. in ver. arma. quā no. præcipuè quo ad duo. Primò, quatenus dicit, q̄ ſtrictè arma dīr quib. defendimur? tela. quib. impugnamus. Inſt. de pu. iub. §. itē lex Cornelia. Secundò in eo, quod dicit, q̄ licet armorum appellatio fuſtes, & lapides comprehendat, & omne, quod manu & arcu mittit, vt in prædi. §. item lex. putat tn̄ gl. q̄ auctor non ſic latè hoc intellexerit, ſed ſolū maio
22 ra, vt loricas, cliepos, lanceas, &c. ¶†Ex qua ſing. not. q̄ armorum appellatio non capitur hic largè indifferenter. ſed fm ſub-
23 iectam materiam reſtringitur ad maiora, &c. ¶†Quotiens diſpoſitio loquitur ſimpl'r de monachis, habet locum in omnib. tam nigris, q̄ albis, & reliquis, vide text. in §. ad hæc. iuncta gl. in verb. monachi. quam no. Ideo concluuit q̄ iſte §. ad hæc. habet locum in omnib. monachis, vt non habitent ſinguli in admini
24 ſtrationib. ſeu prioratibus, & c. vt in tex. ¶†Non eſt neceſſe, vt prior habeat in prioratu duos ſocios, ſi redditus non ſufficiunt, ſed ſatis eſt, q̄ habeat vnum. vide hic gl. in §. ad hæc. in ver. duobus. Si autem non ſufficiunt priori & ſocio prouidebitur, vt in
25 litera habetur. ¶†Prioratus non ſufficiens priori & ſocio, poterit vniri per ordinarium loci officiis monaſterij ad quod pertinet, puta eleemoſynariæ, ſacriſteæ, cellariæ, & ſimilib. vide hic tex. no. in §. ad hæc. iūcta gl. in ver. officiis & dic, vt latius in tex. continetur, & in gl. in ver. aſſenſu. vbi habetur, an debeat inter-
26 uenire conſenſus abbatis, & capituli eccleſiæ cathedralis. †Quod abbates non p̄nt propria auctoritate vnire eccleſias ēt pleno iure ſibi ſubiectas gl. eſt hic ſing. in ver. ordinarios. Ego dubito eo caſu quo eſſent pleno iure ſubiectæ. nam tunc poteſt in illis exercere epōalia iuriſdictionalia vt no. gl. ſing. in cle. 1. de reb. ec. non al. & facit quod plenè dixi in c. ſignificaſti. de ſo. comp.
27 in lectura. ¶†An autē abbates poſſint præſcribere ptātē vnien di eccleſias, ſeu beneficia ſibi ſubiecta, ſeu ſpectātia ad collationem ſuam, vide hic gl. in ver. ordinarios. poſt pr. quæ ponit opiniones, & finaliter concludit, & bene, q̄ ſic: quia hoc eſt dignitatis & iuriſdictionis, non autem ordinis: ad hoc c. accedentib. de exceſ. præl. & quod ibi no. in gl. & in c. literas. de reſt. ſpol. requiritur, tn̄ titulus, cum ſit ꝯ ius, niſi ſit tāti temporis, de cuius
28 initio, & c. vt in gl. quam not. ¶†Iura dicentia q̄ monachi non debent ſingulariter habitare in capellis, ſed debet ad minus habere quilibet vnum ſocium, cum quo poſſit aliquam ſtabilitatem clauſtri ſeruare, debet intelligi in monachis clauſtralibus, qui p̄nt ad libitum abbatis ad clauſtrum reuocari, ſecus aūt in monachis ſeu canonicis perpetuò inſtitutis ad aliquam eccleſiam curatam: quia cum tales nullam habeant amplius cū monaſterio communionem. 16. q. 1. c. ne pro cuiuſlibet. non tenetur talis habere ſocium ſui ordinis. nec abbas illi ſocium dare tenetur, ex quo non eſt amplius ſub eius cura: vide hic gl. nota.
29 in ver. ad clauſtrum. quam tene menti, quia quotidie eſt in practica. ¶†Clericus ſecularis habens eccleſiam debet habere ſeruitorem, puta clericum in minorib. qui eum adiuuet in diuinis. nō autem tenetur habere ſocium, ſicut monachus clauſtralis: vnde talis locus ſufficere potuit presbytero & ſeruitori, qui
30 non ſufficiat duob. monachis. vide hic bo. gl. in verb. ſeruitutis. ꝯiuncto tex. ¶†Prioratum conuentualem nō p̄t monachus obtinere niſi 25. annum attigerit. & dr̄ conuentualis in quo ſunt plures collegialiter non vt ſinguli. vt eſt hic text. in §. cæterum. iuncta gl. in ver. conuentuales. Prioratum autem non conuentualem habentem tn̄ curam animarum, ſi cura ipſa non per ſe, ſed per presbyterum ſecularem exercecatur, p̄t monachus habere, poſtquam peregerit 20. annum, & nō prius. Sed ſi cura exerceri debeat per priorem, debet attigiſſe 25. annum. de hoc eſt
31 tex. hic, in §. cæterum. iuncta gl. no. in ver. & ſi. dicit tn̄ prædicta gl. q̄ licet ita conditionaliter videatur loqui. text. non tn̄ vī de mente vt clauſtralis exerceat curam per ſe. ca. 1. de cap. mo. dic tu hoc dictum procedere mero iure cōi inſpecto, tn̄ ex conſuetudine p̄t clauſtralis curā per ſe exercere, vt no. volunt hic doc.
32 & dixi in d. c. 1. de cap. mo. ¶†Quid aūt ſi prioratus nō eſt conuentualis, nec habet curam animarum. tex. aūt glo. non aperit hic, ſed tu dic vt plenè ſcripſi in c. ſuper inordinata. de præb. c. q̄quam. c. licet canon. de elē. lib. 6. locum non habeat in eccleſiis collegiatis, & aſſumptis ad ipſarum regimen, vt e. ti. c. ſtatutum.
33 li. 6. ¶†In priorib. tn̄ conuentualib. & religioſis, & ipſorū priorib. locum habet, vt probatur hic in §. ad hæc. & vide gl. in ver. iſtos. priuatur enim ipſo facto prior ēt eccleſiæ conuentualis, qui non facit ſe infra annum in ſacerdotem promoueri. vt hic.
34 ¶†Non profeſſus ordinem monachalem non poteſt præfici alicui prioratui regulari ſeu adminiſtrationi alicuius monaſterij †Et profeſſus præfectus non debet ſtare in monaſterio principali, ſed in ipſo prioratu ſeu adminiſtratiōe tenetur facere reſidentiam quacunque conſuetudine non obſtante, niſi ſtudiorum, vel alias rationabili cauſa ab hmōi reſidentia excuſetur,
35 stex. eſt hic ſing. in §. ſanè priorat⁹. †Et nō. ex illo. q̄ nedum ſimplex monachus p̄t de ſui abbatis licentia ad ſtudium ſe conferre vt in c. 2. ne cler. vel mo. li. 6. ſed ēt prior, qui alias tenetur ad reſidentiam, vt hic. & idem dic de abbate. A quo aūt abbas debeat habere licentiam vide per Io. An. in d. c. 2. & in §. ad amplia tionem. hic prope fin. vbi ponit q̄ locum habet in quibuſlibet monachis. & hoc pp verſ. quilibet. in tex. poſitum, hoc voluit gl. in ver. quilibet. tenetur ergo quilibet monachorum ſe facere promoueri ad omnes ſacros ordines: admonitionem ſui abbatis, & c. vt in litera. Et profecto mihi ſatis placet. vt iſte tex. in totum ſibi vendicet locum in oīb. monachis cuiuſcunq; habitus: tum quia eadem eſt ratio in oībus, nec verba bene ponderata reſiſtunt: tum quia nō video, quare in parte habeat locū in oīb. & in parte nō. Et facit quod no. gl. in cle. j. §. de reſc. & quod
36 ibi dixi. ¶†Si monach⁹ vltra iuris debitū à ſuperiore ſuo grauatur, p̄t ex legitima cā ad ſuperiorem ſuperioris ſupplicare, vel appellare, ad inſtar ſerui ſupplicantis ꝯ dominū. C. de preci. imp.
37 of. l. 1. de ap. c. de priore. hoc voluit gl. in ver. ligitima. ¶†Si abbas non conſtituit magiſtrum in monaſterio, vt monachos inſtruat in primitiuis ſcientiis, ltūa cā nō ſubſiſtente, debet eps illum ad hoc cogere, vel ipſe illum conſtituere. hoc voluit gl. hic in ver. facultates. Ex qua not. q̄ abbate negligente explere officium ſuum, debet eps ſupplere mō prædicto. & facit quod leg. & no. in c. quanto. de of. ord. & de hoc dic vt ibi generaliter leg. & no.

CAP. II.

1 *Celebris vnde dicatur.*
2 *Monalium monaſteria, quomodo, quando, & per quos viſitari debeant.*
3 *Viſitatores impedientes, niſi monti reſipiſcant, excommunicationem ipſo facto incurrunt.* 25.
4 *Exemptorum monaſteriorum quot ſint ſpecies, & à quibus viſitentur.*
5 *Monialium monaſteria vbi ſubſunt aliis monaſteriis monialium, quando, & per quos viſitari debeant.*
6 *Monaſteria ſingulis annis viſitari, quomodo intelligatur.*
7 *Monaſteria an viſitari poſſint pluries, quàm ſemel in anno, & quando, & in quibus habeat locum.*
8 *Monialium monaſteria prælati non viſitantes ſingulis annis peccant.*
9 *Capitula, ſuper quibus viſitatores monaſterium inquirunt, quomodo ſint formanda.*
10 *Abbatiſſa, abbas monialium, & monachorum appellatione includuntur.*
11 *Moniales an poſſint nutrire comam.*
12 *Moniales etiam exemptæ tenentur ad procurationem, quando viſitantur.*
13 *Conſtitutio noua prouidens in certis caſib. extenditur ad caſus ſimiles expreſſis.*
14 *Abbatiſſæ quæ neceſſario benedicendæ ſint, & quæ, & quando non.*
15 *Conſuetudo legitimo tempore firmata, an & quando à contraria obſeruantia vincitur, & liget.*
16 *Benedictio abbatiſſæ eſt ſimplex, & quare, & quid hoc importet.*
17 *Benedictio abbatiſſæ minus eſt, quam abbatis, & quibus diebus vtraque benedictio dari debeat.*
18 *Benedictio abbatis, & abbatiſſæ an iterabilis ſit.*
19 *Abbatiſſa non poteſt eligi quæ corrupta ſit, & à Papa talis promota benedici non debet.*
20 *Abbas non faciens ſe intra annum benedici, an cadat à iure ſuo, ſiue abbatiſſa.*
21 *Diſpoſitum in abbatibus & monachis habet locum in abbatiſſis & monialibus in his, quæ congruere poſſunt, ſi cus econtrà.*
22 *Clauſula, ſit contentus talis re, quid importet.*
23 *Eccleſia tam cathedralis, q̄ alia inferior ſuæ diœceſis, poteſt dici ipſius epiſcopi.*
24 *Epiſcopo moniales viſitanti licet certus numerus perſonarum ſit ſtatutus, non tamen per hoc procurandorum numerus ſtatutus intelligitur reſtrictus.*

1 ATtendentes. †Celebris dr̄ à celo & ponitur pro ſancto pro ſolenni, pro feſtio, p̄ frequentato, vide gl. hic in ver. celebri. †Singula
2 monialium monaſteria debēt ſingulis annis p ordinarios viſitari nō exempta, ꝓpria exempta vero quæ ſedi apoſtolicæ, immediate ſubſunt auctoritate apoſtolica. exempta vero alia, per eos, quiſubſunt, tex. eſt hic ſing. iuncta gl. in ver. ordinariis, Et impedientes ipſos viſitatores, niſi moniri reſipiſcant, excōicationis ſnīam ipſo facto incurrūt vt hic in fi. ſing. & optimè probatur.
4 ¶†Monaſteriorū duæ ſunt ſpecies. Aliqua ſunt ita exempta, q̄ non recognoſcunt ſuperiorem niſi papam. Aliqua ſunt exempta, quia ſunt de ordine exemptorū, ſicut monaſteria ordinum Ciſtertien. Camaldulentium, & ſimilia. Iſta vltima non viſitat nec corrigit ordinarius loci, ſed abbas, vel prior, cui ſubſunt: priora vero, quæ immediatè ſubſunt papæ viſitantur auctoritate apoſtolica per ordinarium loci: & ſic ordinarius loci in hoc eſt delegat⁹ papæ, per illa verba, auctoritate apoſtolica. hoc voluit tex. hic iuncta gl. in ver. alia. & iuncto tex. in c. cum aliquib.
5 de reſc. li. 6. ¶†Sed dubium eſt, quid ſi monaſteria monialium ſubſunt aliis monaſteriis monialiū? dubium facit, quia maior

Universidad de Deusto

prælata non potest exire clausuram,vt in c.vnico.eo.tit.li.6.& per consequens non debet posse per se visitare,& sic loci ordinarius deberet supplere.Arch.hoc tractat in d.c.vnico.&tenet, q illa maior prælata per se visitare non potest,sed,cum sit iustè impedita,visitabit per alium. 10.q.1.c.episcopum.facit de off. ord.c.ſi episcopus,li.6.& secundum hoc cessabit ibi officium
6 ordinarij secundum gl.hic præal.in ver.alia.prope med.†Quo modo intelligitur, q annis singulis monasteria visitentur, an sufficit q in fine vnius anni,& in principio secundi.vide hic gl. in ver.annis singulis.quæ remittit ad notata in c.in singulis.in
7 primis,de statu regu.¶†An monasteria possint visitari pluries quã semel in anno,vide hic gl.in ver.annis singulis.quæ dicit, q sic. per not.in c.mandamus. de offi.archi. & in c. cum venerabilis. de censi.& hoc dicit indubitatum in non exemptis. Idẽ tamẽ putat in exemptis,cum hæc litera huic dicto non cõtradicat.
8 & hoc not.¶†Peccant prælati non visitantes monasteria monialium singulis annis,cum eis hoc præcipiatur hic per verbũ, debeant. q importat necessitatem,licet aliquando sapiat honestatem,sed illud est speciale.& sic intelligitur c.1.de despõ.impu.Ex hoc sing.no.istam gl.quæ quotidie solet allegari, q verbum , debet.ex proprio significatu importat necessitatem. &
9 idem Bar.in l.creditores.C.de pig.vbi plenius per eum.¶†Capitula,super quibus inquirunt visitatores monasteriorum,formauit Guli.in Spe.de inquisi.§.nunc tractemus.ver.licet autẽ.
10 ad quem remittit hic gl.in ver.impeudant.vbi vide.¶†Quod appellatione monialiũ includitur abbatissa,gl.hic in ver. moniales.allcg.c.fi.de simo.vbi appellatione monachorum inclu
11 ditur Abbas.sed dic,vt ibi plenius not.†An moniales possint nutrire comam,an vero teneantur sibi crines præcidere , vide hic bo.gl.in ver.& cornutis.quæ primò per copulã tex.arguit, q sic.quia tex.prohibet comas cornutas,secus ergo si nõ sunt cornutæ.& hanc opi.tenuit Lau.20.q.4.c.2.quia clericis & nõ monialib.prohibentur comæ,glossator dicit,q apud nos moniales communiter tondentur.& hoc putat plus monialibus expedire,vt deformato capite Deo viuant potius quã crines poliendo humani generis hosti deseruiãt,& hoc mihi plus placet.arg.rationis tex.c.duo sunt genera.12.q.1.& vide quod di-
12 xi in c.clerici.de vita & ho.clerico. ¶†Moniales etiam exemptæ,quæ visitantur per ordinarium auctoritate huius cõsti.tenentur ad procurationem licet in tex.hic non dicatur,venit.n. procuratio tanquã annexa visitationi,vide hic bo.gl.in verbo,
13 alia. ¶†Ordinarij possunt coercere moniales etiã exẽptas nõ solum vt desinant ab his,quæ exprimuntur hic, sed etiam à similib.arg.c.translato.de constitu. Ex quo nota, q constitutio noua prouidens in certis casib.extenditur ad casus similes.facit optimè quod no.gl.in l.i.C.de cond.indeb. & tex.in c.cum
14 dilecta.de confirmatio.vtili.¶†Nõ omnes abbatissæ necessariò benedictæ sunt,sed illæ duntaxat,quæ præficiuntur monasteriis,in quibus abbatissæ benedici solitæ sunt. Si autẽ aliquæ fuerint benedictæ,aliquæ non,tunc si de more seruato per 40. annos patere posset,ille seruandus est,licet prius vel postea seruatum sit cõtrariũ.arg.de præb.c.cum de beneficio.lib.6.vide tex.iuncta gl.in l.nemo.§.temporalis.ff.de reg.iur.& quod no.
15 Io.And.in c.fi.de consue.†Consuetudo.n. iam firmata debito tempore nõ variatur.licet postea,vel prius cõtrarium sit seruatum,nisi tanto tempore postea cõtrarium fuerit seruatum, q legitimè sit inducta cõtraria cõsuetudo,vt ibi notatur. & hoc not.voluit gl.hic,vbi autem negatiua vel affirmatiua tanti tẽporis probari non potest,cessat pœna hic apposita super benedictione percipiẽda,quasi ex varia obseruatione videatur illud voluntarium.hoc not.vult gl.in verb.solitæ.Et ex hoc vltimo
16 nota, q varia obseruantia alicuius actus non ligat ad obseruantiam,ex quo non est inducta cõsuetudo per spacium legitimi temporis.¶†Benedictio abbatissæ est simplex , nõ autem est mixta inter simplicem & ordinatoriam,sicut benedictio abbatis,quod patet ex eo,quia abbas benedictus monachos benedicit,de supplenda negligẽ.prælato.c.1.& confert minores ordines.de æta.& quali.c.cum contingat.& 59.dist.c.1. quæ abbatissa ex fragilitate sexus non facit.de pœ.& remiss.c.nona.cũ
17 si.¶†Et sic minus habet benedictio abbatissæ, quàm abbatis. Ex hoc infertur, q licèt benedictio abbatis, à quo pendet ordinandi potestas,his diebus dari debeat,quibus dandus est ordo, secundum Host.qui dicit hoc tutius in d.c.cum contingat. de æta.& quali.de benedictione tamen abbatissæ à qua prædicta potestas non dependet,nõ videtur dubium,quin quolibet die dari possit,& satis est illi,vel suis dependentiis certum tempus non esse præfixum hæc not.voluit hic gl.in ver.benedici.& de hac benedictione abbatis,vide quod not.in d.c.cũ cõtingat.& in c.tuam.nam aliqui voluerunt eam esse omnino simplicem, sed ex priuilegio competit abbati benedictio,vt possit mino-

* res ordines conferre, non autem ex vi benedictionis. *cõiter* tamen tenetur, q hic not.in gl.& fortè propter prædicta,quia benedictio abbatissæ est simplex.Nõ necessitatur quælibet abbatissa ad eam suscipiendam,sed si consuetudo monasterij dunta
18 xat hoc habet.†An autẽ ista benedictio sit iterabilis , vide hic in gl.præal.quæ sentit, q iterari nõ debet,ad instar benedictio-
19 nis nuptiarũ,&c.¶†Corrupta non potest eligi in abbatissam, si tamen promoueretur per habentem potestatem , puta per Papam,non debet benedici.vt in c.iuuenculas.20.q.1.hoc no. gl.hic in verbo rationabilis.Et pro hoc quod dixi de Papa,vide
20 quod in simili no.gl.in cle.1.de elec.¶†An abbas non faciens se benedici infra annũ cedat à iure suo,sicut de abbatissa cauetur hic?Solut.gl.hic in ver.cecidisse.not.dicit, q non,quia hoc non exprimitur in eis,sed solũ in abbatissis.licet enim masculinum comprehendat fœmininum,non tamen econtra.vtl.si ita scriptum.ff.de leg.2.hæc gl.præal.quam not.sing.quia facit
21 ad multa.Et primò nota eam,quo ad principale dictũ.†Secũdò, q dispositũ in abbatibus & monachis habet locum in abbatissis & monialib.in his,quæ eis congruere possunt,secus econtra,vide tamen quod no.in l.2.seu finali.C.de ind.vidu.tollen.
22 ¶†Quòd ista verba sit quis cõtentus tali comitiua seu tali re, &c.intelliguntur negatiuæ,vt vltra non habeat, & hoc innuit
23 verbum,contentus. ita no.gl.in vẽr.duobus.quã no.¶†Quòd tam ecclesia cathedralis,quã alia inferior suæ diœcesis possit dici ipsius episcopi,vide hic tex.iuncta gl in ver.suæ.quam no.
24 ¶†Licet in ista cle.præfigatur episcopo seu ordinario certus numerus personarum in visitatione monialium , non tamen per hoc intelligitur restrictus numerus procurandorum statuus in c.cum apostolus.de censi.litera autem ista debet intelligi de numero intromittendorum in c.tẽpore visitationis.hoc
25 voluit not.hic gl. in ver. contentos. ¶†Non est locus pœnæ excommunicationis hic positæ contra impedientes volentes visitare monasteria monialium,nisi præcedat monitio, vt desistant ab illato impedimento : hoc voluit gl. in ver.impedire. quæ etiam quærit,an requiratur monitio specialis, an vero sufficiat generalis,& non firmat.

¶De religiosis domibus. Rubr.

CAP. I.

1 *Ordines beati Francisci tres sunt.*
2 *Primus ordo beati Francisci est masculorum,qui omnia religionis substantialia profitentur.*
3 *Secundus ordo Beati Francisci est monialium sanctæ Claræ, quæ licet omnia profiteantur,habent tamen proprium in communi.*
4 *Tertius ordo Beati Francisci est masculis & fœminis communis promittentib. tantum obedientiam,& non regulam,sed quendam modum viuendi habere dicuntur.*
5 *Religionis tria substantialia non profitentes,non propriè regulares, neque strictè religiosi dicuntur.*
6 *Prædicare non licet fœminis,nec laicis maribus,nec clericis non curatis,vel priuilegiatis.*
7 *Prædicare an possint fœminæ,& laici masculi ex commissione habentium curã.*
8 *Humilitas quid sit vnde dicatur,& de tribus eius gradibus.*

1 2 Vm de quibus.†Tres sunt ordines Beati Frãcisci.†Primus masculorum,qui profitentur omnia substãtialia religionis cuiusiubet,& iste est strictissimus , de quo in cle.exiui.de
3 verb.sig.†Secundus est S.Claræ sororum,quæ etiam proficentur illa substantialia,sed differunt à primo.quia istæ habẽt proprium in communi,quod non habet primus ordo minorum.
4 †Tertius est ordo masculis & fœminis cõmunis,in quo existẽtes promittunt obedientiam,& habent quandam regulã non propriè quo ad tria substantialia,sed quendam modum viuendi per sedem apostolicam approbatum.Et hoc voluit gl.hic in ver.obedientiam.quę solet quotidie allegari.Sed tu vide aliam pleniorem in cle.cum ex eo.ff.de sent.exc. quæ inter cætera dicit, q iste tertius est pro viuentibus in coniugio,tamen secundum modum viuendi eis datum abstinent certis diebus qualibet septimana à toro.†Et no.ex prædictis, q nõ profitẽtes tria
5 substantialia non dicuntur propriè, habere regulam,sed quendam modum viuendi,& per consequens nõ dicuntur propriè regulares,nec etiam propriè & strictè religiosi,vt no.super rubrica,de regula.& hoc tene menti.¶†Nedum fœminis & laicis maribus prædicare non licet, sed nec etiam clericis qui nõ
6 sunt curati,vel priuilegiati,arg.in c.cum ex iniuncto.de hæreti. iuncta cle.dudũ.de sepul.vide hic gl.in ver.prædicent. & quod
7 no.gl.in cle.1.de regula.vbi aliquid tetigi.†An autem laici masculi & fœminæ possint prædicare ex commissione habẽtium
8 curam,vide quod no.gl.in c.adiicimus.16.q.1.¶†Quid sit humilitas & vnde dicatur,& de tribus humilitatis gradibus,vide hic

hic bonam gl.in verbo,humilitatis.

CAP. II.

1 *Occupatores & vsurpatores rerum ecclesiarum, & hospitalium possunt super illorum repetitione conueniri coram ecclesiastico,& qua actione.*
2 *Hospitalium rectores vltra victum & vestitum non possunt redditus & fructus in vsus suos conuertere.*
3 *Papa solus quomodo & quando possit alterare vsum eorum, quæ per fideles locis ecclesiasticis & religiosis donata sunt.*
4 *Hospitalia religiosa ad alium,quàm ad ordinarium pertinere non possunt , nisi fundator de consensu ipsius ordinarij hoc statuerit , vel consuetudine legitimè præscripta fuerit inductum.& nu. 5.*
6 *Consuetudo vt inducatur contra ius alterius, requiritur titulus , qui tamen potius præscriptio est.*
7 *Episcopi licet possint aliqua iura remittere ecclesiis vel hospitalibus, visitationem tamen & correctionem à se abdicare nequeunt.*
8 *Hospitali præsidentis negligentiam episcopus supplere potest,& quibus mediis de tali negligentia constet.*
9 *Iniungo & opottet,ista verba sumpsiunt præceptum.*
10 *Hospitalibus præfici possunt,non tamen in titulum,nedum clerici seculares , sed etiam laici filios vel vxores habentes,nisi sint suspecti de dilapidatione.*
11 *Hospitalium rectores quales esse debeant, alias eorum electio est ipso iure nulla. nu.12.*
13 *Hospitalibus religiosi præfici non possunt, & quare.*
14 *Hospitalibus monasterio subiectis qui præfici debeant.*
15 *Hospitalia vt clericis secularibus in titulum conferantur,consuetudo non valet, nisi in duobus casibus.*
16 *Hospitalia rectorib. an in perpetuum,an quandiu placuerit,committi possint.*
17 *Rectores hospitalium ad instar tutorum & curatorum quæ præstare teneantur.*
18 *Tutores & curatores qualia iuramenta præstent.*
20 *Inuentarium non solum de rebus mobilibus,sed etiam immobilibus debet confici.*
21 *Rectore hospitalium an teneantur reddere rationem etiam non petitam.*
22 *Prouisio facta clericis de hospitalibus in beneficium est ipso iure nulla.*
23 *Hospitalia militarium ordinum & aliorum religiosorum à quibus sint exempta:& à quibus non.*
24 *Consuetudine in hospitalibus si qua introducta fuerint, seruari debent, & ea cessante reguntur sub parochia,in qua sita sunt.*
25 *Hospitale vt sit religiosum & perpetuum,altaréque & cœmeterium habeat,requiritur auctoritas episcopi.*
26 *Hospitale sine auctoritate episcopi ædificatum,religiosum non est.imo potest rectorem quandocunque pœnitere.*

1 Via contingit.†Occupatores & vsurpatores bonorum ecclesiarũ seu hospitalium possunt super illorum repetitione corã iudice ecclesiastico conueniri. hoc voluit gl. hic super ver.excutere.allegat c.cum sit generale.de fo.comp.& vide tu latius de materia & qua actione sit agendum coram iudice ecclesiastico cum laici sint rei,& in c.ſi clericus laicum.de fo.comp.&
2 in d.c.cum sit.†Hospitalium rectores non possunt vltra victũ & vestitum fructus & redditus conuertere in vsus proprios etiam si fructus sint à solo separati,vide hic tex.iuncta gl. in ver.
3 vsus suos.†Solus Papa potest alterare vsum eorum quæ per fideles locis ecclesiasticis,& religiosis donata sunt.tex.est hic val de not.qui quotidie allegatur iũcta gl.in ver.non ad aliũ.quod intellige si ad alium vsum illa bona conuerti possunt.si autem conuerti nequeunt.vide quod le.& no.in c.nos quidem.de testa.& hic per do&.& per Io.de Ligna.post Bart. super cle.exiui
4 de paradiso.¶†Hospitalia religiosa pertinere ad alium quàm ad ordinariũ non possunt,licèt fundator aliud statuerit in fundatione,sed oportet, q hoc statuatur per ordinariũ de cõsensu patroni.& idẽ dic de aliis onerib.hospitali annectendis.& hoc apertè sentit gl.hic in ver.apposito.alleg.bo.tex.in c.cum dilectus.de consuet.& alia allega.in ea,& vide quod in illis iuribus
5 nota.¶†Hospitalia possunt pertinere ad alium quàm ad ordinarium loci,ex consuetudine legitimè præscripta, si fuit obseruata spacio 40.anno.cum titulo,nisi sit tãti temporis de cuius
6 initio,&c.vide hic gl.in ver.legitimè.Et ex ea no. q †ad cõsuetudinem inducendam contra ius requiritur titulus. Sed tu dic melius quod hic nõ loquitur tex.de cõsuetudine propriè sumta,sed impropriè quæ potius est præscriptio , cum per eam detrahatur iuri ordinarij,& applicetur speciali personæ, simile in c.nõ est.de cõsuetu.li.6.iuncta gl.& vide omnino q ibi de hoc
7 not.per Io.An.¶†Licet episcopi possint aliqua personalia iura remittere vel conferre ecclesiis,vel hospitalibus,visitationẽ tamen & correctionem à se abdicare non possunt, vide hic gl. in ver.sedis apostolicæ.& dic,vt plenè leg.& not. in c. cum venerabilis.de censi.vbi per Io.An.sed not.gl.respectu hospitaliũ.
8 ¶†Ordinarius loci supplet negligentiã præsidentis hospitali etiam exempto.& constare potest de negligentia ex facto notorio,de censi.c.Romana.§.notoria. vel per assignationem termini ad hoc præfixi,& elapsi.facit q in simili nota. in c. ex parte asten.de concess.præb.hoc notat gl.hic in ver.negligentia.iũ
9 cto tex.†Verbum,iniũgo,sapit præceptum,vi de gl.hic in ver. iniũgimus.Idem dic de verbo oportet,vt in l.3.C. de iureiu. &
10 per Bar.in l.admonendi.ff.eo. ti. ¶†Hospitalibus præfici possunt,non tamẽ in titulum,clerici seculares, vt innuitur satis in tex.in ver.vt autem præmissa.in prin.ipsius.§.ad idem. 8.q.2.c. quidam.laicis etiam eorum administratio deputari poterit,licet rector habeat curam pauperum,& familiæ hospitalis extra potestatem clauium.d.c.quidam. Et in prima editione huius concilij fuerat prohibitum , ne laicis habentibus filios. vel vxores,ex quibus possent verisimiliter filios procreare, talia loca conferrentur, q postea fuit sublatum, vt no. dicit gl. hic , in ver.secularibus.in fi.Ex quo infertur, q etiã talibus laicis hospitalia conferri possunt,quod credo verum: nisi sit verisimile q per filios vel vxores bona hospitalium dilapidarentur. ar. in c.
11 de syracusanæ.28.dist.¶†Nota tamen hic sing.text.in ver. sed eorum.quales debent esse rectores hospitalium , debent enim esse viri prouidi idonei & boni testimonij, qui sciant,velint & valeant loca ipsa,bona eorum ac eorum iura vtiliter regere,& eorum prouentus &redditus in personarum vsum miserabiliũ fideliter dispensare,& quod in vsus alios bona prædicta cõuertere præsumptio verisimiliter non existat.& no.sing.hæc vltima verba,probatur enim quod supra dixi, quod talibus suspectis non debent talia hospitalia conferri q expressius tenet gl.
12 in ver.iuramenta.in fi.†Et aduerte ad aliud singulare, quod si non de talibus personis fuerit facta prouisio,est ipso iure nulla, vt hic in dicto verbo,vt autem in fi.incta gl.in verbo attẽta-
13 tum.†Religiosi autẽ talibus hospitalibus præfici nõ possunt, nisi habeant curam animarum,quæ consistit in potestate clauium,quia religiosus non potest extra monasterium intitulari,nisi propter curã.de reg.c.super eo.& hic no.gl. præal. quam
14 tene menti.¶†Quid autem si hospitalia talia sint monasterio subiecta.vide per Fed.in consiliis suis & tetigi in c.quod Dei ti
15 morem.seu,in c.cum ad monasterium.de statu regu. †Nõ valet consuetudo vt hospitalia conferantur clericis secularibus in titulum,tex.sing.est hic in ver.vt autem præmissa. iuncta gl. in ver.reprobamus.in duobus tamen casibus cõtentis in d.ver. vt autem.possunt in titulum cõferri.Primus est, cum in illorũ fundatione fuit hoc statutum.Secundus cum per electionem prouidetur hospitali de rectore,tũc tamen electio est per supe-
16 riorẽ cõfirmanda vt no.gl.hic in ver.electionem.¶†Quomodo autem dicatur in titulum conferri vide gl. hic in ver. committatur ¶An ista hospitalia committantur rectoribus in perpetuum.i.ad vitam ipsorum rectorum,an verò ad tẽpus.ſ.quãdiu placuerit committenti.vide hic bo.in verb.committatus. quæ ponit opiniones.nam quidã vt Inn.q ad tempus ad instar tutorum,& curatorum,& ideo prohibetur hic ne conferãtur in beneficium , quia beneficia de sui natura sunt perpetua. 55. dist.c.præcepta.Glossator dicit,quod hanc lect.non recepit cõsuetudo,& q hodie,sicut olim,instituuntur perpetui rectores in talibus locis,vide per Io.de Lig.qui dicit,quod ex causis leuibus possunt tales remoueri,& latius per eũ hic.†Rectores hospitalium ad instar tutorum & curatorum iuramentum præstare & de locorum ipsorum bonis inuentaria cõficere,& his quibus subsunt loca huiusmodi,vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua tenẽtur reddere rationem vt est tex.
18 hic not.in versi.vt autem.in fi.¶†Qualia autẽ iuramenta præ-
19 stant tutores & curatores,vide hic in ver.tutorum. ¶†An rectores hospitalium teneantur satisfare, vide per gl. hic in ver. iuramentum.quæ concludit,quod non ad instar tutorum,qui ex inquisitione dantur.Et si tales essent suspecti , nõ debent eis
20 hospitalia conferri,vt hic in tex.& gl.præal.¶†Non solum de bonis mobilibus,sed etiam immobilibus, debet inuentarium confici,vide in Spe.de instru.edi.§.fi.ad quem gl.hic se remittit
21 in ver.inuentaria. ¶†An isti rectores hospitalium teneantur reddere rationem etiam non petitam,vide hic bo.gl.in verbo, annis singulis.quæ concludit,satis esse, q requisiti rationẽ reddant,quam gl.bene no.iuncto text. ad similes quæstiones cum quis arctatur per statutum reddere annis singulis rationem. Et aduerte, quia hanc rationem non tenentur reddere orphanis seu pauperibus,sed ordinariis quibus subsunt vt in tex.& in gl.
22 in ver.reddere.¶†Prouisio facta clericis secularibus de hospitalibus in beneficium duobus casibus hic exceptis est ipso iure nulla.Idem si fit non in beneficiũ personis non habentib. qualitates hic in tex ꝑtẽras quas ſ.retuli.ad hoc vide tex.hic in ver.
23 vt autẽ.iũ.gl.in ver.attentatorũ.hæc no.¶†Quod hic cauetur de suppletione ordinariorũ,& quod hospitalia non conferantur in titulum,de iuramento præstando rectoribus & rationc reddenda,& inuentario cõficiendo,locum non habet in hospitalibus militariũ ordinum.& aliorum religiosorum,debet tamen

mẽ in eis obseruari, quod hic dicitur in §. præmissa. vide hic gl.
24 in ver. præmissa. ¶†Hospitalia, quæ consueuerunt ab antiquo habere altare vel altaria, & cœmeterium, vel presbyteros celebrantes, & sacramẽta ecclesiastica pauperibus ministrantes, de fendi debent, & conseruari in illa antiqua cõsuetudine, cessante autem antiqua consuetudine, tunc hospitalia, & ipsorum familiæ, & pauperes inibi degentes, sunt de parochia ecclesiæ in qua sita sunt, ita ꝙ parochiales rectores de iure communi ministrabunt sacramenta. vide hic tex. no. in fi. iuncta gl. in verbo,
25 parochiales. ¶†An hospitale possit erigi & ædificari sine auctoritate episcopi, vide hic bo. gl. in ver. altare. quæ concludit, ꝙ ad hoc vt sit religiosum, & perpetuum, requiritur auctoritas episcopi præsertim vt habeat altare vel altaria, & cœmeteriũ, & aliquod ius parochiale. Si enim interessit episcopi auctoritas, tunc cum sit religiosum, vt in c. ad hæc. & in c. quia. de reli. do. poterit concedi per episcopum altare. cœmeterium, & ius parochiale. ar. in c. 2. 5. de præb. in cle. de iure autem communi
26 ista non competunt hospitali. †Si autem nõ interessit auctoritas episcopi, tunc nõ est religiosum nec perpetuum sed est in libera facultate ædificantis: potest enim quilibet domũ suam vel partem domus ad hospitalitatem pauperum disponere, & pœnitere quandocunque, & vide de hoc no. per Inn. in c. inter dilectos. de dona. & facit c. vnicuique fidelium. de conse. dist. 1.

¶De iure patronatus. Rubr.

CAP. I.

1 *Diœcesanorum appellatione licet regulariter in materia noua non veniant inferiores prælati, limita tamen dupliciter vt per Abb.*
2 *Præsentandi ius habentes vt præsentato, congruam fructuum portionem assignet iuxta dispositionem huius cle. in quibus præsentatibus habeat locum, & in quibus non.*
3 *Electionis alicuius actus perditio potest dici pœna.*
4 *Clausula, conscientiam tuam oneramus, licet operetur, vt de iustitia vel iniustitia commissæ causæ quæstio referri non possit, nec commissarius appellationi deferre teneatur, superior tamen ad quem, emendabit male factum.*

1 VConstitutio. †Appellatione diœcesanorum in materia noua nõ veniunt inferiores prælati, licet habeant ordinariam, vide hic gl. in verb. diœcesanis. quæ quotidie solet allega. similis gl. est in cle. 1. de vit. & ho. cler. sed tu limita omnino, vt dixi in cle. 1. de for. comp. & si aliquid per legem viuam, aut mortuã. sub certa forma siue clausula decreti irritantis mandatur alias habenti potestatem, transgressio præcepti non vitiat actum, secus si sit non habenti potestatem, sed ex nouo mandato illam recipit, ita sing. voluit hic gl. in verb. inhibentes. ¶Et primum distinctionis membrum probatur in c. dilectus. 2. de præb. & c. si soli. de concess. præb. li. 6. ¶Secundum probatur in d. c. si soli. & c. cum dilecta. de rescr. & c. venerabili. de off. del. hoc verum, nisi prohibitio habeat perpetuam prohibitionis causam, vt in l, non dubium. C. de legi. & 10. dist. c. vides. & hoc voluit præal. gl. in fi. sui, quam not. multum. & de hoc vltimo vide quod no.
2 gl. in c. tua. de spon. duo. ¶†Dispositio cle. istius locum non habet in quibuslibet religiosis & clericis habentibus ius præsentandi duntaxat, quia rector non partem, sed omnes prouentus haberet, sed locum obtinet in habentibus præsentationẽ vna cum dominio temporalium, vt in §. sane. satis innuitur, & hic
3 voluit gl. in ver. ius præsentãdi. ¶†Perditio electionis alicuius actus potest dici pœna illi, qui talem optionem perdit, hoc innuit iste tex. iuncta gl. in ver. in pœnam. & hoc not. habes enim vnum modum, per quem dispositio potest dici pœnalis. Idem dic in reiteratione actus in odium agentis inducta, vt est text. iuncta gl. in c. cognoscentes. de constit. & in c. decet. de immu
4 nitate cleri. li. 6. ¶†Vbicunq; super aliquo acta oneratur per superiorem conscientia commissarij, non potest de iustitia vel iniustitia actus referri sibi quæstio, & si appellaretur, non tenetur commissarius appellationi deferre, vt est gl. not. in ver. & oneramus. & idem not. gl. in c. statutum. §. assessorem. de rescr. li. 6. vnum tamen sing. addit gl. hic, ꝙ licet appellatio isto casu non deferat, seu deuoluat causam ad superiorem, nec suspendat potestatem commissarij, ex quo suæ conscientiæ relictum est superior, tamen ad quem est appellatum, emendabit quod male factum est. ar. c. pastoralis. de electio. & sic appellatio est omnino frustratoria hoc casu, & habes modum singularem impugnandi processum iniustum illius, cuius conscientiæ negotiũ commissum fuit. Et nescio alibi istam gl.

CAP. II.

1 *Patronus ita efficitur is, qui aliquid possuit ad dotem ecclesiæ, sicut qui plus contulit.*
2 *Patroni vnius vocem vnam habentis hæres vocem vnam habebit, & duorum hæres duas, & sic de similibus.*
3 *Patronus an habeat præsentare clericum, sicut præsentare rectorem.*
4 *Patroni plures possunt inter se conuenire de præsentando rectorem alternis vicibus.*
5 *Libere, hæc dictio excludit alterius consensum, & siue vacet ecclesia, siue non.*
6 *Patroni plurium ecclesiarum possunt inter se iura illa diuidere, vt scilicet, vnus sit patronus in vna, alius in alia, secus in patronatu libertorum, & quare.*
7 *Episcopi consensus non requiritur in permutatione iuris patronatus, licet secus sit in donatione fienda in seculari persona.*
8 *Patronus potest præsentare nedum plures successiuè, sed etiam simul, optio tamẽ eligendi episcopi est.*
9 *Patronus plures præsentando non potest magis pro vno instare, quàm pro alio, secus tamen si ratione ecclesiæ præsentaret.*
10 *Patronus plures potest præsentare alternatiuè, licèt electio alternatiuè fieri non possit.*
11 *Plures, ista dictio, licèt ad minus comprehendat duos, potest tamen quoscunque comprehendere, in quibus sit eadem ratio.*

1 DLures. †Is, q̃ ad dotem ecclesiæ aliquid posuit, ita patronus effici videtur, sicut ille, qui plus contulit, ita dicit gl. magna hic, & principaliter posuit gl. not. 63. dist. c. 1. puto tamen, ꝙ pinguior sit vox illius, qui plus contulit, sicut in simili dicit gl. in pluribus hæredibus vnius patroni ex inæqualibus partibus, vt pinguior
2 sit illius vox, qui plus habet in hæreditatem. quod not. ¶†Heres vnius patroni habentis vnam vocem habebit vnam vocẽ, si autem est hæres duorum habentium duas voces, habebit pariter duas voces, & sic de similibus, vide hic per gl. magnã iuncto tex. ¶†An patronus habeat præsentare clericum, sicut præ-
3 sentat rectorem, vide hic gl. in ver. rectoris. quæ sentit, ꝙ sic, licet dicat de hoc esse opiniones in c. postulasti. eod. ti. vbi vide.
4 †Plures patroni possunt inter se libere conuenire de præsentã-
5 do rectorem alternis vicibus, vt est hic text. singu. †Et per hoc verbum liberè, positum in textu arguit hic gl. not. in ver. libere. quod hoc fieri poterit sine superioris auctoritate. Item siue vacat ecclesia tempore cõuentionis, siue non. Et hæc nota pro intellectu huius verbi liberè, vt excludat alterius consensum, & solennitates. idem no. in c. licet episcopus. de præb. li. 6. & in
6 c. de multa. eo. ti. ¶†Patroni plurium ecclesiarum inter se possunt illa iura diuidere, vt s. vnus sit patronus in vna, alius in alia licet secus sit in patronatu libertorũ, talis. n. patronatus inter patronos diuidi non potest, licet alimentorum præstationes diuidere possint. ff. famil. ercis. l. quædam. & ff. de adimen. leg. l. 3. Et hoc ideo, quia fortius est iuspatronatus libertorũ, quàm ecclesiarum. Vnde illud non alienatur istud sic, illud transit in suos etiam non hæredes, ff. de iu. pat. l. filij. istud non. hæc not. voluit hic gl. præal. in ver. libere. & vide quod not. de prædictis in c. 1. & c. cum secundum, de iure patro. Et pro priori dicto facit, quia sicut permutatur patronatus cum patronatu, vt no. in d. c. cùm secundum. ita pars patronatus vnius ecclesiæ cũ parte quam habet compatronus in alia, vt quod iuris est de toto, &c. & hoc voluit præal. gl. in fi. quam not. Et pro his omnibus
7 facit iste tex. in 2. parte. ¶†Et aduerte, quia in permutatione non requiritur consensus episcopi, licet secus sit in donatione fienda in seculari persona. & pro hoc c. 1. eo. ti. lib. 6. & vide hic bo. gl. in ver. relicti. quam nota, & satisfacit iste tex. in argumẽtum in 2. par. iuncta gl. in ver. libere. ¶†Patronus potest hodie
8 præsentare nedum plures successiuè, sed etiam simul optio tã-
9 eligendi vnum ex illis datur episcopo, †nec potest patronus magis instare pro vno, quam pro alio. vide tex. sing. iuncta gl. in ver. præsentare. & hoc intellige in patrono laico, vel in clerico præsentante iuri patrimonij, secus si præsentatur ratione ecclesiæ, tunc enim non admittitur in eo talis variatio, vide hic gl.
10 præal. in fi. iuncto tex. in c. cum autẽ. e. tit. ¶†Potest patronus plures præsentare alternatiue licet electio alternatiue fieri nõ possit, vt in c. 2. de electio. li. 6. vide gl. hic in verbo, præsentare.
11 ¶†Dictio, plures, licet ad minus comprehendat duos, vt in regula, pluralis, de reg. iu. li. 6. potest tamen comprehẽdere quotcunque, in quibus sit eadem ratio. vt not. hic dicit gl. in verbo, plures. tam in principio c. quam in fi. de dictione plurium, vide bo. tex. in c. christianos. 34. dist. comprehẽdit enim ex proprio significatu vltra duos, &c. dic vt ibi.

¶De censibus, procurationibus, & exactionibus. Rubr.

CAP I.

1 *Constitutio noua loquens de religiosis non vendicat sibi locum in aliis, licet eadem sit ratio.*
2 *Episcopalibus iuribus qui est obnoxius, tenetur etiam ad procurationem.*
3 *Concilium Viennen. in quo fuerunt editæ plures clementinæ, non durauit nisi per sex menses.*
4 *Priuilegium ecclesiis concessum potest Papa tollere, seu decurtare.*

CVM

1 VM sit. †Cõstitutio noua loquẽs de religiosis nõ vendicat sibi locum in aliis, supple licet sit eadem rõ. ga aliàs nõ foret dubiũ, vide hic gl. in ver. religio-
2 sis: q̃ no. sed vide tu gl. & ꝙ ibi dixi in cle. 1. de resci. ¶†Quj ex parte tenetur ad iura episcopalia, tenetur etiam ad procurationem, vide hic tex. in ar. iuncta gl. in ver. episcopalia. sed vide
3 tex. in c. conquerente. de offi. ord. ¶†No. ꝙ conciliũ Viẽnẽn. in quo fuerunt editæ plurimæ ex istis clementinis, nõ durauit nisi per sex menses, & parũ vltra, vide hic gl. in ver. In posterũ. ¶Potest Papa priuilegium ecclesiis cõcessum tollere seu decurtare, vt hic in fi. iun. gl. fi. vide tñ, qd legiẽ & no. in c. nulli. de sent. exc.

CAP. II.

1 *Visitatio sicut per compositionem tolli non potest, ita nec procuratio.*
2 *Compositio facta super modo procurandi, vel modo procurandorum, valet.*
3 *Pastoralis boni est tondere pecus, non deglutire.*
4 *Fragmentorum appellatione quæ veniant.*
5 *Prælatus procurationem ex debito recipiens an possit pauperibus erogare fragmenta, quæ tam in mensa sua, quam familiarium suorum colliguntur.*

1 ADnostrum. †Non valet compositio per quã tollitur procuratio debita visitantis sicut. n. visitatio per ꝓpositionem tolli non potest, ita nec ipsa procuratio visitationi annexa. ar. in ca. cũ ex officij. de
2 præscrip. †Sed compositio facta super modo procurandi, vel numero procurandorũ bene valet, & hoc modo potest intelligi tex. iste, hoc voluit gl. notabilis hic super ver. compositiones.
3 quam nota. ¶†Boni pastoris est tondere pecus, non deglutire, hoc rescripsit quidã sapientissimus Iberus suadentib. præsidib. quincias onerari tributo, vide hic gl. supradictã. In ꝓriũ tñ facit tex. iuncta gl. in c. constitutionem. de regula. li. 6. gl. tñ in cle. ne in agro. de statu. reg. facit pro & contra. ¶Pro Italicorũ prouerbio vide hic gl. in ver. gratiose. quæ dicit non respiciendũ dentẽ equi donati, & facit qd in simili hr̃ in l. ad res donatas. ff. de ædi-
4 edic. ¶†Appellatione fragmentorum non veniunt ea, quæ integra remanserunt in mensa, dicuntur enim fragmenta à frãgo frangis, & sic comprehẽdit ea, quæ fracta sunt, vide hic bonã gl.
5 in ver. fragmẽta. ¶†Prælatus procurationem recipiens ex debito potest pauperib. erogare fragmenta, quæ tã in mensa ꝓpria, q̃ familiarium suorũ colliguntur. Si autem procurator gratiose qa nõ declinat ad locum pro visitationis officio exercendo, est dubiũ nũquid hoc idem possit. gl. tamen sub dubio forte, vr̃ tenere, ꝙ idem sit, quod in præcedenti cãsu, quasi fragmenta ipsa videatur esse largita, hoc voluit gl. notabilis hic super ver. fragmenta. Ex quo videtur idem dicendum in priuatis familiariter & gratiosè receptis ex idẽtitate rationis. Sed ego dubito tã in prælatis, q̃ id priuatis: quia recipiens gratiosè ad prandium, vr̃ velle solum donare quod recepti consumere possunt per se, nõ autem omnia quæ apponuntur ante eos, complura soleant causa honoris opponi, quàm sint necessaria ad comestionẽ; vnde durum vr̃, ꝙ innitatus seu gratiosè receptus possit dare pauperibus fragmenta quæ supersunt, cum vxor, quæ videtur domina domus, non possit dare eleemosynam de rebus mariti inuito marito, vt no. hic in ca. admonere. 33. q. 2.

CAP. III.

1 *Iubeo, hoc verbum est præceptiuum, & obligat ad peccatum.*
2 *Vectigalia etiam laici soluere non debent pro rebus, quas ad vsum proprium deferunt, & in multis aliis casibus.*
3 *Vectigalia soluere tenentur clerici pro rebus, quas deferri faciunt causa negociandi*
4 *Publicanos inter, & deferrentem rem ecclesiæ, si contentio oriatur super illis rebus, vel personis ecclesiasticis, quibus casibus iuramento deferentium sit standum.*
5 *Vectigalia recipientes à clericis sponte soluentibus non incidunt in pœnas, de quibus hic.*
6 *Italia tota quare interdicta sit, & quare clerici in ea celebrantes sint irregulares.*
7 *Iudex non debet declarare quem incidisse in pœnam constitutionis, illo prius non vocato.*
8 *Appellare quamuis à pœna legis non liceat, à sententia tamen declarantis quem incidisse, appellatur.*
9 *Citatus sub pœna vt compareat certa die, potest si non comparuit declarari contumax, & absque alia citatione efficitur pœna.*
10 *Contumax verus qui dicatur.*
11 *Citatio facta non præsumitur, ex quo de ea in actis non apparet.*
12 *Notorium id dicitur, quod constat ex actis.*
13 *Publicanum superior declarare potest in pœnam incidisse, etiam non conquerente eo, qui exactus soluit.*
14 *Restituere vbicunque quis aliquid tenetur, non sufficit cauere de restituendo.*

1 PRæsenti. †Verbũ, iubeo, est præceptiuũ, & obligat ex præcepto, vide gl. hic verb. iubemus. Et per ꝓns infertur, ꝙ prælati non obseruãtes huius clementinæ dispositionẽ, peccãt mortaliter, vt in
2 c. quod præcipitur. 14. q. 1. iuncto. c. 2. de maiori. & obedi. ¶†Etiã laici soluere nõ debẽt vectigalia ꝓ reb. quas ad vsum propriũ deferunt, vt l. vniuersi. C. de vectiga. & cõmi. & vid gl. ĩ ver. proprij. dic tamen ꝙ in fauorem laicorum non sunt pœnæ hic adiectæ, & in ca. quamquã. de censi. li. 6. proditæ, sed in fauorẽ clericorum & ecclesiarũ tantũ, vt hic & in d. c. quamquã. Et multos alios casus, in quib. vectigalia non soluuntur, vide per no. in
3 l. 4. ff. de publ. ad qua gl. hic se remittit. ¶†Ecclesia & clerici tenentur soluere vectigalia pro rebus quas deferunt seu deferri faciunt causa negociandi. videtur hic text. à contrario. & in c. quãquam. de censi. li. 6. & bo. gl. hic in ver. non negotiandi. vide
4 tñ per Fed. de Se. in opere consiliorũ suorũ. ¶†Si inter clericũ deferentẽ ꝓpria vel ecclesiæ, & leuatorem prædagij est contentio vt quia ille negat eũ clericum, vel dicit res deferri negociationis causa, quia graue esset iudicem semper adire pro fide huius rei facienda, debet huius contentio committi iuramẽto deferentium, vel suorum nunciorũ, si qualitas personarum nõ dissuadeat, vel nisi de contrario fides hr̃ in promptu, facit ca. fin. de iurei. & qd met. cau. ca. vlti. & quo ad personam videtur sufficere, si sit in habitu & tonsura clericali, per decre. si iudex. de sent. exc. li. 6. hoc vlut gl. no. hic in ver. non negociandi. Ex prædictis nota singulariter casum, in quo stat iuramento partis absq; alia
5 probatione & hoc propter difficultatem probandi. ¶†Recipientes vectigalia à clericis sponte soluentibus non incidunt in pœnas, de quib. hic, & in cap. quanquam. e. ti. li. 6. per tex. ibi, exigunt vel extorquent. & hoc voluit hic gl. in verbo. extorquent. Quod forsan tota Italia interdicta est, quia in ipsis ciuitatib. exiguntur vectigalia à clericis & ecclesiis s̃ dispositionẽ istius cle. & d. c. quamquã. e. ti. li. 6. hoc voluit gl. hic in ver. interdicti. quã singulariter no. Et p consequens etiã infero ꝙ oẽs clerici palam celebrantes in dictis ciuitatibus sic interdictis sunt irregulares,
7 per cap is qui. de sent. exc. li. 6. ¶†Nõ debet iudex quẽ declarare incidisse in pœnam constitutionis, illo prius non vocato vt. s. habeat facultatem se defendendi, si vellet negare se in pœnam incidisse, vide hic tex. iuncta glo. in verb. constiterit. & consi-
8 milis gl. est in cle. 2. de pœnis, in ver. constiterit. †Et scias, ꝙ licet alias à pœna legis licitum non sit appellare, vt in c. qa. de appella. tamen à sententia iudicis declarante quem incidisse in pœnam legis appellari potest, quia illa est sententia hominis, & nõ legis, vt dicit gl. notabilis in c. cupientes. §. ꝙ si per 20. de ele. lib. 6. Et ꝙ requiratur declaratio, antequam tiat legis executio, est tex. notabilis in c. cum secundum leges. de hæret. li. 6 & per. Bar. in l. eius delatorem. ff. de iure fis. hæc puto vera nisi constare possit iudici saltem præsumptione legitima illum incidisse in pœnã, vt puta, quia citatus sub pœna, vt compareat certa die, non comparuit, nam presumitur contumax, & illico poterit iudex eo non comparente in termino declarare illum contumacem, & pœna contumacię efficere absque alia citatione, licet ille possit se defendendo allegare causam probabilem quare comparere non potuit hæc probantur in cap. certum 11. q. 3. & in c. 1. de iud. & c. querelam. de procura. & optimè facit quod no. Bar. in l. si finita. §. Iulianus ff. de dam. infec. vbi dicit non valuisse punitionem contumacis ꝓ iudicem factam, quia in actis non cõsta-
10 bat illum fuisse citatũ, cũ nũcius nondũ fecisset relationẽ. †Nã dr̃ contumax verus, qui apprehensus per citationem in termino præfixo non comparuit, vt no. in cle. vnica de dolo & cont.
11 in gl. vbi plenè dixi. †Et ex quo in actis non apparet de comparitione præsumitur non facta, iuxta ea, quæ leguntur & no. in c.
12 qũ ꝙ. de probatio. †Et id, quod constat ex actis, dr̃ notorium vt in c. cum olim. de ver. sig. facit l. pœn. C. de sent. quæ sine certa quant. facit ad prędicta cap. olim. de re iudi. cum ibi no. & quod
13 no. Bar. in l. 1. ff. si cer. pet. & hæc no. †Etiã non conquerente eo qui exactus soluit vectigal potest superior vocato exactore procedere ad declarationem pœnarum hic contentarum, vide gl.
14 hic in verb. Cõstiterit. ¶†Vbicunq; quis tenet aliquid restituere, nõ sufficit cauere de restituẽdo vide hic gl. in ver. restituerit.

¶De celebratione missarum. Rub.

CAP. I.

1 *Clerici non beneficiati in minoribus tantum constituti non obligantur ad horas canonicas.*
2 *Missa non est de septem horis canonicis, quæ ex necessitate per clericos psalli debẽt quolibet die.*
3 *Episcopus non peccat, non audiendo missam quolibet die, & quare.*
4 *Missa quamuis non sit de horis canonicis, distributiones tamen promissis constitui solent.*
5 *Temporum duorum extra habenda est secundum Pythagoram, mane, scilicet & vesperę, eorum videlicet quæ acturi sumus, & eorum quæ gessimus.*
6 *Chorum excusandi causæ rationabiles, quæ sint ante finem officij.*
7 *Missas laici audientes exire non debent ante finem & benedictionem sacerdotis, diebus s. illicet dominicis & solennibus.*

Clerici

Universidad de Sevilla Biblioteca

8 *Chorea vnde dicatur.*
9 *Vasa, vestimenta, & cætera ornamenta ad diuini cultum necessaria, debẽt esse pretiosa pensatis ecclesiarum facultatibus.*
10 *Diœcesani non se intromittunt de iurisdictione minorum prælatorum, nisi in casu negligentiæ.*
11 *Canonicæ horæ psalli, & pulsari debent debitis horis in ecclesiis Cathedralibus, & collegiatis, in aliis autem ecclesiis sufficit, quod officia diuina debitè dicantur licet non cantentur.*

1 RAuti. ¶†Quòd clerici non beneficiati non obligãtur ad horas canonicas. ar. hic ī ver. Ecclesiarũ ministri. & vide hic gl. in ver. Ministri. qđ intellige de constitutis in minorib. ordinib. de quo plenè s. in c. 1. de celebra. missarum. ¶†Missa non est de septem horis canonicis, q̃ ex necessitate per clericos psalli, seu dici debent quolibet die. vt in c. 1. cum ibi not. de celeb. miss. quod patet etiam ex eo, quia etiam episcopi de honestate inuitantur ad illas dicendas vel audiendas, de priui. c. fi. li. 6. hoc ponit gl. hic in ver. canonicas. quã
3 singu. no. præsertim ad intellectum prꝛall. c. fi. vt de honestiate non autem de necessitate, teneatur episcopus quolibet die missam audire, vel dicere, & per consequens non peccat episcopus quolibet die missam non audiendo. ad hoc quod habetur 4. di. c. in istis. §. hæc & si legibus. & per Inno. in c. 1. de vi. & hone. cle. nisi ex contemptu hoc faceret. ad hoc gl. no. in c. quis autẽ. 10. di. quæ dicit non seruantem legem ex consilio loquentẽ, non peccare, nisi hoc facit ex contemptu, quod no. fortius ergo idẽ dicendum in prælatis inferioribus, vt non peccent missam non
4 audiendo quolibet die. † Et quamquam missa non sit de horis canonicis, folent tamen pro missis vt pro horis canonicis distributiones instituí. vt no. prꝛall. gl. hic alleg. j. de reliq. & venerat.
5 san. cle. 1. ¶†Secundum Pythagoram duorum t[illegible]orum cura habenda est, scilicet mane & vespere, eorum quę aucturi sumus & eorum quę gessimus, notat hic Glo. prꝛall. in ver. canonicas. in fi. De omni verbo ocioso reddituri sumus in die iudicij rationem, vide hic gl. in ver. vana. tex. est no. Hiero. in c. pen. 22. q. vlt.
6 quem vide, quia etiam pulchra alia dicit. ¶†Rationabilis causa exeundi chorum ante finem officij est, si spiritus esset nimis fatigatus & recreationis causa. ¶Item si infirmitas, vel iusta occupatio superueniret vide hic tex. iuncta gl. in ver. rationabili. quam no. iuncto tex. & vide latius no. in c. dolentes. & eo. titu.
7 ¶†Etiam laici missas audientes ante fin. & benedictionem sacerdotis exire non debent. de consecra. di. 1. ca. missas. no. hic gl. in ver. exeundo. quod intellige quando ex præcepto missa auditur, vt puta diebus dominicis vel solennibus. & ita loquitur d. c. missas. cum sequenti, aliàs secus, quia cum tunc omittendo non peccat, fortius idem dicendum si exit ante fin. vt no. in ca. quis. 10. di. Seneca ad Luciliũ epistola. 18. festiuis. maxime diebus animo imperandum est, vt tunc à voluptatib. solus abstineat, cum in illis omnis turba procubuerit, vide hic gl. in ver. vi
8 giliis. ¶†Chorea dicitur à choro, quia chorizantes in suis Iudicris cantilenis, & saltibus, quodammodo tenent chorum, vide
9 hic gl. in ver. choreas. ¶†Vasa, vestimenta, & cætera ornamenta ad diuinum cultum necessaria non debent esse nimis vilis precij seu æstimationis, sed decentia pensatis ecclesiarum facultatibus, vide hic tex. in §. in multis iuncta gl. in verb. indecentibus.
10 ¶†De iurisdictione minorum prælatorum diœcesani non se intromittunt, nisi in casu negligentiæ, & sic non concurrunt cum illis, vide hic bo. tex. in §. ne igitur iuncta gl. no. in verb. inualescant. quam diligenter no. & vide quod no. in c quanto, &
11 cap. vt ab ecclesiarum. de offi. ord. † In ecclesiis cathedralibus & collegiatis debent debitis horis pulsari & psalli horæ canonicæ. In aliis autem ecclesiis non collegiatis debet conuenienter & debitè celebrari officium diuinum diurnum, pariter & nocturnum, quasi dicere velit, quòd in ecclesiis nõ est opus, quòd officium cantetur, sed quòd debitè aliàs dicatur, vide ad prædicta hic tex. in ver. Ne igitur. iuncta gl. in ver. In aliis.

1 DIgnum. ¶†Appellatione pontificium nõ veniũt electi in episcopos & confirmati, nisi etiã sint cõsecrati etiam in concessione priuilegiorum vide hic tex. iuncta gl. no. in ver. pontificium. contrarium videtur sen
2 tire gl. no. in cle. 1. de fo. compe. in ver. Episcopis. dic concordando, vt ibi dixi. ¶†Religiosi domestici commensales Cardinalium, & episcoporum licet valeant ipsis cardinalibus & episcopis in diuinis officiis se coaptare, non tamen in aliis, intellige cõ
3 tra eorum regulam. vide hic tex. iũcta gl. in ver. Officiis. ¶†Religiosus prælatus ecclesiæ secularis debet illam regere secundũ officium clericale, non autem monachale, & sic coaptat se in diuinis officiis illi ecclesiæ, ad quam translatus. est vide hic bonã gl. in ver. licitæ. quæ allegat multas alias concordantias, & optimè pro hoc dicto facit ratio c. illa. 12. di. Ad quamlibet ecclesiã accesseris, eius ꝙsuetudinẽ serua, si nõ vis esse cuiquã scãdalum
4 nec quẽquã tibi. vt ibi latius hꝛ. ¶†Clericus domesticus ꝙmensalis alicuius prælati non potest in diuinis officiis se illi coaptare, fallit fauore Cardinalium & episcoporum, cum ex speciali indulgentia hoc illius concedatur; secus ergo de iure communi vt hic in fin. literæ, iuncta gl. in ver. indulgemus. † Priuilegiũ
5 autem vni concessum non debet ad alias personas trahi vt in c. sane. de priuile. & c. petisti. 7. q. 1.

¶De baptismo & eius effectu. Rubric.

1 *Aula dicitur sala, vel ꝙspaciosum habitaculum communiter quatuor habens alas.*
2 *Princeps quis dicatur, maxime in priuilegio principibus tributo, & vnde dicatur largè, scilicet sumpto vocabulo.*
3 *Princeps strictè sumptus quis dicatur.*
4 *Argumentũ valet ab ordine literæ adeo, vt primò nominatus censeatur dignior.*
5 *Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, & vasallus, quis dicatur.*
6 *Principatus nec large, nec strictè sumptus, quis dicatur.*
7 *Verba in priuilegiis, statutis, & similibus dispositionib. non strictè capiuntur, sed debet ex probabilibus coniecturis considerari tacita mens disponentis.*
8 *Tyrannus non includitur in dispositione loquente de principe, & quomodo Tyrannus à principe dignoscatur.*
9 *Liberorum appellatione veniunt filij, nepotes, & descendentes ab eis.*
10 *Filiorum appellatione regulariter non comprehenduntur nepotes, quibus tamen casibus comprehendantur, & naturales non legitimi.*

1 RAesenti. ¶†Aula dicitur sala vel ꝙspaciosum habitaculum cõmuniter quatuor habens alas. vide hic gl. in ver. aulis. qđ no. ad ttatuta. ¶† Quis
2 dicatur princeps maximè in priuilegio principib. tributo, & vnde dicatur, vide hic gl. no. & satisplenam in verb. regnum. quę in effectu dicit quatuor, primò quòd potest sumi largè & tunc ponitur pro quolibet habente dominium seu dominationem populi, & sic quilibet habens aliquem baroniam potest dici princeps, & probatur hoc ex etymologia vocabuli, dꝛ enim princeps à præ, & capio, quasi primum capiens locum seu dignitatem vt probatur in simili in ca. quamuis. de ver. signi. vbi dicitur quòd largè secundum etymologiam vocabuli quilibet qui præest, potest dici præpositus, &c. vt ibi, hinc est, quòd Deus appellatur princeps. Isaie 9. ibi: Deus fortis pater futuri seculi, princeps pacis. Interdum angelus de se dicens Iosue 9. Ego sum princeps exercitus. Interdum Papa. de consec. di. 1. c. corpora. Interdum episcopi. de maio. & obe. c. si qs, vel alij iudices ecclesiastici. 17. q. 4. c. diffiniuit. Itẽ Imperator, de re iud. c. ad apostolicæ, in prin. Item alius principalis populo. de maio. & obe. ca. omnes principes. Itẽ apes & grues dicuntur habere principẽ.
3 7. q. 1. c. in apib. ¶† Secundò principaliter potest sumi strictè prout est principatus quædam dignitas secularis sic vocata, vt principatus Archaiæ, & Salerni, & Tarenti, & his simil. & sic sumitur in ca. fundamenta. §. vt ergo. de ele. li. 6. loquens enim de Imperatore Rege, & principe, submittit de Marchione Duce, Comite, & Barone, vel alio nobili potentatu, per quod videtur ex ordine literæ, quòd princeps maior sit prædictis Marchione
4 Duce, & similib. † & no ex hac parte gl. quòd valeat argumentum ab ordine literæ, vt primò nominatus censeatur dignior, & vide aliam bonam gl. in cap. quorundam. de elect. lib. 6. & ex illa litera sumpto hoc ar. potest notari, quòd Marchio sit dig
5 nior Duce, cum nominetur ante Ducem. † sed tu vide tex. in li. feu. titu. quis dicatur Dux, Marchio, comes, capitaneus, vel vasallus, ibi tam in rubro, quàm in nigro præponitur Marchioni Dux. & ibi habetur, qui dicantur tales, & per gl. in d. cap. fundamenta, in verb. Marchio. & vide etiam ibi glo. in verbo: prin
6 ceps. & in hoc cogita. ¶†Redeo ad glo. istam, quæ tertiò principaliter dicit, quòd potest sumi principatus, nec ita strictè, vt supra, pro notabili potentatu, meritò comparando regiæ dignitati, facit prælleg. decret. fundamenta in fin. & hoc modo

CAP. II.

1 *Pontificum appellatione non veniunt electi in episcopos & confirmati, nisi etiam sint consecrati, etiam in concessione priuilegiorum.*
2 *Religiosi domestici commensales Cardinalium & Episcoporum, licet valeant ipsis Card. & episcopis in diuinis officiis se coaptare, non tamen in aliis contra eorũ regulam.*
3 *Religiosus prælatus ecclesiæ secularis debet illam regere secundum officium clericale, non autem monachale.*
4 *Clericus domesticus alicuius prælati non potest se in diuinis officiis coaptare, nisi cardinalibus & episcopis, quibus hoc simpliciter indultum est.*
5 *Priuilegium vni concessum non debet ad alias personas trahi.*

modo putat gl. nostra capi in isto tex. quasi dicat, non esse verisimile ꝙ capiatur hic ita largè, vt veniat quilibet habens aliq̃ baroniam, cum nimis laxaretur hęc litera, nec videtur de ipsius intentione, cum post reges submisit de principibus, vnde verisimile est, quòd voluit comprehendere magnos principes regibus fore equiparandos, nec etiam est verisimile, quòd voluerit strictè intelligere, vt solum comprehendat habentes dignitatẽ principatus, vt sic excludantur alij magni Duces, Marchiones, & Comites, qui meritò ex magno potentatu possunt principibus æquiparari, habuit ergo tex. respectum ad magnum potentatum & ex his hẽs hanc gl. declaratam vsque ad ver. tyrannos. Ex qua sing. not. quòd in priuilegio contra ius concesso non ea piuntur verba ita strictè, vt capi possunt, sed debet ex probabili
8 bus coniecturis considerari tacita mens disponẽtis. & idem ego puto in statutis, & similibus dispositionibus. ar. huius literæ iuncta gl. g̃ singulariter no. ¶†Quarto hic gl. quærit, an principes tyranni includantur in dispositione huius cle. & singulariter dicit, quòd non, quia tales non merentur dici principes, nã vt habetur Isaiæ 12. Princeps ea, quæ sunt digna principi, cogita. & vt ait Greg. Tyra vnus est, qui in re publica non iure principatur. Et philosophus. 5. Politicorum. Cum princeps tendat ad bonum commune, tyrannis ad proprium, ergo non est princeps. & hæc singu. no. quia faciunt ad multa, & plenissimè de ty
9 ranno, vide per Bar. in tractatu, de tyranno. ¶†Quamquam appellatione liberorum veniant filij, nepotes, & descendentes ab
10 eis, vt l. liberorum. ff. de verbo. signi. † appellatione tamen filiorum regulariter non comprehenduntur nepotes. ita not. dicit hic gl. in ver. liberi. allega. Insti. qui da. tut. posi. in fin. & no. in hoc vlti. gl. idem no. gl. iuris ciuilis in l. filij. ff. de ver. sign. sed de materia vide tu latius per Bar. in l. liberorum. prꝛall. dicit tamẽ gl. prꝛall. quòd casualiter comprehenduntur nepotes, intelligendo tamen descendentes ex filiis masculis, ff. de sena. l. liberos. & de pœnis. ca. vbicunque. li. 6. quod no. An autem appellatione filiorum veniũt filij, seu nepotes ex filiis naturales non legitimi. gl. prꝛall. disputat, & tandem videtur per iura allegata pro & cõtra ponere hanc theoricam, quòd quo ad parentum reuerentiã bene habetur ratio naturalium tantum, sed quo ad commodũ liberorum vel honores non, per l. cum legitimę. & quod ibi no. ff. de sta. ho. & not. bene hanc gl. & vide ad materiam quod no. Bar. in l. prouinciales. ff. de ver. sig. & l. fi. C. de ind. vidu. & quod dixi in c. fi. de pœnis.

¶De reliquiis & veneratione sanctorum. Rubr.

CAP. I.

1 *Sic" regnum Vrbanus Papa 4. contulit Carolo fratri Regis Franciæ, quod potuit iuste facere, cum sit de patrimonio beati Petri. vt in c. ad*
2 *apostolicæ. de re iu. li. 6.* ¶†† *Multa in sacramento corporis & sanguinis Christi mirabilia denotantur.* ¶*Primo enim de nota tur mirabilis productio, quia de cœlo nobis productum est, & ad vocem sacerdotis ꝙaperiuntur cœli, & c. de consecratione. di.*
3 *2. c. qđ est sanguis.* ¶†*Secundò notaꝛ mirabilis multiplicatio, quia quotidie conficitur, nec ꝙsumitur. de consecra. dist. 2. c. in*
4 *Christo semel, & ca. qui mãducant. 2.* ¶†*Tertio denotatur mirabilis ministratio: quia quo ad effectum, ita per malos sicut ꝙ banos ministratur. 1. q. 1. c. inter catholicam. & capit. seq. vs-*
5 *que ad §. sed obiicitur. de ꝙsecra. dist. 2. c. vtrum.* ¶†*Quarto notatur mirabilis ꝙfortatio, quia fulcit animę nostræ substantiã, & quotidie accipiendus est iste panis, vt quotidie prosit. de cõsecra. dis. 2. c. non iste panis. & qui de eo manducat, in æternum non deficit. ea. dist. c. Christus panis est. & qui contemnit vel negligit hunc panem sumere, debilitatur, & cadit à virtutibus. de*
6 *consecra. dist. 2. c. si quod. & c. si quis in tract.* ¶†*Quintò denotatur mirabilis mundicia, quia nisi dignè & à dignis sumaꝛ, pro pinat mortis iudicium. de consecra. dist. 2. c. qui scelerate, & c. timorem. & cum bucella, quam Christus dedit Iudæ, introiuit*
7 *diabolus in eum. de consecra. di. 2. c. esca.* ¶†*Sextò denotaꝛ mirabilis translatio, qa ẽt prece iniusti fit transsubstantiatio virtu*
8 *te. s. verbi, non merito sacerdotis, 1. q. 1. c. cum scriptura.* ¶†*Septimò denotatur mirabilis transmissio, quia transmittitur etiã ad defunctos non summè malos nec summè bonos, 13. q. 2. c. non ęstimemus. & c. animæ. Quędam alia miranda ex subsequẽtib. collige, hæc post theologos ponit hic no. gl. in ver. Mirabile. quę etiam ponit figuras horum mirabilium, narrat Seneca li. 1. de beneficiis, ꝙ cum Socrati cæteri discipuli pulchra offer rent dona. Esch res pauper eius discipulus seipsum solum obtu lit, dicens: Cæteri autem pauca dederunt quia meliora retinerũt & c. vt ibi pulchrè habeꝛ, & vide hic gl. in ver. Datore. & fa-*
9 *cit ad ꝙpositũ huius tex. in ver. Singularis. & ad mirãda† liberalitas vbi donator venit in donũ, & datũ est idẽ penitus cũ dato re q̃ larga & ꝙdiga largitas, cum tribuit qs seipsum, & c. quẽ tex.*
10 *ono.* ¶†*Quod idem opus meritorium laudabilius est in vouente, vel professo, quàm in alio, ita secundum theologos dicit gl. no. hic in ver. seipsum. Ex quo infertur, ꝙ is qui vouit ieiunare, puta die veneris, magis meretur quàm is, qui tali die ieiunat si-*
11 *ne voto. † Item ꝙ professus seruando continentiam laudabilior est, q̃ is qui illam sine voto seruat, & sic de similibus. Et hãc conclusionem gl. post theologos probat triplici modo. Primò sic; vouere, est opus latrię quæ prꝛcipua virtus est inter morales, opus autem nobilioris virtutis est melius & magis meritorium, latria autem est cultus & seruitus, quę soli Deo debeꝛ, de*
12 *ꝙsecratione dist. 3. c. venerabiles.* ¶†*Secundo probatur sic, Vouens non solũ quo ad actum, sed ẽt quo ad potestatem, subiicit se Deo, vt de cętero aliud agere non possit; ergo plus dat, & per consequens magis meretur. probatur per similitudinem, qui dat fructũ, & arborem, magis dat; quàm qui dat solũ fructum. Tertio confirmatur, sic per votum immobiliter voluntas firmatur in bonum. Ad perfectionẽ autem virtutis pertinet aliquid agere ex voluntate firmata in bono, vt pater per Philosophum 2. Ethicorum. Et August. Fœlix necessitas quæ ad ma-*
13 *iora compellit. ergo magis meritoriũ, & hæc no.* † *Olim antiqui nõ habuerũt nisi 10. menses vsq; ad tẽpus Iulij Cæsaris, & Numæ Pompilij, hic mensis Nouembris sic fuit dictus: qa erat nonus mensis inchoando à Martio, vt inchoabant antiqui, demum distinctio & correctio annorum facta fuit & secundum cursum solis redeuntis in fine anni ad eundem punctum additi fuerunt duo menses in principio anni. s. Ianuarius & Februari".*
14 *&† propter horas sex, q̃ supererant, oportuit singulis quatuor annis addi diẽ bisextilem, de quo dicendũ, vt no. in c. q̃ fuit, de ver. sign. & tũc tpis Iulius vocabaꝛ Quintilis, & Augustus Sextilis, q postea à Iulio & Augusto denominati fuerũt, vel ꝙpter ipsorũ ortum, vel ꝙpter rẽ prosperè gestam. hæc gl. nota. hic in*
15 *ver. certam diem. quam bene no.* ¶†*Nullum animal ita odorẽ hominis sentit, sicut anser. vnde Isidorus etymolog. Gallorum*

2 *Orandi modus requirit humilitatem corporis cordis deuotionem, attentionem, & breuiloquium.*
27 *Oratio, & sacrificium missæ est faciendum versus orientem.*
28 *Orationis effectus multos vide.*
29 *Indulgentiæ quia vere pœnitẽtibus & confessis dantur, licet id difficile sit, amare tamen interpretari non debet.*
30 *Indulgentiis, vt quis gaudeat, in ecclesia, & non in alio loco, orandum est.*

1 SI dominum. ¶†Vrbanus Papa 4. natione Gallicus regnum Siciliæ ꝙ Manfredum contulit Carolo fratri regis Franciæ, vt patet in chronicis. ita no. hic gl. in ver. Vrbano. & dic, ꝙ potuit hoc est iusta causa facere, cum sit de patrimonio beati Petri. vt in c. ad
2 apostolicæ. de re iu. li. 6. ¶†† Multa in sacramento corporis & sanguinis Christi mirabilia denotantur. ¶Primo enim de nota tur mirabilis productio, quia de cœlo nobis productum est, & ad vocem sacerdotis ꝙaperiuntur cœli, & c. de consecratione. di.
3 2. c. qđ est sanguis. ¶†Secundò notaꝛ mirabilis multiplicatio, quia quotidie conficitur, nec ꝙsumitur. de consecra. dist. 2. c. in
4 Christo semel, & ca. qui mãducant. 2. ¶†Tertio denotatur mirabilis ministratio: quia quo ad effectum, ita per malos sicut ꝙ banos ministratur. 1. q. 1. c. inter catholicam. & capit. seq. vs-
5 que ad §. sed obiicitur. de ꝙsecra. dist. 2. c. vtrum. ¶†Quarto notatur mirabilis ꝙfortatio, quia fulcit animę nostræ substantiã, & quotidie accipiendus est iste panis, vt quotidie prosit. de cõsecra. dis. 2. c. non iste panis. & qui de eo manducat, in æternum non deficit. ea. dist. c. Christus panis est. & qui contemnit vel negligit hunc panem sumere, debilitatur, & cadit à virtutibus. de
6 consecra. dist. 2. c. si quod. & c. si quis in tract. ¶†Quintò denotatur mirabilis mundicia, quia nisi dignè & à dignis sumaꝛ, pro pinat mortis iudicium. de consecra. dist. 2. c. qui scelerate, & c. timorem. & cum bucella, quam Christus dedit Iudæ, introiuit
7 diabolus in eum. de consecra. di. 2. c. esca. ¶†Sextò denotaꝛ mirabilis translatio, qa ẽt prece iniusti fit transsubstantiatio virtu
8 te. s. verbi, non merito sacerdotis, 1. q. 1. c. cum scriptura. ¶†Septimò denotatur mirabilis transmissio, quia transmittitur etiã ad defunctos non summè malos nec summè bonos, 13. q. 2. c. non ęstimemus. & c. animæ. Quędam alia miranda ex subsequẽtib. collige, hæc post theologos ponit hic no. gl. in ver. Mirabile. quę etiam ponit figuras horum mirabilium, narrat Seneca li. 1. de beneficiis, ꝙ cum Socrati cæteri discipuli pulchra offer rent dona. Esch res pauper eius discipulus seipsum solum obtu lit, dicens: Cæteri autem pauca dederunt quia meliora retinerũt & c. vt ibi pulchrè habeꝛ, & vide hic gl. in ver. Datore. & fa-
9 cit ad ꝙpositũ huius tex. in ver. Singularis. & ad mirãda† liberalitas vbi donator venit in donũ, & datũ est idẽ penitus cũ dato re q̃ larga & ꝙdiga largitas, cum tribuit qs seipsum, & c. quẽ tex.
10 ono. ¶†Quod idem opus meritorium laudabilius est in vouente, vel professo, quàm in alio, ita secundum theologos dicit gl. no. hic in ver. seipsum. Ex quo infertur, ꝙ is qui vouit ieiunare, puta die veneris, magis meretur quàm is, qui tali die ieiunat si-
11 ne voto. † Item ꝙ professus seruando continentiam laudabilior est, q̃ is qui illam sine voto seruat, & sic de similibus. Et hãc conclusionem gl. post theologos probat triplici modo. Primò sic; vouere, est opus latrię quæ prꝛcipua virtus est inter morales, opus autem nobilioris virtutis est melius & magis meritorium, latria autem est cultus & seruitus, quę soli Deo debeꝛ, de
12 ꝙsecratione dist. 3. c. venerabiles. ¶†Secundo probatur sic, Vouens non solũ quo ad actum, sed ẽt quo ad potestatem, subiicit se Deo, vt de cętero aliud agere non possit; ergo plus dat, & per consequens magis meretur. probatur per similitudinem, qui dat fructũ, & arborem, magis dat; quàm qui dat solũ fructum. Tertio confirmatur, sic per votum immobiliter voluntas firmatur in bonum. Ad perfectionẽ autem virtutis pertinet aliquid agere ex voluntate firmata in bono, vt pater per Philosophum 2. Ethicorum. Et August. Fœlix necessitas quæ ad ma-
13 iora compellit. ergo magis meritoriũ, & hæc no. † Olim antiqui nõ habuerũt nisi 10. menses vsq; ad tẽpus Iulij Cæsaris, & Numæ Pompilij, hic mensis Nouembris sic fuit dictus: qa erat nonus mensis inchoando à Martio, vt inchoabant antiqui, demum distinctio & correctio annorum facta fuit & secundum cursum solis redeuntis in fine anni ad eundem punctum additi fuerunt duo menses in principio anni. s. Ianuarius & Februari".
14 &† propter horas sex, q̃ supererant, oportuit singulis quatuor annis addi diẽ bisextilem, de quo dicendũ, vt no. in c. q̃ fuit, de ver. sign. & tũc tpis Iulius vocabaꝛ Quintilis, & Augustus Sextilis, q postea à Iulio & Augusto denominati fuerũt, vel ꝙpter ipsorũ ortum, vel ꝙpter rẽ prosperè gestam. hæc gl. nota. hic in
15 ver. certam diem. quam bene no. ¶†Nullum animal ita odorẽ hominis sentit, sicut anser. vnde Isidorus etymolog. Gallorum

assensus in capitolio anseris clangore,deprehẽsus est, & sic Romanã debẽt cedere anseribꝰ à quib. fuerunt defensi, ne ab hostibus caperent. Italici tñ in festo omnium sactorum anseres deuorant propter festum, vide hic gl.in verbo,omnium sanctorũ.
16 ¶†Si ꝙs asserit habuisse ex reuelatione diuina aliquid,sibi non
17 credit, nisi aliter probet,ad hoc ca.cum ex iniũcto tex. ¶†Improprie feria sumit ꝓ festo, cum omnẽ diem vocemus feriam, vel à fando, ꝙ
qualibet die fabatur Deus. Gene. primo, vel ꝙ singulis dieb. fari
possumus in diuinis vel humanis, simile de ver. significe. forus.
18 vide hic gl.in ver. feriam. & qd no. sup. rubrica de feriis. ¶†Pẽtecoste dicitur à pente, quod est quinquies, & coste decem ꝙ
quinq; decies dies sunt inter festum Resurrectionis & Penteco
19 stes. vide hic gl. in verb. Pentecostes. ¶†Hymni sunt cantica laudis, sicut Treni cantica lamentationis, vide hic gl.in verb.
20 hymnos. & per Ioan. And. in c. non minus. de immu. eccl. ¶†Iubilare idem est qd cantare voce quadam ꝓfusa præ gaudio, vnde dicũt quidam, qd iubilus est gaudium quod verbis explicari
non põt, nec tamen penitus reticeri, vide hic gl.ĩ ver. iubilet. & de ver. plaudere, vide hic gl.in ver. Plaudat. quod idem est quod
21 manus iungere. ¶†Circa orationem videas hic gl. sing. & plenam, quæ materiam per modum summæ tractat ponendo 10. quæstiones. Primaqd sit oratio. Secunda vnde dicatur. Tertia q̃ sit eius diuisio. Quarta qualiter sit porrigẽda. Quinta à quo. Sexta ad quem. Septima ad quid. Octaua qualiter. Nona vbi. Decima quis sit eius effectus. Et per ordinem poteris hic videre formaliter in gl. Colligam tñ quædam dicta, quæ mihi inter cæte-
22 ra notãda videbuntur. ¶†Et primò no. ex ea post theologos, ꝙ sancti orationes nostras cognoscunt, quia vnusquisq; beatus in essentia Dei videt quãtũ perfectio beatitudinis requirit: hoc autẽ requirit ad perfectionẽ beatitudinis vt homo habeat quic quid velit, nec velit aliquid inordinatũ, sed recta volũtate quilibet cognoscere vult quæ ad eum pertinent; ergo & sancti, cũ eis nulla rectitudo desit hoc volunt; oportet ergo, ꝙ vota omnium orationes, & defensiones in ver. cognoscant. nam ad eorum gloriam pertinet, ꝙ auxilium egentib. præbeant ad salutẽ, sic enim Dei cooperatores efficiuntur. & si dicatur, solus Deus est cognitor cordium, de si mo. c. tua. in fi. cum concordantiis, sed oratio ꝙsistit in corde, ergo & cæte. Respondetur, ꝙ cordiũ cogitationes solus Deus nouit per se ipsum, sed alij tñ cognoscere possunt, quantũ eis reuelatur. nõ alio modo; fatẽdum ergo, ꝙ orationes, quas ad sanctos verbo. vel corde dirigim⁹ Deo, manifestẽ cognoscunt. hæc gl. præall. sub q. 4. & vide ad materiam tex. Aug. in c. fatendum. 13. q. 2. qui generaliter tractat, an
23 mortui sciant quæ fiunt in hoc seculo. ¶†An exaudiat Deus peccatores orantes? aliqui, ꝙ sic, ... q. 1 c. ipsi. In ꝫrium facit c. si quis inquit. ver. ad hoc omnia. & c. sacrosancta. e. q. Sol. dicit gl. præall. post Thomam sub 5. q. ꝙ si peccator petit aliquid inquãtum peccator. i. fm desiderium peccati, non auditur à Deo ex misericordia sed quandoque à Deo exauditur ad vindictam, vt permittatur magis irruere in peccatum; vnde secundum Aug. Deus quædam negat propicius: quæ cõcedit iratus. sed si peccatoris oratio procedit ex desiderio bonæ naturæ, Deus exaudit, non quasi ex iustitia, quia talis non meretꝰ, sed ex pura misericordia, si tamen alia in oratione concurrunt, de quib. infra, & in di-
24 ctis gl. sub 7. q. ¶†Ex his conclude cautum & expediẽs vt semper eligas sacerdotem meliorem & sanctiorẽ: quia oratio porrigenda est per bene dispositum, ꝓtritum, & pœnitentem; nam si is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, & c. 3. q. 7. c. iudicet. & cap. in grauibus. & 48. dist. §. 1. ibi ẽt no. an orationes malorum prosint his, pro quibus orant, vide etiã quod habetur 1.
25 q. 1. c. ipsi sacerdotes. ¶†An liceat in oratione aliquid petere in specie, & nunquid liceat petere temporalia? Ad primum licet Valerius li. 7. c. 2. referat Socratẽ, quasi quoddã. humanæ sapiẽtiæ terrestre oraculũ: Nihil vltra petendum à aliis immortalib. arbitrari, quàm vt bona tribuerẽt. tñ vt inquit gl. ꝑall. in 6. q. patet ex oratione dominica, ꝙ etiam aliquid determinatiue petere possumus, vnde Augũ. ad Probam, dicit, quòd demum id licet orare, quod licet desiderare, dicens, quòd oratio Dominica ostẽdit etiam temporalia à Deo peti posse, dũ dicit, Panem nostrum quotidianũ, & c. vnde tenẽt theologi, ꝙ teporalia à Deo orando petere possumus, nõ vt constituamus in illis spem, sed vt fiant adminicula beatitudinis consequendæ vt deseruiant ad
26 sustentationem vitæ corporalis exercendæ, ad actus virtuosos. facit 1. q. 3. c. si quis obiecerit. & hæc no. ¶†Modus ọrãdi requirit humiliratẽ corporis, cordis deuotionẽ, attẽtionẽ & breuilo quium de primo Eccles. 35. ibi: Oratio humilitatis penetrat nubes. de secundo ait Aug. Quid prodest strepitus labiorum, si mutum est cor. de tertio patet de cõsc. di. 5. c. nunquã. in prin. & Cyprianus: Nil aliud cogitet aliqs q̃ id solũ qd precatur. de 2se.
dist. 1. c. qui autem. & dicit Greg. illam orationem: Deus non audit, cui ille, qui orat non attendit. dicunt tamen Theologi hoc intelligendum, quando attentio nullo modo coniungitur. nõ enim requiritur quòd attentio, semper maneat in oratione per actus essentiam. vnde Psalm. 22. Cor meum dereliquit me. satis est enim, quòd maneat per virtutem, quod est, qñ cum bona in tẽtione quis ad orationem accedit; & si in prosecutione meus ad aliud rapiatur, semper enim primæ virtus permanet nisi tãta sit vacatio, ꝙ attentio oĩno depereat, & hæc no. quæ vide hic latius per gl. in 7. q. de quarto habeẽ Matth. 6. Cum orauerit nolite multum loqui, &c. facit de consec. dist. 5. c. non mediociter. Nec tamen putes secundum gl. ꝑall breuiloquium esse de necessitate orationis. Nam oratio nõ solum secundum suam causam, quæ est desideriũ charitatis, sed etiam in seipsa potest esse diuturna; nã & de Christo legimus, quòd pnoctauit orãdo. Lucæ. 6. ¶Item dicitur, ꝙ prolixius orauit, Lucæ. 22. Item dicitur, Lucæ 18. in princ. Oportet semper orare, & non deficere. facit
27 77. dist. c. nosse. ibi: Orationibus pernoctãtes instetimus. sed ga, vt dicit Aug. ad Probam: Multum loqui in orando, est rem necessariam superfluis agere verbis, cum plerũque hic negotium plus gemitib. quam sermonibus agatur, ideo monemur ad breuiloquium. nam vt dicunt sancti: Frequens esse debet, & breuis oratio, ne immorantibus vobis aliud cordi vestro ingerat inimicus. & hoc no. bene. ¶†Videtur q̃busdam, ꝙ oratio debeat
28 fieri ad Orientem, sed eum Deus sit vbique, ad omnem partem possumus eum orare: æquè tamẽ oramus, & sacrificium missæ facimus versus Oriẽtem. de hoc. 11. di. c. ecclesiarum. & vide de hoc articulo bonum tex. & hic per gl. præall. sub 11. q. ¶†De orationis effectu vide plura hic per gl. præall. in vlt. q. quæ inter cætera dicit, ꝙ orationis effectum sumus in Italia nuper experti quando enim cum versib. illis: Exurgat Deus, &c. cœpit ecclesia orare, perempti, extenuari & exterminari sunt quasi subito qui cẽsura ecclesiastica & armis bellicis iam dudum morari nõ poterant. bene facit 32. dist. c. vlt. vbi dicitur ꝙ orante Moyse populus vincebat, vincebatur cum dimittebat. & Imperator Theodosius Senior suis orationib. miraculosam victoriam cõtra Eugenium & Arbogestem obtinuit, quorum exercitus iacula vehementissimus ventus extorquebat in ipsos, & cacula partis Theodosij cum maiori fortitudine vltra mensuram humani ictus impingebatur in illos. & longe latius dic, vt habetur in præall. vlti. q. & in remissionib. in ea cõtentis. & inter alia no. vnum dictum Bern. in li. meditationum: Ex duob. vnum inDubitanter sperare debemus, aut dabit nobis quod petimus, aut qd nouit esse nobis vtilius. Itẽ nota, dictũ Hiero. super Matth.
17. ibi. ſHoc genus demoniorum non eiicitur nisi in oratione & ieiunio. vbi sic dicit: Nõ sanat oculum, quod sanat calcaneũ, ieiunio sanantur pestes corporis, oratione verò sanantur pestes
29 mentis. ¶†Nota, gl. hic in ver. cõfessis nam in eo quòd tex. dat indulgentias verè pœnitentibus, & confessis, diffidendo quòd aliquis sit verè pœnitens & confessus, dicit hæc verba: Quis est hic & laudabimus eum. Eccles. 41. has ergo remissiones, quib. pauci participant, amarè interpretari non decet nec expedit. vt
30 odixi de pœnit. & remissio. c. quòd autem. ¶†Ad hoc vt quis gaudeat indulgentiis in isto tex. concessis, non sufficit interesse horis extra ecclesiam, etiam si dicantur in priuato oratorio cũ tex. bis faciat mentionem de ecclesia. vide hic gl. prope finem, in ver. ecclesia.

¶De immunitate ecclesiarum. Rub.

CAP. I.

1 *Papa potest suam, vel sui prædecessoris constitutionem reuocare, & illam habere pro infecta.*
2 *Excommunicatus ex viribus constitutionis reuocatæ, quæ habita est pro infecta absolutione non indiget.*

1 VOniam. ¶†Papa potest suam vel sui prædecessoris constitutionem reuocare, & illam habere pro infecta vt est hic tex. in ver. nos. & per hunc tex. putat hic gl. in ver. pro infectis. quæ re-
2 putatur singularis. †Quòd excommunicatus ex viribus constitutionis reuocatæ, quæ habita est pro infecta, prout hic contingit, absolutione non indiget: Ex hoc etiam dicit perpendendũ quanta est Papæ potestas circa illa quæ sunt simpliciter de iure positiuo, quia illa reuocare potest, vt ex tunc. & tene sempermenti istam gl.

LIBER QVARTVS.

¶De consanguinitate & affinitate. Rub.

CAP. I.

1 *Monialis, religiosus, & clericus in sacris, impunè contrahunt matrimonium, si cum Papæ dispensatione hoc faciunt.*

2 Ignorantia

2 *Ignorantia iuris non excusat, quominus attentans factum excommunicat nonis pœnã damnatum, incidat in ipsam excommunicationem.*
3 *Constitutio excommunicans scienter contrahentem matrimonium, solus sciens, altero in probabili ignorantia existente, incidit in excommunicationem.*
4 *Constitutio puniens scienter contrahentem non ligat eum, qui ignoranter contraxit, licet post factum certificatus, permanserit in contractu.*
5 *Matrimonium metu in constantem virum cadente contrahentes in casibus prohibitis, non incidunt in excommunicationem, quia matrimonium est nullum ex defectu consensus.*
6 *Publicæ honestatis iustitia non oritur ex matrimonio per metum contracto.*
7 *Constitutio pœnam ipso facto imponens contra exercentem aliquid, quod de iure tenere potest, non habet locum pœna, si actus aliquo facto non tenuit.*
8 *Matrimonio inter aliquos prohibito, videntur prohibita etiam sponsalia, pœna tamen apposita contrahenti matrimonium, non extenditur ad contrahentem. sponsalia.*
9 *Religiosorum appellatione etiam in materia pœnali veniunt omnes tacitè & expressè professi, etiam si non obligantur religioni in specie, sed in genere tantum.*
10 *Communicans alicui in eo actu, pro quo excommunicationem tunc incurrit, an incidat cum illo in excommunicationem.*
11 *Pœna apposita vni ex correlatiuis, an videatur apposita alteri, licet de altero nihil dicatur in constitutione.*
12 *Statutum puniens vendentem granum in ciuitate, videtur punire etiam emptorem, quia sunt correlatiui.*
13 *Dubitationis causa quæ dicuntur, iuris dispositionem non immutant.*

1 IOs. ¶†Monialis, religiosus, & clericus in sacris, impune contrahunt matrimonia, si cum papæ dispensatione hoc faciunt, & euitant etiam culpam. vide hic gl. 1. in fi. sed illam intellige vt no. in c. cum ad monasterium. de sta. reg. per doc. & per Io. An. in regu.
2 semel Deo dicatum. in mer. ¶†Ignorãtia iuris nõ excusat, quo minus attentans factũ damnatum & prohibitum sub excommunicationis pœna, incidat in ipsam excommunicationem. ar. reg. ignorantia. de re. iu. li. 6. & hoc voluit gl. hic in ver. scienter. & hoc puto verum nisi sit ius dubium de quo etiam Iurisperiti merito dubitarent. arg. in l. regula. ff. de iu. & fa. ig. iuncto
3 c. 2. de consti. li. 6. ¶†Si constitutio excommunicat, seu aliter punit cõtrahentes matrimonium, vel quid simile & vnus contrahentium scienter contrauenit, reliquis vero existentibus in ignorantia probabili, solus sciens incidit in excommunicationem seu pœnam. 34. q. 2. c. in lectum. firmat gl. hic in ver. scienter. post princ. ¶†Si constitutio punit scienter contrahentem,
4 non ligat eum, qui ignorãter cõtraxit, licet post factum certificatus permanserit in contractu. vide hic gl. no. in verb. scienter. in ver. sed quid si contraxit. concordat glo. no. in c. decreuit. de
5 hæ. li. 6. in fin. †Contrahentes matrimonium per metum in virum constantem cadentem in casibus hic prohibitis non incidunt in excommunicationem: quia matrimonium est nullum ex defectu consensus. per cap. cum locum. de sponsa. hoc voluit in effectu gl. hic super ver. matrimonialiter. quam sing. no. quia clare vult, quòd matrimonium per metum contractum sit ipso iure nullum. & vide quod plenius dixi in dict. c. cum locum.
6 † Secundò singu. ex eadem not. quòd ex tali matrimonio per metum contracto non oritur publicæ honestatis iustitia. alle. c. vnicum, de spon. li. 6. quasi deficiat hoc casu consensus. & hic
7 habet locum ille text. † Item collige subtiliter tertium, quòd vbi ius imponit pœnam ipso facto contra exercentem aliquid, quod de iure tenere potest non habet locum pœna, si actus a-
8 liquo facto non tenuit. ¶†Prohibito inter aliquos matrimonio, videntur prohibita etiam sponsalia, per l. oratio. ff. de spon. pœna tamen apposita contrahenti matrimonium, non extenditur ad contrahentem sponsalia: quia pœna non debet extendi. hoc voluit sing. gl. hic in verb. matrimonialiter. post sui medium. & facit quod in fim. no. Io. An. in c. dispendia. de rescri. li. 6. sed in contrarium facit gl. no. in c. 1. de postula. prælato. in fi. & vide quod ibi dixi. & hæc tene menti in materia extensio-
9 nis. ¶† Appellatione religiosorum etiam in materia pœnali veniunt omnes tacitè & expressè professi religionem aliquam approbatam, etiam si nõ obligati sint illi religioni in specie, sed religioni in genere. exemplum in c. non solum. & c. seq. de reg. lib. 7. hoc no. voluit gl. hic in verb. religiosos. quam not. & vide
10 quod dixi in cle. i. de reli. do. ¶†An communicans alicui in eo actu pro quo excommunicationem tũc incurrit, incidat cum illo in excommunicationem. vide hic gl. in verb. & moniales. quæ primò per istum tex. arguit quòd non, quia primò excommunicat contrahentem matrimonium cum moniali, & postea excommunicat specificè ipsam monialem contrahentem, ergo nõ incurrebat excommunicationem contrahendo cum illo, qui incurrit excommunicationem propter contractum matrimonium. de hoc tamen gl. remittit ad no. in c. contingit j. de sent. exc. vbi de hoc satis plenè. ¶Secundò dicit, quòd volens tenere contrarium, posset ad text. istum respondere, quòd voluit punire seu excommunicare monialem eo casu, quo cõtrahens cum ea non foret excommunicatus: puta quia ignorabat illam esse monialem. dic tamen quòd hoc nimis restringit dictum de q. principali, vt not. in d. c. contingit. & text. iste satis
11 bene facit pro dicto priori. ¶†An pœna apposita vni ex correlatiuis videatur apposita alteri, licet de altero nihil dicatur in constitutione, seu dispositione. glos. hic non tangit, sed iudicio meo iste text. plurimum facit, ꝙ non. Nam si contrarium esset verum, non fuisset necessitas specificè excommunicare ipsas moniales: satis enim erat excommunicasse contrahentes cum eis. sed in contrarium facit tex. in l. vna. C. de cupressis. lib. 10. & quod ibi no. per Bar. & per eundem in l. 2. seu fi. C. de indi. vidu.
12 vbi firmat istud contrarium. vnde per tex. illius l. vnicæ. † dicit quòd si statutum punit vendentem granum in ciuitate, videtur punire etiam emptorem, quia isti sunt correlatiui: non e-
13 nim potest esse venditor sine emptore. ¶†Ad istum tex. posset responderi quod hic expressit de monialibus causa dubitationis tollendæ, cum istud dictum non sit sine dubio, & ea quæ dubitationis causa dicuntur, iuris dispositionem non immutant. l. qui mutuam. ff. mand.

LIBER QVINTVS.

¶De magistris.

CAP. I.

1 *Perpeti, idem est quòd valde pati.*
2 *Per liberum arbitrium nemo potest saluari, sed oportet quòd gratia Dei infundatur.*
3 *Gratia Dei est duplex, videlicet operans, & cooperans de vtriusque effectu.*
4 *Possessiones an duæ sint differentes specie, an vna diuersificata per accidentia.*
5 *Admodum, idem est quod valde.*
6 *Bononia vnde dicta sit, & à quo tempore, & Imperatore habuit studium.*
7 *Iudæi non habent specialem linguam in vulgari, nam ea euanuit.*

1 INter. ¶†Perpeti est infinitum huius verbi perpetior, & ponitur pro diu tolerare, vel valde pati: quandoque autem, cum iungitur cum verbo cura, ponitur pro perpetua, con
2 tinua, & assidua, &c. vide hic gl. in ver. perpeti. ¶†Mediante gratia Dei cognoscit homo quid agendum, vitandumve sit, si adiuuat ad bonum faciendum, de consecra. dist. 4. c. gratia. & in tribus vltimis capitulis eiusdem dist. & præsertim vide tu vltra gl. hic bo. tex. cum gl. in d. c. fin. vbi colligitur quòd per liberum arbitrium nemo potest saluari, sed oportet quòd gratia Dei infundatur. & scias quòd circa i-
3 stam gratiam duplex reperitur opinio. ¶†Nam quidam dicũt, quòd hæc gratia est duplex, videlicet operans, & cooperans. Prima præparat hominis voluntatem, vt velit bonum. Secunda adiuuat ne illa voluntas ad bonum frustretur. Alij vero dicunt, ꝙ vnica est gratia operãs & cooperãs, sed per diuersos effectus distinguitur: in verbo gratia enim, quæ parat hominis volũtatẽ ad bonum, non sit ociosa, vt augeatur, & aucta perficiatur, coad
4 iuuat ne frustra velit sed producat ad opus. † similis altercatio est inter legistas, an sint duæ possessiones differentes specie, an vna tantum diuersificata per accidentia, de qua satis per glo. & Bar. in l. 1. ff. de acqui posse. & Dy. in regula sine possessione. de reg. iu. li. 6. hæc in effectu voluit gl. in verb. cooperante. & vide de hac gratia. quod no. Ioan. Andr. in c. gratia. de commoda. &
5 hæc not. ¶†Admodum idem est, quod valde, vt hic iuncta gl. in ver. admodum. & concor cle. Romani. ver. non itaque, & de
6 iureiuran. ¶†Bononia dicitur quasi bona super omnia, vel bonorum notitia, nimis amabilis, hoc voluit gl. hic in verbo, bononiensi. & vide ad idem quod no. gl. iuris ciuilis in l. vnica. C. de profe. qui in vrbe Const. li. 12. & subiungit gl. hic quòd Bononia habuit studium à Teodosio Imperatore currentibus annis domini 452. vnde studium Bononiense est longe vetustius quàm studium Romanæ curiæ, quod habuit priuilegium tem
7 pore Inn. 4. vt in decre. 2. de pri. li. 6. ¶†Iudæi non habent specialem linguam in vulgari. euanuit. n. ipsorum lingua vulgaris vide gl. in verbo, hebraice.

CAP. II.

1 *Doctoratus & magistratus ponuntur vt diuersa.*
2 *Doctores dicuntur in iure canonico, vel ciuili, in theologia dicuntur magistri, & & idem in artibus.*
3 *Magister vnde dicatur.*
4 *Doctoratus honorem quis sine peccato in qualibet scientia, si sit dignus, postulat, indigno*

Universidad de Deusto

indigno autem est peccatum præsumptionis.

5 *Doctoratus est honor, merito debet inter alios honorari.*

6 *Doctoratus insignia quæ sint apud extras nationes, & quæ apud nos, quæ tamen non sunt de substantia doctoratus.*

7 *Doctoratus honorem cancellarius studij solo verbo tribuit post examinationem per doctores factam, qui testes peritiæ illius, non autem iudices sunt.*

8 *Scientiæ imperfectum sicut aliquando supplet perfectio charitatis, ita nonnunq; imperfectum scientiæ in scholarib. doctorandis supplet perfectio expensarum.*

9 *Doctorandus non debet in suo doctoratus expendere vltra 500. libras Bonon. alias incidit in periurium.*

10 *Examinis privati expense factæ à doctorando non includuntur in summa taxata in doctoratu.*

11 *Examinis privati appellatione non comprehenditur doctoratus tanquam pars eius, quod facit ad statuta.*

12 *Cancellarius studij si incidit in suspensionis pœnam ad sex menses, quia non detulit iuramentum, prout cautur, & durante semestri iterum incidat in eandem pœnam secundum semestre incipit currere immediatè à tempore secundi excessus. fallit si actus fuerit nullus.*

13 *Cācellario studij suspēso à collatione doctorat⁹ an teneat ipsa doctoratus collatio.*

14 *Character non imprimitur per doctoratum.*

15 *Doctoratus honorem quis habeat conferre, & an consuetudine immemoriali studium publicum possit haberi.*

16 *Doctoratum an aliqui conferre possint de iure communi.*

17 *Doctorandi potestas ad quem pertineat, suspenso, vel mortuo eo, ad quem in illo loco pertinebat.*

18 *Suspenso officiali illius, ad quem spectat dare licentiam seu doctoratum, an sit suspensus ipse principalis.*

19 *Ex delicto commisso per vicarium in officio mandato non venit puniendus principalis committens.*

1 2 CVm sit. ¶†Not. q̄ doctoratus & magistratus pō-
nuntur hic in tex. vt diuersa, & dicūt qui-
dam, vt refert hic gl. in ver. doctoratus. †Quòd doctō-
res de iure can. vel ciuili dn̄r in Teologia: non autem
dn̄r magistri, & idem in artib. & dicit hic gl. præall. q̄ hoc apud
Italicos non recipitur, sed vltramontani cōiter vocant magi-
stros. nec ſm glo. debet alicui hæc denominatio fore molesta,
cum Christus sic à discipulis vocari voluit. Io. 13. quod ipse acce
ptabat. Io. 12. dicēs: Vos vocatis me magister & domine, & bē-
3 ne dicitis, sum etenim. † Et dn̄ magister quasi maior in statio-
ne: sicut minister, quasi minor ibidem. dr ēt à monendo vel à
monstrando. & de his remittit hic gl. ad Host. in sum. c. ti. §. 1. vi
de tu de hoc vltimo tex. in l. quib. p̄cipua. ff. de ver. sig. vbi pro-
batur maximè iuncta gl. q̄ hoc verbum magister, conuenit e-
4 tiā oīb. cuiuslibet disciplinæ præceptorib. & ibi latius. ¶†Do-
ctoratus honorem quis sine peccato in qualibet scientia, si sit
dignus, postulat: quia per hoc petit opportunitatem cōicandi
quod habet, quod est laudabile & ad charitatem pertinens. fa-
cit 8. q. 1. c. in scripturis. indigno autem est peccatum præsum-
ptionis. de quo per Arch. 48. di. §. 1. & hoc ponit hic glo. no. in
5 ver. honorē. & no. ex hoc, & ex text. †quod doctoratus est ho-
nor. & sic per doctoratum consequitur quis honorem, meritò
debet inter alios honorari. facit quod le. & no. in l. ad personas
egregias. ff. de iu. iu. & pōdera, q̄ nō appellatur dignitas. de quo
vī Bart. dubitasse, & plene per eū in l. ex eo. ff. de test. mi. aliquid
in prooe. C. & in l. fi. C. de iud. vide tex. in c. quanto. de magist. &
6 quod ibi dixi. ¶†Insignia doctoratus apud aliquos sunt cathe
dra & biretum, apud alios vero liber, annullus, osculum, supple
& biretum: vide hic text. iuncta gl. in ver. Insignia. dic tn̄ quod
ista insignia, non sunt de substantia doctoratus. ad hoc l. magi-
stros. & in l. sicut. C. de profess. & medi. lib. 10. sed sicut calcaria
deaurata & ensis dari solent militib. in signum militiæ, ita præ-
7 di cta doctoribus in signum doctoratus. † Cācellarius enim lo-
co principis tribuit hodie doctoratus honorē solo verbo post
examinationem factam per doctores. qui sunt testes peritiæ il-
lius non autem iudices seu superiores. vt no. per Bart. in prooe.
ff. facit d. l. magistros. & vide ad materiam quod plenè scripsi in
8 c. proposuisti. de prob. †Sicut q̄nque imperfectū scientiæ sup-
plet perfectio charitas. de renun. c. nisi. §. pro defectu. sic q̄nque
imperfectum scientiæ supplet perfectio expensarum. vide hic
gl. in ver. excedūt. & arbitror quod gl. loquatur hic derisiue no.
tando quosdam scholast. cos minus eruditos petentes hūc ho-
norem, qui cum largitare suptuum conantur supplere & tege-
9 re defectū literaturæ. ¶†Non debet quis in suo doctoratu vel
magistratu vltra quingentas libras Bononinorum paruorum
expendere, quæ faciunt ducentos & quinquaginta florenos de
camera. & in hoc plerique nobiles excedunt, sed caueant à per-
iurio, cum iurent non excedere summam hic taxatam, scilicet
trium milium Turonensium argentorum, qui faciunt ſm mo
netam nostram summam prædictam. de quo vide gl. hic in ver.
10 argentorum. ¶†Dic tn̄ quod expēsæ priuati examinis in sum
ma prædicta non includuntur. vt not. gl. in ver. doctoratum. Ex
11 qua iuncto tex. no. †quod appellatione doctoratus non com-
prehenditur examen priuatum, etiam ante quam pars doctora
tus. quod no. quia facit ad statuta mentionem facientia de do-
ctoratu. vnde si statuto cauetur, vt quis. puta rector, debeat gra
tis doctorari, non includitur examen. facit quod de hac mate-
12 ria no. Bar. in l. vna. C. de athl. li. 10. ¶†Si catu aliquo cancella-
rius studij incidit in suspensionis pœnam ad sex menses, quia
non detulit iurm, prout hic cauetur, & durāte semestri iterum
incidit in eandem pœnam, ſm semestre incipit currere imme-
diatè à tempore secundi excessus, non autem expectabitur fi-
nis primi semestris hoc voluit no. gl. hic in ver. sequētes. quam
no. quia facit ad multas similes q. & plenius de hoc not. per Io.
An. in c. cum in cunctis. de elect. Aduerte, hæc q. satis procedit
in casu, quo doctoratus collatio tenuit secunda vice: quia tunc
indubitanter incidit in pœnam. sed dubium est, quid si non te-
nuit, puta quia fuit habita à notoriè suspenso, vt infra subiicie-
tur, nunquid incidat iterum in pœnam, ex quo actus fuit nul-
lus? quia verum est dicere, quod non contulit doctoratum, &
facit gl. no. in cle. vna. §. de consan. & af. quod no. sicut non inci-
dunt in pœnam ꝫhentes mrimonim per metum cum consan-
13 guinea, & c. qui mrimoniū non tenuit. cogita bene. ¶†An can
cellario suspenso à collatione doctoratus teneat ipsa doctora-
tus collatio. vide hic gl. in ver. sequenti. quæ concludēdo distin
guit, q̄ aut suspēsio est occulta, & tenet. ar. in c. ad probandum.
de re iu. aut est publica & tunc secus vt in d. ca. ad probandum.
non. n. in hoc in primitur character, meritò inducitur ex toto
nullitas vigore suspensionis: & sic oportebit q̄ iterum talis do
14 ctoretur. †& nota bene q̄ per doctoratū non imprimitur cha-
racter. est. n. ſm gl. præall. quæ dā auctorizatio & declaratio que
declarat illum dignum ad officium doctrinæ, & dat auctorita-
tem vt doceat, quæ verba not. diligenter. habes. n. ex his diffini-
tionem doctoratus & puto quod non imprimitur character. s.
stricte & propriè. sicut per collationem ordinum: sed largo mo
dō pōt dici quod imprimatur ad instar militis armatæ militiæ,
vt probatur de milite in c. quod quida. j. q. j. prope fi. & doctores
15 sunt quasi milites. l. aduocari. C. de adu. di. iu. ¶†Quis hēt con-
ferre honorem doctoratus seu magisterii, vide hic bon. gl. scili-
cet fi. quæ dicit, quod aliqui conferunt auctoritate apostolica,
ponit exemplum in archidiacono Bononien. aliqui de consue
tudine & no. hoc dictum q̄ ius conferendi doctoratum potest
consuetudine quæri simul. no. in cl. dudum. de sepul. per glo. in
ver. generalib. quæ dicit q̄ studium generale potest ex consue-
tudine haberi. & no. sing. illam gl. & istam, & intelligo de con-
suetudine tanti temporis, de cuius initio memoria non exisiit,
cum istud sit de reseruatis principi: & ad talia iura præscriben-
da requiritur perfectum tempus, vt in c. super quibusdā. de ver.
16 sig. & facit quod no. gl. prox. all. in d. cle. dudum. ¶†Item & ter
tio dicit ista gl. secundum Hosti. quod aliqui conferunt docto-
ratum de iure cōi, vt ēps cum capitulo. all. c. quia. de magist. di-
cit tn̄ ista gl. quod illud c. parum facit, maximè ponderata decr.
2. c. ti. & sic tacitè sentit gl. quod istud non competit ēpo de iu
re cōi, licet hoc nō firmet. ego tn̄ firmo per tex. in l. magistros.
C. de profe. & me. li. 11. & facit quod no. Bar. in l. vna. C. de athle
tis. li. 10. & in d. l. magistros. & per eundem Bar. in prooe. ff. vete
17 ris. ¶†Ad quem deuoluitur potestas doctorandi, suspenso, vel
mortuo eo, ad quem hæc potestas in loco illo pertinet. Sol. di-
cit præall. gl. fi. hic quod si hæc potestas competebat ex priuile
gio apostolico, tunc potestas deuoluitur ad papam. arg. c. quia
diuersitatem. de concess. præb. ego all. quod in simili leg. & not.
in c. verum. de fo. comp. & videndum est quod ibi dixi. Et idem
est ſm gl. vbi Arch. vel alius conferret de consuetudine, vel de
iure, quia superior supplere t, ſm glo. all. c. 2. 1. resp. e. ti. Aduerte,
quia hæc gl. non clare loquitur, nam dum primo dicit, idem es
se, cum ex cōsuetudine, &c. vī sentire, q̄ potestas etiam hoc ca-
su deuoluitur ad papā, sicut. dixerat in præcedenti casu, sed cum
postea all. c. 2. e. ti. sentit, quod quilibet superior suspensi ēt ēps
posset succedere. ego puto quod si ista potestas competit soli
principi, quod sp deuoluitur ad principem siue inferiori com-
petat ex priuilegio siue de consuetudine nisi aliud hēat priuile
gium. arg. in c. irrefragabili. §. cæterum, & q̄ ibi no. de of. or. & in
18 c. 1. de sup. ne. prælli. 6. & quod ibi no. ¶†An suspenso officiali
illius ad quem spectat dare licentiam seu doctoratum, sit sus-
pensus ipse principalis cum deliquerit ipse officialis in ipso offi
cio exercendo, vt in casu huius cle. gl. fi. præall. in fin. sui dicit, q̄
non nisi ipse principalis ratum illud factum damnatum habuit
19 set, ar. c. si compromissarius. de elect. li. 6. †Ex qua no. q̄ ex deli-
cto ꝫmissio vicariū seu commissarium officio cōmisso non
venit puniendus principalis committens, nisi delictum ratum
hab-

habuerit. vide ad idem gl. in c. hoc etiam. 2. q. 6. & in l. 3. ff. quod quisque iu. limita tamen materiam secundum no. per Bar. in l. j. ti. de pub. & dixi in c. 2. de rest. spo.

¶De iudæis & sarracenis. Rub.

CAP. I.

1 *Habitare seorsum, & habitare permixtim, quomodo intelligatur. 3.*

2 *Sarraceni non prohibentur permixtim habitare cum Christianis.*

4 *Comedere cum infidelibus an licitum sit Christianis.*

5 *Sarraceni habent duo genera sacerdotum, qui isti sint, vbi habitent, & quomodo inter se dignoscatur.*

6 *Sarraceni non vtuntur campanis, quamuis eas commendent, habent tamen in qualibet mesquita vnum ministrum vltra sacerdotem, qui supplet campanarum defectum, & quomodo.*

7 *Sarraceni Mahumetum non Deum. sed Dei nuncium dicunt.*

8 *Sarraceni omnes in scutis portant in eorum lingua hæc verba, Non est alius victor. nisi Deus.*

9 *Sarraceni in quinque horis dici, in aurora, in tertiis, in vesperis, in completorio, & crepusculo noctis, faciunt certas genuflexiones, sicut nos de sero facimus ad laudem virginis.*

10 *Mesquitam sarraceni, Iudei synagogam, Nos ecclesiam vocamus.*

11 *Sarraceni intrant mesquitam nudis & lotis pedibus, & cum certa deuotione: fœmine tamen ibi cum maribus non conueniunt.*

12 *Machometus fuit nutritus à quodam clerico nobili Romano, qui cum tempore Bonifacij pape 4. quedam petita impetrare non potuisset, apostatauit à fide.*

13 *Sarracenos coercere spectat ad principes seculares, in quorum dominio sunt cum non sint creaturæ ecclesiasticæ.*

1 ¶Edit. ¶†Sarraceni christianis subiecti q̄nq; habitāt
seorsum à christianis, q̄nque verò permixtim.
dicūtur aūt habitare seorsum, cum totā, vnam terram
seu villam tenent sub principe christiano, vel habent vnam ex-
tremitatem terræ, vel parochię. Permixtim vero dn̄r habitere,
cum in qualibet parte ciuitatis cohabitant christianis, & quod
libet istorū fertur esse in Aragonia & diuersis terris Hispaniæ.
de hoc est tex. hic iuncta gl. in verb. seorsum. & in verb. permix-
2 tim. † Ex quib. nota q̄ sarraceni non prohibentur permixtim
3 habitare cum christianis. ¶†Item nota q̄ dn̄ quis habitare seor
sum, cum habitat vnam extremitatem terræ, vel parochiæ per
se & no. pro significaru istorum verborum, seorsum, & permix
4 tim. ¶†An autem sit licitum cum infidelibus comedere. vide
5 bo. gl. in c. ad mensam. 11. q. 3. ¶†Sarraceni hñt duo genera sa-
cerdotum. Quidam enim sunt vxorati, & manent in mesquitis,
ita q̄ quælibet mesquita habet vnum de istis sacerdotibus, &
vnum ministrum. Quidam verò nō sunt vxorati, & relinquunt
mundū, & sunt à primis etiam in habitu diuersi, sicut apud nos
religiosi distinguuntur à clericis secularibus. vide hic gl. in ver.
6 Zabazala. ¶†Sarraceni non vtuntur cāpanis, eas tn̄ commen-
dant, sed nolunt habere, ne videantur imitari christianos, qui in
eis habendis præuenerunt. quælibet tn̄ mesquita seu ipsorum
templum habet vltra sacerdotem vnum ministrū qui supplet
campanarum defectum. nam in quinque horis ascendit turrim
mesquitæ, & incitat populum alta voce obturatis cum digitis
auribus, vt vox fortius resonet, & veniant ad orationem facien
dam in releuationem peccatorum suorum. Item in sua lingua
dicit verba hoc sonātia: Nil aliud posse nisi Deus & Machome-
7 tus eius nuncius. †Ex quo not. q̄ sarraceni non dn̄t Deum Ma-
chometum, sed Dei nuncium. & de hoc & aliis verbis vide hic
8 gl. præal. in ver. Zabazala. †Omnes milites sarraceni portant in
scutis suis in eorum lingua hæc verba: Non est alius victor nisi
Deus. Ex quo no. q̄ sarraceni hñt milites. hoc ponit gl. s̄. proxi.
9 all. ¶†In quinque horis dici. videlicet in aurora, in tertiis, in ve
speris, in completorio, & crepulculo noctis, sarraceni faciunt
certas genuflexiones sicut de sero nos facimus ad laudē Virgi-
nis, hoc voluit gl. præal. in ver. Zabazala. Ex qua no. q̄ genib. fle-
10 xis debemus de sero dicere, Aue Maria, &c. ¶†Quod nos voca
mus basilicam. vel ecclesiam, sarraceni vocant mesquitam, iu-
dæi synagogam. vide hic gl. in ver. mesquitis. quam no. pro dif-
ferentia tn̄ inter basilicam, & ecclesiam stricte sumendo, vide
11 tex. cum gl. in c. 1. de rel. do. ¶†Sarraceni intrant mesquitā seu
templum nudis & lotis pedib. & cum certa deuotione, & fer-
tur ab aliquibus, q̄ fœminę ibi no■ conueniunt cum maribus.
12 vide hic gl. in verb. conueniunt. † Machometus fuit nutritus à
quodam clerico nobili Romano, qui cum tempore Bonifacij
Papæ 4. quædam petita impetrare nō potuisset, apostatauit à fi-
de & nutriuit illum cum quadam columba alba, quæ accipie-
bat grana de aure ipsius ita, q̄ quando volebat Machometus,
columba ponebat in publico os ad aures eius. & sic dicebat, q̄
spiritus sanctus alloquebatur, & instruebat illū, & ille postmo-
dum dedit legem sarracenis. vide hic gl. in ver. Machometum.
13 ¶†Coercere sarracenos spectat ad principes seculares, in quo-
rum dominio sunt. cum enim non sint creaturæ ecclesiæ, illos
ecclesia non coercet. de diuor. cap. gaudemus. ita no. dicit gl. fi.
quam no. & de iudæ. vide tex. cum gl. in c. postul. de iudæ. & no.
bene rationem huius gl.

¶De hæreticis. Rub.

CAP. I.

1 *Mæta vnde dicatur, & est finis termini, agri, & cuiuscunque rei.*

2 *Indago quid sit.*

3 *Capere, & carcerare differunt. quod nota pro statutis.*

4 *Arrestare personam aliquam, & eam capere, differunt.*

5 *Inquisitori, sine episcopo quæ permissa sint exercere contra inquirendum.*

6 *Inquisitor hæreticæ prauitatis quæ non possit exercere contra inquisitos sine episcopo loci.*

7 *Inquisitor hæreticæ prauitatis & episcopus, an possit vnus sine alio ferre sententiam absolutoriam.*

8 *Ieiunia, quæ solent indici inquisitis ad veritatem eruendam, an sint tormenta, vt prohibitus tormentare, sit prohibitus talia ieiunia indicere.*

9 *Ecclesia dicitur vacare ad hoc, vt capitulum exercere possit iurisdictionalia.*

10 *Capitulum an visitare possit sede vacante.*

11 *Capitulum est necessarius, non voluntarius administrator.*

12 *Requisitio extraiudicialis vbicunque à iure requiritur etiam in parem, sufficit vnica requisitio.*

13 *Delegatus inferior à principe licet non possit extraneo committere vices suas, sceus tamen est, si vult committere collegæ in illo officio.*

14 *Par in parem licet non habeat imperium, potest tamen cum requirere ad effectum constituendi illum in mora.*

15 *Carcer hæreticalis debet habere duos custodes vnum ab episcopo, alterum ab inquisitore deputandos diuersum clauem habentes, neque de vno custode possunt episcopus & inquisitor conuenire.*

16 *Custodes hæreticalis carceris, & alij ministri sub qua forma iuramentum præstare teneantur.*

17 *Custodes hæreticalis carceris non possunt officium alteri subdelegare.*

18 *Iuramentum corporale vbi requiritur, non sufficit sola præsentia, sed requiritur tactura, & an sufficiat tangere quamlibet scripturam. 19.*

20 *Prohibitus alicui loqui in secreto sine certæ personæ præsentia, non prohibetur illi loqui de non secretis sine illius præsentia.*

21 *Religiosi in sacris constituti possunt officium tabellionatus in causa hæresis exercere, ergo in aliis actibus prohibentur. 22.*

23 *Notarius assumptus ad officium in quo notariatum exercere debet, non debet iurare de illo fideliter exercendo, cum iuramentum in creatione præstitum sufficere debeat.*

24 *Constitutio militantis ecclesiæ ligat delinquentem quantumcunque occulte delinquat.*

25 *Episcopus an & quibus casibus possit subditum absoluere à sententia suspensionis, & excommunicationis à canone promulgata.*

26 *Inferior ab ep scopo potest in mortis articulo absoluere in casu papæ reseruato, satisfactione tamen præmissa, si tempus patiatur.*

1 MVltorum. ¶†Meta dr̄ à metior, meritis,
& est finis termini, vel agri, vel
2 cuiuscunq; rei, vide hic gl. in ver. metas. ¶†Inda-
go, quasi indagatio, inq̄sitio, vel inuestigatio, de
iu. iu. c. quanto. post pr. vide hic gl. in ver. Indago.
3 ¶†Capere, & carcerare, differunt inter se. sæpe etenim capitur
qui non carceratur, de sen. exc. c. si clericos. vide hic text. iuncta
gl. in ver. capere. statutum ergo puniens carcerantem, non ex-
4 tenditur ad capientem. quod no. ¶†Vtum arrestare personam
aliq̄ vel eam capere, differant. vide hic tex. iuncta gl. in ver. cape
re. quæ vī sentire, q̄ non. ponit. n. ista duo pro vno, dum nume-
rat quinq; permissa inquisitori siue ēpo, & e contra. & de arresta
tione nullam facit per se mentionem. vt patet in gl. sequentib
ꝫrium sentit Stepha. & credit q̄ melius. dicit. n. q̄ arrestatio fit
sine manuum iniectione, puta per præceptum ne domum, vel
alium locum exeat. & in hoc differt à captione, & nota bene
pro arrestanda persona. practicatur enim quotidie in curia Ro-
5 mana. ¶†Not. ex text. & gl. & his, quæ proximè dixi, quinque
vel sex permissa inquisitori siue episcopo, & ecōtra, & tria pro-
hibita vni sine altero. primum est citare, secundum arrestare,
tertium capere, quartum tutæ custodiæ mancipare, quintum
ponere in compedib. vel manicis ferreis. & in quo differāt com
pedes, & manicæ. vide hic gl. in ver. manicis. sextum inquirere
contra illos, de quib. pro hmōi negotio secundum Deum & iu
6 stitiam viderit expedire. ¶†Primum vero prohibitum alteri si
ne altero est duro carceri mancipare, qui magis ad pœnam, q̄
ad custodiam inuentus videatur. ¶Ex quo singulariter nota, q̄
ambo simul possunt condemnare ad durum seu arctum carce-
rem ad pœnam luendam. alibi dicitur, q̄ hoc potest fieri ad pe-
nitentiam peragendam, ita loquitur tex. c. quamuis. de pœ. li. 6.
sed hic dicitur de pœna, q̄ no. quia facit ad multa. Sedm est tor
ment is subiicere. Tertium ad sentētiam ꝫ talis inquisitos pro-

cedere

Universidad de Navarra Biblioteca

7 cedere. † An autem pro eis possit vnus sine altero sniam absolutoriam ferre? vide hic bo.gl.in ver.contra eos.quàm no.quæ concludit q̃ sic. Ex qua sing.no. q̃ si alias iudici inhibetur ferre in certo casu sententiam ꝑ aliquem, non intelligitur prohibitus ferre sententiam absolutoriã pro illo, & intellige q̃ ista tria non possunt alter sine reliquo, nisi post lapsum 8.dierum à tpe
8 requisitionis alterius, & c.vt in litera plenius dr. ¶ † An ieiunia, quæ solent indici inquisitis ad veritatem eruendã, sint tormenta, vt sic prohibitus tormentare, nequeat talia ieiunia indicere. vide hic bo.gl.in ver.tormentis. quæ concludit, q̃ sic, quod probat primo per l.item apud. §. quæstionem. ff. de iniur. vbi hr, q̃ quæstionis verbo intelligimus tormenta corporis, dolores, & malam mansionem. secundò probat per etymologiam verbi, dr.n. tormentum, quasi torquens mẽtem, ex quo no. q̃ ieiunia
9 pnt indici pro tormentis. ¶ † Ecclesia dr vacare quo ad hoc, vt capl'm exerceat iurisdictionalia, ẽt qñ alicui sit ꝓpositum de epatu, qui nõdum hẽt literas super prouisione, quia prouisus nõ pt ante extractionem lrarum iurisdõnem exercere, vt in extrauaganti Bonifacij iniunctæ hoc voluit gl.hic in verb.sede vacãte.
10 quam no. ¶ † An capitulum possit visitare sedevacãte. vide hic gl.no.in ver.capituli. quæ ponit opi. ꝺ̃rias, & tandem seruando opi.distinguit. q̃ visitationem gñalem ciuitatis & diœcesis fa-
11 cere nõ pt. † & hoc casu ꝓcederet opi.Io.Mo.qui inter cætera all.pro hac parte vnam no.rationem, videlicet quia capitulum est necessarius nõ voluntarius administrator: ergo non poterit quod administrationi necessariæ nõ incumbit. & no.sing.hanc rõem: quia facit ad multos cõsimiles casus. nam vt no.dicit gl. hic materia ista, vt in quib.capitulũ succedit sede vacante. eget in multis articulis declaratione: visitationem autẽ spalem vel inquisitionem ꝺ̃ certas personas, vel loca pt capitulum facere, & procedat hoc casu ꝺ̃ria opi. quia talis visitatio seu inquisitio
12 est necessaria. & hoc bene no. ¶ † Vbicunque à iure requiritur requisitio extraiudicialis ẽt in parem sufficit vna requisitio, vide hic bo.gl.in ver.requisierint. idem vbi superior habet requirere inferiorem, vt no.gl.in ver.si eps. 18.dist. secus vr, vbi inferior habet requirere superiorem, & cum in mora cõstituere, vt
13 c.i.de sup.neg.præl. & vide quod ibi no. ¶ † Quòd licet delegatus inferioris à principe nõ possit extraneo committere vices suas, vt l.à iudice. C. de iud. & c. cum cã. de app. secus tñ vr cum committere vult collegæ in illo officio. hoc vltimum vr probare tex. hic in ver. verum. Et sentit apertè Pau. de Lea. hic amplius vr sing. probare iste tex. q̃ ista commissio pt fieri collegæ in officio, ẽt in cã criminali. de quo vide latius hic per Doc. vide tñ glo. hic in ver. per literas. quæ apertè non tangit dubium, videtur tñ sentire ꝺ̃rium, sed primũ apertè probatur per istum
14 tex. ¶ † Licet par in parem non habeat potestatem, & per ꝑns ipsum citare non possit, pt tñ eum requirere ad effectum consiruendi illum in mora. vide hic gl.præal. in ver. requisierit. vide bo:gl.in c.cum causa. de of.del. & per In. in c.cum nobis. de
15 elec. ¶ † Carcer hæreticalis debet habere duos custodes quorum vnus per epm loci, reliquus vero per inquisitorem deputãdus est: quilibet eorum dẽt hre clauem carceris ab alia diuersam. nec pnt eps & inquisitor de vno custode tenendo conue-
16 nire. vide hic tex. in §. sane. iuncta gl. in ver. † duos. & vide iuri formam præstandam per ipsos ministros in d.§. sane. & no. q̃ istis custodib. prouidendum est de salario per ipsos iudices, qui
17 eos deputant, vt hic in §. sanè. ¶ † Electus & deputatus ad custodiam carceris nõ pt officium alteri subdelegare, cum sibi mandetur ministeriũ sine iurisdõne, in quo vr electa industria personæ. vide hic tex.iun.gl.no.in ver.subdelegare. in §. sane. in fin.
18 nisi sibi specialiter permittatur. vt hic. ¶ † Vbicunq; exigitur corporale iur'm, non sufficit sola præsentia, sed requiritur tactu
19 ra. † An aũt sufficit tangere quãlibet scripturam? dic q̃ in iuris, quæ deferuntur à iure, vel à iudice, seu parte, ex necessitate requiritur tactura euangeliorum. vt in ea. hortamur. 4.q.9. & c.fi. de iur.cal. in aliis autem sufficit tangere quemlibet librum, seu quamlibet scripturam, vt interpretatur Italiæ consuetudo. vbi aũt simpl'r exigitur iur'm, & non fit mentio de tactura corporali, satis est iurare sine tactura. vr tñ q̃ plus obliget iurm corporale q̃ simplex. arg. 11.q.3.c.ꝺ̃ro. vide ad oña prædicta aliam bo. gl. hic no. super ver. iurabunt. alias tacta. quæ prædicta voluit in effectu, q̃ not. semper. & adde ad prædicta aliam bon. gl. in c. vt
20 circa. de elec. li. 6. quæ vult, q̃ vbi dispositio aliqua pro solennitate actus exigit iurm cum tactura, non est illi satisfactũ, si fuit præstitum iurm sine tactura, vide etiam ad materiam. 22.q.j. in
21 fi.m. ¶ † Prohibitus alicui loqui in secreto sine certæ personæ præsentia, non prohibetur illi loqui non de secretis sine illius
22 præsentia. vide hic gl. in ver. secrete. ¶ † Constituti in sacris religiosi possunt off'i in tabellionatus i ca hæresis exercere. vide gl. hic in verb. notarij. all. text. apertum in c. officium. §. ad conscribendas. de hære. lib. 6. & ex illo tex. † & hac gl. no. in ver. per locum à speciali. q̃ regulariter religiosi & constituti in sacris nequeunt tabellionatus officiũ exercere. vide ad materiam quod
23 not. in ca. sicut te. ne clc. vel mo. ¶ † Notarius assumptus ad aliquod offm, in quo notariatum exercere dẽt, non tenetur iura re de illo fideliter exercẽdo, cum sufficere dẽat primum iurm in creatione præstitum, de resc. ad audientiam. vide hic tex. per
24 locum à spali in §. notarij. iuncta gl. in ver. iurabunt. ¶ † Constitutio militantis ecclesiæ ligat delinquentem, quantuncunq; occultè delinquat. licet de tali nominatim non iudicet, sed habeat eum pro soluto, donec de vinculo constiterit. vide hic gl.
25 no. in ver. coipso. ¶ † A snia suspensionis à canone promulgata no pt eps subditum absoluere, si talis snia hẽt certum tempus determinatũ: secus si simpl'r fuit lata, nisi superior absol'onem sibi reseruasset. & sic idem in suspensione, quod in excõicatiõe, vbi suspensio non est lata ad certum tps, vide hic gl. sing. in ver.
26 excõicationis. ¶ † In mortis articulo pt inferior absoluere ĩ ca su papæ reseruato satisdatiõe tñ præmissa. vt hic in fi. lræ. q̃ tñ limita, vt hic no. in gl. & tunc videlicet, si peccator satisfacere pt, & satisfacere vult cum effectu, & tps satisfaciendi patitur. alias sufficit præstare cautionem de tam satisfaciendo. & not. gl. istam in pr. quæ apertè sentit, q̃ vbicunq; absolutio reseruatur papæ debet intelligi, nisi in mortis articulo. ille.n. casus semper excipitur, sm gl. hic in princ. pro hoc facit, quia in necessitate prodest confiteri etiam laico. vt in c. quem pœnitet. de pœ. di. 1. no. gl. in c. pastoralis. §. præterea. de of. or. & hoc nõ.

CAP. II.

1 *Constitutio si contineat verbum, ex nunc, incipit ligare à tempore publicattonis, non expectato duorum mensium lapsu, qui aliàs regulariter præfiguntur, quod intellige, vt contra factum non valeat, non autem vt ignorantes obligentur ad culpam.*

2 *Ex nunc, deinceps, & similia, faciunt apparere de mente principis, qui velit suam constitutionem illico ligare.*

3 *Inquisitores hæreticæ prauitatis debent attigisse 40. an. etiam si deputentur per prælatos prouinciales, vel ministros alios, vel episcopos.*

4 *Inquisitores hæreticæ prauitatis si de facto minores ætatis 40. ann, fuerint deputati, an talis commissio valeat.*

5 *Dispositio si aliquid prohibet non apposito decreto irritante, an actus in contrarium gestus teneat.*

6 *Inquisitor hæreticæ prauitatis potest nedum citationes, sed sententiarum prolationes committere, & ad totam causam, & vicarium seu substitutum dare.*

7 *Delegatus principis potest delegare causam etiam criminalem.*

8 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest nedum vnam causam delegare, sed etiam substitutum ad illam vniuersitatem deputare, retenta sibi potestate reuocandi.*

9 *Constituio permittens aliqua fieri, non videtur negare de reliquis in materia permissa, & indifferenti. secus in negatiua.*

10 *Inquisitor hæreticæ prauitatis & episcopus licet non valeant illicitis modis prætextu officij exigere pecunias, pœnas tamen pecuniarias fisco applican. imponere & exigere possunt.*

11 *Pecunia si prohibetur illicitè exigi, pecunia capitur largè, licet constitutio sit pœnalis.*

12 *Ecclesiarum bona licet capi aut confiscari non debeant ob delictum clericorum, bona tamen ipsorum ex iusta causa capi & confiscari non prohibentur.*

13 *Ecclesiarum bona vbi capi prohibentur, non autem propria clericorum, non possunt capi bona, quæ monachus acquisiuit intuitu personæ.*

14 *Ecclesia dicitur habere fiscum, cui bona confiscanda acquiruntur.*

15 *Inquisitor licet possit ex causa remoueri ab officio & corrigi à suo prælato, facta tamen virtute officij non potest alterare, sed recurrendum est ad Papam, à quo dependet immediate inquisitorum iurisdictio.*

1 NOlentes. ¶ † Si in constitutione apponitur verbum ex nunc, incipit ipsa constõ ligare à tpe ipsius publicationis, nõ expectato duorum mensium lapsu, qui aliàs regulariter præfiguntur: q̃ intellige quo ad hoc, vt ꝺ̃factum non valeat, non aũt quo ad hoc q̃ ꝺ̃facientes hoc ignorantes obligati ad culpam sint. vide hic gl.
2 no. q̃ sp tenebis menti in ver. ex tunc. † ex qua hẽs q̃ ex quo apparet de mente principis per verbum, ex nũc, vel consil'e, q̃ velit suam constõnem illico ligare, actus in ꝺ̃rium gestus ẽt ab ignorante est nullus, & ꝺ̃faciens illico obligatur ad culpam, nisi ꝑbabil'r ignorauerit. tacitè. n. excusatur à culpa, sed actus remanet nullus. & pro hoc facit, quia decretum irritans ligat ẽt ignorantes, quo ad actus nullitatem, vt in c. dudum. de præb. li. 6. & in cle. eum qui. de concess. præb. & no. ex gl. præall. q̃ idem est dicere ex nunc, q̃ deinceps. & vide de dictione, ex nunc. gl. in c.
3 quàm sit. & c. cupientes. in ver. ex nũc. de ele. li. 6. ¶ † Inquisitores hæreticæ prauitatis dẽnt attigisse 40. annum ẽt si deputentur per prælatos prouinciales, vel ministros eorum ordinum, qui bus deputatio talium à sede apostolica est commissa. idem de deputandis

deputandis per epm, vel sede vacante per capitulũ. vide hic tex.
4 in 1.rñ. iuncta gl. super ver. committi. ¶ † Quid autem si ꝺ̃ fiat, nunquid teneat cõmisso. vide gl. præal. quæ arguit pro & ꝺ̃. videtur tñ concludere q̃ cõmittentes transgredientes hoc statutum sunt puniendi, de quo remittit ad gl. in c. gñali. de ele. li. 6. & q̃ licet hic nõ apponat decretũ irritãs, vr tñ q̃ nõ valeat cõmissio, adducit, tñ pro & ꝺ̃. de ele. c. licet canõ. li. 6. & qa ibi no.
5 in gl. 2. quã vide & not. sing. illã gl. & istam, † ad sciendum gña liter, qñ aliquid prohibetur nõ appositio decreto irritãte, an actus in ꝺ̃rium gestus teneat, & vide ad materiam gl. pleniorem in regula, quæ ꝺ̃ ius fiunt. de re. iu. li. 6. & 10. di. c. vides. & de spõ.
6 duo. c. fi. ¶ † Inquisitor hæreticæ prauitatis potest nedum citationes & sniarum prolationes cõmittere, vt hr, in c. vt cõmissi. de hær. li. 6. sed ẽt ad totam causam põt dare gñalem commissarium quem appellamus vicariũ, seu substitutũ, vt hic. & ꝺ̃. cle. prox. nec obst. d. c. vt commissi. quod solũ permittit de duob⁹, quia affirmatiuè, non autem negatiuè. hoc voluit gl. hic in ver.
7 ipsorum. quã no. sing. ad tria. † Primò q̃ delegatus principis po
8 test subdelegare cãm etiam criminalem. † Sc̃do q̃ delegatus ad vniuersitatem cãrum põt nedum vnam cãm delegare, sed ẽt substitutum gñalem ad illam vniuersitatem causarum deputa
9 re retenta sibi prãte reuocandi. † Tertiò q̃ licet constitutio permittat aliqua fieri, non tamen vr negare de reliquis, ex quo loquitur affirmatiuè, quod ego intelligo verum in materia permissiua, secus si materia esset negatiua, per no. in c. 2. de transl. epis. & hic in gl. idẽ puto si materia esset indifferens, per rõnem hic positam. nam ex ꝓstõne permissiua non infertur negatiua
10 in aliis, & sic potest intelligi ista gl. bene no. ¶ † Licet eps, seu inquisitor hæreticæ prauitatis, nõ valeat exigere prætextu officij illicitis modis pecunias, pœnas tamen pecuniarias applicãdas fisco nõ prohibetur imponere & exigere, argum. in l. illicitas. ff. de of. presi. & probatur hic satis à ꝺ̃rio maximè, in ver. nec
11 sciẽter. vide hic gl. in ver. illicitis. & in ver. ecclesiarum. ¶ † Cũ pecunia prohibetur illicitè exigi, verbum pecunia, capitur largè prout habetur. 1.q.3. per totum. licet constitutio sit pœna-
12 lis. vide hic tex. iuncta gl. in ver. pecuniam. † Licet bona ecclesiarum non debeant capi seu confiscari ob delictum clericorũ, vt hic in text. bona tamen propria ipsorum clericorum capi & confiscari ex iusta causa non prohibentur. vide hic text. iuncta
13 gl. in ver. ecclesiarum. ¶ † Vbicunque prohibentur capi bona ecclesiarum, & non propria clericorum nõ possunt capi bona, quæ monachus acquisiuit intuitu personæ, licet illa acquisierit dũ præesset administrationi ecclesiæ seculari. quia illa sunt
14 ecclesiæ, & non personæ acquisita. vt in c. vno. 18.q.1. ¶ † Ecclesia etiam dicitur habere fiscum, cui bona confiscanda acquiruntur. vide hic tex. opt. iuncta gl. in ver. ecclesiæ. & per gl. in c.
15 quia diuersitatem. de concess. præb. ¶ † Licet prẽlatus inquisitoris, vt puta prouincialis, possit ex causa illum ab officio amouere, vt hic patet, iurisdictio tamẽ inquisitoris non ab ipso prẽlato, sed à papa immediatè dependet: solus autem actus cõmittendi vel remouendi pẽdet penes illum, vt patet in priuilegijs officij. ex quo sequitur quòd iste superior, qui potest amouere & corrigere amotũ, non potest corrigere vel alterare facta per illum virtute officij, sed recurrendũ est ad papã, à quo habetur immediate iurisdictio. vide hic glos. in ver. amouere. & pro hoc vltimo vide bo. tex. & quod ibi no. in c. per hoc. de hær. li. 6.

CAP. III.

1 *Secta est habitus animorum & propositum in malum circa falsam disciplinam: & vnde dicatur.*

2 *Ioan. Andr. studuit in sacra pagina.*

3 *Nemo in hac vita potest esse impeccabilis, & contrarium dicere, est hæreticum, secundum Dei potentiam absolutam.*

4 *Virgo beata, & Io. apostolus miraculosè in hac vita peccare non poterant ex speciali priuilegio diuinitus eis concesso.*

5 *Charitas in quibusdam est perfecta, sed perfectissima in hac vita haberi non potest, & contrarium dicere, est hæreticum.*

6 *Finiti ad infinitum nunquam est fienda æquiparatio.*

7 *Perfectionis quocunque gradu quis nõ absoluitur à ieiuniis, vel aliis ecclesiæ præceptis.*

8 *Apostoli non ieiunabant in præsentia Christi, & quare.*

9 *Homo in quocunque perfectionis statu sit debet semper orare, vt diuina virtute perseueret, ad quam perfectionem virtus propria non sufficit.*

10 *Sensualitas est vis animæ appetens desiderabilia corpori, & refutans nociua, & hanc dicimus animam sensitiuam.*

11 *Natura multas nobis dedit blandicias, quas plerunque virtus cohibet.*

12 *Ecclesia vna dicitur, quia in vniuersali ecclesia est vnum caput supremũ, cui omnes de ecclesia obedire tenentur, scilicet papa.*

13 *Ecclesia militans quomodo diuinitus sit exemplata ab ecclesia triumphanti.*

14 *Vbi spiritus domini, ibi libertas quomodo intelligatur.*

15 *Homo mortalem vitam agens per Dei etiam potentiam absolutam non videtur posse obtinere omnem gradum perfectionis beatificæ.*

16 *Beatitudo essentialis, quæ consistit in perfecta visione dominicæ essentiæ specialã priuilegio Moysi, & Paulo fuit concessa tanquam futuris doctoribus gentiũ.*

17 *Virtutum moralium duo sunt genera, nam quædam sunt modificatiuæ, & aliæ purgatoriæ passionum in sensualitate hominis insurgentium, quæ sunt beatorã tantum.*

18 *Osculum mulieris ex causa libidinosa est peccatum mortale, etiam si natura ad hoc inclinet, & dicere contrarium est hæreticum.*

19 *Fornicatio simplex est peccatum mortale, quantuncunque natura ad illam inclinet. & contrarium dicere, est hæreticum.*

20 *Peccatum mortale dicitur dupliciter. vno modo secundum suam speciem, & tunc potest non esse peccatum, alio modo ex inordinata & mala causa, & semper est mortale.*

21 *Consensus deliberatus in actu peccati mortalis non solum est mortale. sed etiam in delectationem ei annexam.*

22 *Eucharistiam sumere quantuncunque perfecti tenẽtur nedum ecclesiæ, sed etiam Christi præcepto.*

23 *Notarius assumptus ad officium, in quo notariatũ exercere debet, non debet iurare de illo fideliter exercẽdo, cũ iramentũ in creatione præstitũ sufficere debeat.*

24 *Constitutio militantis ecclesiæ ligat delinquẽtẽ quãtuncunq; occultè delinquat.*

25 *Episcopus an & quibus casibus possit subditum absoluere à sententia suspensionis, & excommunicationis à canone promulgata.*

26 *Inferior ab episcopo potest in mortis articulo absoluere in casu papæ reseruato satisfactione præmissa, si tempus patiatur.*

1 A Dnostrum. † Secta per cap. scripta, dr à seco se cas, vel à sequor sequeris. & proprie est habitus aïorum & propositum in malum circa falsam disciplinam inde tales dicunt se cti & diuisi ab vnitate fidei & ecclesiæ; interdũ sumitur in bonam partem. C. de pac. l. fi. in fi. per p. verò scripta de signat clausuram. vt in cle. ne in agro. post princi. de stat. regu. vide hic bo. gl.
2 in versi. septa. ¶ † Quod Io. An. studuit in sacra pagina, non tñ
3 multum, vide hic gl. in ver. 1. videlicet. ¶ † Nemo in hac vita potest fm legem cõem esse impeccabilis & ꝺ̃rium dicere, est hæreticum. secus est fm Dei potentiam absolutam, & hoc priuilegiũ credit beatæ virgini esse traditũ. in alio aũt sæculo per beatificam Dei visionẽ efficit quis impeccabilis, & hoc cõiter datur beatis, hoc voluit gl. hic in ver. Impeccabilis. † tu vide tex.
4 pro primo & secũdo dicto in c. 2. de ꝓse. di. 4. & ibi gl. not. dicit, q̃ beata virgo & Io. apostolus miraculos è peccare in hac vita
5 non poterant ex spali priuilegio diuinitus eis cõcesso. ¶ † Charitas in quibusdam est perfecta, sed pfectissima in hac vita habere nõ põt; & ꝺ̃rium dicere, est hæreticum. vide hic tex. iuncta gl.
6 in ver. non valebit. ¶ † Et quantuncunque quis efficiatur pfectus, nõ posset peruenire ad perfectionem Christi, quia nũquã est fienda æquatio finiti ad infinitum, vt hic in tex. iuncta gl. in
7 ver. perfectio. ¶ † Per nullum perfectionis gradũ quis absoluit à præcepto ieiunij, vel aliis præceptis ecclesiæ, vnde semper manet obedientia inferiorum ad superioriores quantuscunque enim quis sit perfectus, semper suo superiori obedire tenetur. hinc Paulus apostolus licet perfectissimus, per ieiunia & corporalia exercitia castigabat corpus suũ dicẽs. castigo corpus meũ,
8 &c. † apostoli autẽ non ieiunabant in psentia Christi, quia cũ adhuc essent in becilles in corporali præsentia Christi, magis erant fouendi dulcedine quàm exercendi austeritate ieiunij, secundum Io. Chrys. hoc voluit in effectu gl. hic in ver. sed q̃ ieiu
9 nare. ¶ † Quantuncunque homo in statu huius seculi perfect⁹ sit debet semper orare, vt diuina virtute perseueret in illa perfectione ad quam pseuerantiam propria virtus nõ sufficit; vnde omnib. viatorib. quantuncunque perfectis dicere incumbit ex Dei pcepto. Matth. 6. Et ne nos inducas in tentationem. & reliqua contenta in oratione dominica. hoc dicit Aug. in li. de per
10 seuerantia. & gl. hic in ver. orare. & satis innuit hic tex. ¶ † Sensualitas est vis animæ appetens desiderabilia corpori & refutãs nociua. & hanc dicimus animã sensitiuam. de quavide supra de
11 sum. tri. c. 1. 2. respõso. ¶ † Ea, quæ voluntas sibi vendicat honestè, plerunque negamus admittere, dedit nobis multas natura blandicias quas plerunque virtus cohabitet. & Ouidius epistolarum. Est virtus placitis abstinuisse bonis. vide gl. in ver. pla-
12 cet. ¶ † Ideo ecclesia vna dicitur, qa in vniuersali ecclesia est vnum caput supremum, cui omnes de ecclesia obedire tenen-
13 tur, scilicet papa, & hoc statuente omniũ conditore. † ecclesia enim militans est diuinitus exẽplata ab ecclesia triũphante, vt in auctoritatib. hic in gl. positis. vnde sicut in ecclesia triũphanti est vnus princeps supremus, cuius obedientiæ tota ecclesia p fectissimè est subiecta, s. Deus, necessariò sequit, q̃ toti ecclesiæ militanti vnus debet præesse, s. papa, cuius præceptis oẽs obedire tenentur. & est hoc de necessitate salutis vt in extrauaganti Bonifacij vnam sanctam. & fortius obedire tenẽtur hi qui sunt perfecti. 22.q.2.c.ne quis hæc. & similia vide per gl. valde not.

Universidad de Deusto Biblioteca

in ver.ecclesiæ.& aduerte quia glos.dicit,papam esse caput ecclesiæ.alibi dicit Christus est caput,papa autem vicarius Christi,de quo vide gl.in clem.romani.d el.i ver.ñ ꝓsonã. & ille verior,stricte sumẽdo caput.Itẽ no. gl. pal.ad aliud ꝙ papæ tenetur obedire tota ecclesia militans, & sic nõ tantum singulares
14 personæ de ecclesia.¶ †Not.intellectum ad illã auctoritatem: vbi spiritꝰ domini,ibi liberta.intelligitur enim de libertate à seruitute peccati,non à seruitute qua viri quantuncunque perfecti sunt adstricti prælatis ecclesiæ,vel secularibus principibꝰ.nã seruitus qua homo subiicitur homini ad corpus pertinet, non ad animam quæ manet libera,licet ergo in hoc seculo per gratiam à defectibus animæ liberemur,non tamen à defectib.corporis.quod patet per epistolam ad Romanos 7. Filij ergo Dei per gratiam licet sũt liberi à spirituali seruitute peccati,non tamen à corporali,qua ecclesiasticis seu temporalibus dñis sunt adstricti de his vide hic no.in ver. Libertas.vide ad materiã istã
15 per Inn.in c.pastoralis.de of.or. ¶ †Quòd homo mortalẽ vitam agens ẽt per Dei potentiam absolutam nõ videt posse obtinere omnem gradum perfectionis beatificæ loquẽdo de beatitudine accidentali.Ratio,quia ad aliis perfectionis beatitudinem pertinet perfecta impassibilitas & glorificatio,quę in hoc seculo haberi non possunt & etiam secundum legẽ cõmunẽ, qua Deus beatificat hominem,nullus potest eleuari ad Dei essentiæ visionem,nisi totaliter moriatur,vel nisi sic abstrahatur à sensibus corporis.ꝙ nesciat an sit in corpore,vel extra corpꝰ,
16 sicut accidit Paulo.† Item per Dei potẽtiam absolutam& ipsius speciale priuilegium posset quis finalem beatitudinem cõsequi fm omnẽ gradum beatificæ perfectionis & hoc quantũ ad essentialem beatitudinẽ quæ ꝓsistit in perfecta visione dñicæ essentiæ,& fm quosdã in perfecta Dei dilectione & fruitione ad hoc inducitur illud Aug.in li.de videndo Deum,ad Pauli nũ dicentis ꝙ Moyses ex Dei speciali priuilegio adhuc mortalem vitã agẽs Deum per essentiam vidit,tanꝙ futurus iudæorũ doctor.vñ Num.12.palam,& non penigmata,vidit Deum, & facie ad faciem locutus est ei.& 7.q.1.c.Moyses.vbi de hoc. Et Paulus idem priuilegium habuit,tanꝙ futurus doctor gentiũ. vñ dicit secundæ ad Corin.12.se raptum in paradisum Dei, ex quo inferẽ Deum per suam potentiam absolutam posse oẽm perfectionẽ beatificæ visionis & fruitionis puræ creaturæ possibilem eidem cõicare.Perfecta beatitudo consistit in videndo Deum,per essentiã illam:tñ nulla creatura videre põt,nisi Deo
17 faciente.& iõ sine gratia diuina nemo põt puenire ad beatitudinem.vide hic glo.in ver.quinto.¶ †Duo sunt gña moralium virtutum,quædam.n.sunt modificatiuæ passionum insurgẽtium in sensualitate hominis, vel actionum occurrentiũ homini,sicut temperãtia modificat delectationem in cibis & fortitudo terrores,& sic de aliis.Et istæ dicunt purgatorię quia sunt hominum nondum purgatorum à passionum insultibus. & per consequens non summè perfectorum , sed ad id toto conatu tendentium.Aliæ vero sunt non regulantes passiones sensualitatis,sed solum tenentes animam hominis in Deo & summa perfectione,vt per temperantiam terrenas concupiscẽtias ignoret per fortitudinem passiones nesciat,per prudentiam solis diuinis intendat.Et hæ virtutes dicũtur animi purgati, quia sunt solum totaliter purgatorum à passionum molestiis,quod solũ est beatorum , vel pauciſſimorũ in hac vita perfectorum. Item quòd perfecti perfectione necessaria ad salutẽ non licentiant à se virtutes,etiam in actu,imo se exercent in actib. virtu-
18 tum moraliũ.vide d his lõge pleni? hic per gl.in ver.6.¶ †Mulieris osculum ex causa libidinosa est peccatum mortale,etiam si natura ad hoc inclinet,& dicere contrariũ,est hæreticum.vi-
19 de hic text.in versi.Septimo.†Et idem dicendum quo ad actũ carnalẽ vt in eo.versicu.Et sic habes expresse quòd simplex fornicatio est peccatum mortale, quantuncũque natura ad illam inclinet.& contrarium dicere,est hæreticum. & vide etiam gl. in ver.septimo.& sequenti & facit 32.quæstio.4.capit.meretri-
20 ces.& ex prælleg.text.& glos.super ver.septimo.¶ †Nota ꝙ peccatũ mortale dicitur dupliciter. Vno modo secundum suã speciem,vt furtum adulterium,periurium,& similia. de iureiuran.ca.& si Christus ver.quædam.& hoc modo, oscula, tactus vel amplexus,nõ sunt mortalia , cũ possint absque libidine fieri,vel ex consuetudine regionis,vel propter pacẽ vel aliam necessariam & rationabilem causam.Alio modo dicitur mortale procedens ex inordinata & mala causa sicut dare eleemosy-
21 nam pauperi,vt inducatur in hæresim.† Itẽ not. ex eadem gl. ꝙ non solum deliberatus cõsensus in actu peccati mortalis est mortale,sed etiam in delectationẽ ei annexã secundũ Augu.& alios theologos,& per consequẽs consensus deliberatus i actu luxuriæ,& delectatiõis ei annexæ,ẽ mortale.Ex quo concludi tur ꝙ oscula libidinosa,amplexus,& tactus, quæ nunt propter huiusmodi delectationem sunt mortalia,nec mirum , cũ illud idem dicatur de libidinoso aspectu.32.quæstio.5.c.nec solo.&
22 c.sequenti.¶ †Sed non solum per præceptum ecclesiæ.de pœniten.& remissio.capitu.omnis. sed etiã per præceptũ Christi, oẽs quantũcunq; perfecti tenentur determinato tẽpore sumere corpus Christi.Ioan.6. nisi mãducaueritis carnem filij homi-
23 ni.& biberitis sang.& c.vide hic gl.in ver.octauo.†Ex qua colligę,ꝙ etiam laici tenẽtur de iure diuino sumere corpus Christi.Sed an sufficiat illo iure diuino ipsis laicis sumere spiritualiter,vide tex.cum glos.in ca.credere.de consec.dist.2.nã põt illa auctoritas Io.intelligi de spirituali mãducatione.vt Aug.apertè sentit in dicto c.credere.& Hyro.in cap.dupliciter.ea. distin.
24 ¶ †Propago propagis est vitis extẽsa sub terra.Itẽ alicuiꝰ ꝓgenies vel prosapia.reperitur etiã propago propagas quod respicit producentẽ &c.vide hic gl.in versi.propagentur.

¶ De homicidio. Rubrica.

CAP. I.

1 *Furore quamdiu quis laborat continuo,vel per interualla,& pupillus pati,posſunt iniuriam.sed non facere,quia quadrupedi,vel tegulæ æquiparantur.*
2 *Furiosus sicut nõ testatur,ita nec religionem profitetur,nec baptismum recipit, nec irregularitatem incurrit.*
3 *Dormiẽs offendendo aliquẽ,an& quib.casib.sit in culpa,peccet,& puniri possit.*
4 *Irregularitatem non euitat,qui cum fugiendo potest euitare mortem,mutilat seu occidit aggressorem.*
5 *Pœnam ad euitandam an quis fugere teneatur.*
6 *Mutilatio quoad irregularitatem contrahendam æquiparatur homicidio.*
7 *Mutilatio quid sit.*
8 *Occiderit an quis ad sui defensionem si dubitatur,dicto occisoris non standum in foro contentioso,& quid in pœnitentiali.*
9 *Occidens aliquem ad defensionem filij fratris,seu alterius cuiuscunque pro vita illi saluanda,quæ aliter saluari non poterat,efficitur irregularis.*
10 *Occidere pro sua defensione quis potest sine metu irregularitatis aggressorem suum nedum tenendo arma,sed etiam vibrando contra eum.*

